Sene da darne offizcaia

[illegible] 8-1-C-12 I°

Sono forse [illegible]

[illegible]

[illegible]

mente donde sempre nel plus
egli in questo legandosi
[illegible] la sue loro dell
[illegible] sono i verati
[illegible]oni che scrisse p[illegible]
cero soli questo [illegible]
a isola.

[illegible]

IOANNIS BRERLEI SACERDOTIS ANGLI.

PRO ROMANA ECCLESIA ADVERSVS nouam Proteſtantum doctrinam libri tres.

PER GVILIELMVM RAYNERIVM Th. A. Latinè redditi.

ET NVNC PRIMVM IN GALLIA EXCVSI.

CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.



LVTETIÆ PARISIORVM,

EX OFFICINA NIVELLIANA.

Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa ſub Ciconijs.

M. DCXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

[illegible] mente donde sempre [illegible]
[illegible] legando [illegible]
[illegible] la sua [illegible] della
[illegible] loro [illegible]
[illegible] che [illegible]
[illegible]
[illegible]

IOANNIS BRERLEI SACERDOTIS ANGLI.

PRO ROMANA ECCLESIA ADVERSVS nouam Proteſtantum doctrinam libri tres.

PER GVILIELMVM RAYNERIVM Th. A. Latinè redditi.

ET NVNC PRIMVM IN GALLIA EXCVSI.

CVM INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS.



LVTETIÆ PARISIORVM,
EX OFFICINA NIVELLIANA.
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa ſub Ciconijs.

M. DCXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ELENCHVS TRACTATVVM *huius operis.*

PRIMVS.

ANTIQVITATEM & perpetuam Romanæ Ecclesiæ & illius fidei ac Religionis quam etiam hodie Catholici Romani profitentur, iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus successionem demonstrat.

SECVNDVS.

1. Protestantûm Congregationem ac Religionem nusquam ante Lutherum apparuisse ostendit.
2. Veras Christi Ecclesiæ notas non nisi Catholicæ Romanæ adesse, reliquis autem cætibus Lutheri, Caluini, &c. abesse: immò illas ipsas notas quas Protestantes assignant, non nisi Catholicæ Romanæ conuenire probat.

TERTIVS.

1. Catholicos communem pacem & Reipublicæ tranquilitatem religiosiùs seruare, suamque erga Reges & Magistratus fideli-

tatem ſanctiùs colere, & obedientiam promptiùs præſtare ſolere, quàm Proteſtantes fusè declarat.

2. Proteſtantûm inter ſe de Religionis dogmatibus diſcordiam & inconſtantiam indicat: vbi exempli gratia capita Religionis Chriſtianæ ampliùs ſeptuaginta, de quibus hodie Nouatores inter ſe diſceptant, & in fine huius operis nonnulli librorum centenarij per Proteſtantes contra Proteſtantes ſcripti recenſentur.

Hæc omnia teſtimoniis ab ipſis eruditis Proteſtantibus deſumptis aſſeruntur, & Catholica Romana fides ſacræ Scripturæ, Conciliorum Oecumenicorum, & Patrum antiquorum authoritate probatur.

ILLVSTRISSIMIS, ET REVERENDISSIMIS

PRÆSVLIBVS, CÆTERISQ. VENERABILIBVS cuiusq; ordinis Christianiss. Regni Gallicani viris Ecclesiasticis Guilielmus Raynerius contra prophanas nouitates Dei zelum, scientiæ perfectionem, & æternam precatur fœlicitatem.

EAM esse veritatis vim, & naturam sat scitis (Illustrissimi, Reuerendissimi & venerabiles viri) vt non ipsa modo dum impugnatur, tanquam palma sub pondere crescens, salua, tuta & inuicta consistat, sed & aduersarios quantumlibet peruicaces lucis suæ fulgore perstringens, in admirationem sui rapiat, & ab ijs nonnunquam, quibus se tueatur, testimonia extorqueat. Hanc præclaram victoriam fidem nostram Catholicam, optimam quæ mortalibus affulget, primæ veritatis portionem ab importunis huiusce nostræ ætatis nouatoribus reportasse, author hic Anglicanus quem vobis Latinè versum offero, ostendere præ se fert, an vero præstiterit, vestrum iudicium esto. Ego sanè librum hunc non vulgarem vulgari tamen idiomate inuolutum, dignissimum iudicaui, qui non à nostris modo hominibus legeretur, aut Britannicæ tantum insulæ angustiis delitesceret: sed qui Latinis comprehensus literis in amplissimo Regni Gallicani theatro vestro primùm conspectui, & deinde cæteris vbique gentium eruditis appareret. [a] *Sapientia enim absconsa & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Cum itaqne il-

[a] Eccles. 20.32.

lum stilo Latino quantumlibet humili & impolito vestijssem, vt sub vestris potissimùm auspicijs in publicum emitterem, multæ me nec leues rationes impulerunt. Nam & aliquod vobis studiorum nostrorum specimen exhibendum fuit, qui amplioris beneficentiæ vestræ subsidio aliquot iam annis suffulti, scribendi otium nacti sumus, & nostram pro accepto beneficio gratitudinem publico aliquo testimonio præsertim eo quod cum vtilitate communi coniunctum esset, consignandam duximus. Præterea eius argumenti est tractatio ista, si quid ego intelligo, vt ad vestri ordinis homines, id est, Ecclesiasticos in authoritate positos proprio quodam modo pertinere videatur. Ad eos enim qui animarum saluti inuigilant, duo imprimis ex Apostoli sententia pertinere intelliguntur, nempe [a] *Exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.* Huic vero posteriori Apologiam hanc peculiari quadam ratione subseruire, qui eam penitus perspectam habuerit, facilè intelliget. In eo enim totus desudat author iste, vt Catholicæ fidei veritatem, & sinceram Romanæ Ecclesiæ integritatem ex ipsorum Protestantûm confessione euincat. Quod quidem huic tempori vel maxime congruum videtur. Quemadmodum enim è sacris literis, summorum Pontificum, & Oecumenicorum Conciliorum decretis, & vnanimi veterum Patrum consensu ea argumenta desumenda sunt, quæ fidem Catholicam & Religionem Christianam ex proprijs principijs asserunt & defendunt: sic ad Nouatores conuincendos, quorum hac tempestate (vtinam non in Gallia) magnus exundat numerus, ea vel maxime valere solent, quæ ex ipsorum authoribus, quorum se placitis addixerunt, & quorum opinionibus tanquam scopulis adhærescunt, desumuntur. Illud enim Salomonis quotidiana experientia compertum cernimus, [b] *Non recipit stultus verba Sapientiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.* Porro si Deus Opt. Max. in cuius manu corda Regum sunt, hanc Clementissimo Domino nostro magnæ Britanniæ Regi mentem inspirarit, vt publicam de controuersis Religionis dogmatibus disputationem permittat (quemadmodum in Gallia non semel & in alijs nationibus hac nostra ætate factitatum vidimus) id quod author iste magna alacritate, fiducia, instantia, à Serenissima Majestate sua petit, suppli-

[a] Ad Titum 1. 9.

[b] Prouerb. 18. 2.

cat, obsecrat, & omnes Angliæ Catholici iam diu expectant & humillimè obtestantur: vnde potius quam è vestro amplissimo doctissimorum & grauissimorum virorum cœtu talis consulationis moderatores expectaremus? Non deesse enim vestro clarissimo cœtui hoc in genere coryphæos cæteris quibuscunque æquales, si non superiores, vel ille dies satis ostendit, quo ad villam regiam quæ à fontibus aquæ lympidæ nomen habet, Thersites congressus Achilli & se & causam perdidit, liquidoque omnibus demonstrauit, ea quæ tanta ostentatione mundo obtrudunt Protestantes, nihil in se solidi habere quo subsistant. Qualia enim illa erant quæ tunc in statera appensa inuenta sunt minus habentia, talia proculdubio sunt & reliqua quæ istiusmodi farinæ homines tā gloriosè in compitis iactitare, editis passim libris in vulgus spargere, & è pulpitis corā imperita multitudine declamitare solent. Ad quæ omnia dijudicanda qui has eorum de singulis religionis capitibus hic concinnatas centones perlegerint, nonnihil forte adiumenti se adeptos arbitrabuntur. Neq; solum rationibus iam dictis sed alio quoque nomine vobis ego volumen hoc offerre desideraui (Illustrissimi Domini, Patres Reuerendiss. Fratresque in Christo dilectissimi) eo nempe, vt cum ex nouis nouitijs Angliæ magistris quorum hic symbola frequentia & copiosa citantur, quantum. Anglia nostra olim non minus aliarum rerum vbertate quam Catholicæ fidei Zelo florentissima, nuper à pristina auitæ religionis integritate recesserit, didiceritis, & proximorum casum pro Christiana charitate vestra deplorandi, eosdemque pro pietate vestra quoquo modo poteritis adiuuandi, immò & alieno malo edocti, vestrum periculum prospiciendi occasionem habeatis: Nec ad commune incendium quod longe lateque grassari videmus restinguendum vos vestram operam deesse patiamini. Equidem nisi capitale Angliæ malū ex decessione eius à Romanæ, id est, Catholicæ Ecclesiæ vnitate ortum adeo iam dirum, inueteratum, & deploratum esset, vt remedium eius non amplius ab hominibus expectandum, sed ab omnipotenti Deo & vnico illo Samaritano Christo Domino petendum videretur, nescio sanè post sedem Apostolicam commune Christianorum perfugium, à quibus potius quam à vobis, vtpote & proximis & primarijs Ecclesiæ Catholicæ columinibus illud nobis sperandum fo-

ret? Cum præsertim maiores nostros à prædecessoribus vestris & ad suam in fide Christiana initiationem & ad eiusdem conseruationẽ non mediocriter adiutos esse gratissima memoria recolamus. Nam & Ethericus olim Archiepiscopus Arelatensis S. Aug. Apostolo nostro dum ad Christi fidem in Anglia annuntiandam, à S. Gregorio Roma mitteretur, egregiam nauauit operam, qui ipsum sociosque suos fermè quadraginta satis Episcopaliter hospitio excepit, eidemque inter cætera beneficia characterem Episcopalem authoritate Apostolica per manuum suarum impositionem impresit, eundemque in prmum Archiepiscopum Cantuariensem consecrauit.

Et longe ante id tempus S. Germanus Altisiodorensis Episcopus addito illi primò quidem Sancto Lupo Præsule Trecensi, & alia vice S. Seuero antistite Treuerensi contra Pelagianam hæresim innatum Britanniæ malum semel itaque iterum opportunum tulit auxilium. Cuius rei memoriam nulla vnquam temporis diuturnitate delendam Constantius author peruetustas in vita S. Germani his verbis prosequitur. *Eo tempore ex Britannijs directa legatio Gallicanis Episcopis nunciauit Pelagianam peruersitatem in locis suis latè populos occupasse, & quam primum fidei Catholicæ debere succurri. Ob quam causam synodus numerosa collecta est, omniumque iudicio duo præclara religionis lumina vniuersorum precibus ambiuntur, Germanus ac Lupus Apostolici Sacerdotes, terram corporibus, cœlum mõtibus possidentes, & quanto necessitas laboriosior apparebat, tanto eam promptius heroes deuotissimi susceperunt, celebritatem negotij fidei stimulis maturantes.* Quo in itinere (vt idem obiter narrat) Apud Parisios sanctissimam Virginem Genouefam Parisiorũ patronam tulelarem clarissimam *S. Germanus præscius futurorum vocatam Deo despondit, nummumque casu repertũ cruce impressum, eidem in memoriam gestandum dedit.* Cuius itineris tam fœlix faustusque successus fuit, *vt passim & fide Catholici firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoscerent.* Sed & alia vice cum Pelagiana hæresis iteratò pullulasset, rursumq; ad Beatissimum Germanum Britannorum preces deferrentur, vt causam Dei quam prius obtinuerat, tutaretur, adiuncto sibi S. Seuero Treuerensi Episcopo insignis sanctitatis viro iterum Britones petijt, tantumque prædicatione sua & miraculis præualuit, vt omnium sententia Pelagianæ

Apud Surium tom. 4.

prauitatis authores ab insula Britanniæ expellerentur. *Quod in tantum salubriter factum est* (inquit) *vt in illis locis etiam nunc fides intemerata perduret.*

Cùm hæc igitur extent maiorum vestrorum clarissimorum Galliæ præsulum trophæa planè Apostolica Chriastina charitate parta, & ordine Episcopali dignissima, liceat mihi illis Salomonis verbis vos compellare: *Laudemus viros gloriosos parentes nostros in generatione sua.* Erant enim hi vestrates quos dixi, sicut & illi de quibus Salomon locutus est, [c] *Dominantes in potestatibus, homines magna virtute & prudentia præditi,* [d] *homines diuites in virtutibus, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis,* non solùm autem, sed etiam in alienis, [e] *viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt, cum quorum semine* (quod vt ergo interpretor vos estis, vtpote eiusdem & gentis & ordinis) *permanent bona, hæreditas* sancta nepotes eorum, nimirum vos, apud quos adhuc manet Catholicę fidei quasi de manu in manum traditæ possessio, charitatis ardor, zelus pietatis, vt & de vobis meritò dici possit quod sequitur: [f] *In testamento stetit semen eorum & filij eorum propter illos vsque in æternum manent: semen eorum & gloria illorum non derelinquetur.* Sed longiùs me abreptum video, quàm epistolaris breuitas permittat. Cōprimam igitur ego me & finem scribendi faciam, ne cui fortè longiori oratione non tam maiorum vestrorum res præclarè gestas & laudes iis debitas prosequi, quàm imitationem vestram vrgere, nec tam vetera beneficia genti nostræ olim impensa commemorare, quàm eidem nunc multò grauiùs laboranti, nouum subsidium implorare videar. Restat vnum illud, vt cum hoc qualicumque xenio nos ac studia nostra vestro patrocinio, & vos Dei Opt. Max. præsidio quàm humillime commendemus. Ille pro sua clementia vos omnes Christianissimo regno Gallicano, adeoque Ecclesiæ Catholicæ vniuersæ quàm diutissimè seruet incolumes.

c Eccles. 44. 3.
d Ibid. 6.
e Ibidem 10. 11.
f Ibidem 12. 13.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs infrà ſcripti ſacræ facultatis Theologiæ Pariſienſis Doctores viſo, & perlecto libro cui titulus APOLOGIA PROTESTANTVM PRO ROMANA ECCLESIA, immenſi laboris opere ex Anglico Latinè conuerſio per GVILIELMVM RAYNERIVM, nihil in eo deprehendimus quod ſit contra fidem, vel bonos mores: quin potius eundem fidem noſtram Catholicam Romanam, tum veterum Patrũ teſtimoniis, tum ipſorum Nouatorum confeſſione ſingulari quadam Methodo probare, omnes huius temporis hæreſes tam ſolidè & luculenter confutare comperimus, vt digniſſimum cenſeamus qui in vtilitatem publicam typis mandetur.

MVLOT.

CHAMPNEVS.

Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, &c. Isaiæ. 19.2.

Hæretici omnes contra Ecclesiam veniunt: sed dum hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum, Ecclesiæ triumphus ex omnibus est: dum in eo hæresis contra alteram pugnat quod in hęresi altera Ecclesię fides damnat. Nihil enim est quod hæreticis commune est: & inter hæc fidem nostram dum sibi aduersantur, affirmant. S. Hilarius lib. 7. de Trinitate.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS CHRISTIANISSIMI priuilegio cautum eſt, ne quis librum cui titulus APOLOGIA PROTESTANTVM PRO ROMANA ECCLESIA, ex Anglicis Latinè verſum per GVILLIELMVM RAYNERIVM, vel Latinè vel Gallicè excudere aut alibi excuſum vendere alioue modo diſtrahere poſſit in regno Galliæ aut vlla Prouincia eius intra ſexennium à die finitæ primæ impreſſionis eiuſdem præter IOANNEM du CARROY, Typographum Pariſienſem aut eos quibus ipſe facultatem conceſſerit, ſub pœna confiſcationis librorum & mulcta quingentarum librarum Turonenſium cuius media pars fiſco, media eidem IOANNI du CARROY cedet, vt ex diplomate eiuſdem Regis Chriſtianiſſimi plenius apparet dato Pariſijs vltimo die Decembris anni 1614: ſubſignato.

RENOVARD.

é

IN APOLOGIAM PROTESTANTVM pro Romana Ecclesia. Carmen.

CHRISTICOLAS variis à Roma erroribus actos
Lutherus Romæ censor iniquus ait.
Talia perfricta resonant opprobria fronte,
Qui castris viui terga dedere Dei.
Ecquis sic Lutherizantibus obstruet ora?
Ecquis qui causam relligionis aget?
Brerleius peragit qui Romam ea credere monstrat
Dogmata, Apostolici quæ docuere viri.
Quin Protestantes Balaam de more Prophetas
Romanæ fidei symbola ferre facit.
Ergo nouatores fidei attestantur auitæ?
Lympida de impuris fontibus vnda fluit?
Ergo-ne recte illi de relligione loquuntur,
Qui veræ fidei deseruere domum?
His Deus è tenebris dixit splendescere lumen
(Vt tua, Christe, fides emicet inde magis)
Qui infantûm linguas, cum vult, facit esse disertas, *Psalm. 8.*
Et mala permittens, elicit inde bona.
Nam velut † Herodes Christi incunabula dixit, *† Mat. 2. 7*
Et cecinit * Balaam castra Dei ipse magus: ** Num. 23. 9. 10.*
Sic pro sincera fide qui phantasmata captant,
Dum noua fabrificant dogmata, prisca probant.
Hîc porro ¶ Madian videas concurrere castra, *¶ Iudic. 2. 22.*
Quæ legimus telis occubuisse suis.
Nam Protestantes dum dogmata sacra profanis
Miscent, vt Madian, se perimendo cadunt.
Nempe iacet § Dagon præsens vbi fœderis arca, *§ 1. Reg. 5.*
Iunctaque cum veris dogmata falsa ruunt.
Ergo nouatores vastant qui erroribus orbem,
Vt se debellent, indicat iste liber.

G. R.

PRÆFATIO INTERPRETIS AD *candidum lectorem.*

QVI fidem Catholicam Orthodoxam sub Ecclesiæ Romanæ fidelissimæ eiusdem custodis & assertricis nomine hisce nostris nouissimis temporibus impugnarunt (candide lector) eos omnes è propriis Christianæ religionis principiis, nempe sacris literis, conciliis Oecumenicis, & consentientibus veterum orthodoxorum Patrum testimoniis tam solidè, clarè, & copiosè per Catholicos authores Theologiæ peritissimos confutatos vidimus, vt vix amplius aliquid in eo genere cordatus quisquam desideret. Nec quicquam hactenus per Dei prouidentiam Romanæ Ecclesiæ aduersarij profecerunt, quam vt & ipsi experirentur, & aliis suo exemplo manifestum facerent, quanta sit illius Ecclesiæ firmitas, quam super immobilē petram Christus Dominus omnipotenti verbo suo stabiliuit, adeoq; suo sancto præsidio muniuit, vt contra eam portæ inferi præualere nunquam potuerint aut poterint. Vnicum adhuc restare videbatur, quo nouatorum insipientia omnibus manifesta fieret. Nimirum vt qui Spiritussancti oracula pro sua quisque phantasia exponendo deludere, sacrosancta Oecumenicorum Conciliorum decreta nihil ducere, veterum orthodoxorum Patrum de fidei dogmatibus consensum quantumlibet vnanimem insigni superbia contemnere consueuerunt, ij contra se ipsos sententiam ferrent, & veram Christi Ecclesiam fidemque orthodoxam impugnasse ex sua ipsorum confessione conuincerentur. Quam sibi prouinciam Sacerdos quidam Anglus non sine singulari Spiritussancti afflatu (vt merito quidem credi potest) assumens, Apologiam hanc pro Romana Ecclesia ex Doctorum Protestantum testimonjis, eorum videlicet qui Romanæ Ecclesiæ integritati in omnibus fidei controuersiis attestantur, summo labore, incredibili lectionis varietate, noua quadam & singulari methodo paucis abhinc annis elucubrauit. Quod quidem opus si quis *Cōtrouersiarum de religione Pandectas* appellauerit, næ is periphrasi non impropria voluminis argumentum & amplitudinem rectè complexus fuerit. Adeo in eo multa quæ ad huius sæculi nostri controuersias de religione elucidandas & enodandas pertinent, continentur. Etsi enim prima facie nihil aliud quam argumentum (vt vocant) ad hominem promittere videatur, quandoquidem Protestantum de religionis dogmatibus testimonia non tam ad

fidem de rebus ipsis faciendã, quam ad Protestantes ipsos ex suis ipsorũ authoribus conuincendos valeant: qui tamen opus hoc penitius introspexerint, aliquid amplius in eo reconditum inuenient. Tali enim arte compositus est, vt in eo sacræ scripturæ oracula, Oecumenicorum conciliorum decreta & veterum patrum Orthodoxorum symbola, claudicantes & mancas Protestantûm de religione sententias ita suffulciunt, vt quod de fidei dogmatibus Protestãtes more Balaam, motu rapto transuersim acti, & vi veritatis coacti profitentur, id aliis testimoniis prædictis omni exceptione maioribus comprobatum & confirmatum maneat. Hunc ego librum vulgaris idiomatis Anglicani inuolucro quasi Margaritam conchilio tectam cũ repperissem, politioribus literis vtcunq; expolitum in Romanæ, id est, Ecclesiæ Catholicæ, quam illustrat, gazophylacium transferendum, & eruditorum omnium conspectui sistendum duxi. Quem laborem meum Catholicis eruditis nec ingratum, nec inutilem futurum spero. Certe quum quidam operis huius adhuc inchoati, impoliti, & vixdũ rudi manu Anglicè delineati exemplar forte fortuna nacti illud inuito authore & refragante raptim prælo commisissent, Catholicos nostrates (quos hoc in genere exercitatos habere sensus necesse est) magno cum applausu illud excepisse, Protestantes cuiusque ordinis infremuisse, & tanquam ad hastam amentatam visceribus eorum infixam recalcitrasse, ministros Anglicanos illud vndique pro concione inuidiosissimè exagitasse constat. Quin & Bancroftus qui eo tempore Cantuariensem totius Angliæ primariam sedem Ecclesiasticam occupauit, rem vigilantia sua & authoritate dignam iudicauit, vt selectis quibusdam sui gregis Theologis ac inter cæteros Thomæ Mortono non infimæ notæ ministro serenissimi Domini nostri magnæ Britanniæ Regis Capellano Apologiæ huius confutationem mandaret. Hoc ipse Mortonus in Epistola nuncupatoria illius qualiscunque quam edidit confutationis, quam ipse *Catholicam appellationem pro Protestantibus* indigitat, testatur: vbi & suam de hoc toto opere censuram his verbis apponit. *Quamuis Apologia non vsque adeo perfecta sit, quàm qui illam edidit, æstimauit, vtpote quam apodicticam, demonstratiuam, & aliqua saltem ex parte irrefragabilem pronuntiauit, cui & reliqui Romanenses astipulantur: hoc tamen affirmare ausim, quodcunque vspiam apud Romanos authores validum pro illa religione argumentum reperitur, quodcunque illorum dogmatibus vel specietenus consonum è docti alicuius Protestantis calamo fortè excidit, quod causam Romanam quoquo modo promouere videatur: id omne in hoc volumine collectum contra nos afferri ac pressè admodum vrgeri cernimus, tam singulari ipsarum rerum delectu, tanto argumentorum pondere, tam eleganti & exquisito stilo, deniq; tam moderato elocutionis genere, quam eorum solertia, iudicium, ingenium, ars & moderatio facilè præstare possent.* Hæc ille. Sed voluit fortè Mortonus antagonistam suum eleuare vt allideret, vel potius in cœlum efferre, vt ipsemet simul ascenderet, Cum vt falsè Poëta canit;

Non quisquam Aiacem poterit superare nisi Aiax.

Ouid. Metam. lib. 15

Quis tamen tam illustre elogium, tam præclarum de aduersario encomium absque aliqua saltem veritatis specie ab aduersario profectum existimabit? Sed ipse certe Mortonus facto magis quam verbis Apologiæ huius solidam sinceritatem elucescere fecit. Quippe qui sociorum suorum vtcunque post tabulam latitantium copijs instructus, vt credere par est, (quis enim eos Antistitis Cantuariensis mandatum neglexisse sibi persuadebit?) non nisi tertiam partem illius quam dixi imperfectæ editionis in illa sua qualicunque confutaione comprehendit, duas vero reliquas penitus omittit. Dum igitur summis labris tanquam canis è Nilo de torrente hoc bibunt isti, satis profecto manifesto ostendunt, latitare in profundo aliquid quod attingere non auderent. Itaque confutatione illa sua quam ipsis *Appellationem Catholicam pro Protestantibus* nuncupare placuit, non aliud effecisse videntur, quam vt eruditi omnes plane intelligerent, non posse Protestantes ad ea quæ hic alleguntur solidam aliquam & appositam refutationem afferre. Scitum enim est illud Salomonis, *Sermo opportunus optimus*, quem quidem authores illius appellationis quantumlibet elegantis, concinnæ, & magno verborum apparatu instructę, non attulisse, eruditorum omnium iudicium appello. Quod ne quis à me temerè ex ostentatione, aut derogandi studio dictum existimet, pauca quædam ex illa quæ sub Mortoni nomine prodijt refutatione, non quidem hinc inde arbitrio meo selecta, sed vt ab ipsis authoribus in primo Appellationis suæ capite digesta sunt, prout prędationis breuitas patitur, exempli gratia perstringam. Cum igitur Apologiæ author quô probet eam quam Catholici Romani hodie in Anglia profitentur fidem Orthodoxam esse & Apostolicam, assumat pro argumento, quod illa ipsa sit quam sanctus Gregorius opera sancti Augustini in eum finem Roma missi in gentem nostram transfudit, quæ & ei tunc communis fuit cum Cambro-Britannis ipso Apostolorum tempore ad Christi fidem conuersis, & cum cæteris omnibus tunc temporis Christiani orbis fidelibus: quid tandem ad hæc Mortonus cum suis respondent? Primo quidem contendunt, nec tamen probant, omnem de Religionis dogmatibus controuersiam ad sacras Scripturas reuocandam esse. Hoc quidem illi pro more maiorum suorum & gregalium passim omnium dicunt, sed quam iniquum & præposterum sit, sæpe nostri fuséque & imprimis Vincentius Lirinensis grauis admodum & peruetustus author in aureo illo contra prophanas hæresum nouitates libello planè demonstrauit. Mihi iam ex omnibus solum Tertulliani testimonium repetere sufficiat, *Non ad Scripturas* (inquit ille) *prouocandum est, nec in his constituendũ certamen in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut parum certa. Nã etsi non ita euaderet collatio Scripturarũ vt vtranq; partem parem sisteret, ordo rerũ desiderabat, illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est, quibus competat fides ipsa, cuius sunt Scripturæ, à quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina, qua*

Fatetur Mortonus pag. vlt.

Prouerb. 15. 23.

Sect. 11.

De præscrip. c. 19.

fiunt Christiani: vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ, & fidei Christianæ, illic erit veritas Scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Secundò, ne quid omittant isti quod carpere possint, in eo exceptionem ponunt, quod cum alius quidam author Catholicus tres Angliæ ad fidem Christi conuersiones commemoret, Apologiæ author à postrema omnium *præposterè* incœperit. Sed modò certa numeri summa constet, an ascendendo, an descendendo quis calculum subducat, quid interest? Author vero Apologiæ incipiendo à sancto Gregorio Anglorum Apostolo per singula vsque ad ipsos Christi Apostolos sæcula Catholicæ fidei eius videlicet quam etiam hodie Catholici Romani profitentur, integritatem & successionem ex ipsorum Protestantûm confessione demonstrat, estque id huius operis proprium, cui Protestantes nullum vnquam satis aptum responsum dabunt, præter vnum, quòd nunquam dabunt. Serpunt vero isti suo more, & tandem aduersus rem ipsam veniunt, ad quam tamen non perueniunt. Sed cum de religione quam sanctus Gregorius cum Cambro-britannis & vniuersis Christiani orbis fidelibus communem habuit, & quam ex Protestantum confessione Anglis tradidit, agere deberent, in sanctum Gregorium, qui tantum nobis beneficium impendit, non minus ingrati quam barbari insiliunt, eumque cauillis, calumnijs, & conuitijs onerant, oratores sane vehementes, minus tamen dulces, vt Lutheri discipulos possis agnoscere. Et primo quidem sanctum Gregorium Græcas nescijsse literas, cauillantur, id quod Baronij & Binnij nostrorum videlicet authorum testimonijs seriò & sedulo confirmant: scilicet vt hic nostros authores venditent, in re non necessaria, quibus in necessarijs carent. Sed quod sanctum Gregorium ob Græcarum literarum defectum carpunt in eo perinde mihi fecisse videntur, appellantes isti ac olim Momus, qui cum quod in Venere carperet, non inuenisset, obiecit ei in Deorum cœtu, vt refert Philostratus, quod sandalium haberet stridulum & argutum. Quis enim ad religionis dogmata dijudicanda, percipienda vel tradenda (de qua re nunc agendum esset) Græcas literas tanquam necessarias requirat? Illas certe sanctum Augustinum Theologorum principem, & hæreticorum malleum, non minus quam sanctum Gregorium ignorasse constat. Quid? quod literas Græcas quidam, vt prauarum opinionum institrices & assertrices traducere non dubitarunt, qui iurene id fecerint an iniuria non disputo. Hoc certe constat, eodem pene tempore nostra hac ætate Græcas literas incaluisse, & praua quædam dogmata, vt noua scilicet oracula è cœlo dilapsa à nescio quibus Græculis esurientibus allata fuisse. Quanquam ego id non tam Græcarum literarum, quam hominum bonis artibus abutentium vitio accidisse sciam. Sed tamen, vt dixi, literæ Græcæ aliquot annos rerum nouarum inuidia flagrauerunt pene capitalium: vt mirum non sit nouatores omnes adeo eos miserè deperire, vt in quibus eæ non inueniuntur, hos tanquam indoctos & rudes aspernari & explodere soleant. Cum potius tales vel

Sect. 2.

Sect. 3.

ob eam causam aliarum rerum scientia instructiores præsumendi sint, vtpote qui verbis minus operæ impenderunt. Id enim vsu venire videmus, vt rarò Grammaticastri, boni Philosophi vel Theologi euadant. Pergunt vero isti, & à cauillis ad calumnias progredientes, taxant sanctum Gregorium quasi nimis credulum miraculorum. Hoc vero non alia quam Cani authoritate probant, cum is solum dicat, *Eum in dialogis quædam vulgo iactata & credita miracula scripsisse, quæ huius præsertim sæculi Aristarchi incerta esse censebunt.* Quibus quidem verbis æqua lance perpensis huius nostræ ferreæ, & ad infidelitatem vergentis ætatis in non credendo tarditatem, potius quam sancti Gregorij nimiam miraculorum credulitatem perstrinxisse videri potest. Et illud quidem recte. Nam multò satius est in hanc partem peccare, quandoquidem is ad Religionem magis propendet, qui inter cætera nonnulla probabilia quam qui omnino nulla miracula credit: in quam partem huius ætatis sectarij plerique ideo inclinant: quia nulla huiusmodi à suis, multa verò à Catholicis Romanis etiam in diebus nostris fieri vident. Sed vt sermo istorum crescat, & simul calumniandi audacia & procacitas innotescat, dicunt sanctum Gregorium *violenter detorsisse, & (pio licet zelo) Spiritus Sancti sententiam peruertisse.* Quæ verba tanquam non sua, sed alterius cuiuspiam grauis authoris essent, diuerso charactere imprimunt, & ad Anonimum nescio quem, Lectorem amandant, qui librum edidit, cui titulus, *Tumultuaria & breuis Apologia siue confutatio, Lunneburgæ impressa anno* 1532. Is hæc verba habet, supradictis paulo mitiora, si tamen ipsis in margine eadem Latinè citantibus fidem adhibere quis tutò possit, & is author non de alio quam de sancto Gregorio nostro locutus fuerit, quod ego vehementer suspicor, quia improperium continent à sancto Gregorio valde alienum. Sic autem tumultuarij illius verba referunt, *Gregorius quo faciliùs id quod instituit* (& quid hoc tandem?) *maiori gratia obtineret, scripturas & quicquid potest quasi obtorto collo ad suum institutum pertraxit, pio quidem studio, nempe publicam vtilitatem iuuare volens.* Simili calumnia, ex eodem authore tumultuario S. Greg. accusant isti, quod *Legem illam Iudaicã qua præcipiebatur, vt vir qui cum propria vxore rem habuisset, aqua lauaretur, nec ante solis occasum intraret, cum sit mere cæremonialis, eum ille moralem videri voluerit.* Sed huius tumultuantis tenebrionis quicunque tandem is fuerit, temerariæ (si de S. Gregorio intelligatur) censuræ, oppono ego octaui Concilij Toletani, S. Damasceni, sanctæ Bedæ, S. Isidori testimonia, quæ primo capite huius Apologiæ citantur, de sancti Gregorij in omni doctrinæ genere excellentia atque adeò in sacris Scripturis exponendis sinceritate & dexteritate, quippe qui *in explanatione diuinorum voluminum tam visibili quam inuisibili Spiritus Sancti illustratione edoctus fuerit.* Vnde & Petrus Diaconus se Spiritum Sanctum in columbę specie eius in capite dictantis vidisse testatus est. Addamus & illud præclarum sane S. Ildefonsi eius fere coætanei de sancto Gregorio eulogium, *Gregorius magnus ita cunctorum meritorum claruit perfectione sublimis, vt exclusis om-*

Canus de locis Theolog. lib. 11. cap. 6.

Sect. 4.

Sectio 5. in margine ad f.

Sixtus Senensis libro quarto pagina 235.

S. *Ildephõsus de viris*

illustribus cap. 2. *nium virorum illustrium comparationibus, nihil illi simile demonstrauit antiquitas. Vicit enim sanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, sapientia Augustinum, &c.* At rursus alio impetu insurgunt isti ex Durando dicente, *Gregorius commisit quod Sacerdotes simplices in absentia Episcoporũ possint confirmare, vt habetur in Decret. dist. 95. Atq; ita forte in confirmationis Sacramento administrando errauit.* Quam libenter isti errorem aliquem sancto Gregorio affingerent? Sed nodum in scirpo quærunt. Neq; enim is simplicibus Sacerdotibus id quod isti obijciunt, commisit, sed potius permisit, cum ipse sanctus Gregorius de ea re sic scribat lib 3. epist. 26. indict. 12. ad Ianuarium Episcopum, *Peruenit ad nos quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros crismate tangere in fronte eos qui baptizati sunt, prohibuimus, &c.* Sed cur isti illud sancto Gregorio improperant, quod sui plerique Doctores iure licere defendunt? Inter cæteros enim Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 39. simplicibus Sacerdotibus non solum confirmandi, sed & Presbyteros & Diaconos in casu necessitatis ordinandi potestatem concedit. Nec alio quam isto fundamento Mortoni cæterorumque in Anglia etiam superintendentium ministerium nititur, vtcunque hiatum illum alio bituminis genere obducere nescio quis cæmentarius nostras nuper molitus fuerit: vt non satis consulto lapidem istum sub quo scorpio latet, appellantes isti mouisse videantur. Cur enim S. Gregorius simplices Sacerdotes confirmare infantes non permitteret, quos isti in necessitate omnia quæ Episcopus valet, facere posse affirmant? Sed reliqua quæ afferunt isti videamus. Accusant rursus S. Gregorium quod infantes in solo peccato originali mortuos non modo pœna damni, sed etiam pœna sensus torquendos existimauerit. Sed cum illa opinio tunc temporis haud improbabilis esset, nec à sancto Gregorio inuenta, vel illi soli propria in re tam obscura, & de qua etiam hodie Theologi inter se disceptant, nimiam calumniandi libidinem ostendunt, qui illam ei sic vitio vertunt. Illa vero historia de sancto Gregorij pro anima Traiani intercessione, quam ne quid omittant, isti hic recensent, cum aut falsa sit, vt grauiores authores nostri & imprimis Bellarminus & Baronius ab ipsis citati censent, aut saltem dubiæ fidei, nihil ad S. Gregorij authoritatem minuendam valet, sed magna inopia laborare eos ostẽdit, qui tam absoleta sectantur. Quidni ad S. Gregorij crepidas descendant Momi instar, qui in ipso sancto Gregorio quod iure carpant, non inueniunt? vltima enim quæ sola iam restat earum, quæ isti vndequaque corradere possunt, accusationum, de S. Gregorij libris post obitum suum vel combustis, vel combustioni expositis, Sauinianum potius ipsius S. Gregorij successorem perstringit, cuius inuidia & maleuolentia horum ipsorum quam simillima, id accidisse Platina & Sixtus Senensis ab ipsis citati referunt, nisi quod isti appellantes malitiosa absque omni fundamento interpretatione, id *sub prætextu alicuius doctrinæ in specie saltem nouæ & erroneæ accidisse* calumniantur, quod prædicti authores *ex ira & inuidia, nec sine summo scelere factum* scribunt.

S. Gregor.

Sect 5.

Ibidem.

Ibidem.

Cum

AD LECTOREM.

Cum igitur appellantes isti omnes quas possent in S. Gregorium lædorias euomuissent, quasi ipsum vomitum relambentes, easdem totidem fere verbis repetunt, atque ita totum primum caput hoc quasi epiphonemate concludunt, Gregorij authoritatem haud quaquam infallibilem esse. Nec tamen id causæ suæ diffidentia dictum existimari volunt, aut ideo illos à Sancti Gregorij iudicio appellare, quasi ipse eis in religionis dogmatibus aduersaretur, sed quia Durandus noster de eo dicit, quod cùm Deus non sit, vt homo errare potuerit, quam eandem licentiam si ipsi sibi assumant, nemo (inquiunt) nos iure reprehendere poterit. Sed quorsum tandem hæc omnia contra sanctum Gregorium hîc allata? quæ an ad argumentum initio propositum pertineant, eruditorum iudiciū iam denuò imploro. Mihi sane non videntur. Illud enim non tam sancti Gregorij authoritate nititur (licet ea & in se grauissima, & Anglis inprimis omnibus, quos per Euangelium genuit, tanti merito valere debeat, vt pro vero absque omni exceptione habeant, quicquid illum de fidei dogmatibus tradidisse compertum habuerint) quam ipsorum doctiorum Protestantûm confessione, candide agnoscentium eandem, quam & nunc in Anglia Catholici Romani profitentur fidem, ac religionem olim à S. Gregorio genti nostræ fuisse traditam. Horum igitur testimonia improbare, vel ostendendo ea non talia esse qualia hîc citantur, vel saltem non esse vera appellantes isti debuissent. Quod cum non fecerint, quin potius ipsimet *libenter fateantur S. Gregorium fortunatum patrem fidei multorum fuisse, & illis salutificam* (ipsorum verbo vtor) *Christi crucifixi cognitionem tradidisse*, liquido sanè ostendunt, sibi ipsis nihil minùs propositum fuisse, quam sinceram & solidam huic Apologiæ responsionem reddere, sed cùm causæ suæ tam perditæ succurrere desperarent, ne doctiorum authorum suorum, qui in hac Apologia Protestantismi nænias decantant, lugubres voces perciperentur, aut saltem ne nouæ religionis suæ ilicet audiretur, alio quouis incondito strepitu impedire voluisse. Sed mihi iam istos vel propinasse sufficiat.

Sect. 6.

Sect. 7.

cap. 2. sect. prima.

Illud deniq; te monitum velim (candide lector) ea quæ in hoc volumine distincto charactere tam in textu quā in margine impressa cernis, verba esse vel sensum illius authoris, qui aliqua nota ibidem apposita designatur, non tamen semper ipsius authoris verbi gratia Bezæ, Zuinglij, Caluini, &cæt. copiam habui, vt ipsissima eorum verba transcribere possem, sed aliquando licet rariùs verba quæ Author Apologiæ Anglicè citauit, qualicunque phrasi mea Latinè reddere coactus sum, quod quoties accidit, ne à recto authoris sensu discederem, omnem quam potui diligentiam adhibui. Quòd si cui absonum videatur, tot Authorum Anglicanorum testimonia præsertim imperfecta exteris proposuisse, is sciat huic incommodo cum magno Reipub. Christianæ malo consultum esse, quia Protestantes in generatione sua solertiores, omnes ferè alicuius nominis Anglicè cōscriptos libros Latinè transtulerunt, vt Catalogū Londinensem, &

Francofurtiensē perlegenti facile apparebit. Si quis vero aduersariorū Apologiæ huic responsionem adhibere tentauerit, vt integrum textum eiusdem recitet obnixè precor & obtestor. Tu interim (candide lector) authorem & interpretem qui labore suo studia tua hoc in genere promouerunt, precibus tuis iuua, & errata quæm in cudendo contigerunt, iudicio tuo vince proque humanitate tua & candore ignosce, vale. Deo gratias.

riorũ
nter
andi-
oc in
endo
idore

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO Regi magnæ Britanniæ, &c. Clementissimo Domino nostro Iacobo.

INTER *varias, easdemque validas rationes, quæ ad quæstiones in controuersia positas quoquo modo dirimendas pertinent* (Clementissime Domine mi Rex) *illæ meritò valere plurimùm, & disceptationem omnem facillimè compescere solent, quæ ipsorum aduersariorum, præsertim eruditorum, confessione firmantur. Atque hæc est religionis nostræ Catholicæ singularis sanè prærogatiua, vt veritati eiusdem ipsi etiam inimici eius capitales testimonium perhibeant: vtinam & eandem impugnare, ac persequi tandem desinant. Quid enim æquius, quàm vt eam religionem impune ab aliis exerceri permittant, quam etiam à grauioribus suis authoribus approbari cernunt? verum enim verò nonnulli eorum (pròh dolor) ad inuidiam, & infamiam pro inueterata sua malitia in nos conflandam, machinati sunt, & nuper quidem diligentius, nos, & religionem nostram Catholicam, indignis, eisdemque scandalo plenis calumniis aspergere, hoc pacto sobrios alioquin, & moderatos viros nobis offensos reddentes, & caninæ eloquentiæ suæ virus, quò securius sine aduersario, eò liberiùs in nos non sine graui nostro incommodo effundentes. Nos interim pro hac temporis angustia, non inuenimus, aut præsentius antidotum, quo innocentiæ nostræ consulamus, & tam immodestæ, ac virulentę dicacitatis toxicũ repellamus, aut ansam magis idoneam quam Majestati vestræ præbeamus, ad calamitates eas quas à longo iam tempore per-*

pessi sumus, quatenus Regiæ & Christianæ prudentiæ vestræ visum fuerit, mitigandas, quàm hanc ipsam Apologiā, ex Protestantium religioni nostræ attestantiū testimonijs concinnatam, in necessariam defensionem nostram elaboratam, & in eum solū finem sub fœlicibus Majestatis vestræ auspicijs iam in lucem editam. In quo illud inprimis nobis certum, & statutū est, nihil dubium, aut incertum producere, sed ijs solis contentos fore, quæ vel per se clara sunt, vel à doctis aduersarijs nostris sua sponte confessa. Neque verò nobis animus est, ingrata iam miniméq; necessaria exprobatione de iniurijs nobis hactenus illatis cū aduersarijs expostulare, ambages conquirere, aut persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, *religionis causam agere. Sed omnia submissè, breuiter, dilucidè proponemus, hoc certò nobis persuasum habentes, simplicem veritatē in habitu suo genuino, quantumlibet humili, Majestati tamen vestræ iudici tā perspicaci propositam, nec ingratā fore, nec despicabilem. Illud vero submisse, & obnixè deprecari par est, vt si forte in operis huius ambitu, ex festinatione, aut alia quauis imprudētia (quod tamē ne eueniat, omni qua possumus diligentia cauebimus) tam malè stylum tēperauerimus, vt verba nostra ab Aristarcho forte quopiam, aut Zoilo, In sensum minùs gratum, & à mēte nostra (quę ab omni acerbitate, & praua intētione semper abhorrebit) alienum, detorqueri possint, Regia tamen celsitudo vestra, pro innata sua clementia, & lenitate, benignum se nobis, ac beneuolum censorem præbeat, & eam scriptis nostris interpretationis æquitatem exhibeat, quæ vt tàm verbis, quam cogitationibus nostris iure merito competere possit, sanctè spondemus, nos sedulo operam daturos. Qua quidem spe freti, opus ipsum aggrediemur, in quo Majestatem vestram tanquam arbitrum honorarium lectissimum, & agonothetam æquissimum suspicimus, & alloquimur.*

APOLOGIA

PROTESTANTVM

PRO ROMANA ECCLESIA.

TRACTATVS PRIMVS.

Quod gens Anglorum à mille retrò annis & amplius, ad eam ipsam quam & nunc Catholici Romani profitentur fidem, ac religionem Christianam, conuersa fuerit.

SECTIO PRIMA.

PLACEAT igitur regiæ maiestati vestræ memoria recolere (Clementissime Rex) annos esse iam amplius [a] mille, ex quo Gregorius Pontifex Romanus, qui ob singularem eruditionem pari pietate coniunctam magni cognomen ac- ›it, cuius laudes tam [b] patres antiqui, quam ipsi 'rotestantes celebrant, Anglorum gentem, euange- ante Augustino, à prophanis ethnicæ infidelitatis ·oribus, ad Christianæ fidei veritatem traduxit. Vn- vterque eorum & meritò, Anglorum ¶ Apostolus ncupatus est. Fides autem Gregorij. quam nos tunc per

A Cooperus quōdam Superintendens Lincolniensis in Chronico fol. 156. ait, conuersionem Anglorum factam esse anno Dom. 599. Idem asserit Foxius in libro cui titulus *Acta & ›umenta*, impresso 1576. pag. 117. a prope finem.

Sanctus Gregorius laudatur à S. Damasceno doctore Græco in oratione de 'unctis. *Gregorius* (inquit ille) *veteris Romæ Pontifex, vir, vt omnes norunt, tam ›itæ sanctitatem, quam doctrinam clarus ac celebris*. Isidorus de scriptoribus Ecsiasticis cap. 27. *Gregorius Pontifex Apostolicæ sedis Romæ*, &c. *Spiritus sancti do-*

no tanto sapientiæ lumine imbutus est, vt nullus huius sæculi doctor, aut temporum præteritorum par illi fuerit. Octauum Concil. Toletanum can. 2. *Beatus Papa Gregorius ob vitæ merita honorandus, & in Ethicis suis assertionibus meritò cæteris fere omnibus, præferendus.* Venerabilis Beda lib. 2. hist. cap. 1. *Gregorius immortalis ingenij vir, qui industria sua Anglos à potestate Satanæ ad fidē Christi conuertit,* & addit, *Nobis est Apostolus, nam signaculum Apostolatus eius nos sumus in Domino.*

c Humfredus in Iesuitismi part. 2. rat. 5. pag. 624. *Gregorius nomine quidem magnus & reuera magnus, vir magnis & multis diuinæ gratiæ dotibus ornatus,* &c. Thomas Bellus in lib. cui tit. Papismus recognitus p. 187. *Gregorius cognominatus magnus, sanctus & doctus Pontifex Romanus.* Goodvvinus in catalogo Episcoporum Angliæ pag. 3. ante med. *Beatus ille & sanctus pater Gregorius fidem Christianam in gentem nostram replantandam curauit.* Vvhitakerus contra Duræum lib. 5. pag. 394. in fine. *Quod nos magno beneficio affecit Greg. id gratissima semper memoria recolemus.*

¶ De S. Greg. vide Ven. Bedam immediate ante, sub lit. B. & de S. Aug. Goodvvinum in catal. Episcoporum Angliæ pag. 7. initio vbi Augustinum appellat *hunc nostrum Apostolum.*

per Augustinum ab eo missum accepimus, quòd fuerit eadem sine dubio Catholica, quam etiam nunc Catholici Romani profitemur, ex duobus planè perspici potest. Primò quidem quia constantes semper ac stabiles mansimus, in fide nostra Catholica prædicta, adeo vt nulla prorsus alia eius quam hodie profitemur fidei, origo assignari possit, vel alicuius articuli eiusdem, repetendo à præsenti sæculo, vsque ad ipsum tempus primæ conuersionis nostræ supradictæ. Quis enim credat Chronographos nostros cuiusque sæculi * intermedij à prima conuersione nostra vsque ad præsens tempus, quotidianos fere motus ac mutationes, tam politici status huius regni, quam Ecclesiastici posteris tradidisse, † ortas Hæreses singillatim enumerasse, iacta

*Chronographi Angliæ cuiusq; sæculi à conuersione nostra extant etiam hodie quam plurimi, ijque celebres, nempe Ven. Beda, qui infra centum pòst annos aut circiter, & alij multi qui infra quingentos abinde annos vixerunt. Hos sequitur Geraldus Cambrensis, Matthæus Paris, Gulielmus Neubrigensis, Matthæus Vvestmonasteriensis, & alij plerique, qui omnes infra quingentos annos conuersionem nostram proxime sequentes vixerunt. Quos omnes cum alijs plurimis cuiusque ætatis scriptoribus, Stous initio Annalium suorum anno 1592. impressorum in catal. peculiari in frontispicio libri recenset. Ex quibus & Protestantes Theologi Heidelbergenses collegerunt ac ediderūt integram historiam rerum Anglicanarum ab ipsis temporibus dictæ conuersionis nostræ, vsque ad regnum Henrici IIII. inscriptam *Rerum Britanicarum* &c. *scriptores vetustiores,* &c.

ipressum Heidelbergæ 1587. In quibus omnibus ac singulis, ne minima quim mentio aut vestigium vllum cernitur, secundæ alicuius originis, aut noui tus Caholicæ religionis quam profitemur, à tempore primæ conuersionis ſtræ per S. Greg. factæ.

Hæreses Lollardorum, & VViccleffistarum, &c. in Anglia ortæ, ex antiquis hi- ɔrijs per modernos Stoum, Holinshedum, Foxium, & Centuriatores 5. cap. iusque Centuriæ recensentur. In quo illud in primis notandum, quod & in m præsentem facit, eas solum opiniones pro Hæresib. & nouis dogmatib. .bitas esse, quæ dissentaneæ & contrariæ fuerunt, nunc creditæ, & tunc genera- er receptæ fidei nostræ catholicæ.

iacta fundamenta tot sedium Episcopalium, Eccle- arum, Collegiorum, Monasteriorum, &c. enarrasse, mutationem legum nostrarum nationalium ac to- us regiminis † vicissitudines commemorasse, reli- ionis autem mutationem, & tantam à fide apostasiam, uanta nunc ab aduersarijs prætenditur, penitus siluis- :?aut eruditum antagonistam nostrum Goodvvinum, istincte nobis nomina ac seriem referre voluisse, tot :dium Episcopalium Catholicarum Angliæ ab ætate ostra vsque ad Augustinum, gesta etiam Episcopo- um, tam bona, quam mala recensere, vna cum cōten- ione subinde orta inter Episcopum Cantuariensem c Eboracensem, de prærogatiua Sedis, nec tamen cum præsertim id libri ¶ titulus exigeret) mentionem llam facere mutationis seu innouationis, vel vnius quidem

¶ De institutione tot sedium Episcopalium quando & per quos ea facta sit. Vide Harrisonū in descrip. Angliæ annexa Chronico Holinshedi impresso 1587. c. 2. pag. 140. vsque ad paginam 148. De erectione autem duarum Academiarū & Collegiorum ad eas pertinentium, vide Anales Stoi impressos 1595. à pag. 1297. vsque ad pag. 1305. vbi singuli fundaores, & tempus fundationis nominantur.

De frequenti mutatione legum nostrarum nationaliū, quando & per quos fata sit: Vide eundem Stoum vbi supra pag. 118. ante med. & Harrisonum in dita descriptione cap. 9. sub titulo legum Angliæ pag. 176. 177. per totam & pag. 22. B. lin. 54. & vide magnum Chronicon Holinshedi vltimæ editionis volunine primo, in tabula libri, verbo leges, & eundem volumine secundo pag. 8. \. post med. & B. ante med. & pag. 396. a.

Diuersæ regiminum formæ, per Saxones, Danos, Normannos, mutatioies variæ ex alijs occasionibus ortæ, bella gesta, coniurationes excitatæ, regum ıostrorum stemmata, & eorundem obitus, nobilium familiarum ortus, & :uersiones, in Chronicis nostris tam frequenter occurrunt, vt ea singillatim :numerare nihil opus sit, immo ipsæ Regulorum, Merciorum, Northumbroum &c. (antequam Anglia iam in monarchiam redacta esset) successiones, à ?rotestante illo Authore historiæ magnæ Britanniæ impressæ, Heidelbergæ unno 1606. recensentur pag. 205. 237. 257. 264. 275. 291.

¶ Titulus libri Goodvvini est, *Catalogus Episcoporum Angliæ à prima Christianæ religionis in hac Insula propagatione, breuem continens historiam vitæ & gestorum memorabilium ex antiquorum scriptis collectam.* Incipiens autem à sede Cantuariensi, S. Augustinum Apostolum nostrum primum eiusdem sedis Episcopum ponit pag. 1. Laurentium successorem eius pag. 7. & cæteros ordine sibi inuicem succedentes vsq. ad pag. 133. vbi Ioannem Vvihitgiftum nuper defunctum septuagesimum secundum illius sedis Archiepiscopum collocat. Simili ordine seriem texit aliarum particularium sedium, nempe Londinensis, Vvintoniensis, Eliensis, Lincolniensis, Couentriensis & Lichfeldiensis, Sarisburiensis, Bathonensis, & Vvellensis, Exoniensis, Nordouicensis, Vigorniensis, Herefordiensis, Roffensis, Oxoniensis, Eboracensis, Dunelmensis. &c. Cum igitur ex libri Titulo præ se ferat Episcoporum vitas, & res gestas conscribere, nonne oportuit (si veritas permisisset) ostendere, quando, & per quem, horum Episcoporum fides nostra Catholica primò innouata, & à quibus impugnata fuisset? Prodit ille quidem Cantuariensis & Eboracensis de priuilegijs sedium suarum contentiones pag. 31.38.451.454. at de fide aut religionis mutatione ne verbum quidem.

quidem articuli fidei nostræ Catholicæ quam nunc profitemur, tentatæ, nedum factæ, ab aliquo vno horum omnium Episcoporum? Cum igitur regnante Henrico huius nominis VIII. & ante semper à prima gentis nostræ conuersione, Catholicam nostram religionem palam * in hoc regno viguisse constet, nec eruditi aduersarij nostri quibus id incumbit (licet sæpius prouocati) ostendere potuerint locum aliquem vel tempus, in quo vel vnus aliquis articulus dictæ fidei nostræ Catholicæ, in sæculo aliquo post S. Gregorium inceperit, aut cui tanquam nouo contradictum fuerit, cum è contrà nos illis monstremus primam ac nouam originem, & contradictionem illorum dogmatum, in quibus à nobis dissentiunt, partim à Ioanne † Vvicleffo inuentorum, & vltimo hoc sæculo à Tindallo auctorum, quem ob eam causam (neque enim alium authorem habent) Anglici nostri Protestantes, *primum post Ioannem Vvicleffum ¶ Apostolum nuncupant*, quis tam tardus qui non persentiat, Catholicam nostram doctrinam, quæ tanquam per manum temporis, serie non interrupta

* Hoc sub recenti huius sæculi memoria cadit, & in confesso est, vt infra Tract. 1. sect. 6. sub diuisione 2. ad 2. & 3.

† De ortu Vvicleffi vide Goodvvinum vbi supr. pag. 98. ante med. & vide infra Tract. 2. ca. 2. sect. 4. sub. 1. ad lit. V. X. C. D. E. F. G. Aliud exemplum est illorum qui cælibatum Sacerdotum impugnabant, & Lollardorum, & similium quibus omnibus in primo suo ortu Ecclesia contradixit eosque tanquam nouatores explosit.

Henricus Stalbrigensis in epistola sua ad Angl. patriam suam dilectam Basilea pag. 7. ait, *Suscitauit Deus Guliel. Tindallū primum Christi Apost. post Ioan. Viccleff.* Et Vvetenhal in Tract. de abusib. &c. pag. 134. *Tindallum Angliæ Euangelistam* vocat, & Foxius in Actis & Monumentis pag. 883. med. ait, *Tindallus verè nouissimorum temporum Apostolus.* Hic Tindallus combustus est tempore Henrici VIII. Humfredus in vita Iuelli impressa Londini anno 1573. pag. 263. ante medium, de Wicclesso ait, *Ioannes Vviccleffus noster hisce nouissimis temporibus huius Euangelij tubicen fere primus, &c.*

terrupta ab Henrico VIII. ad S. Gregorium vsque, sese extendit, illam ipsam esse Catholicam & genuinam religionem, ad quam gens nostra à tot retrò sæculis per Augustinum conuersa fuit, & in qua hactenus stabilis semper & constans perseuerat? Hoc autem fusiùs demonstratum est, in libro illo perdocto, cui Titulus, *Tres Angliæ conuersiones* * cui nemo hactenus aduersariorum respondit.

Secundò hoc ipsum aduersarij, ijque primarij & antesignani clarius, certiusque ostendunt, nempe Humphredus, Carion, Lucas Osiander, Centuriatores Magdeburg: & alij qui religionem à SS. Gregorio, & Augustino traditam describentes, hæc sequētia commemorant. [d] *Altaria, Vestimenta sacra, Imagines, Calices, Cruces, Candelabra, Thuribula, Vasa sacra, Aquam benedictam, eiusdem aspersionem, Reliquias, earundem translationem, Ecclesiarum dedicationem (vt illi loquuntur) ossibus & cineribus mortuorum, consecrationes Altarium, Calicum, Corporalium, Fontis baptismalis, Chrismatis, Olei, Ecclesiarum, adhibita etiam aquæ benedictæ aspersione, Missæ celebrationem, vsum pallij Archiepiscopalis inter missarum solennia, Romanarum cæremoniarum codices, & onus cæremoniarum, liberum arbitrium, meritum, iustificationem ex operibus, Pœnitentiam, Satisfactionem, Purgatorium, cœlibatum*

* Hactenus nemo respondit. Subuersio enim trium conuersionum per Sutcliffum, ne nomen quidem responsi meretur, cum solidiores quasque illius authoris rationes dissimulet, & omittat. Prædictus autem Tractatus, apud ipsos etiam aduersarios authoritatem obtinuit. Author enim ille Protestans historiæ magnæ Britanniæ impressæ anno 1606. pag. 302. in fine dum historicos Anglicanos citat à quibus se suam excerpsisse historiam profitetur, inter cæteros recenset *Tres Angliæ conuersiones à paganismo ad religionem Christianam.*

D Quod prima conuersio nostra ad singula religionis capita facta fuerit quæ & nunc profitemur, testatur Humfredus in Iesuitismi parte secunda rat. 5. pag. 5. & 627. *In Ecclesiam quid inuexerunt Gregorius & Augustinus? onus*

cæremoniarum, &c. Intulerunt pallium Archiepiscopale ad sola missarum solennia, Purgatorium &c. oblationem salutaris hostiæ, & preces pro defunctis &c. Reliquias &c. Transubstantiationem &c. Nouas Templorum consecrationes &c. ex quibus omnibus quid aliud quæsitum est, quam vt indulgentiæ, Monachatus, Papatus reliquumque Pontificiæ superstitionis chaos extruatur? Hæc autem Augustinus magnus monachus, à Gregorio monacho edoctus, importauit Anglis &c.

libatum Sacerdotum, publicam Sanctorum inuocationem, & cultum, Imaginum venerationem, Exorcismum, indulgentias, vota, Monachismum, transubstantiationem, orationem pro defunctis, oblationem Hostiæ salutaris, nempe Corporis Christi & sanguinis pro defunctis, exercitium iurisdictionis Romani Pontificis, & eiusdem super omnes Ecclesias primatum, denique reliquum Pontificiæ superstitionis chaos, vt ipsi loquuntur.

Hinc

Similem plane doctrinæ Greg. descriptionem habet Carion in chron. l. 4. pag. 567. & 568. *Greg. (inquit) publicum ritum inuocationis diuorum instituit, & ossibus ac pulueribus sanctorum templa dedicari iussit; Auxit plurimum falsam persuasionem de Monachatu, & de operibus sine Dei mandato excogitatis, de satisfactionibus, de votis, de cælibatu, opinionem etiam de oblatione corporis, & sanguinis facienda pro mortuis comprobauit,* &c *cum tragicè declamitet se abhorrere ab vniuersalis Episcopi appellatione, id se tamen quod titulus profitetur vehementer concupiuisse re ipsa declarauit, cum imperium in alienas Ecclesias sibi sumpserit.* Ioannes etiam Balæus in actis Rom. Pontificum Basileæ impressis 1558. pag. 44. 45. 46. 47. *Gregorius (inquit) magnus omnium Patriarcharum Romanorum vita & doctrina præstantissimus* &c. *parentum domus in monasteria vertit.* &c. *super Apostolorum mortua cadauera Missas celebrari præcepit* &c. *Imaginem diuæ Virginis circumferri permisit,* &c. *Peregrinationes aut statuas, pro plebis deuotione per indulgentias confirmauit, Purificationis Mariæ festum cereis illustratum, & palmarum diem solennem processionibus honorauit. Initium Quadragesimalis ieiunij cinerum aspersione sacrauit, vsum carnis, lactis, casei, butiri, & ouorum, ieiunantibus interdixit,* &c. *templis lumina dedit, sex monasteria condidit, mulieres monachorum cœnobia subire vetuit, & Monachos monialium tecta,* &c. *ne bigamus fiat presbyter prohibuit* &c. *Indulgentias certis diebus & templa visitantibus primus concessit,* &c. *Dialogorum libros quatuor pro fulciendo Purgatorio fecit, consecrationes cinerum* &c. *Crucis adorationes & Missas pro mortuis admisit,* &c. *Hæc omnia vt Patriarcha Rom. fecit.* Et alibi nempe Cent. 1. fol. 3. *Aug. (inquit) à Greg. missus Anglosaxones fide Papistica imbuendos curauit.* Item, *Ethelbertus anno 21. post susceptum Papismum mortuus est.* Et Lucas Osiander in epit. hist. Ecclesiasticæ Cent. 6. pag. 289. fine & 290. initio hæc omnia fusius describit his verbis. *Augustinus Romanos ritus & consuetudines Anglicanis Ecclesijs obtrusit, scilicet altaria, vestes, calices, cruces, imagines, Missas, candelabra, thuribula, vexilla, sacra vasa, lustrales aquas, Rom. cæremoniarum codices* &c. ibid. pag. 288. prope finem de Gregorio ait, *In pluribus articulis turpiter, & pontificiè hallucinatus est, nam & libero arbitrio, & bonis operibus nimium tribuit. De pænitentia non recte docet, cælibatum ministrorum Ecclesiæ acriter vrsit, inuocationem Sanctorum, eorumque cultum sed & imaginum idololatricam venerationem approbauit, palliauit, & defendit.* Centuriatores

tiam Magdeburg. Cent. 6. c. 10. col. 748. non minus expresse referunt doctrinam quā Augustinus nos Anglos edocuit: Et alibi in eodem libro è Gregorij scriptis, quæ ibi citant, quasdam opiniones excerpunt, quas erroneas censent, putà Papisticas. In indice seu tabula alphabetica illius sextæ Cent. iuxta primam editionem, verba Greg. figuris signanter appositis indicant, vbi quælibet huiusmodi opinio in eius scriptis inueniri possit, nempe *de bonis operibus, de confessione, de coniugio, de Ecclesia, de Sanctorum inuocatione, de inferno, de iustificatione, de libero arbitrio, de purgatorio, de pænitētia, de satisfactione.* Attribuunt etiam illi è scriptis suis, *consecrationem altarium, calicum, corporalium.* Col. 369. in fine, *oblationem pro mortuis*, col. 373. post med. *Exorcismum.* Col. 376. circa med. *translationem reliquiarum* Col. 381. fine & 382. *Monachismum*, 383. initio & 384. *peregrinationem* Col. 384. initio, *consecrationem Ecclesiarum, Missam, reliquias, aquæ benedictæ aspersionem* Col. 364. 365. *consecrationē fontis baptismalis, crismatis, & olei* Col. 367. prope initiū, *celebrationē Missæ* Col. 369. fine & 370. initio & 693. post med. & 694. *Quod sibi vendicauerit & exercuerit primatum super omnes Ecclesias* Col. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. &c. De quo postremo scilicet primatu, accusatur, & taxatur à Fulcone in confutatione purgatorij pag. 310. ante med. & à Petro martire in C. 8. Iudicum & Carione in Chron. lib. 4. pag. 568. ante med. & Luca Osiandro in Epitome centur. 6. pag. 242. & Povvello de Antichristo in præfat, pag. 1. in fine & 2. vbi *ait se in ea esse sententia, quod Papa Antichristus fuerit semper post Gregorij magni tempora.*

Hinc est quod Fulco 2 conuersionem illam nostram *Peruersionem vocet*, & Danæus* *Inebriationem meretricis* de qua Apoc 17. versu 4. & Povvellus 3 sanctum Augustinum *pseudoapostolum* appellat, Cartvvritus per contemptum 4. *Romanum Augustinum, & Vvillettus SS. Gregorium & August. inter primos 5 authores superstitionis, & duces ac Coriphæos Theologorum Papisticorum numerat.* Nec dubitauit Lucas Osiander de sancto Augustino dicere, 6. *Quod Angliam libidini Romani Antichristi prostituerit, & ob eam causam sine dubio in infernum detrusus sit, ibi facti mercedem accepturus.* Addit 7 Aschamus eū *veræ religionis extirpatorē, & totius doctrinæ*

2 Fulco in confutatione Purgatorij pag. 333. initio.

* Danæus in responsione ad disputationes Bellarmin. parte 1. pag. 780. fine.

3 Povvellus in animaduersionibus ad petitionem Papistarum pag. 34. circa med.

4 Cartvvritus in 2. replicatione parte 1. pag. 37. circa med vbi. *S. Aug. cum Nouato, Manete, & Anabaptistis numerat.*

5 Vvilletus in Tetrastylo Papismi pag. 122.

6 Osiander in Epitome &c. Centur. 6, pag. 29. post med.

7 Aschamus in Apologia pro cœna Dom. contra Missam &c. pag. 33. vbi ait, *Quomodo irrepsit Missa in Angliam hoc certo scimus, Aug. Anglorum Apostolus qui nominatur profligator veræ religionis, & fundator omnis Papisticæ doctrinæ, scribit ad Gregorium Papam quomodo Missam in Anglia constituerit, &c.*

næ Papisticæ propagatorem fuisse. 8. *Harrisonus Augustinum accusat, quod Saxones a Paganismo ad superstitionem non minus impiam converterit & à publica ad secretam Idololatriam traduxerit.* Denique quod 9 *Aug. huc veniens Papismum introduxerit.* His astipulatur Balæus, dicens, e *August. per interpretes populum nostrum fidem Papisticam docuit*: Cuius etiam professionem improperare non verentur, quibusdam claris viris, nempe fratribus Evaldis, quos eam ob causam f *martyres papisticos appellant.* Vixerunt autem hi sæculo conversionem nostram proximè subsequenti.

Sed & *Venerabilem Bedam errasse dicunt* g *in omnibus illis articulis, quibus ipsi hodie à Papa dissentiunt.* Quo tamen non obstante, eum cognomine h *Venerabilis* dignum censent, i & *in numero piorum à Spiritu sancto inspiratorum reponunt.*

Atque hic iam sistere possemus (Clementissime Domine) & cæteris omnibus omissis, regiam & Christianam prudeniam vestram compellare, an non durum nimis, & matura vestra ac docta censura, pari mansuetudine ac indolis lenitate coniuncta, plane indignum foret, condemnare, reijcere, persequi, id quod Majestatem vestam nunquam commissuram speramus, fidem nostram ac Deum colendi ritum, ad quem à tot iam sæculis per sanctum Gregorium conversi sumus, quem patrem 1 Iuellus (*celeberrimus*, vt quibusdã * placet, *aliquot sæculorum Theologus*) in k publica illa sua & repe-

8 Harrisonus in descriptione Britanniæ præfixa Chronico Holinshedi volum. 1. iuxta postremam editionem pag. 29. B. lin. 11.

9 Vide eiusdem verba magis aperta ib. pag. 27. a lin. 72.

E Balæus in catal. script. illustrium maioris Britanniæ Cent. 14. pag. 117.

F Balæus ibid. Cēt. 14. pa. 145. *Passi sunt pro Papis. mart. Papistici anno 693.* Vide etiam Cēturiatores Magdeburgenses Cent. 7. cap. 6. col. 154. & Lucam Osiandrum in Epit. Cent. 7. l. 4. cap. 20. pag. 131. circa & post med.

G Lucas Osiander in Epitome Cent. 8. lib. 2. cap. 3. pag. 58. initio de Beda ait, *Omnibus Pontificijs erroribus (in articulis in quibus hodie à Papa dissentimus) involutus est*, &c. & addit *Bonus fuit vir.*

H Foxius in act. & monu. impres. 1576. pag. 128. B initio & Thom. Bellus in regimine Ecclesiæ, p. 175. *S. Beda qui ob magnam virtutem & singularem doctrinam venerabilis, seu reverendus cognominatus est*, &c. Cooperus in Chron. ad annum 724. fol. 168. & Holinshedus in magno Chronico vltimæ editionis vol. 1. pag. 130.

I Humfredus in Iesuitismi parte 2. rat. 3. pag. 326. ante med.

* Eo titulo Hookerus in Ecclesiastica politia lib. 2. sect. 6. pag. 112. in fine Iuellum insignit.

K Iuellus in concione ad crucem D. Pauli habita, S. Gregorium inter eos Patres enumerat, quos tanquam controversiarum religionis iudices compellat. Vid-

ide etiam Humfredum in vita Iuelli impressa 1573. 123.

:petita 10. prouocatione nominatim, vt omnium ontrouersiarum iudicem appellat. Cum præsertim rædicta conuersio nostra, infra præscriptum temus illorum 11. sex centorum annorum facta fuerit, uos ipsi aduersarij nostri, etiam minus verecundi, t sinceræ religionis conseruatrices venerantur & olunt.

10. Whitakerus in responsione ad rationes Cāpiani, rat. 5. fine pag. 90. ante med. ait, *Audi Campiane quam ea die Iuellus vocem verissimam c constantissimam emisit, quando ad sexcentorum annorum antiquitatem prouocauit, obisque obtulit, vt si vel vnicam ex aliquo Patre, aut Concilio, claram, & dilucidam ·ntentiam afferretis, non recusaret, quin vobis palmam concederet. Ea est nostrum omium professio, idem omnes pollicemur, fidem non fallemus.*

1. De primis 600. annis vide Whitakerum vbi supra, & Iuellum in Concione ua ad D. Pauli crucem, & in replicatione pag. 1. initio, & Humfredum in vita uelli impressa 1573. pag. 123. & 124. &c.

QVOD FIDES NOSTRA CATHOLICA aliquot sæculis ante conuersionem nostram, per orbem vniuersum recepta fuerit, atque per omnia consona sit illi, ad quam Cambro-Britanni ipsis Apostolorum temporibus conuersi sunt.

SECTIO SECVNDA.

CVM hæc igitur sit religio nostra (Domine mi Rex) ad quam sine dubio à tot iam sæculis, eo quo diximodo, conuersi sumus, cuius Catholici professores templa construxerunt, Episcoporum sedes, Scholas, Collegia, Academias, erexerunt, & cætera pietatis monumenta, vna cum legibus nostris antiquis municipalibus nobis reliquerunt, ob quam tamen tot ac tanta nuper perpessi sumus, neque ea Romanis, aut nobis solum Anglis tunc propria fuerit, sed (vt [k] Parkinsius, Symon de Voyon, Povvellus, Hutterus, Fulco, & Hospinianus, omnes aduersarij nostri, ijdemque docti confitentur, & dolent) eo ipso tempore per totum orbem Christianum diffusa, neque tunc primum tam latè patens, sed per aliquot ante

k Parkinsius in expositione symboli pag. 307. *Nongentos annos hæresis Papistica orbem vniuersum occupauit.* Symon de Voyon in commentario suo in catalogum doctorum, &c. in epistola ad lectorem post med. *Anno 605. Cum Bonifacius tertius in Papale solium euectus esset, tunc falsitas vicit, &c. tunc orbis Christianus facibus sordium Antichristianarum detestandæ superstitionis, & traditionum Papalium obrutus est, tunc facta est decessio à fide per Apostolum prædicta.* Et Gabriel Powellus in consideratione rationum Papistarum, &c. pag. 105. fine. *Concedo* (inquit) *quod ab anno 605. Congregatio profitentium Papismum, visibilis valde fuerit, & conspicua.* Vide infra tract. 1. sect. 8. prope initium in margine ad C. Hutterus etiam doctor, & publicus Wittenbergæ professor lib. de sacrificio Missalico pag. 377. fine, ait, *Libenter concedo Idolomaniam Pontificiam, cuius verum est sacrificium missaticum, totum pene terrarum orbem inuasisse, maxime superiori proximo millenario.* Vide plura ibi pag. 103. initio. Hospinianus in historia sacramentaria lib. 2. pag. 157. post med. ait, *Gregorij magni ætate omne superstitionis, & idololatriæ genus, quasi mare quoddam totum pene Christia-*

tum orbem inundauit, obruit, ac penitus submersit, nemine iam non modo non reluctante, sed omnibus, vires, quas quisque potuit, addentibus & suppeditantibus. Fulco in responso suo ad pseudocatholicum pag. 36. initio ait. *Subintrauit ac præualuit religio Papistica anno 607. adeoque latè patuit, vt reuelatio Antichristi* (inquit ille) *cum fuga Ecclesiæ in desertum, tunc facta fuerit, &c.* Vide hæc in replica ad Bristoum pag. 347. circa med.

Quod autem religio ad quam Angli per Gregorium conuersi sumus, per alias gentes vndique diuulgata fuerit, ex litteris gratulatoriis eiusdem ad varias nationes ea de re datas, constat. Verbi gratia l. 5. indict. 14. epist. 59. ad Brunichildam reginam Francorum de conuersione Anglorum. Et ibid. epist. 52. Palladio Episcopo de Sanctonis, Pelagio de Turonis, & Sereno de Massilia, & ibidem ep. 53 Vigilio Episcopo Arelatensi, & ib. ep. 54. Desiderio Viennensi & ibid. epistola 58. Theodorico & Theodoberto regibus Francorum. Et l. 9. Indictione 4. epist. 56. Brunechildæ reginæ Francorum & epist. 52. Maxime verò obseruandę sunt illæ quas ad Eulogium Episcopum Alexandrinum ea de re dedit l. 7. indict. 1. epist. 30. cuius verba aliquot citantur infra tract. 1. sect. 5. in margine lit. r Fidei autem S. Gregorij à quo & nos eam accepimus Catholicismus, ex mutua communione, & communicatione eius satis nota cum omnibus Christiani orbis orthodoxis, probatur, cuius ampla testimonia, quæ in epistolis eius extant, videat studiosus lector, *de Græcia* l. 4. epist. 56. vniuersis episcopis per Helladiam prouinciam constitutis, & l. 1. ep. 43. & l. 4. ep. 7. vniuersis Episcopis per Illyricum, & l. 4 ep. 53. Episcopo Corinthiorum, de Patriarcha Constantinop. vide l. 7. epist. 64. Ioanni Episcopo Siracusano prope finem, & epist. 65. eidem Ioan. Diacono Constantinop. & l. 9. ep. 41. & l. 6. ep. 4. Ciriaco Episc. Constantinop. & ib. epist. 5 6. 7. *de Africa*, vide l. 7. ep. 30. & l. 5. ep. 60. ad Eulogium Patriarcham Alexandriæ, & l. 4. ep. 3. & l. 6. epist. 32. Dominico Ep. Carthag. & l. 5 ep. 61. Gennadio Patriarcio Africæ, & l. 4. ep. 61. Dominico Ep. Carthag. & l 6. ep. 2. Columbo Episcopo Numidię: *de Asia*, vide ep. ad Isicium Episcopum Hierosolymitanum. Extant lib. 9. epistolarum epist. 40. & vide lib. 6. epist. 29. Anastasio presbytero, & l. 7. ep. 7. Amos Episc. Hierosolymitano: Vide etiam l. 9. ep. 27. Maximiano Episcopo Arabiæ, & l. 5. ep. 6. Anastasio presb. Isauriæ (hęc pars est minoris Asiæ.) Vide etiam epistolas eius ad Patriarchas Alexandriæ, & Antiochiæ l. 6. epist. 31. Eulogio Ep. Alexandrino, & Anastasio Episc. Antiocheno, & lib. 6. ep. 24. Anastasio Episc. Antiocheno: *de Europa* (vt supradictas pro conuersione nostra epistolas eius omittant) aliæ quas in singulas fere eiusdem prouincias dedit, tot sunt, vt eas recensere superfluum sit. Ex quibus, & multis aliis eius epistolis, liquido demonstratur. S. Gregorium (qui gentem nostram ad fidem, quam nunc profitemur Catholicam, instituisse cognoscitur) communicationem, & fidei communionem habuisse cum Patriarchis Alexandriæ, Antiochiæ, Constantinopolis, & Hierosolymarum, nec non cum orthodoxis vniuersis Asiæ, Africæ, & Europæ Ecclesiis.

ante sæcula (vt illi ipsi conqueruntur) talis manserat, *vndique regnans* [l] (inquit Napperus Maiestatem vestram alloquens) *absque notabili aliqua contra-*

l. Ioãnes Napperus tract. [illegible]

dictione, mille ducentos sexaginta annos, * *Papa & clero eius toto illo tempore externam, & visibilem Christianorum Ecclesiam occupantibus* : intelligit autē totum spatium à trecentis proximè post Christum annis, ad nostra vsque tempora elapsum. Hinc absq. alia probatione (meo quidē iudicio) plane demōstratur, religionem nostram quæ tunc tam vniuersalis, & antiqua habebatur (hæc autem singula studiosus lector plenius cognoscere poterit, per ea quæ infra de Constantino & Ecclesia illius tēporis, singillatim † ac copiose disseruntur) ipsis Apostolorum temporibus fuisse coæuam.

Nec enim breue spatium tēporis sufficere potuisset (cum præsertim tam diræ, ac tam diuturnæ § persecutiones interim flagrauerint) ad dilatandam sæculo proximè sequenti in tantam latitudinem fidem nostram Catholicam, in quantam ipsi aduersarij (vt dictum est) eam tunc extensam fuisse confitentur. Atque hæc religionis nostræ ab ipsis Apostolorum temporibus deriuatio, magis elucescit, ex collatione facta illius religionis, quam à Gregorio & August. accepimus, cum primitiua illa Cambrobritonum, quam (vt in confesso est) Apostolorum temporibus didicerunt. Docti enim aduersarij nostri verè affirmant (vt est sane indubitatum) proximos nostros Cābrobritannos, fidē [m] Christi ab ipsis Apost. prædicantibus suscepisse, eamque vsque ad Augustini aduentū ¶ retinuisse, nihil interim mutatam, aut [n] corruptam à Romana Ecclesia, vt ipsi etiam cōfitentur. Hoc * Barlous disertè probat, & S. Bedæ testimonio conuincitur, qui illis prope temporibus [p] vixit, & eorundem historiam scripsit. Imo ipsi scriptores Protestantes recentiores agnoscunt, quod collatione habita in loco ob eam causam in diebus Bedæ dicto [q] Augustine izat, inter Augustinum, & Britonum Episcopos, qui primò pertinaciter in quibus poterant August. restiterunt (ob quam causam Foxius eos [r] meritò reprehendit) in cæteris tandem conuenientes, in duobus [s] solum dissenserunt, illo [t] saltem tempore tolerandis, videlicet *cæremonijs baptismi, ab*

dicato Maiestati vestræ pag. 68. prope finem inter annum domini 300. 316 regnum Papisticum, & Antichristianum incepit vndiq; dominari, absque præpotenti aliqua contradictione annos 1260.

* Napper vbi sup. pag. 145. cui consonat Bricardus in Apocal. fol. 110. a circa med. & alij, infra citati, tract. 2. c. 1. sect. 3, fine in marg. ad num. 111.

† Singula relig. nostræ capita, tempore Constant. viguisse: vide infra tract. 2. c. 1. sect. 3. per totum. Quod autem religio illa, fuerit *Ecclesiæ totum terrarū orbem suo fulgore illuminantis*, asserunt Cent. ib. allegati ad numerum 113.

§ De crudeli ac continua persecutione quæ primis tercentis à Christo annis sæuijt vide

infra tract. 2. cap. 1. initio in margine ad * & x. Vide etiam Cent. Magdeburg. Cent. 1. 2. & 3. cap. cuiusque cent.

M Camdenus in sua Britannia &c. p. 40. circa med. ait, *Certum est Britannos in ipsa Ecclesiæ infantia Christianā Relig. imbibisse:* In cuius probationē allegat ibi varia antiquorum testimonia p. 40. circa med. & p. 157. paulò post med. ait, *In hac insula floruit Monasterium Glastenburiense, quod antiquam repetit originem à Iosepho Arimathensi &c. hoc enim & antiquissima huius Monasterij monumenta testantur &c. Nec est cur de hac re ambigamus.* Harrisonus in descriptione Britaniæ annexa Chronico Holinshedi vlt. editionis vol. 1. p. 23. à lin. 18. ait *Quod Iosephus hic in Anglia tempore Apostolorum prædicarit, sepulchrum eius in Glastenburio, & Epitaphium ei affixum, satis probat.* Enoch Clapham in Alexipharmaco scismatis. p. 24. de conuersione Britonum, tempore Apostolorum facta loquens, ait: *Aeque à me quærere scismatici nostri possunt, quomodo sciam fuisse Regem Henricum, ac quomodo illud aliud cognoscam.* Astipulatur Fulco libr. contra Heskinum, Sanderum &c. p. 561. sect. 71. & in confutatione Purgatorij p. 332. & Goodvvinus Catalogo Episcop. &c. p. initio. Et Iuellus in catalogo Paparum. *Britanni, inquit, quam à Iosepho ab Arimathia fidem acceperunt, eam ad Augustini vsque aduentum retinuerunt.* Fulco contra testamentum Rhemense in 2 ad Corinth. 12. sect. 5. fol. 316. a circa med. ait, *Catholici Britones, apud quos Religio christiana continua serie ab Apostolorum tempore manserat, Augustinum recipere noluerunt.* Et in respon. ad Pseudocatholicum p. 49. fine ait, *Britones ante aduentum Augustini in fide Christi ab ipsis Apostolorum temporibus perseuerarunt.* Foxius in Actis & Monumentis impressis 1576. p. 463. a circa med. ait *Britones fidem semel acceptam numquam deseruerunt, ob falsos prophetas, vel tormenta &c.* Middletonus in Papistomastige impresso 1606. p. 202. prope initium hoc probat continuis Patrum antiquorum testimonijs, cuiusq; ferè ætatis ante S. Greg. his verbis. *Religio iuxta primum Dei verbū, huc primo per Sinomen zelotē allata est,* (ex Niceph. l. 2. c. 4.) *per Iosephū ab Arimathia* (ex Gilda) *per S. Paulum Apostolum, ex Theodoret. de curandis Græcorum affectionibus l. 9. vel per horum aliquem, ac deinde perpetuò irrigata est in diebus Tertul.* (*l. contra Iudæos*) *Origenes in Ezech.* (*homil. 4.*) *Athan.* (*Apolog. 2. Hilarij* (*initio l. de Synodis contra Arianos*) *Chrisost.* (*homil. quod Christus sit Deus*) *Theodoret. historia Ecclesial. 1. c. 10. & l. 4. c. 3.* Qui omnes patres antiqui de Ecclesia, Religione, & Prælatis Britanniæ honorifice loquuntur, vnde satis constat Britones ex aduersariorum confessione, ab omni Religionis mutatione, vsque ad tempora Gregorij fuisse immunes.

N Quod Vvallo-Britonnes ante Augustini in Angliam aduentum non fuissent per Ecclesiam Romanam in fide corrupti, patet ex Humfredo in Iesuit. part. 2 rat. 3. pag. 304. *Habuerunt* (inquit) *Britanni templa sibi non Romanis, qui tum Rom. iugo non erant subdicti, nec Rom. Religionem suscipiebant, nec Augustinum Apostolum suum agnoscebant.* Vide ibid. pag. 624. Et Fulco in confut. Purgat. pag. 327. *Constat insularum hanc doctrinam & ceremonias Latinæ Ecclesiæ ante tempora Saxonum nunquam recessisse.*

O Barlous in apologia sua pro articulis Protestantum p. 21. ait, *Ecclesiam Britannorum æque antiquam esse, imo & æque Christianam ac ipsam Romanam*, & probat integritatem eiusdem (vt pote non corruptæ ab Ecclesia Romana) primo quidē per Paschatis obseruationem, ab illa Augustini diuersam. Secundo ex eorum cum Aug. contentione.

P Ven. Beda suam scripsit hist. anno 714. teste Coopero. in Chron. fol. 168. B.

Q Bed. hist. c. 2. l. 2. ait, *Augustinus vsus adiutorio Aedilberti regis conuocauit ad suum colloquium Episcopos, siue doctores maxima & proxima Britonum prouinciæ, in loco qui vsque hodie lingua Anglorum Augustine-izat appellatur.* Et Holinshedus in magno chron. postremæ editionis vol. 1. l. 5. c. 21. p. 102. B lin. 33. 40. &c.

R Huius meminit Foxius in act. & monum. impress. 1576. pag. 120.

S Ven. Beda hist. l. 2. c. 2. paulo post med. refert August. Britonibus dixisse, *Si in tribus his obtemperare mihi vultis: vt Pascha suo tempore celebretis, vt ministerium baptizandi, quo Deo renascimur iuxta morem Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ compleatis, vt genti Anglorum vna nobiscum prædicetis verbum Domini, cætera quæ agitis, quamuis moribus nostris contraria, cuncta æquaminiter tolerabimus.* Idem testatur Holinshedus vol. 1. p. 103. à lin. 17. Et Goodvvinus in Catalogo Episcoporum &c. p. 6. ante med. & Protestans ille author hist. magnæ Britaniæ impressæ anno 1606. qui l. 3. c. 13. p. 133. med. ait. *Britanni Episc. doctrina, & ceremonijs Ecclesiæ Rom. sese conformarunt, nulla alia exceptione expressa, nisi de sola Paschatis obseruatione*, &c. & ibid. p. 219. post med. de Britannis ac eorum religione inquit, *Cum animaduerterent (Britanni) Saxones religionem suam probare, eam palam profitebantur, contenti etiam cum ipsis inimicis de religione conuenire, vtcumque lingua, situ, ac legibus nationalibus, ab ipsis dissentirent.*

T Lucas Osiander in epit. cent. 2. l. 3. c. 2. p. 51. circa med. ait, *Ioannes & Philippus Apostoli Pascha celebrauerunt luna 14. post æquinoctium vernum, quo tempore Iudæi etiam Pascha suum celebrare solebant, idque Apostoli haud dubie fecerunt in gratiam eorum Iudæorum, qui nuper ad Christum conuersi fuerunt, & vt plures etiam Iudæos Christo lucri facerent.*

vsu Romanæ Ecclesiæ alienis, & Pascatis, alio item tempore celebratione.

Quod quidem posterius (vt Lucas Osiander iuxta antiquos [t] asserit) ab Apostolis permissum est, sicut ob quorũdam infirmitatem, [u] circuncisio [x] & à sanguine, & suffocato abstinentia, ab ijsdem tunc temporis sancita fuit. Ex qua eorũ tam acri contentione de rebus minoris momenti, certo certius colligitur, eos in ceteris omnibus fidei articulis, præcipuis, & fundamentalibus * consensisse. Quod inde etiam liquescit, tum quia Episcopi Britanni confessi sunt [y] veram esse viam iustitiæ, & rectitudinis, quam Aug. docuit, tum quia [z] Augustinus (teste Fulcone) *tandem ab illis obtinuit, vt opem illi conferrent, ad Saxones conuertendos.* Restat igitur, vt fides illa, quam S. Augustinus docuit, & quam aduersarij Papisticã agnoscunt

V Actor. 16. 3.
X Act. 15. 29.

* In omnibus fidei articulis conueniebant. Britanni enim qui Augustino tam acriter restiterunt, in tã paucis aliis, & leuioribus. nunquam siluissent, sed à fortiori cõtradixissent, in reliquis tot ac tantis, si in eis ab illo dissensissent.

Beda hist.l.2.c.2,ante med.inquit, *Tum Britones quidem confitentur, intellexisse, veram esse viam iustitiæ, quam prædicauit Aug.* de quo vide etiam Holinshedum bi sup.pag..102. B lin. 54.

Fulco in confutatione purgatorij p.335.prope finem.

:unt, illa eadem fuerit primæua, ad quam Vvallobriones (vt in confesso est) ipsis Apostolorum temporibus conuersi sunt. Quod quidem credibilius fiet, quis perpendat, tot gentes remotas ipso tempore postolorum, fide Christi fuisse imbutas, scilicet Græciam, Armeniam, Indiam, &c. Quæ licet nonihil iam à prima fide degenerarint, per reliquum tamen religionis quam tenent, satis apparet, quænam uerit Religio, Protestantica-ne an Catholica, quam primùm acceperunt, & à qua partim hodie recesserunt. Locuples huius rei testimonium dant, 2 tam, liturgiæ Græcorum. Armenorum &c. quam 3 submissio eorum nuper facta Ecclesiæ Catholicæ Rom. mo ipsorum aduersariorum doctorum hac de re aperta 4 confessio. Ex prædicta tot gentium tam distarum, nempe Britanniæ, Græciæ, Armeniæ, Indiæ &c.

2 Vide in aliis liturgiis mentionem realis præsentiæ, sacrificij pro mortuis, inuocationis sanctorum, &c.

3 Osiander in epit.hist.Ecclesiæ cent.15.p.477.post med.ait, *Anno 1430.conuocarat* (Papa) *Eugenius 4. Concilium Florentiæ, &c. Huic Concilio etiam Græci Armeni, Iacobini, consenserunt.* Et Marbecus in locis communibus pag. 258 post med.agnoscit *Christianos Armeniæ, & Indiæ, in Conc.Florentino Romanæ Ecclesiæ consensisse, imo & Græcos concordasse, &c.* Abdisu etiam Primas Armeniæ recenti Concilio Tridentino subscripsit. 4 Edwinus Sandus eques in relatione sua de statu religionis Occidentalium, sexto à fine folio, ait, *Consentit Græcorum Ecclesia, cum Romana, in assertione transubstantiationis, & generatim in sacrificio, & toto ritu Missæ, inuocatione sanctorum, confessione auriculari, in oblatione, & oratione pro defunctis, purgatorio, & imaginum adoratione, &c.* Et constat ex tractatu edito à Theologis Vvittemb.ann 1584.cui tit. *Acta Theologor. Vvittembergen. & Patriar. Constātinop.* &c.quòd *Græcor. Eccl.licet hodie à Rom. diuisa sit, profitetur tamen se credere inuocationem, & venerationem sanctorum, & reliquiarum, transubstantiationem, sacrificium, significatiuas ceremonias Missæ, auricularem confessionem, satisfactionem à sacerdote impositam, confirmationem ex chrismate, extremam vnctionem, septem sacramenta, orationes pro defunctis, liberum arbitrium, monachismum, cælibatum ex voto, ieiunium quadragesimæ, cælibatum Sacerdotum post susceptos ordines, &c.* Vide hæc recitata infra tractatu 1. sect.7.subdiuisione 10.in margine ad figuram 11 & apud Crispinum in tract.de statu Ecclesiæ p.253.initio, vbi ait, *Anno 870.Græca, & Romana Ecclesia diuisæ sunt ab inuicem, ob Primatus contentionem, & cæremoniarum diuersitatem solummodo, &c.* In cæteris igitur omnibus tunc temporis conuenerunt. De aliis autem magis remotis Orientalium Ecclesiis, Osiand. in epit.hist. Ecclesiasticæ cent.16.p.970.

post med. ait, *Hoc anno 1585. Christiani qui habitant iuxta montem Libanum, tandem deuicti sunt, & Turcæ subiecti, nec est id mirandum, Christiani enim Orientales, non sunt religionis sinceræ, sed in plerisque fidei articulis Papistæ.* Et eruditus ille Philippus Nicolai author Protestans in commentario suo de regno Christi, &c. l. 1. p. 35. initio de Armeniis, ait, *Suis quoque næuis laborãt, nam in ipsorum liturgia forma inuocationis & intercessionis sanctorum, & oblationis sacrificij mentio fit.* & ibid. p. 22. circa med. ait, *Hoc teneant Christiani lectores, non modo Græcorum Ecclesias, verum & Ruthenos, & Georgianos, & Armenos, & Indos, & Aethyopes, qui Christo nomen dederunt, veram & realem corporis & sanguinis Domini præsentiam vbicunque Eucharistia celebratur, &c.* & ibid. p. 56. post med. ait, *Non desunt autem qui sentiant, in Arabia sparsim adhuc nonnullos Christiani nominis Mozarabes superesse, quos in Africa, & Hispania superioribus sæculis religionem Christianorum haud multum ritibus Pontificijs absimilem excoluisse constat.* Et de remota India p. 45. post med. & p. 46 ait, *India passim locorum ab illis etiam magno numero incolitur, qui Euangelij doctrinam ab Apostolo Thoma acceperunt. &c. septimo die more nostro in templis conueniunt, vt sacris intersint, & conciones audiant, vino ex passis vuis confecto in sacrificiis vtuntur, non solum Christi corpus exhibito pane, verum etiam calicis consecrati potione, eiusdem sanguinem exhibent, præmissa tamen prius flagitiorum confessione, &c. In ingressu templi lustralibus aquis, perinde vt Pontificij asperguntur, eodem etiam ritu mortuos, & eadem religione sepeliunt, &c. pro illorum sempiterna salute Christum inuocantes, &c. Sacerdotes in capite ita sunt attonsi, vt crucis imaginem in vertice summo contineant. Sunt apud illos, & Monachorum sodalitia, & virginum sacrarum cœtus, ædibus semotis inclusi, ab omnibus illis pudicitia cum summo probitatis, & abstinentiæ & religionis studio, conseruatur, &c. Ieiunia temporum, quæ Aduentum & Quadragesimam appellamus, stricte obseruant, &c. in Thomæ honorem diem festum agunt, &c.* Et p. 64. post med. de remotis Catayanis in India ait, *Sua habent sacella, in quibus pro mercatorum peregrinantium incolumitate, ritibus, missisque pontificiis litatur.* Hæc licet parce satis ipsi eruditi Protestantes de Romanæ Ecclesiæ in relig. dogmatibus cum toto orbe Christiano consensione commemorant.

&c. omnium sine dubio ipso Apostolorum tempore 5 conuersarum, & nobiscum consentientiũ, & ab aduersarijs in multis, ac magnis fidei capitibus dissentientium enumeratione, non obscure colligitur, Catholicam, quam & nunc profitemur religionem, illam ipsam esse primæuam fidem, quam in omnibus gentibus Apostoli ipsi disseminarunt.

5 De Armenia ad fidem Apostolorum tempore conuersa, vide Kemnisij examen parte 2. p. 78. paulo ante med. vbi ait, *Armenis Bartholomæus Euangelium prædicauit.* De Indiæ conuersione, vide Osiandrum centur. 1. p. 37. circa med. & Paulum Venetum, l. 3. c. 27. & 43. & Haytonum Armenum lib. de Tartaris, cap. 6. Græciæ autem conuersio constat ex D. Pauli ep. ad diuersos illius gentis populos, Viz, Corinthios, Ephesios, Thessalonicenses. Vide etiam Apoc. 11. & de Britanniæ conuersione, vide sup. præsenti sect. lit. m in margine.

Ex alia

X ALIO CAPITE, NEMPE *è testimonijs Patrum confessione Aduersariorum firmatis, ostenditur quod fides nostra Catholica, eadem ipsa sit, quam tempore Apostolorum vbique gentium Christiani didicerunt.*

SECTIO TERTIA.

HÆC antiquitas, seu prescriptio Catholicæ quam profitemur doctrinæ, ipsis Apostolorum temporibus propagatæ, de qua hactenus generatim solum disseruimus, probatur, immo :r plurima capita demonstratur, ex ijs quæ docti luersarij nostri è scriptis Patrum recitant, & anoscunt. Si ad singula * descenderemus fastidium areremus Maiestati vestræ, nec est id huius loci roprium. Et illa quidem Vvhitakeri † Confessio, sorum articulorum principalium, quamuis lara, & generalis, sed vera, minor tamen est, illa, quā ōs veritatem ambitiosius indagantes ostendere coabimur. Placeat igitur Maiestati vestræ, vt minoribus ōmissis, maiora fusius prosequamur.

Primò

* . De singulis vide plura infra Tract.2.c.1.sect. 3. per totam.

† Cum Bellarminus de notis Ecclesiæ l.4.c.9 nota. 6. citet expressa verba Caluini, & Centuriatorum, Patres antiquos accusantium, de erroribus liberi arbitrij, Limbi Patrum, quod oncupiscentiam absque consensu negent esse peccatum, Satisfactionis, Orationis pro defunctis, Meriti, Pænitentiæ, Ieiunij Quadragesimæ, Cælibatus acerdotum, Baptismi per laicos in casu necessitatis administrati, Sacrificij &c. Vvhitaterus de Ecclesia contra *Bellarm.* controuer. 2. quest. 5. pag. 299. ante ned. huic allegationi respondens ait: *Profert Bellarminus quædam testimonia ex 'aluino, & Centuriarum scriptoribus, isti quosdam veterum errores annotarunt, quos um Papistis communes habuerunt, Nempe de libero arbitrio, de meritis, de limbo, de nuocatione Sanctorum, de cælibatu Episcoporum, de satisfactione & de quibusdam iusmoni &c.* Cui sic ille respondet, *verum esse quod Caluinus ait, & qui Centurias cripserunt, in multis erratum esse a veteri Ecclesia, vt de limbo, de libero arbitrio, de meritis operum, & reliquis illis, quæ supra commemorantur.* Confessionem hanc

C

amplectimur. Ad illud autem quod subinfert Vvhitakerus Vih. *aliquos patres aliter sensisse*, cum hoc ipsum quæratur, affirmat ille solùm non probat. In eo vero quod agnoscit Caluinum, & Centuriatores, Patres verè accusasse, vti diximus, candidius nobiscum agit, quam Sutcliffus, qui audacter nimis (vt leniter dicam) Centuriatores reprehendit, in libro cui Titulus *Subuersio trium Conuersionum* impresso 1606. p. 302. circa med. circa med. & 40. ante med. & 89. circa med. tanquam Patres falso accusassent. Quasi vero tam imperiti fuerint qui Protestantum causam prodiderint hec illud Sutcliffus ibi negare dubitant, quod Vvhitaterus, & ipsi Centuriatores de sententia patrum ingenuè confitentur.

I.

Primò quidem de votis, in confesso est, patres 2 *Vota castitatis perpetuæ probasse, eaque tanquam conscientias obligantia asseruisse.* Hinc est quod Kemnisius citet, & reijciat varia dicta SS 3 Basilij, Ambrosij, & Chrisostomi. Item 4 Epiphanij, Augustini & 5 Innocentij. Confitentur etiam aduersarij [a] *cælibatum, & vota castitatis, apud Christianos in vsu fuisse, tempore Clementis Alexandrini*, qui ipsemet ait 2 *se prope tempora Apostolorum vixisse.* Dicunt etiam * *Epiphanium & alios Patres in eo errasse*, & quod [b] *Tertullianus, & Cyprianus, vota castitatis probauerint*, & quòd *celebre illud, & antiquum* § *Concilium Calcedonense ob eam causam vetuerit Monachos seu Moniales matrimonium contrahere.* Quòd *S. Augustinus, & Patres cum eo congregati in Concilio Carthaginensi, planè abusi* 6 *sunt verbo Dei, dicentes super verbis Apostoli ad Tim. 5. 12. Si qua vidua quātumcunq; iuuenis &c. se Deo vouit, & reliquerit habitum sæculare, & sub testimonio Episcopi, & Ecclesiæ, Religiosam vestem induit, iuxta verba Apostoli, damnationem habebit, quia irritum fecit votum castitatis, quod Deo vouerat.*

Item,

2 Remnitius Exam. parte 3. p. 41. à ante med. ait, *Non ignoramus quod Patres vota perpetui cælibatus probent, quodque illa etiam obligatoria esse agnoscant.*

3 Remnitius ib. p. 40. à ante med.

4 Ibid. p. 42. à

5 Ibid. p. 42. b ante med.

A Petrus Martyr de votis p. 490. fine ait *Erant ergo Clementis ætate professiones castitatis & vota, fateor. Iam tum inceperant homines deflectere à verbo Dei &c.* Huic consonat Partinsus in problemate p. 191. initio dicens. *In ante dictis sæculis stipulationes de continentia publicè in Ecclesia fieri solebant: Nam anno Christi 170. Clemens Alex. l. 3. Stromat ait &c.*

2 Euseb. hist. l. 6. c. 11. paulo ante med. ait *Clemens de seipso loquitur, quod propè ad Apostolorum tempora successerit.*

* Petrus martyr ibid p. 514. fine ait *Scio Epiphanium cum multis alijs ex Patribus in eo errare, quod peccatum esse dicant, votum huiusmodi violare, cum opus fuerit, & male illum id referre in traditiones Apostolicas.*

B Cent. 3. c. 6. col. 140. lin. 27. & Cent. 3. c. 7. col. 176. lin. 39.

Iustus Molitor de Ecclesia militante &c. pagin. 80. fine ait: *Calcedonense ncilium contra Spiritus sancti oracula, Monachis, & virginibus Monilibus vsum niugij interdixit.*

Sic Danæus contra Bellarminum primæ partis altera parte p. 4. initio ide Concilium quartum Carthaginens. Can. 104. & primo ad Timoteum. 5.9.10.11.12.

Item quòd per *primam fidem* (cuius in prædictis Apostoli verbis primo Timoth. 5. 11. 2. fit mentio) *plerique Patres intelligunt votum, u promissum continentiæ.* Quòd *vota castitatis in vsu fuerint* c *ab vltima memoria, & antiquitus ecepta, quod immediate post Apostolorum tempora nimium tributum sit votis cælibatus.* Quod *pse Ignatius Apostolorum discipulus, Epistolis suis satis*

7 Fulco contra Testamentum Rhemense in primo ad Tim. 5. fol. 381.

B sect. 10. initio. Vide Danæũ contra Bellarm. 1. partis altera parte p. 4

Ad confirmandum autẽ illud, quod hic Fulco & Danæus concedunt, vide vt per primam fidem, in illis per verbis Apostoli, Patres Græci votum castitatis intelligunt, nempe Epiphanius, hær. 48. Basil. l. de Virginitate parum vltra med. Theodoretus, Chrisostomus, Oecumenius, Theophilactus n primo ad Timoth. 5. & Patres Latini, nempe S. Augustinus, de sancta virginitate c. 23. de bono viduitatis c. 8. & 9. & in psalm. 75. Innocentius epistola secunda ad Victorem c. 13. Gelasius ep. prima cap. 23. Tertullianus de Monogamia Hier. contra Iouinianum cap. 7. & in Ezech. cap. 24. prope finem. Fulgentius e[illegible] Ambrosius primasius, Sedulius, Beda, in primam epist. ad Timoth. c 5.

C Caluin. instit. l. 4. c. 13. sect. 17. *Hoc (inquiunt) ab vltima memoria fuit obseruatum, vt se alligarent continentiæ voto, qui totos se Domino dicare vellent: fateor certe antiquitus quoque receptum fuisse hunc morem, sed eam ætatem sic ab omni vitio liberam fuisse, non cõcedo.* Vvottonus in Apologia Parkinsi &c. p. 491. paulo post med. communem quidem patrũ esse doctrinam agnoscit, dicens. *Patres à parte nostra non sunt. Quid tum denique? Nihilne verum erit, quod non ipsorum testimonio probari possit? &c. Est quidem inter næuos antiquorum scriptorum computandum, quod cælibatum nimium exaltauerint, &c. Non igitur expectemus ab antiquis testimonium aliquod, contra mores & doctrinam illorum temporum.*

D Petrus martyr de cælibatu & votis p. 477. ante med. ait *Statim ab Apostolorum temporibus nimium tribui captum est Cælibatui, &c.* Et Hermannus Hamelmannus libro de traditionibus Apostolicis, &c. Col. 460. linea 58. ait. *Post mortem Ioan. Apostoli, statim cæperunt defectiones à fide, &c. prohibitiones nuptiarum, & ciborum, vota cælibatus, &c.* Vide ibid. Col. 254. lin. 30. & Ioanem Bugchagium in Ionæ c. 3. edit. Vvittenbergæ anno 1550.

satis ostendat nimium sibi placere statum [e] *virginitatis, quo didem de virginitate* [f] *minus commode loquatur,* * *salutans, ac proinde asserens collegia virginum,* idque tam disertè, vt quidam aduersariorum nostrorum doctorum (ij qui agnoscere nolunt vota, quorum *illo tempore* tam expressa & frequens fit mentio, tamen illis primis temporibus, *in illo* * *flore Ecclesiæ, fuisse virgines castitatem perpetuam vouentes*, confiteri cogantur. Denique agnoscunt aduersarij *S. Ambrosium, & Epiphanium, castitatem ab institutione* ¶ S. *Pauli deriuare.* De matrimonio etiam Sacerdotum (vt alia testimonia infra [g] citata omittam) in confesso est [h] celebre illud, & sacrosanctum Concilium Nicænum quod (teste Vvhitgifto) [i] *ab omnibus sapientibus & doctis in pretio, reuerentia, & veneratione habetur, proxime post ipsam sacram scripturam*, affirmasse, (quod & Cartvvritus agnoscit) [K] *ijs qui cælibes electi sunt ad clerum, non licere postea nubere, quod si ante vxorem duxissent, tali (præcedenti) matrimonio licere vti.*

Et Paphnutius qui vnus fuit ex Patribus illius Concilij, ostendit matrimonium Sacerdotum post susceptos ordines, non solum habitum esse illicicitum, ante Concilium prædictum, verum etiam id ex antiqua

E. Cent. 2. c. 4. col. 64. l. in 40. *ex ep. Ignatij apparet, homines iam tum paulo impensius cæpisse amare & venerari virginitatis studium: nam in epistola ad Antiochum ait, Virgines videant cui se consecrarint.* Simili loquendi phrasi de viduis professis vtitur, in epistola ad Tharsenses prope finē, vbi ait, *Eas quæ in virginitate sunt, honorate sicut sacras, Christi, viduas pudicas vt sacrarium Dei veneremini.* Et policarpus Apostolorum discipulus in epist. sua ad Philippenses, quam citat Euseb. l. 4. c. 13 fine, & l. 3 c. 30. fine ait, *Viduæ vero pudicæ circa fidem Dei interpellent incessanter pro omnibus, &c. cognoscentes se ipsas quia sunt sacrarium Dei.*

F. Cent. 2. c. 10. col. 167. linea 24. *de virginitate minus commode loquitur*, Ignatius.

* Abraham Scultetus in medulla Theolog. Patrum p. 450. circa med. citat Iggnatium ad Philippen. dicentem. *Saluto collegium virginum*. Vnde infert ille, *Ergone in illo Ecclesiæ flore, fuere qui castitatem & continentiam perpetuam profiterentur virgines? Fuerunt omnino, &c.* Idem referunt centuriat. centur. 4. c. 6. col. 467. lin. 28. 36. & col. 476. lin. 32. & Osiand. in epit. & cent. 4. l. 4. c. 20. p. 503. fine narrat fuisse monasteria virginū sacrarū in illa cent. seu ætate qua vixit Constantinus.

Sculcetus vbi supra.

Petrus martyr de cælibatu & votis pag. 543. paulo post med. & pag. 525. inio, & S. Aug. tom. 6. contra Faustum Manichæum lib. 30. cap. 4. qui respondēs austo Manichæo qui olim (vt nunc aduersarij) S. Paulum allegauit, ad probanum castitatem ex voto esse doctrinā dæmoniorū. *Ipsi iam timeo Apostolo (inquit) e dæmoniorum doctrinam intulisse tunc Iconio videatur, cum puellam oppignoratam iam alamo, in amorem sermone suo, perpetuæ virginitatis incendit;*

Vide infra tract. 1. sect. 7. exemplo 3. ad lit. f. g. h. i. & tract. 2. cap. 1. sect. 3. d o. & 98. pleraque antiquiora exempla contra Sacerdotum matrimonia ciata.

I Whitgiftus in apolog. &c. pag. 330. circa med.

Vvhitgiftus ibidem.

C Cartvvrightus in 2. replic. parte 1. p. 485. circa med. & vide vt hoc confieatur Bancroftus in Recognitione prætensæ disciplinæ p. 386. & Centuriatores Centur. 4. 656. lin. 44. & Fulco contra Testamentum Rhemense in Math. 8. ect. 3. fol. 14. a post med. & vide Socratem l. 1. hist. cap. 8, ante med. & Zozonemum historia l. 1. cap. 22.

qua traditione factum esse, in qua tam ipse, quam reliqui Patres illius Concilij se fundarunt. Hæc Cartvvrightus. Hinc factum est vt Conciliū Carthag. 2. cui interfuit S. Augustinus, *cælibatum Sacerdotum ad doctrinam* l *Apostolorum* referre non dubitarint. Et Iuellus sic sensisse Patres confitetur, cum de cælibatu Sacerdotum loquens sic ait: m *Hic causam suam superiorem esse arbitrabitur Hardingus, vtpote quæ sine dubio plurimos pro se Patres habeat.*

Quoad

L Concili 2. Carthag. Can. 2 ait: *Omnibus placet, vt Episcopi, Presbiteri, & Diaconi, &c. ab vxoribus sese abstineāt, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos custodiamus.*

M Iuellus in defensione Apologiæ p. 164. iuxta editionem anni 1571. p. 195. sine hanc autem Iuelli cōfessionem verissimam esse demonstrat, ex Græca quidem Ecclesia *Origenes*, in Num. homil. 23. *Epiphanius* hæc 59. ante med. *Euseb.* de demonstratione Euangelij l. 1. c. 9. *Nissenus* de virginitate c. vlt. Basil. ad Amphilochium Can. 3. & 6. & in c. 3. Esaiæ *Chrisostomus* homil. 2. in Iob Iustinian c. l. 1. Tit. 3 de Episcopis & Clericis num. 45. & in Nomocanon Tit. 9. c. 29. & authent. Col. 1. *quomodo Episcopus*, &c. Tit. 6. c. 1. & 5. & Nouella 123. de Episcopis & Clericis c. 14. & 29. & Concilium Neocæsariense Can. 1. & Sy-

nodus Trullana Can. 6. & 12. & 48. ex Ecclesia autem latina *Innocentius* ep. 1. c.9. *Leo* ep. 84. ad Anastasium Thesalon. & 92. ad Rusticum *Hieron.* contra vigilantium c. 1. & in ep. ad Titum c. 1. & *Ambros.* epist. 82. & in 1. ad Timoth. c.3. & (vt alios Patres omittam) Concilium 2. Arelatense Can. 2. & 3. & Concilium Elibertinum Can. 33. & Concilium Romanũ Can. 8. Concilium 5. Carthaginense Can. 3. & Concilium 1. Toletanum Can. 1. & Concilium Acausican. Can. 22 & 23. & Concilium 1. Turonense Can. 1. & 2. & Concil. Agathense Can. 9. Esse que hanc doctrinam Patribus communem, ipsi aduersarij plerique, agnoscunt. Sic hospinianus in historia sacrament. parte 1. p. 132. de Siricio, Innocentio, Calixto & Concilio Arelat, Concilio Neocæsare, &c. Sic Kemnitius exam. &c. parte 3. p. 50. a b & 52. a & 62 a Origin. Hieron. Ambros. Innocentio Siricio & Epiphanio. Item, Osiander in Epitome, &c. Centur. 4. de Concilio Neocæsariense p. 46. in Can. prima de 2. Concilio Arelat. ibid. p. 195 in Can. 2. de Concilio Elibertino ibidem p. 167. in Can. 33. de Concil. Tolet. 1. Cent. 5. p. 45. Can. 1. Concil. Agathense ibid. Centur. 5. p. 122. Can. 9. de Siricio ibid. p. 176. Can. 9. de 5. Conc. Carthag. ibid. p. 156. in Can. 3. de Concil. Arausicano 1. ibid. pag. 298. Can. 22. & 23. de Concil. dicto Turonensi ibid. p. 395. in Can. 1. & 2. de Synodo dicta venetica ibid. p. 406. in Can. 11. Vide etiam antiquos Patres ob hoc reprehensos a Centuriatoribus Magdeburgensibus in Cent. 3. Col. 148. lin. 48. & Centur. 4. Col. 303. per totam.

Quoad Monachos: fatentur aduersarij, antiquiores Patres, nempe [n] Ruffinum, Theodoret. Zozonem, Socratem, &c. singulis fere paginis de ijs mentionem facere, & quòd illa centuria seu ætate in qua Constantinus nostras primus Imperator Christianus vixit [o] *monachi fuere, per Syriam, Palæstinam, Bithiniam, & alia* loca Asiæ *per* [p] *Africam* etiam [q] & *Europam, diffusi* Confitentur etiam tam austeram, & asperam eorum [r] vitam, & [s] *habitum* religiosum, quam [t] *Monasteria*, [u] *voluntariam pauperatem*, & [x] *castitatem*. Adeo vt Cartvvritus dicat, *Monachos* [y] *quantumuis antiqui sint, Antichristianos tamen esse*, & quòd *Monachi* [z] *Hieronimiani, heremitæ, & Anachoretæ, fuere tunc temporis rudes valde.* Caluino etiam displicet a *Monachismus à S. Aug. laudatus.* Certum tamen est, Monachos illorũ temporum, nempe Augustinum, Antonium, Paulum,

N Cartvvritus in defensione Vvhitgifti p. 344. post. med.
O Centur. 4. cap.10. col.1294 lin.50. 51.
P Centur. 4. col. 1306. lin.19 20.
Q Ibid. col. 1331. lin. 53.
R Ibid. cap.6. col.471. lin. 24. & col. 474. lin. 14. & co. 475. lin. 42. & col. 476. lin.17. De aspera eorum vita vide Epiphan. hæc vltima versus finem, & Socratem hist.

4.cap.18. prope initium & Zozomen. hist. lib.3. cap.13. & lib. 6. cap.29 paulò post initium & Enagrium hist.l.1.cap.21.& l.6.cap.22.& Palladium hist. Lausaica per totam & Theodoret.θεοφιλης & infra plura tract. 2. cap.1. sect.3.& 50.

Ibid.col 472. lin. 21.22.50. & de habitu eorum distincto S. Ambros. ser. 94. & Zozomen l.3.cap.13. paulo post initium, & Hieron. ep. 4. ad Rusticum monachum & Greg.l.3. Dial.cap.1.& Cassian.l.1.de Instit Cænob. Vide etiam infra tract. sect.3.ad 51.52. 53.

Vide Centuriat. Cētur 4.c.6.col.464.lin.56.& col.466.l.31.& col. 474.l.38.

Cent.4.cap.6.col.464.lin.59

Concilium Calced. Can.15. *Decreuit vt si qua virgo, se Deo dicauerit, similiter Monachus, non licet eis, nuptijs iungi*: quamobrem a Vvhitakero reprehenditur contra Campiatum ratione 4.p.62. fine & ab Osiandro in Epitome Centur.5. l. cap.13. & p.356. in Can.7. & pag. 359. in Can. 15. & 16. & a Iusto Molitore de Ecclesia militante p.80. fine. *De castitate & voto Monachorum* vide Chrisost. ep. 6. ad Theodorum Monachum ante med. & Concil. Calced. Can. 16. & Concil. 6 Constantinop. Can.41. & 44. & Basil. regula 14. & ser. 1. de institut. Monachorum, & in ep. priori ad Monachum lapsum, & Concil. Antisiodorense Can. 24. & Dionisium Areopagitam de Ecclesiastica hierarchia cap. 6. Atque hæc quidem exempla in Ecclesia Græca habentur. Quoad Latinam autem Europæ, Ecclesiam, vide Leonem ep.92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. 3. & Siriciū ep.1. cap.6. & Conc.2. Turonēse Can.11. & 16. & Conc.4. Tol. Can.51 De Ecclesia itē Africæ vide August. in psalm. 75. & Socratē hist.l.4.c.18. initio.

Cartvvrightus in 2. replica parte 1.502. circa med.

Cartvvright. 16.p.510. ante med.

Caluini Instit. 4. cap. 13. sect. 16. ait: *Interim non dissimulo, vel in illa quam Augustinus commendat prisca forma (Monachismi) esse nonnihil quod mihi parum placeat.*

Vide Tract. 2. cap.3. sect. 7. ad 1.

Paulum, Hilarionem, Monachos Ægypti, & alios, miracula patrasse, quæ & Patres antiqui pro veris b referunt, & ipsi Theologi Mardeburgici c protestantes agnoscunt.

II.

Secundò de Eucharistia agendum, quo ad figuram, consecrationem, realem præsentiam, reseruationem, *exactiorem circa Eucharistiam diligentiam, quam circa aquam Baptismi* c *ne qua eius particula in terram cadat, aquæ cum vino mixtionem in calice, & sumptionem eiusdem ieiune, & caste.* Et de figura quidem Eucharistiæ, ex testimonio S. Epiphanij d in confesso est (vt Superintendens Vvintoniensis e verba Epiphanij

C Vide infra Tract.2. c.1. sect. 3. ad 54.

D Epiphanius in Anchorato ante med. ait: *Accepit hæc, & vbi gratias egisset, dixit, hoc meum est, hoc, & hoc, & videmus quod non æquale est, neque simile, non imagini in carne, &c.*

vertit, *formæ rotundæ fuisse*, vel vt confitetur Cartvvrightus f *placentam rotundam à Papa Alexandro institutam*, qui vixit circa annos ab hinc g mille quingentos, cum tamen hic mos tanto sit antiquior, vt ipsi aduersarij *initium eius plane* h *incognitum esse* fateantur. *De consecratione eiusdem*: cum docti aduersarij nostri opinentur *consecrationem* i *non consistere in solis verbis pronuntiatis, sed in tota actione, &c. ad quam pertinet sumptio, manducatio, potatio, &c.* Patres è contra *consecrationem referunt, non ad sumptionem, mãducationem, potationem, &c.* sed ad verba Christi. *Non* k *quia manducatur* (inquit sanctus Gregorius Nyssenus) *fit corpus verbi, sed protinus verbo mutatur in corpus, sicut à verbo dicitur, hoc est corpus meum.* Hoc testimonium tam aperte nobis fauet, vt centuriatores illud inter l *quisquilias & næuos* Patrum reponant. Hæc autem veritas clarius elucescit ex praxi communi Patrum, quos aduersarij *sacramentum reseruare*, m solitos fuisse confitentur, quod vanum foret,

enim est rotundæ formæ, &c. E Bilsonus in vera differentia &c. parte 4. pag. 566. Gesnerus in compendio doctrinæ cælestis impresso Vvittembergæ 1606. loco 33. pag. 263. circa med. ait, *Quod autem panem rotunda forma vsurpamus, nonne è Papisticis superstitionibus reliquum est? minime, gentium, quando quidẽ Epiphanius qui antiquissimus scriptor est, suo tempore illas rotulas vsitatas fuisse commemorat* in Anchorato, &c.

F Cartwrightus apud Vvhitgiftum in defensione &c. pag. 593. post med. Vide prætorium de sacramentis pag. 287. ante medium.

G Osiander centur. 2. pag. 10. circa med. & Vvhgitstus vbi supra pag. 594. dicunt eum vixisse anno Domini 111.

H Hospinianus in histor. sacrament. &c. lib. 4. pag. 370. post med. ait. *Quando primum cæperint vel domi, vel in templis parare ex farinæ spuma, vel paruis minutas & rotundas instar denariorum hostiolas, & buccellas, certo sciri non potest, Mentionem facit Epiphanius panis rotundi in cœna &c.*

I Fulco contra testamentum Rhemense in Matth. 26. sect. 7. fol 53. b. paulo ante medium, & in primo ad Cor. 10. sect. 4. fol. 277, b paulo post med. Vvillettus in Sinopsi pag. 464

K Gregorius Nyssenus in serm. Cathec. de diuino sacramento.

L Centuriatores cent. 4. col. 287. lin. 18. & col. 295. lin. 27. & 40.

M Vide infra hac eadem sect. ad 13. 14. 15. &c.

:et, & inutile, si consecratio sine sumptione on perficeretur. Sed & pleraque alia Patrum icta de [n] consecratione, hoc probant, quoum aliqua *Sacerdotem signo crucis eucharistiam signare solitum fuisse, indicant.*

Sequitur vt de reali Corpori Christi in santissima Eucharistia præsentia dicamus, de qua confitentur aduersarij, Gregorium magnum 1 *docuisse transubstantiationem*, 2 Chrisost. *andem confirmasse*, 3 Euseb. Emissenum de trásub. *inutiliter locutum esse* 4 librum illum de sacramentis, qui Ambrosio ascribitur *realem præsentiam corporis Christi in eucharistia asserere.* Sed & Petrus martyr *displicere sibi ait, opinionem* 5 *Cyrilli de eucharistia,* 6 *Cyprianum multa dixisse, quæ transub-*

N Chrysost. hom. de proditione Iudæ vers. prope finẽ. *Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur. Hoc est* (ait) *corpus meũ, hoc verbo proposita consecrantur.* Et ad populum homil. 60. post med *Qui namque dixit hoc est corpus meum, & verbum facto confirmauit.* Sanctus Ambrosius de sacrament. lib. 4. cap. 4. *Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? consecratione. Consecratio igitur quibus verbis fit? Domini Iesu &c. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramẽtum &c. Vides ergo quã operatorius sit sermo Christi,* & lib. 4. cap. 5. *Ante verba Christi calix est vini, & aquæ plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui redemit plebem.* Et Euseb. Emissenus homil. 5. Pasch. versus finem, ait, *Antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia est illic panis & vini, post verba autem Christi, corpus & sanguis est Christi.* Hinc sanctus Hieronymus de Sacerdotibus ausus est dicere, *Corpus Christi sacro ore conficiunt,* epist. 1. ad Heliodorum c. 7. Vide centuriat. centur. 3 ca. 7. col. 184. lin. 33. ibi S. Pontianus ab iis sugillatur ob simile dictum. Sanctus etiam Cyprianus de cæna Domini paulo post initium de Eucharistia ait, *Panis omnipotentia verbi factus est caro.* Et his omnibus antiquior Irenæus lib. 5. cap. 1. post initium, ait, *Quando mixtus calix, & fractus panis percepit verbum Dei, fit Eucharistia &c.*

O Sanctus Augustinus sermo 19. de sanctis, ait, *Crucis charactere &c. Altaris sacramenta cum interpositione verborum dominicorum conficiuntur.* & sermo 181. de tempore, *Hoc enim signo crucis consecratur corpus dominicum.* Et in Euang. Ioannis tract. 118. ait, *Quod signum crucis, nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* Vide simile in Chrysostomo hom. quod Christus sit Deus circa med. & in Matth, hom. 55. circa med. Vide confessionem centuriat. centur. 3. cap. 6. col. 141. lin. 34. & infra apud Burgesium tract. 2. cap. 1. sect. 3. ad 82.

1 Humfredus Iesuitismi parte 2. rat. 5. pag. 626. post med.

2 Centuriat cent. 5. col 517. lib. 23 *Chrysost. transubstantiationẽ videtur confirmare, nam ita scribit &c.* vide Musculum in locis communis pag 336. circa med. citan-

transubstantiationem asserere videntur, adeo vt illum eius sermonem in quo talia docet, vt spurium immeritò 7 reiecerint. Denique 8 Ignatium qui S. Ioannis discipulus fuit, & Christi domini coætaneus (vt author est Theodoretus, mille ducentis ab hinc annis, & ipsi etiam aduersarij 9. confitentur, & Lutherani in confirmationem realis præsentiæ, quam tuentur 10 illum afferunt) de hæreticis sui temporis dixisse, *Eucharistias & oblationes non admittunt, quia non confitentur eucharistiam esse carnem* Saluatoris *nostri Iesu Christi, qui pro peccatis nostris passus est.*

11. Quidam vero aduersariorum confitentur *transubstantiationem citò admodum intrasse Ecclesiam*, & alter ait, 12 *Nondum certè scire potui quando primùm hæc opinio realis præsentiæ Christi in eucharistia inceperit.*

Quoad

tem & taxantē dictum quoddā S. Chrisost. de Eucharistia.

3 Cent. 4. c. 10. col. 985. lin 30.

4 Antonius de Adamo in anatomia Missæ fol. 221. a fine, & idem confitentur Centur. Cent. 4. cap. 4. col. 295. l. 3. & Oecolampad. in lib. Epistolarum Oecolampadij & Zunglij l. 3. p. 756. & Vadian. de Eucharistia Aphorism. l. 5. p. 150. 151.

5 Petr. martyr in defensione obiect. Gardineri parte 4. p. 724. Vide etiam Petr. martyri displicere Cirilli dicta in epist. annexis locis suis communibus Anglicè in ep. sua ad Bezam p. 106. 6. ante med. vbi ait: *Non facile Cyrillo assenserim, qui talem communionem asseruit, vt per eam ipsa Christi carnis, & sanguinis substātia, primò benedictioni (sic enim panē illum functū vocat) iungatur, &c.* Hinc fit vt in secunda sua tabula alphabetica (ibi) in additionibus sub litera h verbo hæresis notetur *hæresis Cirylli de communione nostra cum Christo* 160. b & in epist. sua ad Caluin. ibidem pag. 98. a ante med. Cyrillum & alios patres ob hanc opinionem reprehendit.

6 Tractatū qui vrsino tribuitur cui titulus *Commonefactio cuiusdam Theologi de sancta cœna & eiusdem commonefactionis consideratio, pag.* 211. *&* 218.

7 Immeritò. liber enim sermonum de operibus cardinalibus Christi qui Cypriani communiter habetur (in quo inter alia continentur sermo de baptismo Christi, de cœna Domini, de ablatione pedum &c. qui sermo de cœna Domini continet dicta illa de quibus iam est quæstio) ipsi Cornelio dicatur, qui tempore Cipriani Romæ sedit pontifex, ad quem Ciprian. lib. 1. ex prima & 3. scripsit. Huic est quod Fulco contra Testamentum Rhemense in 1. ad Cor. cap. 11. fol. 282. a circa med. inde testimonium petat dicens, *Author de cœna Domini non multo recentior Cypriano fuit*: & Erasmus in annotationibus Cipriano annexis Basileæ impressis 1558. fol, 287. ait, *Opus illud est alicuius eruditi illius ætatis* qua vixit sanctus Cyprianus.

8 Vvhitgiftus in defensione sua contra replicationem Cartvvrighti pag,408. ante med.

9 Theodoret.dial. 3. & Humelmanuas de traditionibus Apostolicis &c.col. 746,lin.19.22.23. &c. non solum hunc Theodoretum citat, sed etiam Vvidefortum anno 1396. hoc Ignatij dictum ex veteri quodam exemplari illius temporis proferentem, sicut & Kemnitius,exam.parte 1.pag.94. a fine.

10 Vide recitationes de Concilio libri scripti concordiæ,&c. impressi Lipsiæ 1581. nona recitatione pag. 177. ante med.

11 Adamus Francisci in Margarita Theologica pag.256.ait, *Commentum Papistarum de transubstantiatione mature in Ecclesiam irrepsit.*

12 Antonius de Adamo in anotomia Missæ,pag.236.ante med.

Quoad reseruationem Eucharistiæ, cum ex aduersariorum doctrina 13 non sit sacramentū, nisi recipiatur: Huius contrarium docuerunt antiqui illi Patres 14 Chrisostomus, 15. Cyprianus, 16. Ipæneus, 17. Iustinus, &c. Vnde & 18. Fulco confitetur *Eucharistiam ab aliquibus in antiquioribus Ecclesiæ tēporibus conseruari solitam fuisse, non tam cōtrouertitur, quam an id iure fieri possit.* Caluin. agnoscit 19. *Eucharistiam reseruari veteris* 20. *Ecclesiæ exemplo.* Et (vt alios omittam) Kemnitius agnoscit 21. testes *huius priuatæ reseruationis, Eucharistiæ, esse Tertul. in Cypr. Ambr. Hier. Basil. &c.* 22. *& veteres quosdam Patres, eum morē magnopere laudasse, scilicet Nazian. Ambros. &c.* & quod *fuerit* 23. *antiqua consuetudo latè patens, & diu propagata.* Adeo vt 24. Petrus martyr agnodiu

13 Vvicletus in Sinopsi pa. 460.

14 Chrysost. in epist. 1. ad Innocentium.

15. Cyprianus in in sermone de lapsis post med.

16 Iren. apud Euseb. hist. lib. 5. cap. 24.

17 Iustinus in apologetica 2. prope finem, & hoc Iustini testimonium tam expressum est, vt Cartvvrightus in replicatione 2. parte 1. pag. 77. circa med. de ea dicat *Iustini dictum de Diaconis panem benedictum cœnæ Domini ad eos ferentibus, qui actioni cœnæ non interfuerunt, aduersatus institutioni Dominicæ.* Vide eandem censuram eiusdem in defensione Vvhitgifti &c.pag.585. paulo post med.

18 In Fulcone contra Hexinum Sanderum, &c.pag.77. prope finem.

19 Caluin. Instit. lib.4.cap.17.sect.39.

20 Vide Petrum martyrem lib. contra Gardinerum obiectione 88.

21 Kemnitius examen. parte 2.pag.102.a paulo post med.

22 Kemnitius ibidem.

23 Kemnitius ibidem.

24 Vide infra tractatu primo sect. 8. subdiuisione 2. in marg. ad litt. K

ſeat, ex teſtimonio S. Cirilli, *Antropomorphitas, ob hoc expreſſe damnatos, quod Euchariſtiæ reſeruationem impugnauerint.* De diligentia circa Euchariſtiam adhibita eaque maiori, quam circa aquam baptiſmi, ne qua eius particula in terram caderet (ne idem ſæpius repetam) vide quæ infra * ea de re ex certiſſimis S. Auguſtini, & Cirilli teſtimonijs allegantur, qui annis ab hinc mille ducentis, & Tertul. & Origenis, qui prope mille quadringētis ab hinc annis vixerunt.

De neceſſitate autem *mixtionis aquæ cum vino, in Calice, ante conſecrationē,* tam abunde conſtat, ex Patribus omnium ætatum, 25 & gētium, vt Vvhitgiftus dicat, *Ciprianum* 26. *in eo lapſum eſſe, quod tam neceſſarium iudicarit, in celebratione cœnæ Domini, miſcere aquam cum vino, quod tamen illo tempore (inquit) alijs, cum Cipriano commune fuit.* Cartvvritus etiā agnoſcit, quòd 27 *miſcere aquam cum vino neceſſarium habebatur, & miſticum, vt ex Iuſtino martyre & Cipriano* (inquit ille) *ſatis apparet.* Iuellus item de hac mixtione loquens, ait, 28 *Sanctus quidem Cyprianus, & alij Patres; de ea mentionem faciunt, & multum vrgent.* Adde quod cū Armeni primi fuerint, quos legimus hanc mixtionem negaſſe, cum aduerſarijs affirmātes, ſolum Vinum adhibendum eſſe, *ij ob hunc errorem condemnati ſunt.*

* Vide infra tractatus 2. cap. 1. ſect. 3. in marg. ad 16.

25 Iuſtinus Apol. 2. fin. Iren. lib. 5. ca. 1. Cipr. lib. 2. epiſt. 3. Ambroſ. lib. 5. de ſacrament. cap. 1. & lib. 4. cap. 5. Hier. in Marcum c. 14. Aug. trac. 120. in Ioan. & de Eccleſiaſt. dogmatibus cap. 75. & de doctrina Chriſtiana li. 4. cap. 21. Euſeb. Emiſſenus ſer. 5. de Paſchate Concil. 3. Carthag. Can. 24. & Cōcil. Arāſican. can. 17 & Cōcil. 3. Brach. can. 1. & Concil. Trib. can. 21. & Concilium Africanum can. 4. & ex capitulis. Græc. Syn. cap. 55. & Concilium 6. Conſtantinopolitanum. can. 32

26 Vvhitgiftus in defenſione &c. pag. 473. prope initium.

27 Cartvvhitgiftus citatus in defenſione prædicta Vvhitgifti pag. 525. fine.

28 Iuellus in replic. pag. 34. paulo ante med.

ti sunt, teste 29 Theophilacto, & 30. Patrib. 6. Concilij Constantinop. qui circa mille ab hinc annos contra eos citauerunt Liturgiam 31. S. Iacobi, ad prædictam mixtionem probandam.

Quod sacramentum à ieiunis sumendum sit, testatur S. Augustin. 32. *visum est* (inquit) *Spiritui sancto, & sic generaliter obseruatum est, vt corpus Domini, ante alios cibos, os Christiani intret.* 33 *ante omnem cibum*, inquit Tertul. Cuius etiam rationem reddit S. Augustinus, 34. *in honorem*, inquit, *tanti sacramenti*.

Quod Eucharistia à castis sumenda sit, tam clarè testatur S. Hieronymum, 35 vt Fulco agnoscat S. Hieronymus, 36 *in eo casu consuluisse coniugatis, à concubitu abstinere*, &c. quam ille 37 ibi *indignam*, & 38 *Papisticam Theologiam vocat. Quem tamen Papismum cæteri Patres* (teste 39 Hospiniano) *religiose obseruarunt*. Et sicut laicis, quo tempore communionem sumpserunt, hoc præceptum est, sic Sacerdotibus quotidie celebrantibus, continua castitas imposita est. Huius

29 Theophilact. in Ioannẽ cap. 19. de aqua & sanguine loquens, qui è latere Christi promanauit ait, *Cõfundantur Armeni, qui non admiscent in mysteriis aquam vino; non enim credunt (vt videtur) quod aqua ex latere egressa sit.*

30 Concil. 6. Constant. can. 32. ait, *Nouimus quod in Armenianorum regione vinum tantum, in sacra mensa offerunt, aquam illi non miscentes, qui sacrificium incruentum peragunt*, &c. quem eorũ morem Concil. ibi condemnat, adiungens, *Nam & Iacobus Domini nostri Iesu Christi frater &c. & Basilius Cæsareæ Episcopus &c. mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita peragendum in sacro misterio, ex aqua & vino sacrum poculum, ediderunt.*

31 Ibidem vt supra.

32 August. in epist. 118. & vide Concil. 3. Carthag. can. 29. & 48. Hoc fatetur Hospin. in hist. sacr. parte 1. lib. 2. pag. 4. & 25. ante med. vbi cum hoc dictum allegasset, inquit, *Non obscure innuit August. ieiunium hoc traditionem Apostolicam esse.*

33 Tertul. lib. 2 ad vxorem & vide centuriat. centur. 3. col. 132 lin. 10.

34 August. in epist. 118. c. 6. & vide Hospin. in hist. sacram. parte 1. pag. 48. & 25.

35 Hieron. aduer. Iouin. Apol. ait, *Sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant, & iuxta Persium, noctem flumine purgant, cur ad martyres ire nõ præsumant?* & vide Concil. Elibertinũ apud Osiand. in ep. cent. 4. pag. 181. fine.

36 Fulco contra Heskinum Sauderum &c. pag. 458. paulo post med.

37 Fulco ibidem paulo post.

38 Fulco ibidem.

Huius rei extant testimonia clara, & confessa, sancti Hieronymi, in Ecclesia Latina, & Origenis in Græca, infra 40 citata, quibus addi possunt plurima similia 41 aliorum Patrum testimonia.

III.

Tertiò de Antichristo, & de Altare, & Sacrificio, quæ ipse * totis viribus impugnabit, Vvhitakerus fatetur de Antichisto quidem sic 2 *Patres putarunt, Antichristum vnum quendã hominem fore, sed in hoc, sicut in alijs multis, hallucinati sunt.* De breui tempore regni eius, è scriptura deducta, Toxius confitetur, 3 *Quod fere omnes Sancti, & docti Interpretes, per tempus, tempora, & dimidium temporis, intelligunt tres solũ annos, cũ dimidio,* & addit, 4 *hunc esse sensum omniũ fere antiquorum Patrum. Deinde de Altare, & Sacrificio quæ duo* (inquit, 5 Rainoldus) *natura sua* 6 *correlatiua sunt, & mutuò se ponũt & auferunt,* adeo vt vno eorum probato, sequatur & aliud, Et primò quidem de Altare, vnde & dicitur *Sacrificium * Altaris*, Petrus Martyr reprehendit anti-

39 Hospinian. in hist. sacr. lib. 2. pag. 46. circa med. ait, *In primitiua Ecclesia Eucharistia sumpta fuerat caste, quod & ibi è plerisque antiquis Patribus demonstrat.*

40 Vide S. Hieronymum infra citatum tract. 1. sect. 7. subd. 3. ad f & Origenis de hac re testimonium agnoscit, & reprehẽdit Kemnisius, in examine parte 3. pag. 50. a initio. Et vide ibidem pag. 58. b post medium. Et vide pleraque S. Hieronymi dicta, quæ agnoscunt & reprehendunt centuriatores, centur. 4. cap. 7. col. 487. lin. 4.

41 Vide Innocentium epist. 1. ad Vvictoricum cap. 9. & epist ad Exuperium cap. 1. & Ciricium in epistola ad Himerium Tarraconensem, cap. 7. & S. Leonem epist. 82. ad Anastasium Thessalonicum cap. 4. & epist. 90. ad Rusticum cap. 3. & S. Gregorium lib. 1. epist. 42. & lib. 3. epist. 34. & S. Bedam in caput primum Luc. & S. Hieronym. aduersus Iouinianum lib. 1. cap. 19. & in cap. 1. ad Titum.

* Daniel. 12. 11.

2 Vvhitakerus l de Antichristo pag. 21. & Cartvvright. in 2. replet. parte 1. pag. 508. post med. dicit, *Plerique antiquorum ijdemque exprimaris, Antichristum vnum quendam esse vanè opinati sunt.*

3 Foxius in Apoc. cap. 12. pag. 345. fine.

4 Foxius in Apoc. cap. 13. pag. 392. & Bullingerus in Apoc. cap. 11. fol. 142. a ait. *Omnes sine dubio interpretes* (hoc textu nixi) *regno Antichristi, & sæuissimæ persecutionis eius* (*tres non amplius annos*) *attribuerunt.*

antiquos Patres, dicens, 6 *Petrus Alexandrinus plus tribuit externo Altari, quam viuis templis Christi.* Et addit contra Optatum, 7 *Optatus contra Parmenianum l. 6.* ait, *Quid est Altare? Ipsa sedes corporis & sanguinis Christi.* 8 *Huiusmodi dicta, inquit* Petrus Martyr, *non ædificauerunt populum.* Eadem sententia citatur, 9 a Magdeburg. & taxatur. Et Petrus Martyr Patres sugillat, dicens 10. *male Patres cum tanta licentia passim nomine Altaris abutuntur.* Quod tamen vocabulum, antiquis Patribus tam est familiare, vt Ignatius Apostolorũ discipulus, teste 11 Cartvvrighto, & Iacob ministro illud in eo sensu vsurpauerit.

De Sacrificio, vnde & qui illud offert 12. proprie dicitur *Sacerdos*, ipsi aduersarij docti affirmant, plerosque Patres antiquiores, nempe * Athanas. Ambros. Augustin. Arnob. in eo errasse,

5 Reinoldus in collatione p. 551. fine.

* Vide infra Tract. 2. cap. 1. sect. 3. in margine ad * ante 13. Vide etiam sacram Eucharistiam dictam *Sacrificium Altaris* à Sancto Augustino in Euchiridio ca. 110. & de cura pro mortuis cap. 18. & à S. Gregorio in Luc. hom. 37. & S. Hieron. ep. 59. ad Paulin. in solutione 5. quæstionis & à Ciryllo Hieros. vt infra tract. 3. sect. 1. in marg. sub t ann. 320.

6 Petrus Martyr locis commun. parte 4. pag. 255. b

7 Petrus Martyr ibid. 226. a initio.

8 Ibidem.

9 Centur. 4. cap. 6. col. 409. lin. 25.

10 Petrus Martyr in locis communibus parte 4. p. 225. b ante med. & Cartvvrightus in 2. replica parte vltima p. 264. circa med. ait. *Antiquorum abusus in hoc facile apparet, quod nimia loquendi licentia, Cœnam Domini, Sacrificium, & communionis mensam, Altare vocare soleant.* Vide etiam Prætorium de Sacramentis p. 287. post med. vbi ait, *anno 262. Sixtus secundus abrogauit mensas hactenus vsitatas, & constituit Altaria, quæ magis repræsentant Iudaismum, quam Christianismum.*

11 Cartvvrightus in 2. replica parte 1. p. 516. prope finem ait: *Ignatius Communionis mensam impropriè vocat Altare*, & in marg. ponit. θυσιαςήριον. Et vide huius verbi mentionem factam ab Ignatio apud Iacob *in rationibus è verbo Dei petitis*, &c. p. 58. post med. & vide idem vocabulum in Ignatio Epist. ad Philodelphos.

12 Vide infra tract. 3. sect. 1. initio ad 5.

* Sic Caluinus, vt videre est tract. 3. sectio 1. sub lit. t anno 320. Vnde & Feildus lib. 3. de Ecclesia cap. 19. pag. 107. post med. Caluinum excusat, dicens. *Quod Patres, Christi in Eucharistia misticè sacrificati, toties meminerint, inde sine dubio factum est, quod inter Iudæos, & Gentiles vixerunt, quorum amborum religio in eo maximo posita est,*

erraſſe, idque tam turpiter, vt *cœna eorum ideo dicatur renouatæ oblationis ſpeciem geſſiſſe, & ad Iudaicum Sacrificandi ritum, nimiū prope acceſſiſſe, &c.* §. Quod *in Cœna Domini Sacrificium commētti ſint, nullo eius mandato, adeoque Cœnam adulterarint, addito Sacrificio.* Quod † *Cyprian. in hoc ſuperſtitionem ſapiat.*

quod ſacrificium offerant. Patres igitur, vt Christianos ſacrificiū habere, idq; multo nobilius, quam illorum, oſtenderent, ſæpe ingeminarunt, Chriſtum ſemel pro peccatis mundi, in arra crucis oblatum, quotidie miſtice offerri, & ſanguinem eius in menſa ſancta effundi, & hanc Chriſti pro peccatis mundi occiſi perpetuam repreſentationem, & renouatum quaſi memoriam Chriſtianorum eſſe ſacrificium.

Quod ſcripta antiquiſſimorum illorum, Iren. & Ignatij g *incommoda ſint, & periculoſa, & quod mox* h *ab Apoſtolorum temporibus, Cœna Domini, in Sacrificium verſa ſit.* Imo quidam aduerſa-

Itaque confitetur quidem ille, expreſſam, Patrum de ſacrificio doctrinam, quam videri vult, eos contra Iudæos, & Gentiles tantum vſiſſe, cum tamen conſtet, eos in commentariis ſuis ſupra ſcripturam ſacram, frequentem ſacrificij mentionem feciſſe, & in aliis huiuſmodi eorum ſcriptis, quibus nec Iudeos, nec Gentiles, ſed Chriſtianos ſolum inſtituerunt. Hinc eſt quod Fulco dicat, *Patres notam illam ſuam de ſacrificio doctrinam, à Iudæis, & Gentibus accepiſſe.* Item in reduplicat. ſua ad Briſtoi replicam, &c. pag. 28. ante med. ait, *Sacrificij vocabulum, quo Patres paſsim pro Cœnæ Dominicæ celebratione vſi ſunt, à Gentibus, & Iudæis mutuarunt, mallem è ſcripturis ſanctis probaſſent.*

§ Caluinus in omnes Pauli epiſtolas in epiſt. ad Hebræos cap. 7. verſu 9. pag. 924. ait, *Quo magis tot veteres Eccleſiæ doctores, hac opinione occupatos fuiſſe miror, &c. certe, vt error errorem trahere ſolet, cum ipſe ſacrificium in Chriſti Cœna, nullo eius mandato finxiſſent; adeoque cœnam adulteraſſent, addito ſacrificio, colores poſtea hinc inde acceſere conati ſunt, quibus errorem ſuum fucarent,* & in lib. illo ſuo de vera Eccleſiæ reformatione (extat in tract. Theolog. Caluini) pag. 389. b fine ait, *Veteres excuſandi non ſunt, quatenus ſcilicet ipſos apparet, à primo & genuino Chriſti inſtituto deflexiſſe: Nam cum in hunc finem celebranda ſit cœna, vt ſacrificio Chriſti communicemus, eo non contenti, oblationem quoque addiderunt: Hoc auctarium vitioſum fuiſſe dico, &c.*

† Centuriarores cent. 3. col. 83. lin. 34. Ciprianum taxant, , dicentes, *Ciprianum inquit Ciprianus, vice Chriſti fungi, & Deo Patri ſacrificium offerre.* Et in tabula alphabetica ipſius centur. ad lit. S *Sacerdotem vita Chriſti in cœna Domini fungi ſuperſtitioſe aſſerit. Cipr. epiſt. 83.* 83.

G Centuriat. centur. 2. cap. c. 4. col. 55. lin. 43. Dum ſingulares quaſdam opiniones, & errores illorum temporum ac authores tradunt, col. 63. prope initium dicunt. *Etſi doctores huius ſeculi, de ſacrificio incruento in Euchariſtia Deo faciendo nihil habeant, tamen quædam ambigue & incommode dicta, in quibuſdam occurrunt, vt in epiſtola Ignatij ad Smirnenſes, Non licet (Inquit Ignatius) ſine Epiſcopo, neq; offerre, neq; ſacrificiū immolare, neq; δοχὴν ἐπιτελεῖν quæ verba poſtea col. 167. lin 17. aſſerunt periculoſa eſſe,*

aersariorum antiquis Patribus tribuunt * propitiatorium Sacrificium, & Sacrificium pro mortuis, & dicunt, *Sacrificium pro mortuis* § *traditionem esse Apostolicam*. Eucharistiam autem Sacrificium esse, tam est vetustum, vt doctus ille aduersarius noster Askamus, agnoscat * *originem eius post Apostolorum tēpora ostendi non posse*. Non minus igitur olim reprehensibiles erāt, Patres illi, in magna hac de † Sacrificio quæstione, quam & nos in præsenti sumus.

Quarto

esse, & quasi errorum semina. Et col. 63. li. 20. de Irænæo dicunt. *De oblatione porro & Iran. l. 4. cap. 32. &c. satis videtur loqui incommode, cum ait, Noui Testamente nouam docuit (Christus) oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo*. Nec alium prædictis Irænæi verbis fucum faciūt, quam dicendo, *eum de oblatione panis locutum, quem populus in vsum cœnæ Dominicæ offerre consueuit, cuius fragmenta in vsum pauperum, & Sacerdotum cedere solent*. Quasi vero Christus Dominus docuerit seu præscripserit (vt Irænæi verba habent) oblationē prædictam, in vsum pauperum factam, nouam oblationem noui Testamentum fore. Hoc certe Irænæi verbis, & sensui repugnat. Centuriat. ergo ibid. col. 113. lin. 23. eum plane accusant, *quod oscitanter & improprie locutus sit & passim Eucharistiam, oblationem vocauerit*. Denique prædicta Ignatij & Irænæi verba, Centuriatorib. tam clara sunt, vt licet in omnibus exēplaribus & Bibliothecis extent, tamen de illa Ignatij sententia affirmare non erubescunt *suspicari se, illa inserta ab aliquo fuisse* col. 113. lin. 9. & de Irænæi dicto, *Si tamen locus fraude, ac mendo vacat* col. 63. lin. 22. Ad hoc vltimum subterfugium, nunquam sane confugissent, nisi loca prædicta nobis apertè fauerent, & illis in hac de sacrificio Missæ quæstione, aduersarentur, ob quam causam, ea inter prædictos Doctorum errores & næuos reponit, asserentes prædicta Ignatij verba *incommode dicta esse, & periculosa, & quasi errorem semina*. Et de Irænæo *quod satis videtur loqui incōmodè, &c.* quam Centuriatorum reprehensionem Sutcliffus agnoscit, in Subuersione Trium Conuersionum pag. 32. circa med.

H Sebastianus Francus in epi. de abrogandis in vniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis. Andreas Crastouius l. de Opificio Missæ p. 167. initio Patrum de hac re sententias recitans ait. *Dicta autem Patrum non solum impetrationem, sed etiam intrinsecam quandā vim placandi innuunt*. Orig. homil. 13. in leuit. ait: *Ista est commemoratio sola, quæ propitiū facit Deum hominibus*. Athanasius in sermone de defunctis apud Damasc. ait: *Incruenta hostiæ oblatio, propitiatio est*. In quem finem allegat etiam dicta expressa Ambr. Chris. Aug. Greg Bedæ & Conc. Bracarens. plura Patrum testimonia Missam asserentiū infra tract. 3. sect. in marg. ad lit. t

§ Vide paulo inferius ad K.

* Aschamus in Apologia pro cœna Domini, &c p. 31. post med. ait: *Quibus temporibus, & per quos homines, cœna Dominica de possessione sua per Missam deturbata sit, verissime sciri non potest, &c. puto tamen originem Missæ, partim ex sacrificijs illis de*

manasse, quæ impij Sacerdotes Iudæi supra modum auxerunt, &c. Existimo etiam magnā partem missæ, ex Gentibus, in nostram religionem profluxisse, &c. Sic discurrit opiniaster ille, nihil autem probat.

† Vide paulo inferius ad K & Bullingeri decades Anglicè p. 1082. a post med.

IIII.

Quartò de oratione pro defunctis, concedunt aduersarij, *eam in vsu fuisse* [2] *à trecentis post Christum annis*, quod [3] *sanctus Ambrosius illam probauerit, & quod communis fuerit error illius temporis.* Quod [4] *Chirsost. & Hieron. eam approbauerint, &* [5] *Augustinus ex cæcitate eam defenderit.* Quod [6] *Origenes, Ambrosius, Prudentius, & Hieronymus,* [7] *Augustinus etiam, Epiphanius & Chrysostomus illam docuerint: & quod longe ante Augustini tempora* [i] *in vsu in Ecclesia fuerit*, vt ex Cipriano & Tertul. constat. Quod, teste Fulcone, [k] *Tertull.Ciprianus, Augustinus, Hieronymus, & aiij plerique asserunt, sacrificium pro defunctis traditionem esse Apostolorum &* [8] *quod oratio & eleemosina ab ipsis fere nascentis Ecclesiæ incunabulis pro defunctis fiebat, quod mentio eius fieret in scripturis* [l] *quę sub nomine Areopagitæ extant*, de quo in [m] Actis *fit mentio.*

Opera autem illa, supra mille trecentos ab hinc annos scripta esse, agnoscit [n] Fulco (hoc est

2 Fulco in retentiua, &c. p. 106. initio. Vide Bucerum in quatuor sacra Euangelia impressa 1536. p. 311 ante med.

3 Fulco in confut. Purgat. p. 78. fine & 320 ante med. & 326.

4 Fulco ibid. p. 194. ante med.

5 Fulco ibid.

6 Kemnisius examen parte 3. pag. 93. b 94. a b.

7 Kemnisius ibid. pag. 107. b ante med.

I Georgius Giffordus in demōstratione sua quod Brounistæ nostrates Donatistæ sint pag. 38. Vide infra tract. 1. sect. 7. exemplo 6.

K Fulco in confut. purgat, pag. 362. ante med. & pag. 303. circa med. & 393. paulo ante med. Vide Cal. de vera Ecclesiæ reformat. rationes. Extant in Caluin. tract. Theolog. pag. 394. b ante med.

8 Bucerus in enarrat. in sacra quatuor Euangelia impressa Basiliæ anno 1536. in Matth. cap. 12. pag. 311. paulo ante med. ait, *Ex eo quidem quod ab initio prope Ecclesiæ, preces & eleemosinæ fiunt pro defunctis, sensim irrepsit ea sententia*, quam Diuus Augustinus ponit in Enchiridio cap. 110. *Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur &c. Hinc itaque non dubitarim exortum hoc in defunctos officium, pro illis orandi, & sacrificandi.*

. Falco in confut. purgatorij pag. 353. Kemnitius in exam. parte 3. pag. 110. irca med. ait, *Apud Dionysium oratio pro defunctis fit in Templo.* Vide plura ibid. ag. 100. post medium, & 101. initio a initio. Et vide Dionysium de Ecclesiastica hierarchia cap. 7. parte 3.

1 Act. 17. 34.

st diu ante ætatem * Eusebij & Hieronymi, ui tamen ad illa impugnanda, adduci solent, à Sutcliffo allegantur, *vt operantiqua, & opma antiquitatis testimonia.*

De limbo autem Patrum, cum Cardinalis Belarminus, vt eum probet, citet testimonia Græcorum Patrum, nempe 2 Iustini, Ireæi, Clementis, Origenis, Eusebij, Basilij, Nazianzeni, Nisseni, Epiphanij, Chrysostomi, &c. & Latinorum, 3 Tertulliani, Hippoliti, Cipriani, Hillarij, Gaudentij, Prudentij, Ambrosij, Hieronymi, Ruffini, Augustini, Leonis, Fulgentij, &c. Horum authoritatibus aduersarius noster Danæus respondet, dicens. *Quod ad illos Patres attinet, non erant verbo Dei instructi, nec inde opinionem suam confirmant, sed coniecturis suis &c.*

Astipula-

N. Fulco contra testamentũ Rhemense 2. Thessal. 2. sect. 19. fol. 361. b paulo ante medium; putat Dionysium vixisse tempore Origenis, & Hermannus Pacificus in Thesibus suis, & pag. 139. fine. Hunc Dionysium multo antiquiorem facit Chrysostomo, dicens. *Quæ misteriorum explicatio, consentit, cum ijs, quæ multo ante (Chrysostomum) Dionysius de hac re scripsit, cum ait in libro de Ecclesiastica hierarchia. & , Bridgesius præsul Oxoniensis in defensione regiminis pag. 917. prope finem ait, Existimo hunc Dionysium Basilio antiquiorem esse.*

Quod obiici solet contra hunc librum, nempe si fuisset Diouysij, tunc Eusebius vel Hieronymus eius mentionem fecissent, inde dilui potest, quod longe ante eorum tempora editus sit, & ipse Eusebius hist. lib. 5. cap. 26. & Hieron. in atal. prope initium, agnoscunt *plurimorum authorum libros illis fuisse incognitos.* D. Succliff. de presbyterio cap. 13. pag. 91. prope finem ait, *Dionysius antiquitatis optimus sane testis. Videtur enim esse antiquissimus &c.* & Oliuer. Ormoredus in pictura Puritani impressa 1605. fol. g. 3. ante med. ait, *Vos ad Tertul. Iustinum martyrem, Cyprianum refero, &c. Sed quid ego hos Patres cito? Dionysius Areopagita qui Apostolorum coætaneus fuit crucis in baptismo adhiberi solitæ, mentionem facit. De Ecclesiastica hierarchia & de baptismo*, & vide plura ibi fol. 2. g. fine. Liber etiam ille Protestantum inscriptus *consensus Orthodoxus* impressus in fol. Tiguri anno 1578. fol. 198. b initio citat, & asserit Dionys. authorem libri de Ecclesiast. hierarc. vixisse anno Christi 96. & Vvhitgiftus in respõso ad admonitionẽ pag. 105. sect. vlt.

citat Dionys.dicens. *Dionysius Areopagita lib, de Ecclesiastica cap.7. sic loquitur, &c.* Et vide Cooperum nuper Superintendentem Vvintoniensem, in Dictionario historico, &c. annexo thesauro suo, &c. impress.1578. verbo Dionysius Areopagita. Vide hac eademsect. sudiuisione 13. in margine ad hoc signum b

2 Bellarm. Tom.1.l.4. de Christi anima cap.14.

3 Bellarm. ibid.

4 Danæus ad Rob. Bellarm. disput. parte 1. 176. post med.

5 Vide Bilsoni librum de copiosa generis humani redemptione p. 188. fine & Iacob. in defensione tractatus de passione Christi p. 199. paulo post med. & 200 ante med. Vide etiam Bilsonum vbi supra pag. 189. & in recognit. & cæt. p. 656. post med.

6 Vvhitakerus cōtra Duræum l.8.p.567. fine ad testimonia Patrum, à Duræo pro Limbo Partum allata respōdet, dicēs. *Quod scripturis euincere minus potuisti, id Patrū testimonijs procul dubio conficies, de quibus vt tibi, quod sentio, libere, breuiterque respondeam, apud me vna scripturæ vocula, plus habet ponderis, quam mille Patrum sine scripturis pronuntiata. Itaque non expectabis, dum singillatim hos Patrum errores diluo.* Vide eundem Vvhitakerum ib. pag. 773. & Barlo in defensione articulorum religionis Protestanticæ pag. 173. post medium, ait, *Hoc commune est Patribus, vt inferos sinum Abrahæ interpretantes, sic exponant, vt Christus illuc descenderit an liberandum liberandos, & Patres ante communem resurrectionem, in locum vbi nunc manent transferendos.*

7 Ioannes Lascicius in libro inscripto de Russorum, Moscouitarum, & Tartarorum religione pag. 122. initio & 123.

Astipulatur Iacob. 5 *Omnes Patres* (inquit) *vnanimi consensu asserunt, Christum in descensu eius, animas Patriarcharum & Prophetarum, ex Inferno liberasse, & eas è Satanæ protestate eruisse.* His addi potest 6 Vvhitakeri & Barloi ampla & clara confessio, adeo vt Ioannes Lascicius 7 doctus Protestans Polonus, *doctrinam de Limbo Patrum à manifestis Ignatij 8 testimonijs deriuare non dubitant.* Fuit autem S. Ignatius, S. Ioannis Apostoli discipulus, 9 & Thadæi 10 vnius etiam ex duodecim Apostolis. Huius vltimi testimonij fidem, & authoritatem Frigeuilæus Gauius 11 & ipse Protestans defendit.

V.

Quinto de libero arbitrio, agnoscunt aduersarij, antiquissimum Iræn. 12. *illud admittere, etiam in actionibus spiritualibus* quod Iustinus 13. *liberum arbitrium, in obseruandis Dei mandatis, nimium extulerit*. Imo quod amplius est, *Protestantes nosse,*

Quod

Vide testimonium Ignatij in epist. ad Trallianos paulo post med. Agnoscit oc testimonium Hilkus minister in defensione articuli quod Christus ad infe-os descenderit fol. 22. & Bilsonus in recognitione passionum Christi, &c. pag. 58. Vide simile dictum Thaddæi apud Euseb. hist. lib. 1. cap. vlt. idem allegat e defendit Bilsonus in recognitione &c. pag. 657. & 658. & 660.

Vhitgiftus in defensione &c. pag. 408. ante med.

o. Matth. 10. 3.

:. Frigeuillæus Gauius in palma Christiana pag. 74. post med.

uod P iam inde ab Apostolorum propemodum temoribus vbique agnitum sit, quousq. Lutherus contra llud ensem distrinxerit, & quod Patres antiquissimi, empe * Cyprian. Theophilus, Tertullianus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Iustinus, Irenæus, Athenagoras, Tatianus in eo errarunt.

12. Centuriat 2. cap. 10. col. 221. linea 51. & vide ibidem col. 58. linea 49. & col. 43. lin. 58. & Vide Humfredum in Iesuitismi parte 2. ratione 5. pag. 527. fine, Osiander centuriat. 2. lib. 4. capite 4. pag. 84. fine.

VI.

Sexto tam quoad liberum arbitrium, quam meritum operum, confitetur q Humfredus, negari non osse, quin Clemens Alexandrinus, & alij quos (ratione temporis in quo vixerunt Apostolis vicini) Apostolicos vocamus, liberum arbitrium, & meritum operum scriptis suis asseruerunt. Aduersarij tiam nostri doctiores agnoscunt, Augustinum ocuisse, 14. fiduciam in meritis hominum, ad peccatorum remissionem. Quod Origenes dicat 15. bona opera causam esse iustificationis. Quod 16. Chrysost. doctrinam iustificationis impure tradat, & meritum tribuat operibus. Quod non modo 17. Cyprianus, sed omnes fere illius temporis Patres, in eo fuerunt errore, vt utarent, pœnas peccatis debitas sic redimi posse, vt Dei istitiæ satisfieret, vnde Lutherus ob eam causam 18. inctum Hier. Ambros. Aug. & alios vocat operarios istitiæ veteris Papatus. Agnoscit etiam Bulling. 19. doctri-

13 Osiander centuriat. 2. pag. 56. paulo post medinm & centur. cent. 2. col. 207. lin. 49. Sic puritani in breui enarratione falsitatum concionis D. Bancrofti pag. 103. fine, & Centuriatores centur. 2. cap. 4. col. 58. lin. 30. de temporibus Apostolis vicinis loquentes, dicũt, Nullus fe- doctrinæ locus est, qui tã cito obscurari cœperit, atq. hic de liber. arbit. & ib. col. 59. lin. 11.

addunt, *Eodem modo Clemens liberum arbitrium vbique asserit, vt appareat in eiusmodi tenebris, non tantum fuisse omnes eius saeculi doctores, verum etiã in posterioribus eas subinde creuisse, &c.*

* De hoc vide Abrahamum Scultetum in medulla Theologiæ Patrum p. 379. & 304. post med. & 466. fine & 151. paulo ante med. & 105. circa med. & 98. circa med. & 48. prope initium & fine & 73. initio & 40. ante med. Vide Centuriat. Centur. 2. cap. 4. col. 58. lin. 30. & col. 59. lin. 11. & Cent. 3. cap. 4. col. 77. & 78. & col. 48. lin. 15.

Q. Humfredus Iesuitismi parte 2. p. 530. ante med. Quod autem Clemens Alexandrinus, Theophilus, Cyprian. Iustinus Martyr, &c. merita operum astruant docet. Abraham. Scultetus vbi supra p. 48. ante med. & 121. post med. & 151. post med. & centuriat. centur. 2. cap. 4. & centur. 3. cap. 4.

doctrinam meriti Satisfactionis, & iustificationis ex operibus, statim ab Apost. temporibus prima iecisse fundamenta. Imo Vvottonus 20. *ob merita, taxat nota* 21. *& agnita* 22. *opera S. Ignatij, celebris Apostol. discipuli,* 23. testimonio eius respondens his 24. *Liberè dico huius testimonium nihil valere, quia in Theologicis parum versatus est.*

14. Vide Brentium in Confess. Wittemberg. & Osiandr. cent. 4. p. 520. post med. & Theologos Vvitẽberg. in Harmonia cõfessorum Anglice p. 509. post med. & centur. centur. 5. col. 507. lin. 40. & 1133. lin. 26. & Melanch. l. 1. epist. p. 290. initio & in cõsiliis Theologorum p. 240. initio & vide colloquiũ Altenberg. fol. 307. a initio & b initio.

VII.

Septimo quoad liberum arbitrium, meritum operum. Inuocationem Sanctorum, & alia *pleraque huiusmodi,* Superintendans Cantuar. r agés *de doctrina cuiusque ætatis ab ipsis Apostolorum temporibus tradita,* absque limitatione temporis, vel authoris, ait, *omnes, ipsius* verbis vtor, *fere Episcopi, & scriptores, tam Græcæ quam Latinæ*

15. Centur. Cent. 3. col. 265. lin. 54. & col. 266. initio.
16. Centuriat. centur. 5. col. 1178.
17. Vvhitakerus responsione ad rationes Campiani rat. 5. p. 78. & vide eundem in defensione Translationis Anglicanæ p. 308. ante med.
18. Lutherus in epist. ad Gal. cap. 4. & iuxta translationem Anglicanam fol. 220. a post med. & b ante & post med. vbi pro verbo Latino *Iusticiarios*, Anglicè vertunt merit-mongers quasi dicerent *meritorum venditores.*
19. Bullingerus in Apoc. serm. 87. fol. 270. b prope initium.
20. Vide Ignatij dictum de merito ex ep. ad Romanos alligatum in Vvottoni defensione Parkinsi, &c. p. 339. fine.

1. Iræneus qui vixit abhinc prope mille quingentis annis, l. 5. contra hæreses ersus finem & apud Eusebium l. 3. c. 30. versus finem, allegat dictũ Ignatij quod tiamnum in ep. eius ad Romanos reperitur, & Hieron. in Cathalogo & Eus. 3. cap. 3. eandem epistolam citant & magnam eius partem recitant, quæ etiam odie in eadem epistola extat. & plerasque alias eius epistolas citant.

2. Vhitgiftus in defensione sua, &c. p. 408. circa med. agnoscit & vrget epiolas Ignatij, & in earum confirmationem Hieronimum & Euseb. affert, nec 'artwrightus in responsione sua easdem negat.

3. Vvhitgiftus vbi supra ait, *Ignatius S. Ioannis discipulus fuit, & eadem ætate qua hristus Dominus vixit, vide* p. 343. prope finem.

næ Ecclesiæ, maxima ex parte infecti sunt doctrina il-, de Libero arbitrio, de merito, de inuocatione Sanctorum & similibus. De inuocatione Sanctorũ gnoscit Fulco his verbis t *Confiteor Ambros. Augus. & Hieron. sanctos inuocare licitum esse eximasse.* Et de Patribus sigillatim 19. *quod in Nazian. Basilio, & Chrisostomo, Inuocationis santorum mentio fiat.* Quod 20. *Theodoretus oraones ad Martires fusas commemoret*, Quod *Leo ultũ fidat* 21. *precibus S. Petri pro se fusis*, Quod *ntiqui Patres* 22. *crediderint, sanctos pro nobis are.* Idem de 23 Ambrosio 24. Basilio, Naianz. Greg. Nisseno, 25. Theodoret. Hieron. : ipsomet * Augustino confitentur. Et S. Cyprianus his antiquior, accusatur quod asseruerit

24. Vvottonus in defensione Parkinsi pag. 340. Cumque wottonus ibid. quo has epistolas supposititias probet, hoc Ignatij dictum allegat: *Quicũque non ieiunat singulis diebus dominicis seu sabathis excepto solo die Pascæ occisor est Christi.* Quod inquit ille absurdum est. Preterquã quod Vvottonus verba Ignatij perperam citat cũ omnino cõ-atium contineant, & Ieiuniũm die Dominico prohibent, de quo vide Cartvighthum in defensione Vvhitgifti p. 77. fine qui hanc Ignatij sententiam citat nquam ipsius Ignatij genuinũ. Quoad rem autem ipsa cum dies Dominicus surrectionis Domini solemnitas sit, & ita nobis dies exultationis, *semper ohibitum est in illo ieiunare.* Quod modum autem illum loquendi (Christi ocsor est) sic sobrie accipi debet, vt illa Apostoli, consepulti estis cum Christo Baptismo Rom. 6. 4. & coloss. 2. 12. vel vt illa quibus ait, peccatores iterum bi Christum Dei filiũ crucifigere ad Hebræos 6. 6. vnde Vvhitgiftus in defenone sua p. 102 circa med. & Hookerus lib. 5. sect. 72. p. 209. circa med. ambo ferunt & refutant hanc ipsam Vvottoni obiectionem Sicut & Buddelius in act. de ieiuniis Ecclesiastic. pag. 13.

Vvhitgiftus in defensione sua, &c. contra replic. Cartvvrightus p. 472. fine 473. initio.

S. Vvhitgiftus vbi supra pag.473. paulo post initium. Vide Cowellum in examinatione sua &c.pag.120.vbi ait, *Plerique tam Græcorum quam Latinorum erroribus de libero arbitrio sanctorum innocatione ac merito &c.maculati sunt.*

T Fulco in duplicat. sua ad Bristoum pag. 5. fine.
19. Fulco contra testamentum Rhemense in 2. Petri ca. 1. sect. 3. fol.443. paulo post medium.

seruerit, 26. *Martires & Sanctos iam defunctos orare pro viuis.* Imo centur. taxant *Originem*, *Cypriano antiquiorem* 27. *quod pro seipso ad S. Iob. preces funderit, & Angelorum* † *inuocationem probauerit: & dicunt quod* 28. *apud antiquos illius sæculi patres manifesta vestigia inuocationis Sanctorum reperiantur.*

VIII.

20. Ibidem.
21. Ibidem.
22. Ibidem.
23 Fulco contra purgator. pag. 310.
24. Kemnitius parte 3.pag.a fine ait, *Inuocatio sanctorum tandem circa annũ Domini 370.per Basilium, Nyssenum, & Nazian.* *in publicos Ecclesiæ conuentus introduci cæpit.*

Octauo de Baptismo, & gratia per eum, & alia Sacramenta collata, confitentur aduersarij, quod antiquissimi Patres, *qui Apostolorum discipulis proxime successerunt, nempe Iustinus,* Clemens *&c.* 2. *Existimarunt regenerationem, non significari tantum, sed & fieri per aquam & verbum: quibus duobus simul iunctis, efficatiam tribuunt, id est peccatorum remissionem: & grauiter in eo errasse* * *antiquos Patres, quod existimarunt, aquam baptismi vim habere peccata remittendi. Quod August. temere dixerit,* † *Sacramenta noua*

25. Kemnitius ibid.pag.211.a ante med. & de sancto Hieronymo Vide Bullingerum Apoc. serm.87.fol.207. b ante med.

* Kemnitius ibid. pag.211. a initio citat *Augustin. inuocantem S. Cyprianum defunctum*, & ait, *Hæc Augustinus sine scriptura, temporibus & consuetudini cedens.*

26. Centuriatores centur. 3. col. 84. lin. 23. *Certe in fine prioris epistolæ libri primi non obscure sentit Cyprianus martyres & sanctos defunctos, pro viuentibus orare.*

27. Centuriat. centur.3.col.83.lin. 49. citant, *Orig. dicentem, O beate Iob, ora pro nobis miseris.*

† Centur.3.cap. 4.col.75.lin.29.aiunt, *Angelos etiam Orig. inuocandos putauit* homil.primo in Ezechielem.

28. Centur.3.cap. 4. col.83. lin.47. aiunt, *Videas in doctorum huius sæculi scriptis, non obscura vestigia inuocationis sanctorum.*

2. Cent. 2. cap 4 col.47.lin.43. & cent.3.cap. 4.col.82. lin. 55. *Affirmare audet Cyprianus, quod persona baptizans, spiritum sanctum conferat, & baptizatum intus sanctificet, &c.*

* Zuin-

Zuinglius tom. 2. de baptismo fol. 70.
Musculus locis communibus p. 299. post med. *Inconsiderate dictum est ab Augustin. &c.*

nouæ legis salutem conferre. *Quod* 3. *Origenes, Tertullianus, Cyprianus, referant, baptizatos, signo crucis signari solere. Quod tunc temporis, aliæ nonnullæ ceremoniæ, in Baptismo adhiberi solitæ sunt, viz* § *aquæ, baptismalis per Sacerdotē benedictio,* 4. *Abrenuntiatio,* 5. *trina immersio,* 6. *vnctio, &c.* Quòd ex opinione Bezæ, *antiquissimi Patres* § *Sacramenta nimio cæremoniarum apparatu ornarunt.*

Quod Augustinus in ea fuerit sententia, *quod Infantes* 7 *sine Baptismo saluari nequeant.* Quod cum illo 8 plurimi alij Patres in eo consenserunt. Hinc (teste Caluino) *Patres ab ipso* 9 *fere nascentis Ecclesiæ exordio, in periculo mortis, Laicis baptizare permiserunt. Quoad chrismatis etiam, & confirmationem* (vt aperta testimonia [t] Augustini, & aliorum Patrum taceam, &

3. Cent. 3. cap. 6. 125. lin. 6.
§. Cent. 3. col. 28. lin. 50. & col. 148. lin. 4. Vide Cypr. l. 1. epistola vlt. ante med. vbi ait. *Oportet vero sanctificari, & mundari aquam prius a Sacerdote*, & vide cent. 4. col. 415. lin. 44.
4. Centur. 3. col. 124 lin. 53. & col. 126. lin. 20.
5. Centur. 3. col. 125. lin. 1. & 124. lin. 57.
6. Centur. 3. col. 125. lin. 9.
§. Beza in Epistola Theologica p. 8. ait, *Totū illum apparatum quo vetustissimi etiam illi Baptismum, & cœnam Domini se exornare posse putarunt, non satis mirari possum, &c.* p. 79. initio & cū nonnullas illarū citaret, eas vocat *histrionicas ineptias* & p. 80. prope initium addit *Certe qui Apostolos faciunt istarum ineptiarum authores, ne refutatione quidem digni sunt, quantum cumque sunt vetuisti scriptores, &c.* Et paulo post *Plerique tamen ex vetustissimis illis, Christianorum sacra, non aliter, quam Cereris misteria quadam, occultanda censuere, &c. & totam illam actionem, &c. in ἀπόρῥητα, quadam, & ne ipsis quidem mistis plerisque intellectus sacra, transformarunt.*
7. Sic Cartvvrightus in defensione Vvhitgifti, &c. p. 522. fine & ibid. p. 516.
& Bullingerus in decadibus Anglice decade 5. serm. 8. p. 1049. a circa med.
8. Musculus locis communibus de Baptismo p. 308. post med.
9. Caluin. Instit. lib. 4. cap. 15. sect. 20.
t. August. contra literas Petil. l. 2. cap. 104. Tom. 7. ait, *Sacramentum crismatis, in genere visibilium signorum Sacrosanctum est, sicut ipse Baptismus,* & Tom. 9.

F

in Epist. Ioannes Tract. 3. ait, *Vnctio spiritualis ipse Spirritus sanctus est, cuius sacramentum est in vnctione visibili.* Et ibidem Tract. 6. occurrit obiectioni, dicens. *Nunquid modo quibus imponunt manus, vt accipiant Spiritum sanctum, hoc expectatur, vt linguis loquantur? Aut quando imposuimus manus istis infantibus, attendit vnusquisq; vestrum an linguis loquerentur, & cum videret eos linquis non loqui ita peruerso corde aliquis vestorum fuit, vt diceret, non acceperunt Spiritum sanctum?* & paulo post. *Si vis nosse quia accepisti Spiritum sanctum, interrogato cor tuum, ne forte cum sacramentum habes, virtutem sacramenti non habeas.*

& ipsius * Caluini confessione) u Kemnitius in eo reprehendit plerosque antiquos Patres, nempe *Cyprianum*; *Concilium Laodicenum, Melchiadem, Cornelium, & Tertullianum.* Et ministri Diœcesis Lincolniensis x Tertulliano, Cypriano, Ambrosio, tanquam errorem impingunt, quod docuerint, *oportere baptizatos signare, & confirmare signo crucis, &c.*

IX.

Nono, quoad Confessionem, Absolutionem, Pœnitentiam, & Satisfactionem: In Confesso est, 10. *quod illis primæuis Cypr. & Tertul. temporibus, in vsu fuere confessio, etiam cogitationum, & minorum peccatorum* 11. *Et quod illa tunc præcepta fuerit, & habita necessaria.* Quòd tunc 12. *Satisfactio iniungebatur iuxta offensæ modum.* Quòd ijdem Patres existimarunt *per talem externam vitæ disciplinam* 13. *pœnas peccatis debitas solui, & diuinæ iustitiæ*

* Caluin. Instit l. 4. cap. 17. sect. 43. ait: *Si quis vetustate tueri huiusmodi inuentiones velit, nec ipse ignoro, quam vetustus sit Chrismatis, & exsufflationis in Baptismo vsus, quam non longe ab Apostolorum ætate, cœna Domini tacta rubigine fuerit.*

V. Vide Kemnitij examen parte 2. p. 58. a post med. & 64. b ante med. & 65. a post med.

X. Ministri diœcesis Lincolniensis in compendio, &c. p. 42. ante med.

10. Cent. 3. cap. 6. col 27. lin. 28. vide verba infra citata tractatu 1. sect. 7. exemplo 7. in marg. ad lit. c prope finem illius 7. exempli.
11. Vide ibid.
12. Centur. 3. col 127. lin. 40.
13. Vvhitaker. contra Campian. ratione 5. p. 78. & vide eundem allegatum in defensione versionis Anglicanæ per Fulconem cap. 13. p. 368. ante med.

itiç satisfieri. Quod non modo 14. *Cyprianus, verum mnes fere sanctissimi illius temporis Patres, in eo fueint errore*, & quod Sacerdos (vt dictum est) onfessione facta , & pœnitentia iniuncta, postea 15. absoluerit pœnitentem 16. adhibita cæremonia illa, manuum, vt nunc fit, impositionis.

X.

Decimò, *quoad Primatum Petri supra reliquos Apostlos*, quem 1. Caluinus 2. Musculus 3. & alij docti Protestantes agnoscunt, Fulco huius opinionis antiquitati subscribit, qui de Leone, & Greg. Pontificibus loquens (quorũ primus circa ann. Dom. 440. alter 590. vixit (ait, 4. *Misterium iniquitatis, quod in illa sede*) *Romana quingentos aut sexc entos annos ante peragebatur longe igitur*, ante prædictos Pontifices, Romana sedes iuxta istum papalis esse cœpit) *tunc plurimum creuit, adeo vt homines longa erroris duratione decepti Petri supra reliquos coapostolos dignitatẽ, pluris quam sacrum Dei verbum permittat æstimarent*. Tam antiqua, & longa annorũ serie fuit opinio Primatus Petri, etiã illis ipsis trita primæuis Leonis, & Gregorij temporibus. Estque hoc tam manifestum, vt alij nostri doctiores aduersarij, plerosque Patres multo antiquiores reprehendant, quòd affirmarint *Ecclesiam ædificatã esse supra Petrum* : verbi gratia. 5. Hieron.

14. Vide Instit. Caluini l.1. cap. 4. sect. 38 initio. Whitak. in Camp. rat. 5. pag. 78. paulo ante med.
15. Centur. 3. col. 127. lin. 44.
16. Vide ibid. & & vide hãc cæremoniam impositionis manuum in danda absolutione apud S. Cypr. in serm. de lapsis paulo ante med. & l. 3. ep. 17. & 18. & in Concil. 4. Carthag. can. 76. & 78. & Chrisos. in Ioan. 20. homil. 85. in fine.
1. Caluinus à Vvhitgifto citatus in defensione p. 173. ait, *Ex duodecim Apostolis vnus cæteris præerat*. Vide etiam p. 469. ante med.
2. Musculus ibid. citatus p. 66. post med. ait, *Nec Angelici spiritus, nec ipsi Apostoli, omnes inter se æquales sunt, multoties legimus Petrum primum inter cæteros locum habuisse, quod non negamus*.
3. Vvhitgiftus vbi supra 375. initio ait, *Inter Apostolos vnus primus fuit, &c. qui cæteris authoritate pollebat, vt scismata componerentur*. Et vide ibidem post med. & vide ibid. p. 595. Hinc est quod p. 62. 63. 65. 68. 70. quibusdam testimonijs scripturæ respondet, quæ aduersarij contra primatum Petri afferunt.
4. Fulco in retentiua contra Bristoi motiua, &c. p. 248, fine.

ndas accepit. Et vide ibidem fine: a Cyrillo etiam Hieroſolymitano Catha- ieſi 2. Petrus *Apoſtolorum princeps vocatur, & caput cæterorum, & princeps* à Cy- lo Alexandrino lib. 12. in Ioannem cap. 64. *Paſtor & caput Eccleſiæ à Christo ſu- a totum orbem conſtitutus*: à S. Chryſoſt. in Matth. hom. 55. ante med. *Apoſtol. rtex*, in eadem homil. circa medium *Magiſter totius orbis, & cui totius orbis cura mandata eſt*: à ſancto Chryſoſtomo homil. 87. in Ioannem paulo ante medium, ad pop. homil. 80. ante med. *Petra, & vertex Catholicæ Eccleſiæ*, in Concil. Cal- :don. act. 3.

. Cent. 4. col. 554. lin. 32. & col. 1074. lin. 13. Arnobius taxatur quod Papam ɔminarit, *Epiſcopum Epiſcoporum*, de quo ibidem aiunt, *De Petro minus commode quitur*.

. Concil. 2. Turon. ca. 16. ait, *Sunt etiam qui in feſtiuitate cathedræ diui Petri A- ſtoli, &c.* Vide hoc etiam confeſſum à Centur. 6. col. 580. lin. 20. Et S. Aug. rm. 15. de ſanctis ait, *Inſtitutio ſolennitatis hodiernæ à ſenioribus noſtris cathedræ nó- en accepit &c. Recte ergo Eccleſiæ natalem illius ſedis colunt, quam Apoſtolus pro Eccle- rum ſalute ſuſcepit, dicente Domino, tu es Petrus &c. Ideo digne fundamentum hoc cleſia colit.* Vide hoc etiam apud Bedam in Martyrologio.

. Danæus in reſponſ. ad Bellarm. diſput. parte 1. pag. 275. fine & 276. initio.

. Covvellus in examinatione &c. contra actionem cauſæ innocentium im- eſſa 1264. poſtquam pag. 106. *Vnum cæteris præponi neceſſarium eſſe dixiſſet, ad itanda ſchiſmata & diſſentiones tollendas*, pag. 107. prope initium, addit, *Si hoc nc optimum medium fuit in primitiua Eccleſia, cum Dei gratia maior & copioſior eſſet, iam nunc conferri videmus, imo ſi ipſi duodecim Apoſtoli, vix ſatis inter ſe conueniſſent, ſi vnus cæteris præfectus fuiſſet, vnde eſt illud S. Hieronymi inter duodecim vnus eli- tur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio, &c.*

Quod autem hæc poteſtas Eccleſiaſtica, uam Apoſtolorum temporibus fuiſſe aſſe- t, non ſic perſonæ alicui alligata fuerit, vt na cum ipſa extingueretur, ſed quod man- :rit, & in Eccleſia durauerit, ipſe etiam af- rmat, dum de regimine Apoſtolico vniuer- m expreſſe dicat, [c] *cum Apoſtolis non ceſſauit.* ſt ergo eminens quædam poteſtas, perma- ens in Eccleſia Domini, in vno aliquo poſi- ı, vnitatis, & obedientiæ conſeruatrix, *& mnes obedientes orbis paſtores in pace retinens.* Huic Aartinus [d] ipſe Lutherus aſtipulatur. *Alioqui* (inquit) *quod negari non poteſt) certe cum Apoſtolis ceſſaſſe dicenda non eſt, ſed ad illos deſcen-*

B. Ibidem in verbis proxime ſequentibus.

C. Couuellus ibidem pag. 106. circa med. ait, *Cum ad omnes omnium ætatum perſonas poteſtas Eccleſiaſtica extendatur*

disse, quibus perpetuo illud munus obeundum est.

D. Vide Martini Lutheri dictum in hunc sensum infra in margine proxime ante 18.

(*inquit Couellus*) e *Ecclesia, quæ licet per varia regna sub diuersis magistratibus Christianis extendatur, vnam tamen societatem constituit, peioris esset conditionis, quam priuata aliqua respublica, imo quam spelunca aliqua latronum, si medijs destitueretur vel conuincendi hæreses, vel exterminandi. Imo* amplius addit, (quod diligenter obseruandum est) *id posse facere Ecclesiam, sine omni ope, & auxilio Christiani magistratus sæcularis &c.* Atque hæc de Petri Primatu.

Illam verò supremam potestatā, seu Primatum, quem Iacobus Andreas * *ad seruandam Ecclesię pacem necessarium indicauit*, & quem 16. doctus ille aduersarius noster Melancton, Romani sedi deberi 17. agnoscit quique (vt eruditi puritani liberè confitentur, ex illa quā conce-

E. Couellus vbi supra pag. 107. post med. Qua potestate coactiua, membra Ecclesiæ diuisæ, & in varias regiones, & regna dispersa, regi possunt nisi iux. Couelli principia, vnus aliquis in reliquos potestatē habeāt? quam si in singulis cuiusq; regni principibus sitam esse dicamus, quisnam hos ipsos reget de religione forsitan contendentes, vel, vt in primitiua Ecclesia accidit, nondum Christianos? Quod si huic malo nullum datur remedium, nonne verum erit illud Couelli, longe peiori conditione esse Ecclesiam Dei, quam sit priuata aliqua ciuilis respublica? Licet enim distincta illa regna diuersorum regum imperiis subiecta, varias constituant respublicas, non nisi vnam tamen faciunt Ecclesiam, vnius fidei ac religionis vinculo colligatam. Vide infra tract. 3. sect. 7. in margine sub lit. m ad 70. & ibid. post o ad signum 7. & supra tract. 1. sect. 4 subd. 13. per totam.

* Hospinianus in hist. sacra parte altera fol. 309. a circa medium. De Iacobo Andrea primario Lutherano sic ait, *Demonstrare conatur Ecclesiarum statum tranquillum tueri difficile esse, nisi ad aliquem tanquam ad supremum administratorem, & Pontificem, rerum summa deferatur.* Vide Andream Frixium de Ecclesia libro 2. cap. 10.

16. Vide Melanchonem à Luthero in præfat. 1. tom. operum Melanchonis, laudatum *tanquam virum à Deo missum*, & in actis colloquij Altenbergensis pag. 94. paulo ante med. & pag. 250. paulo post medium.

17. Melancton in libro cui titulus Cent. epist. Theolog. &c. epist. 74. pag. 244 post med. Ex sua ipsius & aliorum fratrum suorum opinione ait, *Quemadmodum sunt aliqui Episcopi, qui præsunt plurimis Ecclesijs, &c. Pontifex Romanus omnibus*

piscopis præsidet, & hanc politiam canonicam, nemo puto sapiens improbat, aut improre debet, &c. Monarchia enim Pontificis Romani in hunc finem meo quidem iudicio vtiest, vt vnitas doctrinæ seruetur. Huic igitur articulo de primatu Papæ, facilè assentimus, si de cæteris conueniremus. Aliud simile eiusdem Melancthonis dictum reert Conradus Sclusselburg. in catalogo hæret. lib. 13. & vltimo pag. 633.

oncedunt Protestantes, * *siue Catholica visibili cclesia, siue* 18. *regimine Episcopali, proportione uadam consurgit, & necessario consequitur.* Hoc, inuam, genus regiminis, 19. per singula ab ips Apostolorum temporibus sæcula, in vsu uisse, satis testatum est. Sine prædicto autem apali primatu (vt rectè infert Cartvvrightus, : alij) Concilium generale 20. conuocari equit, *quod quidem vnicum esset remedium* 21. *rotestantium contentiones componendi.* Cuius rei ratia (vt supra dixi) *Melancthon Primatum Pa vltro agnoscit.* De

* Iacob in rationibus è verbo Dei petitis, &c. pag. 24. ait, *Hoc ipso quod visibilis statuitur Ecclesia, necessariò sequitur esse in terris generale quoddam regimimen Ecclesiasticũ, &c. Si enim proprie vna sit visibilis Ecclesia, & regimen Ecclesiasticum per orbem terrarum diffum, hoc in vno aliquo certo loco manere debet. Cum enim Christus præcipiat, dic Ecclesiæ, quem certum locum innuit, vrbi autem Romanæ maxime omnium conuenire videtur, put esse, & fontem totius regiminis ecclesiastici.* Vide infra tract. 1. sect. 4. subdiuione 13. ad 2.3. Martinus etiam Lutherus in locis communis classe 1. cap. 37. g. 107. post medium ait, *Cum Deus voluerit vnam habere Ecclesiam Catholicam per um orbem, necesse fuit, vnum aliquem populum, imo vnum aliquem Patrem istius populi ius elegi, ad quem, & suos posteros spectaret totus orbis, & fieret vnum ouile, & sic ex nibus gentibus in infinitum variatis moribus, tamen vnica fieret Ecclesia.*

. Cartvvrightus in defensione Vvhitgifti &c. pag. 380. ante med. *Si necessam sit ad vnitatem in Ecclesia tuendam vnum Archiepiscopum alijs praesse, cur non pari tione toti Ecclesiæ Dei vnus praeerit Archiepiscopus?* & in 2. replic. parte 1. pag. 582. ulo post med. ait, *Ad pacem Ecclesiæ tuendam æque necessarium est Papam præesse rchiepiscopis atque Archiepiscopos omnibus vnius regni Episcopis.* Idem expresasserit Beda apud Sarauiam de diuersis ministrorum gradibus pag. 491. fine g. 492. initio.

. Episcopos in omni ab Apostolis ætate rexisse Ecclesiam Dei in confesso est ud Vvhitgiftum defensionis &c. pag. 470. 471.

). Cartvvright. in 2. replic. parte 1. pag. 582. medio ait, *Si ad conuocandum ncilium prouinciale, Archiepiscopus necessario requiratur, cum dissentiant Episcopi, nessarium etiam erit Papam ponere, qui generale Concilium conuocet, cum dissident Ariepiscopi, cum enim vnius prouinciæ Episcopi variant, vt vos à me, sic ego à vobis rursus*

quæro, quis eos conuocabit? Quis eos officij sui admonebit? si hoc sine Papa fieri potest, & illud sine Archiepiscopo poterit. Hoc apertius confitetur Conradus Schlusselburg & alij citati tract. 3. sect. 7. in marg. ad 5.

21. Edvvinus Sandus eques & alij infra citati tract. 3. sect. 7. versus finem in marg. ad *.

De hoc primatu Fulco generatim asserit, 22. *multos è Patribus in eo hallucinatos esse, quod pluris Petri prerogatiuam, & Romani Pontificis dignitatem æstimarent, quam per verbum Dei liceret.* In particulari autem (vt interim sileam quid de mille proxime elapsis annis aduersarij communiter * confitentur) Centuriat. Magdeburg. cent. 5. (cuius finis intra centum, & initium intra ducentos annos cadit, temporum illorum, ad quę Iuellus prouocauit) ingenue confitētur, quod 23. *in hoc quinto sæculo, Rom. Pontifices, acquirere & stabilire dominatum suum super aduenas Ecclesias conati sunt, & in hunc finem* 24. *ius sibi vsurparunt, concedendi priuilegia & ornamenta alijs Episcopis, Archiepiscopos in suis sedibus* 25. *confirmarint,* 26. *deposuerint,* 27. *excommunicarint,* 28. *absoluerint, insuper &* 29. *ius sibi arrogauerit, alios (Archiepiscopos) citandi, vt coram se causas agerent. Denique decreuerint, quod contra* 30. *Episcopum ad sedem Apostolicam appellantem, nihil aliud statuatur, quam quod Rom. Pontifex censeret.*

Quod

22. Fulco in censur. querelarum Papist. &c. impressa anno 1583. pag. 4. initio.

* Quod Bonifacius 3 titulum illum, *caput vniuersalis Ecclesiæ*, sibi vendicauerit anno 607. cōfitetur Vvilletus in Sinopsi Papismi pag. 116. ante mediū. Fulco in respōs. ad Pseudocatholicum pag. 36. initio. Parkinsius in expositione symboli pag. 307. Dovvnhamus de Antich. lib. 1. pag. 4. post med. Vvhitakerus de Ecclesia contra Bellarm. &c pag. 144. post medium, vbi ait, *Hunc Bonifacium cum omnibus successoribus suis, fuisse Antichristos.* Idem asserit Fulco contra Pseudocatholicum pag. 27. circa medium, & Powellus de Antichristo in præfat. pag. 1. in fine.

23. Centur. 5. col. 774. lin. 31.

24. Centur. 5. col. 777. lin. 55. & in exemplum afferunt Celestinum 1. *Qui Cyrillum Alexandrinum (cui suas partes vix vt Synodo Ephesinæ præsideret, delegauit) priuilegium dedit vsurpandi titulum Papæ, & mitram.*

25. Centur. 5. col. 778. lin. 16. *Nam Leo (inquiunt) Maximum Alexandrinum confirmauit*

manit in Episcopatu, ac Proterio Alexandrino Episcopo, iura antiqua eius sedis iuxta ...nes & priuilegia confirmasse indicatur, epist. 68. Leonis, & 69. & ibidem lin. 37. unt, Vsurparunt sibi potestatem aliis Episcopis mandandi, vt quem ipse vellent, & pro ...rent, in dissitis ecclesiis Episcopum ordinarent, & quem ipsi nollent, deponerent: Sic ...lestinus in epist ad Cyril. & Ioannem Antiochenum, & Rufum Thessalonicensem, ...ndat eis, vt Proclum Constantinop. designarent Episcopum.

Vide hoc supra ad 25. & cent. 5. col. 778. lin. 46. & immediate infra ad 67. marg. & de Anthimo Constant. per Agapitum deposito, Vide Cent. 6. col. . lin. 20. & Liberatum in breuiario cap. 21. de Dioscoro etiam deposito, vide ...lasium in epist. ad Episcopos Dardaniæ.

. Cent. 5. col. 779. lin. 31. Sumebant sibi facultatem excommunicandi alios Archiepiscopos & Ecclesias, sic Leo excommunicauit Orientales & Felix Ocacium, Gelasius damnauit Acasium, & Petrum missis literis in Orientem.

. Cent. 5. col. 779. lin. 38. Nam Gelasius in tomo Anathematum, Petrum Alexan...num secundæ sedis antistitem negat absolui à quoquam posse, quam ab Episcopo primæ ...dis, scilicet Romano.

. Cent. 5. col. 779. lin. 8. Arrogant sibi potestatem citandi alios ad dicendam coram ...e causam: sic Constantinopolitanus (Episcopus) Romam citatur, & Maximum citaturum ...e promittit Bonifacius.

. Cent. 5. col. 778. lin. 55. Constituerunt & postularunt, vt in Episcoporum causis, ...eat ad sese appellari, vt patet ex Actis sextæ Carthaginensis Synodi, & epistola ad Boni...cium: & Sixtus epistola 3. ad Orientales cap. 5. decernit, vt contra Episcopum ad sedem ...postolicam appellantem nihil aliud statuatur, quam quod Romanus Episcopus censuerit, ...lasius in ep. ad Faustum magistrum, impudenter mentitur, in Canonib. esse sancitum vt ...pellationes totius Ecclesiæ ad examen Rom. sedis deferãtur, & ab ipsa nusquã appelletur.

31. Quod in prouinciis remotis Legatos ...ios constituerint, 32. ius sibi arrogauerint, deci...ndi, ac definiendi quæstiones omnes subortas, 33. eas ...æsertim, quæ ad fidem pertinerent. Quod Concilia ...neralia 34. indicendi, & 35. illis præsidendi, & 36. ... absentia sua alios loco suo substituendi, qui nonnun...uam Patriarchæ fuere, denique Sinodos sine sua 37. ...uthoritate conuocatas, tanquam illegitimas re...ciendi, ...testatem vsurpauerint. Hæc olim antiquos illos ...omanos Pontifices fecisse, notum est, & à ...enturiat. confessum. Aliorum autem Pa...rum illorum temporum, erga illam sedem ...bseruantiam, & obsequium, ijdem Centu...at. testantur.

31. Cent. 5. col. 708. li. 8. Conati sunt eam sibi super Archiepisc. vendicare authoritatẽ, vt si quid illi agerent, ex Romani Pontificis authoritate egisse videantur, quasi serui & mancipia eius essent. Sic Leo epist. 84. indicat Antistites Thessalonicenses semper vicem Apostolicæ sedis impleuisse, ac monet Anastasium (fuit is tunc

temporis Episcopus Thessalonicensis, vt in longinquis prouinciis, quodam modo præsentiam suæ visitationis impendat, & nihil decernat, nisi quod sibi probari agnoscat. Sic Gelasius in epist. ad Dardanos, dicit, *Se curam Alexand. Ecclesiæ delegasse Acatio Constantinopolitano, ideoque eum debuisse ad ipsum referre omnia.* Vide etiam col. 778. lin. 26. & col. 779. lin. 17. referuntur exempla, *Legatorum à Papa in remotas prouincias missorum, nempe Constantinop. Ephesum, & Africam.*

32 Centur. 5. col. 779. lin. 43. *Ausi sunt ab Archiepiscopis postulare, vt si quid suo iudicio non possunt determinare, ad sese referrent:* sic Leo epist. 84. cap. 7. *Thessalonicensi hanc legem dictat, &c.* Vide col. 1230. lin. 26. & col. 780. lin. 45. Vide Stephanum Mauritaniæ Episcopum in epist. ad Damasum & Anastasium Hierosolymitanum in epist. ad Fœlicem.

33. Vide ibi huius rei exempla col. 781. lin. 9.

34. Col. 781. lin. 20. *Generalia Concilia indicendi potestatem sibi sumpserunt*, vt patet epist. 93. cap. 7. Leonis &c. *ac Synodos sine sua authoritate conuocatas, vt illegitimas reiecerunt.*

35. Col. 781. lin. 36. *Ius præsidendi Synodis vniuersalibus sibi ascripserunt &c. Sic Celestinus Cyrillo Alexandrino in Ephesina Synodo præsidendi potestatem suo nomine concessisse, videri vult: Ac Leo Pascasinum Siciliæ Episcopum, vt Calcedonensi præsideret, misit.* Vide subscriptionem Pascasini in Concil. Calcedonen. act. 3.

36. Vt supra. Vide etiam supra in marg. ad 24. & vide Centur. 5. col. 781. lin. 52. Vide Danæum in responsione ad Bellarminum parte 1. pag. 323.

37. Vide paulo ante ad 34. & col. 781. lin. 57. *In Synodis perperam acta retractarunt, Apostolicam iactantes auctoritatem &c. Postea ex eo ius sibi de Synodis iudicandi arrogarunt, & decreta retractandi &c.* Vide Concil. Calcedonense act. primo vbi dicitur, *Synodum ausus est facere, sine authoritate sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, numquam factum est.*

Hinc est, quod de Romanis pontificibus ferant, *habuisse eos, illo tempore adulatores,* 38. *qui assererent, sine Rom. Pont. permissu, nemini licere potestatem iudicis assumere: qui item affirmant,* 39. *antiquitatem* (non igitur tunc primum inuentus est) *Principatum Sacerdotij Rom. Pontifici tribuisse: Quod hinc* 40. *Victor Romanam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum appellauerit.* 41. *Quod Turbius Asturiensis, per adulationem, Papæ Leonis Primatum agnouerit.*

38. Centur. 5. col. 774. lin. 53.

39. Cent. 5. col. 775. 16. *Ex errore quodam affirmant antiquitatem ei super omnes Principatum Sacerdotij contulisse.* De qua re vidit Anastas. Hierosolymitanum epist. ad Felicem & Innocent. epist. 2. ad Vict. & vide eundem in epistola ad Concil. Milleuit. citatum Cent. 5. col. 781. lin. 4. &c. & Leonem epist. 88. ad Anastas. Thessal. cap. 1. & epist. 93. ad Episcopos per Viennam cap. 2.

40. Cent. 5. col. 774. lin. 57.

41. Col. 775. lin. 4.

42. Col. 778. lin. 51. & Leo epist. 24. & 25. ait de legatis suis in Concil. Ephesino *Nostri fideliter reclamarunt, & iisdem libellũ appellationis Flauianus obtulit.* Vide literas Valentiniani ad Theodosium in preambulis Concilij Calced. vbi dicitur, *Constantinop. Episcopus (Flauianus) Episcopum Romanæ ciuitatis per libellos appellauit,* & rursus, *libellum ad Apost. sedem miserat.* Et Liberatus cap. 18. ait de Ioanne Talaida (Patriarcha Alexandriæ ab Imperatore Zonone deposito, & Petro Moggo in eius locum subrogato) *Rom. Pontificem Simplicium appellant, sicut & Beatus fecit Athanasius.*

rit. *Quod 42. aliquando Episcopi in Sinodis condemnati ad sedem Romanam appellauerint: sicut fecit (inquiunt) Flauianus Patriarcha Constantinop. in Concilio Ephesino: Quod Concilia petierint 43. acta sua à Pontifice Romano confirmari.* Hinc de sancto Leone dicunt (fuit autem is vnus è Patribus quinti sæculi, ad quos Iuellus 44. nominatim appellauit) *Leo 45 sedulò probare conatur, singularem illam prærogatiuam Petro datam fuisse, supra cæteros Apostolos, & inde ortum esse Primatum Romanæ Ecclesiæ.* Sed & Protestanticos proferam authorẽ 46. *manifestum est (inquit Beza) quod Leo in epistolis arrogantiam Antichristianæ Romanæ sedis spirat.* Item Vvhitgiftus præsul Cãtuariensis, generatim

43. Col. 782. lin. 36. *Patres sæpe honoris ergo petebant ab eis decreta confirmari. Sic Calcedonensis Synodus ad Leonem scribit. Rogamus et tuis Decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos cupidi in bonis, adiecimus consonantiam: sic & Summitas tua, filiis quod decet, adimpleat.* Et Concil. Carthag. epist. ad Innocentium similiter ab Innocentio petit, *Vt statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ sedis adhibeatur authoritas*, vt habetur Cent. 5. col. 823. Vide Concil. Ephes. in epist. ad Celest. Papam.

44. Iuellus in concione illa sua iactabunda ad crucem D. Pauli habita, de qua vide supra sect. 1. in marg. ad 9.

45. Centur. 5. col. 1262. lin. 50. Quod Primatus autem Petri ad Pont. Rom. descendisse existimaretur, asserit Vigilius in epist. ad Euterium cap. 7. Anastasium in epist. ad Anastasium Augustum, Imperator Iustinianus in epist. ad Ioannem 2. cod. de sum. Trinit. & fide Catholica titulo 1. Idem Ioannes in epist. ad eundem Imp. ibid. citatam. Pelagius 2. in ep. ad omnes Episc. Gelasius in ep. ad Faustum, & in ep. ad Episcopos per Lucaniam, &c. cap. 11. Vide decretum Gelasij cum 70. Episcopis initio. Innocent. 1. epist. 1. ad Decentium, & in ep. ad Victoricum, initio, &c. 3. & maxime in Rescr. ad Cõcil. Carthag. quod à S. Aug. refertur, & laudatur in ep. 106. his verbis, *Papa Innocent. respondit Episcopis in omnibus prout Episcopum Sedis Apost. decuit.* Vide infra tract. 2. cap. 1. sect. 3. ad * 104.

tim de illis temporibus affirmat 47. certum *esse tunc tēporis (videlicet Carthagin. & African. Conciliorum) Pontificem* Rom. *saltem vendicare sibi cœpisse Primatum super omnes Ecclesias.* Agnoscunt etiam aduersarij, Celestinum (quem Vvhitgiftus 48. *pium* Epi*scopum* vocat, & antiquus ille Pater Vincentius Lirinensis 49. *Papam Celestinum beatæ memoriæ*) 50. *iudicium causarum Ecclesiæ Africanæ, sibi vendicasse,* 51. *& Primatum super omnes Ecclesias, & quasi nomen sibi assumpsisse vniuersalis Episcopi.* 52. Item quod Gelasius asseruerit *Concilia subesse Papæ, & quod omnes ad illum, nullus vero ab illo poßit appellare.* Idem etiam 53. Xisto attribuunt, & quod Concilium Calced. (quod expressa lege parlamentaria, 54. in Anglia confirmatur) 55. titulum *vniuersalis Episcopi* R*omano Pontifici obtulerit.* Et hactenus quidem illos solum Patres recensuimus, qui in quinto sæculo vixerunt, eorumque testimonia non dubia, sed ipsorum aduersariorum confessione probata, attulimus, quibus indicant, papas illis temporibus iurisdictionem re ipsa exercuisse, & extendisse non modo supra Ecclesias proximas, & Italiæ Episcopos, sed supra longinquas etiam Prouincias, & supremos Archiepiscopos, & totius orbis Patriarchas: nempe Antiochenum, Hierosolymitanum, Alexandrinum, Constantinopolitanum, &c. & sedium illarum Episcopos, eam vltro agnouisse.

Ad

46. Confessio Geneuensis ca. 7. sect. 12. & Vvhitakerus de Concil. contra Bellarm. pag. 37. paulo ante med. ait, *De Leone primo parū laboro, magnus fuit ille regni Antichristiani Architectus*, & ib. pag. 34. circa med. de Leone ait, *Fuit ille quidem doctus & pius Episcopus, fuit tamen magis ambitiosus, &c.*

47. Vvhitgift. in defensione, &c. pag. 342. post med.

48. Sic eum appellat Vvhitgiftus in defens. sua, &c. pag. 588. fine.

49. Vincent. Lirin. cont. hæreses prope finē.

50. Hoc confitetur Cartvvrightus in 2. replic. parte 1. pag. 500. paulo post medium: & vide eundem in defensione sua pag. 342.

51. Vide hoc in Cartwrighto 2. replicatione parte 1. pag. 512. ante medium.

Centur.5. col.1274. lin.38. & 4. & Symondus in Apoc. cap. 5. pag.58.in te.

Symondus ibid.p. 57. circa med.

Parlamento primo Elizabethæ cap.1.actorum versus finem quatuor priorum concil. generalium authoritas, corroboratur iure nostro municipali nationali ac parlamentario.

Vide hoc in 2. replic. Cartvvrighti parte prima pag. 510. circa med. & vi- Vvhigifti apologiam, &c. p.344. initio & vide Sarauiam de diuersis gra- ous ministrorum pag.493 post med.

Ad testimonia veniamus antiquorum Pa- um, qui sæculo præcedenti id est tempore onstãtini magni vexerunt. Quamuis enim im primum Ecclesia respirare cœperit à lon- a & continua persecutione, qua factum est, nec scriptores tam celebres, nec externam giminis speciem tam conspicuam habuerit iam temporibus sequentibus, non desunt men etiam illius temporis testimonia satis ara, & confessa, quibus Romani Pontificis imatus probari possit. Vnde Centuriat. cunt 56. *In hoc sæculo misterium iniquitatis mi- me otiosum fuit, &* 57. *quod Pontifices Romani xta canones ius sibi arrogarunt eas Synodos reijciẽdi, ibus ipsi non interfuerunt*. Et Cartvvrightus de amaso ait (quem Hieron. & ipsi Protestã- s 58. *beatum* appellant) *quod* 59. *voce Dra- nis locutus sit, cum scribere non erubuerit, quod piscopi Romani sententia, in Synodo præ cæteris om- ius expectanda sit*. Et Vvhitakerus agnoscit *nonem Ecclesiasticum* 60. *illo tempore latum es- quo statutum est, nullum Concilium celebrandum e, absque Pontificis Romani consensu*. Et 61. *Pa- pam*

56. Cent. 4. col.549. lin. 42.
57. Cent. 4. col.550. lin. 28.
58. Vide Præ. coniũ Damasi per Sanctum Hieron. infra tract. 2. cap. 1. sect. 3. in margine ad 106. & in decadibus Bullingeri p.1 refertur *simbolũ beati Damasi Episcopi Romani, &c.* & in fine eiusdẽ pag. ponitur decretum Imperatorum Gratiã

Valentiniani & Theodosij *vt fides Damasi & Petri Alexandrini recipiatur.* De de qua re vide plura infra tract. 1. sect. 8. subdiuisione 1. fine in margine ad 6.

59. Cartvvrightus in replica parte prima pag. 502. paulo post initium, & in eius confirmationem adducit in margine Zozomenum hist. l. 6. cap. 23. post med.

60. Vvhitakerus de concil. &c. quæst. 2. pag. 42. fine 43. initio.

61. Ibid. pag. 44. paulo ante med. *fatemur Iulium sibi talem authoritatē vendicasse.* Et Cartvvrightus in 2. replic. parte 1. pag. 510. paulo post med. *Iulius Episcopus Romanus, dicit decretum esse canone Ecclesiastico max post Concilium Nicænum lato Pontificem Rom. ad Synodum vocari debere, irritumque esse, quicquid in ea, absque eius sententia fieret.* Vide parte 2. pag. 110. circa med. Et hoc clarius apparet in Socrate & hist. tripartita. Cum enim Ariani, concilium conuocassent Antiochiæ, cui tam *maximus Episcopus Hierosolomitanus quam Iulius Episcopus Romanus aberant, &c.* Absentia sola Iulij commemoratur, vt sufficiens causa, cur concilium illud irritum dicerneretur. Dicitur enim, *Maximus Episcopus Hierosolomitanus inde aberat, &c. nec Iulius maxima Romæ Episcopus aderat, nec aliquem loco suo substituit, Cum vtique canon Ecclesiasticus præcipiat, nullum concilium sine Romani Pontificis consensu celebrari oportere.* Hist. Tripartita l. 4. cap. 9. & Socrate l. 2. cap. 5. vide historiam tripartitam l. 4. cap. 19. & l. 5. cap. 19. & Socratem l. 2. cap. 23. *Vbi Iulius hunc canonem prose citat.*

pam Iulium per hunc canonem talē sibi authoritatē vindicasse, & quod * Danæus cū, vt & alios Pōtifices Romanos, ob eandem causam redarguit.

In confesso etiam est, quod Damasus, 62. ad conc. Africana scripserit, *Iudiciū causarum Episcopalium, & cætera omnia maioris momenti negotia, non nisi sedis Apostolicæ authoritate definienda esse,* 63. *Ideoque Iulium Pontificiem Romanum, in concilio Antiocheno suæ potestatis limites excessisse, iudicium causarum ad se non pertinentium vindicando. Quoad appellationes autem ad curiam Romanam:* constat 64. *Iulium papam decreuisse, vt quicumque iudicem suum suspectum haberet, ei liceret ad Sedem Romanam appellare.* Et quod *Teodoretus Episcopus* Græcus, qui in fine huius Centuriæ vixit, & à Concilio Ephesino 2. depositus est, *iuxta hunc canonem ad Papam 65. Leonem*

* Cum Bellarm. hoc Iulij exemplum afferat, & aliorū Romanorum Pontificum hunc item canonem citantium, Danæus solum respondet: *Hanc allegationem nullius esse momenti. Nā ab ipsius Romani Pontificis, id est, partis in sua causa testimonio, profertur.* In respon. ad Bellarm. parte 1. pag. 595. circa med. ad § Quarta ratio, &c.

62. Synodus

Apoc. cap. 5. pag. 54. post med. vide centur. 4. col. 55. lin. 32. & Innocent. ad Victoricum cap.2.

. Vide hoc in Cartvvrighti replic. 2. pate 1. pag. 501. initio & centuriat. cent. col. 529. lin. 19. dicunt. *Romani Episcopi regulam fecerunt, vt ad se omnia præscri- primum mandarent, vt patet ex ep. Iulij apud Athanasium apologia 2. Inquit enim Iu- s an ignari estis hanc consuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, &c.*

. Symundus in Apoc. cap. 5. p. 53. fine & vide idem in Damaso ep. 2. ad Ste- anum & ad concilia Africæ.

. Vide cent. 5. col. 1013. lin. 12. vbi de Theodoreto dicit, *Appellat ad iudicium onis, eique supplicat, &c.* Et ipse Theodoretus in ep. ad Leonem, præfixa com- entarijs, in D. Paulo epist. ait, *Ecce post tot labores ac sudores, ne in ius quidem vo- us, sum condemnatus. Ego autem Apostolicæ vestræ sedis expecto sententiam, & sup- co, & obsecro vestram Sanctitatem, vt mihi opem ferat, iustam vestrum & rectum ap- llanti iudicium, & me iubeat ad vos accurere, &c.* Et in ep. ad Renatum Presby- rum, ait, *Nudarunt me sacerdotio, &c. Deprecor te, vt sanctissimo Archiepiscopo cons) suadeas, vt Apostolica autoritate vtatur, iubeatque ad vestrum adire Concilium tet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum, &c.*

ppellauerit, & sic per eum ad sedem suam piscopalem * restitutus fuerit. Quod In- ocentus 66. idem Chrisostomo præstite- t, eius 67. aduersarium Theophilum ex- ommunicatum & depositum pronuntians. Quod denique † celebre illud, & antiquum oncil. Sardicense, cui trecenti 68. amplius piscopi interfuerunt ex Hispania, Gallia, alia, Sardinia, Græcia, Ægypto, Thebaide, ibia, Palestina, Arabia, aliisque quam plu- mus orbis regionibus vna cum multis 69. Concil. Niceni Patribus 70. *Appellationes ad Pontificem*

* Cent. 5. col. 1013. lin. 26. *Restituit Theodoreto Episcopatum sanctissimus Leo &* *vide* idem concil. calcedon. act. 1[illegible]

66. Chrisost. ep. ad Innocent. *Obsecro scribatis vt quæ contra me absentem iniuste acta sunt, cum ego iudicari non recusem, irrita indicentur, sicut reuera irrita nt, vt ij, qui iniuriam fecerunt, Ecclesiasticorum canonum pænis subijciantur, &c. nos- te Ecclesiæ nostræ restitui iubeatis, &c.* Vide in Pallidio in vita Chrisostomi, apud loisium Lippomanumm Tom. 2. lib. 3. parte 2. Et Chrisost. ep. 2. ad Innocent. *eprecatur ne inimici eius si recipiscant, excommunicentur.*

67. Vide cent. 5. col. 663. lin. 36. Epistolam Innocentij Papæ ad Arcadium Im- eratorem, & vxorem eius aduersariorum Chrisostomi, & amicorum Theo- hili. *Ego (inquit) minimus, & peccator, cui thronus magni Petri Apostoli creditus est, grego te, & eā à perceptione immaculatorū misteriorum Christi Domini nostri, Episcopum iam omnem qui exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora, qua præsentis vinculi mei lege-*

ritis literas, dignitate sua exidisse iudicaremus. Quod si vt homines potes, quemquam ad id vi adegeritis, & Canones vobis à Seruatore per Sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scitote non paruum id vobis peccatum fore, in horrendo illo iudicij die, &c. Anastasium quem pro magno Ioanne, in Thronum Episcopalem prouexistis, etiam post obitum ex authoramus, vna cum omnibus, qui cõsulto cum eo communicarunt Episcopis, cuius etiam nomen sacro Episcoporum Albo non inscribetur. Indignus enim eo honore est, qui Episcopatum quasi adulterio polluerit, &c. Ad Theophili abrogationem addimus excommunicationem, &c.

† Sic vocatur à Thoma Bello in libro cui Titulus regimen Ecclesiæ pag. 158. initio.

68. Vide Socratem hist. l. 2. c. 16. initio & Zozom. lib. 2. cap. 11.

* Vide cent. 4. col. 747. lin. 50. & Theodoret. hist. l. 2. cap. 8.

69. Vide Theodoret. hist. l. 2. cap. 7. & Socrat. hist. l. 2. capite 16. & Carion. in Chron. pag. 242. post med.

70. Septimus huius Concilij Canon agnoscitur, & citatur a centuriat. cent. 4. col 764. lin. 6. & ab Osiandro in Epitome p. 294. *Placuit vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus est, & confugerit ad Episcopum Rom. Ecclesiæ & voluerit se audiri, &c. Quod si is qui rogat, causam suam denuo audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt a latere suo presbyteros mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid æstimet.* Vide etiam ibid. 4. & 5. Canonem eius concilij.

Pontificem Romanum licitas esse decreuerunt. Hoc tam in confesso est, vt ob eam causam Concilium illud sugillent 71. Osiander, Caluinus, 72 Petrus Martyr 73. Frigeuellus Gauius & 74 Centuriat. Constat enim quod cum Ariani, Athanas. Episcopum Alexandriæ, Paulum Constantinop. & plerosque alios Episcopos Orientales Catholicos expulissent, Iulius Pontifex Romanus ad primam Arrianorum accusationem ei contra Athanasium exhibitam, ipsum magnum, 75. Athan. ad iudicium euocauit κανονικῶς id est iuxta Canones. Et postea per Athanasium de rei veritate certior

71. Osiander in Epitome pag. 294.

72. De Caluino & Petro martyr. vide infra Tract. 1. sect. 7. subdiuis. 2. in margine ad. d

73. Frigeuellus Gauuius in palma Christiania pag. 30. & 122. & 124. circa med.

74. Centur. hunc canonem agnoscunt & citant vt supra ad 70.

75. Nicephorus l. 9. cap. 6. & hist. Tripartita l. 4. cap. 6. sic habet. *Ipsis Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit, ille continuò euocatione suscepta, venit, &c.* vide Theodoretum libro secundo capite 4. historiæ.

76. Historia

tior factus 76. Iulius audita vtriusque partis querela, &c. præcepit quibusdam Episcopis Orientalibus coram illo ad diem statutũ apparere & illos omnes Episcopos quibus iniuria facta fuerat (testantur id Centuriat. 77. in loca sua, id est vnumquemque in sedem Episcopalem restituerit, idque nõ precario seu vt arbiter, sed (vt ipsorum verbis vtar) 78 *Ecclesiæ Romanæ prærogatiua fretus*. Hæc autem omnia clarius illucescunt ex ipsius Iulij Papæ epistola indubitata, quæ in secunda Athanasij apologia extat & a Ceturiatoribus † citatur.

Quoad tertium autem sæculum, in quo tam dira sæuijt persecutio, vt etiam acta Ecclesiæ nostræ obscurata sint, & ex scriptis illius temporis monumentis vix quicquam superfit, S. *Cyprianus Papam Stephanum* 79. *literis suis sollicitat, vt Martianum deponat* (ab Episcopatu) *& alium loco eius substituat*. Narrat etiam, *vt Basilides Romam profectus* 80. *imponere voluerit Stephano*

76. Historia tripartita l. 4. cap. 15. & vide Zozom. histor. l.3.cap 7.

77. Centur.4. col.550. lin.20. Vide plura apud Socratem l.2.hist. cap.11. prope initium & Zozom.hist. lib.3.cap.7. initio de Iulio ait, *Ac cum propter sedis dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit.*

78. Cent. 4. col.550.lin.15. & Zozom. vt supra & vide Socrat.l.2.11.& hist. Tripart.l. 4. cap. 15. & Philip Nicolai de regno Christi l.2. pag. 149. circa med. de hac re ait, *Iulius Pontifex (referentibus Socrate, & Zozomeno) literas ad Orientales dedit in quibus vt ipsæ literæ contestantur, non semel indicat, sibi soli, qui sit primæ sedis, vt ait, præsul, singulari quodam priuilegio, vt ex præscripto diuino, ius competere, Synodos generales conuocandi; nec minus ad se quoque solum eius vrbis Antistitem pertinere dicit, vt de causis Episcoporum, & id genus aliis grauioribus negotiis cognoscat. Ad eundem modum & pari ambitione, Damasus, &c. & postea Innocentius, &c.*

† Citatur hæc epistola centur.4.col.735.in qua fit mentio citationis eorũ col. 737.lin.10.& 742. lin. 26, ad iudiciũ col.737.lin.58.& col.742.lin.23.& col.745 l.9. *ad certum diem* col.739.lin.19. & col. 740.lin. 11. & col.746.lin.31. Iulius sic quosdam compellat, *An ignari estis hanc consuetudinem esse, vt primum nobis scribatur, vt hinc quod iustum est definiri possit, &c. Quæ enim accepimus a beato Petro Apostolo, ea vobis significo.* Vide vt hoc dictũ Pontificis reprehendãt cent.cent.4.col.529.l.22

79. Cyprianus l.3.ep.13.ante med. ait, *Dirigantur in prouinciam & ad plebem Arelate consistentem, a te literæ, quibus, abstento Martiano, alius in locum eius substituatur.* Et eadem epistola fine ait. *Significa plane nobis, quis in locũ Martiani Arelate fuerit sub-*

sine scripturæ authoritate (inquiunt illi) 88 *Ecclesiam Romanam, à cæteris, vt matrem, & radicem agnosci oportere docuerit.*

Quoad secundum autem sæculum, de quo * notat Huttonus, pauca eius nunc extare monumenta, in eo, victor (teste Vvhitgifto) 89 *pius fuit Episcopus, & martyr, & Ecclesia tunc temporis admodum pura, vtpote proxima Apostolorum tẽporibus.* Taxatur tamen pontifex Rom. etiam tunc, ab Amãdo Polano ProfessoreBasil., 90. *ob papalem fastũ, & arrogantiam.* Et à Sparko, 91 *quod papaliter excesserit limites suæ iurisdictionis, dum Episcopos orientales excommunicare præsumpsit:* & Vvhitakerus nostras illi improperat, *exercitiũ,* 92. *iurisdictionis in alienas Ecclesias.* Sanctus etiã Iræneus qui proxime successit Apostolis, & de quo habetur quod 93. *Apostolos viuæ vocis oraculo prædicantes audierat*, taxatur, quod dixerit, 94. *Necesse esse ad Ecclesiam Romanam propter potentiorem principalitatem, omnem conuenire Ecclesiam.* Quam eius sententiam, Centuriat. 95. *vt corruptum dogma circa Ecclesiæ Romanæ Primatum notant.* Atque hæc pontificis Rom. primatus, ab ipsis Apostolorum temporibus gradatio, tã perspicua est, 96. vt Philippus, Nicolai, Protestans Primatum Petri nescio cui *infirmitati Apostolorum, & primorum illis proximè succedentium Rom. Pontificum imputet.* Cuius rei testimonia, alij Protestantes 97. fusius allegant.

Vnde-

88. Col. 84. lin. 51.
* Huttonus in responso suo ad secundam partem rationũ ministrorum recusantum sub scribere p. 195. post med.
89. Vvgitgiftus in defensione sua, &c. p. 510. prope finem.
90. Amandus Polanus in Sill. Thesium Theologic. pag. 165.
91. Sparkus cõtra Ioannem de Albines in responsione ad præfationem ante med. & vide Osiandrum in Epitome cent. 2. pag. 87. & 96.
92. Whitakerus contra Ducæum l. 7. pag. 480. initio aduersarij obiiciãt Irænæum & Policratem, reprehendentes Victorem, vide responsum infra tract. 1. sect. 7. prope initiũ ad S.T.Y.*.

93. Hamelmannus l. de Traditionibus col. 528. lin. 17. ait, *Sciendum est Policarpum Iræn. ac alios qui bus contemperanei fuere, memoria adhuc tenere potuisse, viuæ*

prædicationem Apostolorum. Vide etiam Bridgesium in defensione sua, &cet. pag. 309.

94. Irænæus l. 3. cap. 3. ait, *Ad hanc enim Ecclesiam* (*Romanam*) *propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam* hæc verba (*necesse est*) *& omnem conuenire Ecclesiam &* (*propter potentiorem principalitatem*) Centuriatores sic coarctarunt, Centur. 2. col. 64. lin. 10. vt dicerent, *Nouitatem quandam resipere quibusdam videri posset, quod in exemplaribus Irænæi, qualia nunc habemus extat, &c.* Insinuantes nimirum absque probatione vlla, & contra omnia quæ extant exemplaria, tam recentia, quam vetera, locum illum corruptum esse.

95. Vide hæc in Tabula Alphabetica secunda Centuria verbo Irænæus.

96. Philippus Nicolai in Commentario de regno Christi p. 221. circa med. loquens de origine & incremento Pontificiæ dignitatis, inquit, *Primatus affectatio communis fuit infirmitas Apostolorum, ac etiam primorum vrbis Romæ Episcoporum, &c.* Et Protestantes in Cathalogo testium veritatis Tom. primo excuso 1597. ab ipso Sancto Petro ambitiosum hunc (vt ipsi putant) primatum Roman. Pontificum deriuare non dubitant, dum pagina 27. sic scribunt. *Ambitione ac cupiditate potentiæ, laborasse aliquoties Petrum, negari non potest, &cet. Qua Petri imbecillitate prouldubio significatum est, eos Episcopos, qui de Petri successione gloriantur, consimili, imo vero infinitis partibus maiore ambitione laboraturos, & cætera. Quare hæc tam peruersa Petri ambitio, & rerū diuinarum ignorantia, &c. haud dubiè significauit Rom. Episcopum quod primus, ac priuilegiorum Petri hæres esse volet, mox futurum rerum cœlestium ignarum, ac contemptorem, humanarumque opum, potentiæ, ac voluptatum studiosum, &c.*

97. Middletonus in Papistomastigæ impresso 1606. pag. 200. circa med. *Papias primus parens, ac inuentor fuit traditionum, & Primatus Petri, seu fastus Romani Pontificis.* Hic Apostolorum temporibus vixit, vt testatur Irænæus, quem citant Centuriatores Centuria 2. col. 172. linea 27. & discipulus fuit Sancti Ioannis, teste Fulcone in responso suo ad Pseudocatholicum pagina 35. paulo post med. Cuius authoritatem non aliter infringit Middletonus, quam dicendo quod Chiliasta fuit, quorum error (vt referunt Centuriatores centur. 3. col. 231. lin. 54.) in eo fuit, quod existimarent Christum post resurrectionem, hic nobiscum interris per mille annos habitaturum, cui Cerinthus hæreticus Apostolorum temporibus addidit, *bellariorum in altera vita expectationem & voluptatum carnalium*, de quo vide Augustinum hæresi 8. Ab hoc autem errore, Papias longe aberat, qui in eo solum hallucinatus est, quod male literaliter interpretaretur locum illum Apocalips. 20. versu 6. de Christo per mille annos regnaturo, quem Ioannes mistice intellexit. In quo etiam Irænæus, & Iustinus Martyr ambo lapsi sunt (vt notarunt Centuristæ, Centuria secunda col. 227. linea 32. & col. 212. linea 57.) quorum tamen testimonium in aliis rebus non reiicitur, sed est, & fuit semper magnæ in Ecclesia authoritatis. Bullingerus etiam de scripturæ authoritate, &c. impressus Tiguri anno 1538. lib. 2. cap. 20. fol. 166. post med. ait, *Quanquam dominandi cupido, ab ipsis statim Apostolorum temporibus, potissimum vero à Constan.*

tini magni Imperio (sub quo nonnulli aiunt, primum venenum diffusum esse in Ecclesiam) non semel se exeruerit, in quibusdam Romanis Episcopis, &c. Et Dovvnhamus in tractatu de Antichristo lib. 2. cap. 8. pag. 79. paulo post initium, agnoscere videtur, *Non ipsum quidem exercitium Papalis primatus vndique extensum, at doctrinam saltem eiusdem, dum ait. Antichristus qui in secundo Christi aduentu destruendus est, iam ipso Apostolorum tempore venerat, licet nondum tunc temporis reuelatus esset, palam exercendo primatum ac supremum dominium.* Vnde & Middletonus in Papistomastige prædicto pag. 193. post med. ait, *Certo scimus Antichristum mysterium iniquitatis tempore Pauli operatum esse, nec statim ab eius morte dormitasse, euigilasse autem magis, sexcentis post annis, cum misterium hoc iam patefieret, &c. Non mirum igitur si in Concilsis Patribus, historiis, iam inde ab Apostolorum temporibus, Papæ vestigia cernantur* &c. Vide vt hoc confiteatur Fulco in initio huius decimæ subdiuisionis in textu ad figuram 4.

XI.

Vndecimo, *quoad morem vllum non ieiunandi die Dominico*, in confesso est, effrenem licentiam illam, quam sibi nunc assumunt Puritani, illo die ieiunandi, Apostolorum 41. discipulis displicuisse, & aliis 42. patribus. Adeo vt nonnulli eorum illum morem expresse condemnarint, in 43. nisi Aerio & 44. Manichæis. Quoad ieiuniũ autem Quadragesimæ S. Ambrosius, inquit, 2. *peccatum est in Quadragesima non ieiunare*, ob quod 3. à Cartvvrighto taxatur, cum

41. Clemens lib. 5. Apostolicarum constitutionum cap. vlt. fine ait, *Obnoxius peccato est, qui die Dominico ieiunat.* Similes habet Ignatius in epist. ad Philippenses teste Cartvvrigto in defensione Vvhitgifti &c. pag. 99. prope finẽ.

42. Tertullianus de corona militis, &c. *Die Dominico ieiunium nefas ducimus.* Hoc agnoscit Vvhitgiftus, vbi supra. Sanctus etiam Augustinus epist. 85. ad Casulanum circa med. ait, *Quis non Deum offendet, si velit cum scandalo totius, quæ vbique dilata est Ecclesiæ, die Dominico ieiunare?* & Concil. 4. Carthag. can. 64. *Qui Dominico die studiose ieiunat, non credatur Catholicus.* Et tamen Vvelshus in replicat. aduersus Gildebertum Brouonum pag. 196. ait, *Non existimamus hæresim die esse Dominico ieiunare, magis quam alio quovis die, &c.*

43. Epiphanius hær. 75. ante med. citat: & confutat errorem Arrianorum, de quibus ait, *Apud ipsos studium est, vt potius in die Dominico ieiunent, quarta vero, & pro Sabbatho edant.*

44. Augustinus epist. ad Casulanum ait, *Die Dominico ieiunare, grande peccatum est, maxime post detestandam Manichæorum hæresim &c. qui auditoribus suis hunc diem licitè ieiunandum constituunt.* Hoc testimonium citat Vvhitgiftus, in defensione sua &c. pag. 102. circa med.
2. Ambrosius serm. 25. 34. & 36.
3. Cartvvrightus in Vvhitgifti defensione pag. 100 initio.
4. Augustinus de tempore serm. 62. & 77.

cum tamen *Sanctus* 4. *Augustinus*, 5. *Chrysostomus & 6. alij Patrem, idem asserant.* Imo Kemnitius, agnoscit quod 7. Ambrosius Maximus Taurinensis, Theophilus, Hieronymus, & alij dicant, *ieiunium Quadragesimæ Apostolicam esse traditionem*, & alij protestantes non solum asserunt, 8. superstitiosum quadragesimæ ieiunium ab Ignatio 9. Ioannis discipulo probatum ac præceptum fuisse: verum etiam illam ipsam Ignatij epistolam, in qua hoc docet, genuinam 10. esse defendunt. Adde quod docti nostri aduersarij agnoscunt, 11. Aerium in primitiua Ecclesia ideo condemnatum, quod hanc nostram de statis Ecclesiæ ieiunijs doctrinam impugnaret, & tritis illis aliorum aduersariorum obiectionibus, de 12. Montani exemplo perperam intellecto, & loco illo Apostoli 13. 1. ad Tim. 4. 3. verè, solideque pro nobis respondeut.

Duo-

5. Chrysostomus ad populum homil. 6. prope finem.
6. Concilium 8. Tolet. can. 9.
7. Kemnisius examen. Concil. Trident. parte prima pa. 89. b. ante med. ait, *Quadragesimam enim Ambrosius, Maximus Taurinẽsis, Theophilus, Hieronymus, & alij, affirmant traditionem esse Apostolicam.*
8. Vide hoc in Abrahamo Sculteto in medulla Theologiæ Patrum pa. 440. initio.
9. Vvhitgiftus in defensione sua, &c. pag. 408. circa medium.
10 Vide Abrahamum Sculterum vbi supra, & epistola illa Ignatij (ad Philippenses) citatur à Vvhitgifto in defensione sua pag. 102. ante med. & à Cartvvrighto ibid. pag. 99. prope finem, & Hookerus in politia Ecclesiastica libro 5. sect. 72. pa. 209. circa med. communibus aduersariorum obiectionibus contra illam factis respondet. Idem facit Vvihitgiftus præfatus in defensione sua, &c. pag. 102.
11. Cum Epiphan. hær. 75. ante medium errores Aerij referens, cum ferat dixisse, *Sed neque ieiunium erit ordinatum, hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis. Iustis enim lex non est posita, sed paricidis, & matricidis &c. Si enim omnino volo ieiuna-*

re, *qualemcumque eligam diem à me ipso, & ieiunabo propter libertatem &c.* Similia habet Aug hær.53. ex confessione Fulconis & Pantaleonis infra tract.1. sect. 8. subdiuisione 2. in marg. ad c. Hæc Aerij sententia sic à Patribus reprobata, tam conformis est doctrinæ Protestantium, vt Vvhitakerus contra Duræum lib.9.pag.830. initio, dicat, *De ieiunio nihil à fide alienum docuit Aerius.* Et eum similiter defendit Fulco, in responso suo ad Pseudocatholicam pag.45. initio, & Danæus de hæresibus cap. 53. fol. 177. a. b. licet alij, quibus nimis aperta aduersariorum hac in re nouitas, displicet, Aerium & doctrinam illam suam prædictam condemnent vt Hookerus in Ecclesiastica policia li.5. sect.72. pag.210. paulo post med. & Author Protestans lib. cui titulus, Planctus Ecclesiæ, Londini impressus 1592. pag.31. fine, & 94. ante med. & 103. fine.

12. Cum Fulco contra testamentum Rhemense in Matth. cap.15 fol.28. a. versus finem, & in Actis Apostolorum cap.13. sect.5. 208. à fine. Aretius in locis communibus pag. 272. versus finem, & alij multi passim, obiiciant, *Quod Montanus hæreticus primus fuerit qui leges ieiunandi statuerit.* Hookerus in Ecclesiastica policia lib.5. sect.72. pag. 209. fine & 210. initio respondet (sicut & nos solemus) *Montanistas in hoc errasse, quod plerosque dies extraordinarios ieiunij introduxerint, illaque longiora, & magis aspera reddiderint, &c.* Vnde & Tertullianus Montanismum sapiens ieiunia eorum scripto defendit. Et prædictus ille Author Protestans libri cui titulus Querimonia Ecclesiæ pag. 110. initio, similiter respondet, dicens. *Eusebius (inquiunt) Montanum primas de ieiuniis tulisse leges, manifesto docet, sed falluntur grauiter in hac re, vt in aliis &c. Abrogatis Ecclesiæ ieiuniis, nouum induxit (Montanus) ieiunandi morem &c.* Vide plura ibidem.

13. Cum Fulco contra testamentum Rhemense in 1. Timoth 4.3. & plerique Protestantes passim obiiciant dictum S. Pauli 1 ad Timoth. 4.3. communem Ecclesiæ Catholicæ morem abstinendi à certis cibis, Hookerus Ecclesiasticæ politiæ lib.5. sect.72. pag 209. post med. nobiscum consentiens, sic respondet, *Contra illos hæreticos, qui à certis cibis tanquam natura sua immundis, abstinendum esse decernunt, Ecclesia semper stetit, monente sancto Paulo tales cauendos esse, &c.* Sic ad locum illum S. Pauli, respondet author Planctus Ecclesiæ pag.106. & 107. Vt & Augustinus contra Faustum Manichæum lib.30. cap.4. & 6. & contra Adimant. cap.14. Quod tam manifeste verum est, vt Iacob Puritanus in defensione Ecclesiæ & ministerij Anglicani pag.59. *agnoscat, illum S. Pauli locum 1. Timoth. 4.3. de Marcione, & Tatiano intelligi, qui matrimonium & certos cibos absolutè condemnarunt, quibus nullo modo (inquit) Papistæ associandi essent, si hi in nullo alio errarent.*

XII.

Duodecimo de traditionibus non scriptis, cæremoniis, imaginibus, reliquiis, consecratione seu sanctificatione creaturarum. Ac de traditionibus quidem, in confesso sunt quæ sequuntur. Dicente sancto Chrysostomo 2. *Apostoli non omnia scripto tradiderunt, sed multa sine scripto, eaque non minus fide di-*

2. Chrysostomus in 2. ad Thessal. homil.

gna, quam alia, Vvhitakerus de eo sic censet. 3. *Respondeo* (inquit) *sermo iste inconsideratus est, & tanto Patre indignus*. Dicente autem Epiphanio 4. *Oportet traditionibus uti, scriptura enim non habet omnia, & ideo Apostoli quædam scripto tradiderunt, quædam autem traditione*: Cui & consonat sanctus Basilius 5. *Alia* (inquit) *habemus ex scriptis, alia autem ab Apostolorum traditionibus*; *&c. quæ ambo parem habent, ad pietatem efficatiam*. De his horum Patrum testimoniis, sic Rainoldus, 6. *Non mihi arrogo horum correctionem, iudicet autem Ecclesia num considerate satis, &c.* His addi poterit simile testimonium 7. Eusebij & Dionysij Areopagitæ Apostolorum discipuli. Atque hæc quidem ex Græcis patribus. Ex Latinis autem sanctus Augustinus (vt pote ipsis aduersariis * probatissimus) instar omnium erit. Qui probare volens, hæreticos non esse rebaptizandos, ait. 8 *Apostoli nihil exinde tradiderunt, sed consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa, quę vniuersa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quanquam scripta non reperiantur*.

3. Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 678.

4. Epyphanius hær. 61. circa med.

5. Basilius de Spiritu sancto cap. 27.

6. Reinoldus in conclusionibus annexis collationi suæ conclusione prima pag. 689.

7. Cum Eusebius lib. 1. Demonstrationis Euangelicæ ca. 8. ait, *Apostoli doctrinam suam diuulgarunt partim absque scriptis, tanquam lege quadam non scripta*. De eo Vvhitakerus de sacra scriptura p. 668. fine sic ait, *Respondeo testimonium hoc satis clarum esset, sed non valet, quia contra scripturas*. Cumque Dionysius de Ecclesiast. hierarchia cap. 1. versus finem ait, *Apostoli doctrinā suam partim scripto, partim sine scripto tradiderunt*. Vide quid de hoc sentiat Vvhitakerus infra in margine ad litteram t.

* Gomarus in speculo veræ Ecclesiæ pag. 96. ante med. ait, *Augustinus Patrum omnium communi sententia purissimus habetur*. Et Feildus de Ecclesia libro tertio pagina 170. fine vocat, *Sanctum Augustinum omnium Patrum maximum, & Theologum omnium præstantissimū quos habuit Ecclesia Dei ab ipsis Apostolorum temporibus*.

8. Augustinus contra Donatistas de baptismo libro quinto capite vigesimo tertio.

Quo in loco 9. & alibi sententia eius tam clara pro nobis est, & in confesso. Et Cartvvrightus de eo dicat, 10. *Probare illud August. dictum, est Papismum introducere*, & alibi, 10. *Si Augustini iudicium probetur, tunc quædam à Deo precepta in scripturis non continentur, & per consequens scriptura manca erit.* Adde quod 11. Kemnisius ob similia testimonia non scriptarum traditionum, reprehendit Clementem Alexandrinum, Origenem, Epiphanium, Ambrosium, Hieronymum, Maximum, Theophilum, Basilium, Damascenum, &c. & 13. Fulco idem de Chrysostomo, Epiphanio, Tertulliano, Augustino, Hieronymo, &c. fatetur, denique Vvhitaker, 14. idem de Chrysostomo, Epiphanio, Tertulliano, Cypriano, Augustino, Innocentio, Leone, Basilio, Eusebio, Damasceno, &c. agnoscit.

Quoad ceremonias autem (vt alios taceam) Calphildus asserit, 15. *Patres omnes in ijs ab Euangelij sinceritate declinasse.* Quoad Machabæos, Ecclesiasticum, Tobiam, & alios veteris Testamenti libros, immerito * per Vvhitakerum è canone

9. Vide simile apud Augustinum epist. 118. ad Ianuarium.

10. Vide Cartvvrightum in Vvhitgifti defensione & cap. pag. 103. ante med.

11. Vide verba Cartvvrighti vbi supra & in 2. replicatione contra Vvhitgiftum parte prima pag. 84. fine, & 85. & 86. idem Fusius asserit.

12. Vide examen Kemnitij parte prima pa. 87. 89. 90.

13. Vide Fulconem contra purgatorium pag. 362. ante med. & 303. 397. & contra Martialem pag. 170. & contra motiua Bristoi. pa. 35. & 36.

14. Vide Vvhitakrum de sacra scriptura pag. 678. 681. 683. 685. 690. 695. 696. 670. 668.

15. Vide hoc Calphildi dictum in duplicatione Fulconis ad replicationem Martialis impressa 1580. pag. 131. fine, & 132. initio.

* Immerito eos è Canone excludit Vvhitakerus, in responso ad Reinoldi refutationem, pag. 22. & 23. Temerarium enim est, sic scripturas sacras vni linguæ alligare; quasi non potuerit Dei spiritus, alia lingua veritatem exprimere. Id quod patet exemplo Danielis, cuius magna pars (Viz à capite secundo versu 4. vsque ad finem capitis 7.) licet non scripta sit Hebraice, ab ipsis tamen aduersariis canonica habetur. Nec satis ab aduersariis probatur, Deum nullos alios

authores, inter ſcribendum ſuo veritatis ſpiritu velle dirigere, niſi Prophetas, eoſque qui certo aliquo teſtimonio tales probarentur. Neque enim ſatis ſciunt aduerſarij, quinam authores fuerint, horum librorum nempe iudicum, tertij, & quarti regum, duorum Paralipomenom, Ruth, aut Iob: cum ipſe Vvhitakerus in diſputatione de ſacra ſcriptura pag 603. poſt med. aperte dicat, *Multorum librorum authores ignorantur, vt Ioſue, Ruth, Paralip. Heſter, &c.* & Vvilletus in Sinopſi pag. 4. poſt med. *Nos (inquit) ploroſque veteris Teſtamenti libros recipimus, quorum authores non ſatis nouimus.* Caluinus etiam, & Bexa, & qui Biblia Anglicana ediderunt anno 1584. & anno 1579. in argumento epiſt. ad Hebræos *plane profitentur, ſe de authore eius dubitare*, citantque Caluinum & Bezam dicentes, *non eſſe Pauli.* De qua re vide Caluinum in caput ſecundum ab Hebræos verſu 3. ad finem.

none excluſos, *quia* (inquit ille) *Græce ſcripti ſunt, vel alia quapiam lingua peregrina* (non Hebraica) *nec ſunt certi partus eorum, quos Deus pro Prophetis ſuis declarauit.* Quod tamen libri iſti pro ſacris, & Canonicis à ſancto 16. Auguſtino. 3. Concil. Carthag. & aliis Patribus habiti ſunt, clara eorum de hac re teſtimonia indicant. Et licet quidam ex doctioribus aduerſariis noſtris, in diſputatione habita in turre Londinenſi, palam diuerticula quærere non erubuerint, reſpondendo, quod Aug. in verbis prædictis, vocem Canonicam 17. impropriè vſurpauerit, contrarium tamen adeo manifeſtum eſt, non ſolum iuxta S. Auguſt. & 3. Concil. Carthag. (cui ipſe interfuit & 18. ſubſcripſit, verum

16. S. Auguſt. de doctrina Chriſtiana lib. 2. cap. 8. *Totus Canon. ſcripturarum his libris continetur Quinque Moiſeos, &c. Iob, Tobias, Heſter, Iudith, & Machabæorum libri duo, & Eſdræ duo, &c. Illi duo libri, vnus qui ſapientia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus filius Sydrach eos conſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur, qui tamen quoniam in authoritatem recipi meruerunt, inter Propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt, &c.* Tertium vero Concil. Carthag. can. 47. *Placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur, ſub nomine diuinorum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, Geneſis, Exodus, Leuiticus, &c. Salomonis libri quinque &c. Tobias, Iudith, Heſter, Eſdræ libri duo, Machabæorum, lib. 2. &c.* Idem ſenſit Innocentius, epiſtola ad Exuperium cap. 7. Gelaſius tom. 1. Conciliorum in Decret. cum 70. Epiſcopis. Iſid. lib. 6. etymolog. cap. 1. Rabbanus lib. 2. inſtit. clericorum. Caſſiodorus lib. 2. diuin. lectionum.

17. In diſputatione habita cum Patre Campiano in turre Londinen. anno 1581. 1. die.

18. In 3. Concil. Carthag. fine habetur, *August. Episc. plebis Hipponæ subscripsi.*

verum & iuxta alios etiam plerosque Patres, vt illud de nonnullis eorum confiteantur 19. Reinoldus, 20. Zanchius, 21. Hospinianus, 22. Lubbertus, 23. Hipetius, 24. Feildus, & * Couellus. Quod autem obiiciunt aduersarij 25. Origenem, & 26. Epiphan. dum scripturas veteris testamenti recensent, hos libros è canone excludere, & quod S. Hieronymus eos vocat 27. apocryphos. Respondetur, primò, Patres illos non loqui ex propria sententia, sed ex opinione Hebræorum, à qua (licet nûc ab aduersariis recepta) 28. Origenes 29. Epiphanius, 30. Hier. & 31. alij plerique olim dissenserunt. Imo antiqui Patres illos libros allegant, & citant (vt omnis cauillandi locus obstruatur) non sub vllo nudo nomine scripturarum, sed cum epithetis * *diuinarum scripturarum*, *sanctarū scripturarū, in quibus Spiritus sanctus loquitur & aliis* id genus elogiis, quæ solis diuinis scripturis conueniunt.

Secundo

19. Reinoldus in conclusionibus annexis collationi conclus. 1. pag. 699. post medium & 700. initio ob hoc sugillat 3. Cōcil. carthag.

20. Zanchius de sacra scriptu p. 32. & 33. agnoscit hoc iudicium Concil. Carthaginensis Innocentij, & Gelasij.

21. Hospinianus in hist. sacramentis parte 1. pag. 160. paulo ante medium, reiicit in hoc iudicium Conc. Carthag. & pag. 161. Innocent. & Gelasium, & pag. 161. S. August.

22. Lubbertus de principiis Christian. dogmat. li. 1. c. 4. pag. 8. prope finem ait, *Concedo quosdam ex his libris à Carthaginensibus admissos, sed nego eos propterea esse verbum Dei, nulla enim Concilia talem habent authoritatem.*

23. Hiperius in meth. Theolog. l. 1. pag. 46. fine ait, *In Concil. Carthag. 3. adducūtur ad Canonē &c. Sapiētia, Ecclesiast. libri duo Machabæorū, Tobias, Iudith &c. quos libros omnes eodē ordine numerat Aug. Innocent. & Gelasius*, quorū iudicium ille plane reijcit.

24. Feildus de Ecclesia lib. 4. cap. 23. pag. 246. circa med. Idem in hac re iudicium agnoscit S. August. Innocentij, & tertij Concilij Carthag.

* Vide Couellum contra Burghesium pagin. 76. & 77. fine, vbi aperte sancti Aug. de li. Sapient. iudicium agnoscit. Et ib. 78. ante med. de his omnibus addit, *Nisi fallatur Ruffinus, ab ipsis Apostolis, tanquam partes veteris Testamenti recepti sunt.*

25. Origen. in Psal. 1. apud Euseb. hist. lib. 6. cap. 19.

26. Epiphanius de ponderibus, & mēsuris, & hær. 8. Epicureorum circa med.

27. Hieron. in præfat. in librum Regum.

28 Origen.tam longe aberat ab opinione Iudæorum hac in re, vt contra Iulium Africanum (qui de ea dubitabat) histor. Susannæ defenderit: quam modo Protestãtes (vt olim Iudæi) reiiciũt. Vide Orig. in epist. ad Iulium Afric. & hom. 1. in Leuit. in epist. etiam ad Iul. Afric. illam partem Hesteris sacrã & canonicam reputat, quã modo Protestãtes, vt pote quę non sit in canone Hebræor. reiiciũt.
29. Epiphan. hær. 76. ante med. Sapiẽt. & Ecclesiast. inter scripturas diuin. numerat, & in lib. de pond. & mens. paulo post initium, lib. Sapient. Salom. tribuit.
30. Quod ad S. Hier. attinet, cum ipse (præfat. in Danielem) quædã illius Prophetæ capita, quæ modo Protestantes reiciunt, videri possit lectori minus attẽto è Canone excludere, vt pote quæ in Hebræor. canone non sunt, adeo vt ipse Ruffin. S. Hier. perperam interpretatus (vt & nunc Protestãtes faciunt) eum reprehendat, & accuset, quasi partes prædictas Danielis reiecerit (& quidem Vvhitaker. contra Campian. rat. 1. pag. 18. circa med. prædictum testimonium S. Hier. contra illa Dan. capita affert) ipse tamen S. Hieron. apolog. 2. contra Ruffin. circa finem respondet, & semet explicans ait, *Non enim quid ipse sentirem, sed quid ipsi contra nos dicere solẽt, explicaui:* & Ruffin. ibid. eũ *stultũ Sycophantã* vocat, quod Hebræorum opinionẽ illi ascripserit. Sic se explicasse S. Hieron. agnoscit Couellus in responso suo ad Burgesium pag. 87. circa med. Vide colloquium Hamptoniense habitum coram regia Maiestate pag. 60. S. etiam Hier. in præprolog. in Machab. expresse numerat libros Machabæor. quos Hebræi reiiciũt, *inter diuinarum scripturarum historias:* Et Hieron. præfat. in Iudith de eo libro ait, *Apud Hebræos liber Iudith inter agiographa legitur, cuius authoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt (scilicet apud Iudæos) minus idonea iudicatur &c. Sed quia hunc libr. Synodus Nicæna in numero sanctarũ scripturarũ legitur cõputasse, acquieui &c.*
31. S. August. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 36. ait, *Inter quos sunt Machabæorum libri, quos non Iudæi, sed Ecclesia pro Canonicis habet:* & S. Isid. lib. 6. etymolo. cap. 1. de libris Machabæorũ ait, *Licet eos Hebræi in Canonem non recipiant, Ecclesia tamen Christi, inter diuinos libros colit.* Patres igitur antiqui, ab Hebræorum catal. recedere nihil pensi habuerũt, quẽ tamẽ aduersarij se nunc defendere ac sequi profitẽtur.
* His titulis ornant librum Sapientiæ. S. Cypr. l. 4. ep. 1. & de habitu virg. ante med. & de exhortat. mart. c. 12. initio, & de mortalitate prope finem. Fulgentius ad Trasimundum Regem l. 1. c. 5. & l. 2. c. 9. & ad Feram diaconũ, resp. ad quæst. 1. prope initium. Cyril. l. 2 in Iulian. vltra med. Clemens Alexand. l. 4. Stromat. Dionys. de Ecclesiast. hierarch. c. 2. Egesippus apud Euseb. l. 4. c. 22. Melito apud Euseb. histor. lib. 4. cap. 26. fine. Augustinus de prædest. Sanctorum lib. 1. cap. 14. Et vide Synod. Alexãdrinã in ep. ad omnes vbiq; Ecclesias. Et tribuit Salomoni tanquam authori ab Epiphanio hær. 76. Ambros. ser. 8. in Psal. 118. Hilario in Psal. 127. Tertul. de præscriptionib. Sic etiam citatur liber Ecclesiast. à Fulgent. de remissione peccatorum l. 1. c. 12 & l. 27. & l. 2. c. 4. & de fide ad Petrum c. 3. & de incarnatione & gratia Christi cap. 28. Cypriano de mortalitate post initium, & ser. de eleemosyna initio, & lib. 3. ep. 9. Aug. de doctrina Christiana l. 22. cap. 8. & de ciuit. Dei lib. 17. cap. 20. Ambrosio lib. 4. de fide cap. 4. & serm. 30. & lib. de Naboth Iesraëlita cap. 11. fine, & lib. de Tobia capite primo. Hieronymo epist. 33. Maximo Taurinensi homil. prima de eleemosyna, Epiphanio hæresi 76. ante med. Iunilio Africano de parte diuinæ legis ca. 3. 5. 6. Hilario in Matth. can. 17. Cypr. lib. 3. epist. 9. & ad Quirinum c. 35. 61. & 69. & serm. de eleemosyna.

prope initium Basilio l. 4. contra Eunomium. Ambrosio in primã ad Corinth. cap. 7. Chrisostom. de collatione Ioannis Baptistæ, & Homilia 3. imperfect. in Matheum Innocent. ep. ad Epuperium. Gregorio libro 10. Moralium cap. 14. Clement. Alexandr. libro 7. Stromatum & Concil. 3. Carthag. Can. 47. Sic etiã Tobiæ liber à Cypriano citatur serm. 1. de Eleemosina initio & de Oratione Dominica prope finem Ambrosio l. de Tobia cap. 1. & l. 6. exam. cap. 4. & l. 10. epistola 82. Augustino epist. 120. cap. 29. & ep. 121. cap. 9. & de diligendo Deo cap. 3 Hilario in psalm. 129. circa med. Et Irenæus l. 1. cap. 34. Tobiam inter alios Prophetas numerat, de quo hæretici dicti Guostici, fabulosa quædam figmenta commenti sunt. Similia testimonia pro aliis libris de quibus hodie controuersia est proferri possent, de quibus tamen nunc dicere supersedeo.

Secundo esto hi Patres omisissent aut negassent aliquos, vel omnes libros prædictos, in Catalogo quem texunt scripturarum, sicut Protestantes obijciunt 32. Laodicense Concil. de facto eos omnes omittere, vt & Apoc. in in cathalogo suo: hoc tamen illorum librorum authoritatem non tollit, quia constat, non omnes Scripturæ partes, in primitiua Ecclesia simul fuisse receptas, sed in tanta 33. scripturarum varietate, magna diligentia, & inquisitio adhibenda fuit, vt quænam vere canonica esset, quæ non, constare posset. Hinc factum est, vt plerique libri, qui aliquando dubij, vel ab aliquibus Patribus, aut Conciliis omissi, aut non recepti fuerunt, postea tamen matura habita deliberatione, & inquisitione, generaliter recepti sunt. Hoc tam manifestum est, vt illud docti nostri aduersarij agnoscant, & quamplurimis claris dilucidis 34. exemplis illustrent. Hinc Bilsonus

32. Concil. Laodicen. can. vlt.

33. Varias circa libros scripturæ opiniones vide infra Tract. 2. cap. 3. sect. 7. subdiuis. 6. in margine sub lit. b

34. Vide pleraque huius exempla à Protestantibus confessa infra Tract. 2. cap. 3. sect. 7. subdiuisione 6. in margine ad c & disputatione habita in Turre Londinensi anno 1581. 10. die duo doctores nempe Decani D. Pauli, & Vvindesoriæ, inquiunt, *Euseb. diserte asserit epistolam S. Iacobi spuriam esse*, & Bilsonus Superintendans Vvintoniensis in recognitione passionum Christi,

&c. impressa 1604. p. 664. paulo post initium ait: *Scripturæ nondum vbique authoritatem plenam obtinuerant, vel ipsius Eusebij tempore. Epistolæ* (inquit) *Sancti Iacobi, Iudæ, 2. Petri, 2. & 3. Ioannis, ab aliis quam Apostolis scriptæ feruntur, Epistola ad Hebræos aliquando contradictionem passa est, &c. Ecclesiæ Syriæ non receperunt secundam Petri, nec secundam aut tertiam Ioannis, nec Epistolam Iudæ, aut Apocalipsim, &c. Idem de Ecclesiis Arabiæ dici potest, an hinc colligetis has scripturæ partes non esse Apostolicas? Aut quod iam recipiendæ non sunt, quia quidã tunc de illis dubitarunt?* Quibus verbis pariter respondet Bilsonus obiectionibus, quæ passim fiunt contra Machab. libros, & alios veteris Testamenti in quæstione positos.

Bilsonus 35. certe concludit, *quod Patres aliqui quasdam scripturæ partes negauerint, aut miserint, eorundem authoritati nihil derogare.*

Sit igitur hoc coccollarium, tam ex Bilsoni authoritate, quam aliis iam dictis præmissis necessario deductũ, canonicas scripturas nobis hodie discernij ac notescere, non ex eo quod quidem Patrum de iis dubitant, vel negant, vel omittant, sic enim cum Lutheranis negaremus 36. Epistolas Iacobi, Iudæ, 2. Petri, 2. & 3. Ioannis, Epistola. ad Hæb. & Apocalip. in sed eo faciendum est iudiciũ, quod Patres plerique constanter affirmant.

Cumque Ecclesiæ vox nobis in hac de canonicis scripturis quæstione, (quæ vel ipsorum aduersariorum iudicio, 37. *Norma certa est, & infallibillis*) testimonio S. Isiodori, Innocentij, Gelasij, Concilij Carthaginensis, &

35. Idem Bilsonus ibid.

36. Osiander primarius Lutheranus de vltimo Canone concil. Laodiceni loquens, qui passim ab aduersariis obiicitur, in quo libri iam controuersi & Apocalipsis omittuntur, in Epitome, &c, Centur. 4. p. 299 fine ait, *Non recitantur libri Machabæorum & recte quidem. In eo autem erratum est, quod Epistolã Iacobi, & Iudæ, & posteriores duas Ioannis, inter Canonica scripta numerant, quæ scripta, non longe post Apostolorum tempora, non pro scriptis Canonicis habita sunt, &c. Recte autem est omissa Apocalipsis, ea enim non est Ioannis Apostoli, &c.* Vide hoc plenius traditum infra Tract. 1. sect. 10. subdiuisione 3. fine ad literam A. & Tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiuisione 2. initio in textu & margine ad O. P. Q. R. S. T. V. & Vide ipsa loca in authoribus ibi citatis, vbi has scripturas reiiciunt, sub pretextu, quod aut Apocrypha, aut saltem dubiæ fidei habita sunt in primitiua Ecclesia.

37. Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag. 5. initio ait. *Potest quidem*

quidem Ecclesia Christi, vera scripta ab adulternis discernere, & verbum Dei ab inuentis humanis, hoc autem iudicium à Spiritu sancto habeat. Iuellus iu defensione Apologiæ pag. 201. vel iuxta aliam editionem 1571. pag. 242. circa med. ait, *habuit Ecclesia Dei Spiritum sapientiæ, qua veras scripturas à falsis posset discernere.* Author ille Protestans tantopere à Bullingero laudatus, qui de scriptura & Ecclesia scripsit cap. fol.71.72.& cap.16.fol.74.75.ait. *Ecclesia Spiritu Dei regitur.* Rursus, *In hoc authoritas Ecclesiæ, & diligentia eius elucet, quod vera scripta partim testimonio suo probauerit, & partim spirituali suo iudicio scripta indigna refutauerit.* Imo addit, *Euangelio tuto credere non possemus, nisi Ecclesia nos doceret, & testificaretur, quod hæc doctrina ab Apostolis tradita fuerit*

Vide huius rei demonstrationem in Hookero infra tract.1. sect.10 subdiuisione 3. ad P. Q. & consonat Couellus citatus Tract. 2. cap.3. sect. 11. subdiuisione 1. in marg.ad S

& (vt alios omittam) ipsius Augustinus 38. quem aduersarij præ cæteris Patribus admirantur, innotuerit, & manifestata sit, quid clarius aut efficatius *adduci potest*, pro nobis, aut cótra aduersarios, quam quod hactenus breuiter quidem, ac dilucide, non ex dubio, sed concesso ipsius Augustini, & tot aliorum Patrum testimonio deductum est? Nec dubitat 39. Couellus (haud ignobilis inter aduersarios author) hac in parte veritatis causam agere, & respondere apparentibus nescio quibus contrarietatibus, & contradictionibus (Illæ autem contra receptas scripturas canonicas æque militant) que passim cótra libros illos de quibus nunc agimus, 40. afferri solent.

De

38. Cowellus in responso ad Burgesium pag. 3. fine ait. *Sanctus Augustinus scientia tam diuina, quam humana cæteros omnes qui fuerunt, vel erunt ijs solis exceptis, qui à spiritu sancto inspirati sunt longe superauit.* Et Feildus de Ecclesia l.3. fol. 170. fine ait, *Augustinus Patrum antiquorum maximus, & omnium quos Ecclesia Dei ab ipsis Apostolorum temporibus habuit, Theologorum celeberrimus,* & Gomarus in speculo veræ Ecclesiæ, &c. pag. 96. ante med. ait; *Augustinus Patrum omnium communi sententia purissimus habetur.*

39. De iis quæ falsitatis vel contradictionis speciem habent in illis sacræ scripturæ libris de quibus nunc est quæstio, sic inquit Couellus, in respons. ad Burgesium pag. 85. *Facile possemus ea cum aliis scripturis concordare, & sine dubio ea quam verissima esse ostendere,* & pag. 87. fine & 88. & 89. & 90. certis quibusdam huius generis obiectionibus respondet.

40. Alia sacræ scripturæ loca que repugnare videntur affert Iuelsus, in defensione sua, &c. p. 361. fine, vbi ait, *S. Marcum citare Abiather, pro Abimelech, & S. Mathæum ponere Hieremiam, pro Zacharia, & in S. Math. 27. 9. citari verba quædam sub nomine Hieremiæ, quæ in illa Propheta non inueniuntur, sed in Zachariæ 11. 13. Item Marci 15. 25. Saluator noster fertur crucifixus hora tertia, Ioan. autē 19. 14. Pilatus dicitur sedisse pro Tribunali hora 6. Sic Luc. 3. 35. 36 ait Sale filiū esse Cainan, & Cainā filiū Arphaxad & ita Arphaxad auus esset Sale, cū Gen. 11. 12. dicatur Arphaxad vixisse 35. annos & genuisse Sale.* Et licet Besa hanc vltimā difficulatē sic expediat, vt in annotationib. ad nouū Test. anni 1556. 1587. quo Sanctum Lucam cum Genesi concordat, omittat illa verba S. Lucæ (qui filius fuit Cainan) quem sequitur & Fulco in defensione versionis Anglicanæ contra Martinum in præfatione sect. 8. pag. 41 Versio tamen Anglicana anni 1576. Bezam in hoc sequi non audet. Plura his similia addi possunt, quorum difficultate non obstante, Sacram Scripturam, & intemeratam eiusdem veritatem amplecti, & agnoscere tenemur. Atque idem dicendum est de libris illis, de quibus nunc controuertitur, licet plura, & maiora contra illos obiicerentur, quam hactenus allata sunt.

De imaginibus, concedunt aduersarij a *Paulinum Imagines pingere iussisse in templi parietibus* b *Lactantium pleraque de virtute Imaginis Christi, quæ superstitionem redolent, dixisse:* c *Sanctum Bedam in cultu Imaginum errasse:* d *Sanctum Gregor. suis Indulgentijs* e *peregrinationes ad Imagines stabilijsse:* f *Leonem Imaginum adorationem probasse:* g *Xenaiam ob id notatum seu condemnatum, quod primus Iconoclasta fuerit.*

Nec minus diserte, imo apertius taxant aduersarij, Patres antiquos, quod h *vnitatem signi crucis* asseruerunt, & eiusdem i *adorationem*, &

A. Fulco contra Sanderum, heskinum, &c. pag. 672. initio 47. & 675. circa med.
B. Cent. cent. 4. cap. 10. col. 1080 lin. 50.
C. Cent. 8. cap. 10. col. 850.
D. Balæus in Catalogo Pontificum Rom. fol. 33.
E. Osiander in Epitome Centur. 6. pag. 288. fine & vide Petrum Martyrem in locis communibus parte 2 pag. 343. fine & Kemnitium in examine parte 4. pag. 32. b fine.
F. Vide Balæum in catalogo Paparum p. 24. & 27. & Symondus in Apoc. p. 57. fine ait, *Leo Imagines venerandas esse decreuit.*
G. Vide hoc infra Tract. prim. sect. 8. circa med. Subdiuisione 2. ad * immediate ante E
H. Vide infra Tractatu secundo capite primo sect. tertia ante med. ad V. X. Y. & ibidem post med. ad 80. 81. & 82.

I. Ibidem & vide problema Parkinsi pag. 83.

& clarissima agnoscunt testimonia, *certissimorum miraculorum*, [K] quæ Deus per eã operatus est. De reliquijs Sanctorum asserunt aduersarij, *Patres antiquos in earum* [l] *translatione, &* [m] *circumgestatione errasse, Item in* [n] *peregrinatione ad easdem,* Quòd [o] *S. Hieronimus stultè asseruerit Reliquias Sanctorum venerandas esse,* Quòd [p] *Vigilantius expresse damnatus sit, ob contrariam doctrinam, & quod multa ac magna* [q] *miracula sine dubio ad illas facta esse agnoscantur.* De creaturarum consecratione, siue benedictione, in confesso est, Patres testimonium perhibere, [r] *consecrationi* Ecclesiarum 1 *Altarium*, 2. *Vasorum Ecclesiæ*, 3. *Monachorum*, 4. *Virginum*, 5. *Chrismatis, & benedictioni* 6. *aquæ*, 7. *panis*, 8. *Candelarum, &cet.*

Decimo-

K. Vide infra Tract.2.cap. 1 sect. 3. initio ad Y. & post med. ad 83.
L. Vide infra Tract. 2. cap. 1. sect.3. prope initium ad M & * & infra ad 55.
M. Kemnitius in Examine par. 4. pag. 10. à post med. ait: *Ex translationibus mox secutæ fuerũt circumgestationes Reliquiarum, vt apud Hieron. & August. &c.*
N. Kemnitius Examine parte 4. pag. 10. b

O. Osiander in Epitome cent.4.pag.506. ante med. & vide centuriat. cent.4. col.1250. lin.45.

P. Fulco in responso ad Pseudocathol. pag.46. citatus infra Tract.1. sect.8. sub. 2. ad D.

Q. De hoc Whitakerus contra Duræum l.10. pag.866. ante med. ait: *Non ea miracula vana iudico, quæ ad Sanctorum monumenta facta referuntur.* Et Lutherus in purgatione quorundam articulorum ait: *Quis contradicere valet ijs, quæ Deus vsque hodie ad diuorum sepulchra visibiliter, & miraculose operatur.* Vide foxij acta & monumenta impressa 1576. pag. 61. B ante med vbi ait: *Cessauit Idolum oracula fundere, dicens, se ob Babilæ (Martyris) corpus presens responsa dare nolle.* Vide etiam Foxij marginem ibid. & Chris. contra Gentiles post med. de pluribus alijs miraculis lege Sanctum Augustin. de ciuitate Dei l. 22. cap. 8. & vide Kemnitius exam. parte 4. pagina 10. B ante med. vbi agnoscit veteres Patres de his retulisse.

R. Vide infra Tract.2. cap.1. sect.3. initio ad I. & ibid. post med. ad 100. & supra Tract. 1. sect. 1. ad D. & vide Fulconem contra Testamentum Rhem. in primam ad Timoth.4. sect.13. fol.378. a prope initium & centuriat. cent.4. cap. . col. 408. lin 55.

S. Vide centuriat. cent. 5. col. 744. lin. 24. & Dionys. de Eccles. Hierarchia cap. 3. mentionem facit consecrationis Altarium ex infusione Olei sacri: vide concil. Agathense can. 14.

2. Osiander in Epitome cent. 4. l. 3. cap. 38. pag. 391. initio, & vide concil. Laodicen. can. 21. & concil. Agathense can. 66.

3 Vide subdiuisione proxime sequentem ad subdiuis. 13 X

4. Centur. 4. col. 874. lin. 11. Vide Ambros. l. 3. de virginibus, & concil. 4. Carthag. can. 11. & 104. & concil. Agathense can. 19. & concil. 2. Carthag. can. 3.

5. Cent. 3. col. 143. lin. 48. Kemnitius parte 2. pag. 58. b post med. Cypr. l. 1. ep. 12. circa med. ait: *Oleum in Altari sanctificatur*, & vide concil. Laodicen. can. 48. & concil. 2. Carthag. can. 3. Basil. de Spiritu Sancto cap. 27. August. contra donatistas l. 5. cap. 19. & 20.

6. Vide supra sectione 3. subdiuisione 8. ad † ante 4. & Parkinsi problem. p. 136. & Fulconem contra Testamentum Rhemense in ad Timoth. 4. sect. 13. fol. 378. a prope initium, & venerabilem Bedam hist. l. 5. cap. 4. post med. & Ambr. de mister. init. cap. 3. & Basil. de Spiritu Sancto cap. 27. & Epiphan. hær. 30. ante med. & Theodoret. hist. l. 5. cap. 21. & l. 4. cap. 13.

7. Sanctus Augustinus tam aperte de pane benedicto loquitur, de peccatorũ meritis & remissione lib. 2. 26. vt Fulco contra Heskinsum, Sanderum, &c. pag. pa. 377. circa med. vocet eum, *superstitiosum panem dari solitum Cathecumenis tempore Augustini loco sacramenti.* Et Mornæus de missa pag. 51. initio taxat Basilij liturgiam *quod panem benedictum distribuendum prescribat post Missam, ijs, qui non communicauerunt.* S. Hieronymus in vita Hilarionis post med. ait: *Concurrebant Episcopi, Presbyteri, Cleriorum, & Monachorum greges, &c. & hinc inde ex vrbibus, & Agris vulgus ignobile, sed & potentes viri, & iudices, vt benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent.*

8. Centur. 5. col. 744. lin. 22. Vide concil. 4. Tolet. can. 8. & Greg. l. 9. ep. 28. & Prudentium in benedictione Cerei pascalis.

XIII.

Decimotertio, confitentur aduersarij, de Dionysio Areopagita, & Hermete, qui antiquissimi habentur, & ¶ *Apostolici*, Nempe quod Dionysius, in scriptis suis supradictis, quæ annis abhinc mille extabant (teste § Humfredo) & sub nomine eius citabantur, inter cætera, præter doctrinam orationis pro defunctis, obiter mẽtionem facit. t *Apostolicarum traditionum non scriptarum*, u *Chrismatis*, x *consecrationis Monachorum* 2. *cancellorum templi sanctificatione quadã à reliquis partibus disscretorũ*, 3. *Altarium*

¶ De Dionysio fit mentio Act. 17. 34. & de Hermete ad Romanos 16. 14.

§ Humfredus in Iesuitismi parte 2. rat. 5. pag. 513. fine & 514. initio *hunc Areopagitã Sui-*

das, Michael Singelus, Greg. Turonensis & alij, Pauli auditorem credunt fuisse & authorem cœlestis & Ecclesiasticæ Hierarchie. Vide supra sect. 3. initio ad * o.

T. Hamelmannus in traditionibus Apostolicis col.707.lin.27. & col.736. & Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 655. ante med. ait: *Concedo Dionysium pluribus in locis multum fauere traditionibus.*

V. Hamelmannus vbi supra col. 707. l. 4. & col.737. lin. 51.

X. Idem vbi supra col.707.49.& col.743.libro 4.& Reinoldus in collatione p.388.post med.

2. Reinoldus ibidem.

3. Hamelmannus de traditionibus col.741. post medium.

tarium, locorum sacrorum, & diuersarum cæremoniarum, 4. *mutuæ salutationis in osculo pacis,* 5. *tonsuræ, coronæ sacerdotalis* 6. *Thuris ad Altare incēdendi,* Denique y *sex Sacramentorum.*

Quod

4. Idem ibidem col. 742. circa med.

5. Scultetus in medulla Patrū pag. 484. circa med. ait: *In libro de Ecclesiastica hierarchia multa scribit de Templis, ad Altaribus, de locis sacris, de choro, de consecratione Monachorum, de tonsura, & rasione capitum.*

6. Hospiniamus in historie sacramenaria cap.1. pag.104. post med.

Y. Humfredus Iesuitismi patte 2. pagina 519. circa med. & Lutherus Tom.2. Vvittemberg. anno 1562. de captiuitate Babilorica fol. 84. B ante med. inquit, *At dices, Quid ad Dionysium dices? qui sex enumerat sacramenta, &c. Respondeo, scio hunc solum haberi ex antiquis pro septenario numero sacram. licet Matrimonio omisso senarium tantum dederit.* De numero autem sacramentorum Patres obiter tantum loquuntur, & vt se fert occasio. Quamobrem aliquando vnius tantum sacramenti mentionē faciunt, aliquando duorum, nonnunquam trium, alicubi Baptismi tantum, alibi Ordinis, alibi confirmationis. Sic Augustinus contra literas Petiliani l. 2. cap. 104. ait. *Sacramentum Chrismatis seu confirmationem in genere esse signorum visibilium & sacrum sicut Baptismus:* & in Epist. Ioan. Tract. 6. hæc duo distinguit, *sacramentum, & virtutem sacramenti.* Alibi nempe lib.2. contra epistolam Parmen cap.12. *Baptismum, & Ordinem recenset, & quo* probet ordinem esse indelebilem sicut, & Baptismum, sic ait. *Si enim vtrumque sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non omittitur, & illud omittitur? neutri sacramento iniuria facienda est.* Et rursus ibidem *vtrumque sacramentum est, &c.* Sic & Cyprianus in sermone ad ablutione pedum initio ait: *Docetur quæ sit Baptismi & aliorum sacramentorum stabilitas,* vbi est pleraque earum recenset, tam expresse, vt Kemnitius in Examine parte 2. pag.7. post med. *dicat, eum quinque sacramenta numerare,* vnde vt illius libri fidem eleuet dicit, *Cyprianum non esse illius Tractatus authorem,* quod responsum iam supra refutauimus nempe sect.3. subdiuisione 2. ad 7. Innocentius etiam tertius *externam vnctionem* tradit. Hinc Balæus in catal. Paparum fol.26. & Szegedinus in speculo Pōtificum p.33. ante med. Innocentium notat, quod asseruerit *extremam vnctionem Sacramentum esse.*

Quod Hermetis liber, cui titulus Pastor, testimonium porrigat [z] pro libero arbitrio, solitudine monastica.[a] Purgatorio, oratione, pro defunctis,[b] merito, & iustificatione per opera,[c] cœlibatu sacerdotum, [d] abstinentia à certis cibis,[e] quod persona innocens in casu diuortij ob adulterium, à matrimonio abstineat, [f] pro operibus supererogationis, Denique [g] pro omnis generis Papismo. Qui quidē liber an canonicus esset olim [h] dubitabatur, plurimos enim ex Patribus eū [i] pro canonico habuisse certum est, & quod olim inter Ecclesiasticos numeratus fuerit, ipsi aduersarij [K] fatentur. Certe eum [l] Origenes, Clemens, & Irenæus, qui proxime Apostolorum temporibus vixerunt, recipiunt ac citant.

Decimo-

Z. Abraham Scultetus in Theologiæ &c. pag. 467. post med.

A. Hamelmānus de traditionibus Apostolicis col. 252. initio & col. 254. lin. 38. & Abraham Scultetus vbi supra pag. 467. post med.

B. Idem ibid. col. 253. l. 54. & col. 254.

C. Idem ibid. col. 251. & col. 254.

D. Idem ibid. col. 254. lin. 36.

E Ibid. col. 253

F. Kemnitius in examine concil. Tradent. parte 4. pag. 27. prope finem.

G. Hammelmannus vbi supra col. 254. lin. 53. ait: *Igitur bonum Papismi initium dedit impurus ille liber Pastoris, vel hermetis.*

H. Vide Eusebium hist. l. 3. cap. 3. in fine.

I. Sacer habebatur, & pro tali citatur ab Orig. l. 10. in Epistola ad Romanos Tertul. lib. de Oratione, Clemente Alexandrino l. 6. Stomat. Athan. in l. de Docretis Nicæn. Synodi. Cassiano collatione 13. & 15. Irenæus libro 4. capite 37.

K. Hamelmannus vbi supra col. 254. linea 24. ait: *Illum pro Ecclesiastico habuerunt quidam Patres* & col. 730. linea 25. ait: *Hermelis libellus qui dicitur Pastor, est olim aliquando in numerum Ecclesiasticorum librorum relatus.* Idem confitentur Hookerus libro 5. pag. 34. prope initium. Eusebius hist. libro 5. cap. 3. Ruffinus in Symbolum, & Hieronymus in catalogo, hunc librum provt vtilē dilaudant quod & de Sancto Hieronymo fatetur Vvhitakerus de sacra scriptura pagina 93.

L. Hamelmannus vbi supra col. 273. linea 10. ait: *Liber Pastoris videtur receptus esse ab Irenæo, & Clemente* & col. 255. lin. 42. ait: *Ostendit Eusebius à quibusdam librum Pastoris receptum esse, & imprimis ab Irenæo.* Sic & Origenes libro primo de Principiis capite tertio citat quædam ex libro Pastoris, eiusque libri lectionem commendat. Homilia 13. in Ezechielem.

XIIII.

Decimoquarto, hic torrens inundans Paum parti nostræ fauentium tam liquidus t, vt plerique ex aduersariis nostris doctis Pates antiquos omnes repudiant. Hinc illud vhitakeri 1. *Ex Patrum erroribus vester ille relimis Pontificiæ cento consutus est.* Hinc Humfreos acriter taxat Ieuellum, quod ad Patres tam idacter appellauerit, & sic de eo cēset 2. *Amum nimis spatium Papistis concessit, sibi iniquus fuit, n se quodammodo, & Ecclesiam perdidit.* Idem ueritur & Fulco. Sed & Iacobus Acontius 3. atres antiquos recusat, in tractatu illo suo Reinæ Elizabethæ nuper defūctæ dicato, & plerique alij 4. Protestantes, quorum nonnulli ilos ipsos patres sugillant, qui proxime Apoolis successerunt. Quos vt persuadeant à vetate errasse Vvhitakerus, & alij testimonium uoddam Hegesippi haud satis intellectum 5. etorquent.

1. Vvhitakerus contra Ducæum lib. 6. pa. 423. fine ait, *Ex Patrum erroribus &c.* vt in textu.
2. Humfredus in libello de vita Iuelli Londini impressus pag. 212. Fulco in retentiua contra Bristoum pag. 55. circa med.
3. Iacobus Acontius in stratagematum Satanæ lib. 6. pag. 296. quomodo se Protestantes erga Patres gerant demonrat. *Quidam eo redierant* (inquit) *vt Patrum authoritatibus omnia denuo replerent, od vtinam tam secundo fecissent successu, quam bona spe agressi sunt, &c. Equidem pertiosissimam omninoque fugiendam hanc esse arbitror consuetudinem, &c.* Vide Peum Martyrem de votis pag. 462.
. Lutherus tomo 2. Vvittemberg. anno 1551. lib. de seruo arbitrio pag. 434. serit *Patres sæculorum præcedentium plane cæcos fuisse, imperitos scripturarum, toto visuo tempore errasse, & nisi ante mortem resipuerint, nec sanctos, nec membra Ecclesiæ isse.* Vide librum de seruo arbitrio impressum in octauo anno 1603. pag. 72. 276. 337. In colloquiis mensalibus cap. de Patribus Ecclesiæ, de singulis sillatim sic pronuntiat. *In Hieronymi scriptione verbum quidem de vera in Christum le, vel religione orthodoxa inuenitur. Tertullianus superstitionem sapit. Iam diu est quod rigenem anathematis reum iudicem. Chrysostomum nihili facio, Basilius nihil habet eruorum, totus monachus est, non eum pili facio. Cyprianus nullius iudicij Theologus, c. Imo ipsam Ecclesiam tempore Apostolorum degenerasse asserit, & Apologiam menchthonis omnes Ecclesiæ doctores, & ipsum S. Augustinum longe superare affirmat.* Poeranus in Ionam ait, *Nostri Patres, siue sancti sint, siue non sancti, nihil moror, ex-*

Hinc

cæcati sunt montanico spiritu, per traditiones humanas, & doctrinas dæmoniorum, &c. non pure docent de iustificatione &c. nec solliciti sunt vt Iesum Christum per Euangelium suum vere doceant. Beza in præfatione in nouum Testamentum Principi Condæo dicatum anno 1587. ait, *Tanta fuit etiam optimis temporibus Episcoporum ambitio, inscitia, & improbitas, vt etiam cæcus facile persentiat, Satanam conuentibus suis & Concilijs præfuisse.*

5 Quod detorserint locum illum Egesippi patet. Cum enim Euseb. lib. 3. cap. 26. fine Egesippi dictum citet his verbis, *Ad illa vsque tempora, quandoquidem si qui erant qui salubrem, & sinceram salutaris prædicationis regulam deprauare, & corrumpere studebant, in obscuris tenebrarum latebris delituerunt, Ecclesia integra, & incorrupta permanserat: Cæterum post Apostolorum transitum &c. tunc certè falsa & veteratoria impij erroris conspiratio, exordium cœpit, idque illorum fraude, & astutia, qui doctrinam à virtute penitus alienam disseminare laborarent, &c.* Hæc verba vrget Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani, rat. 7. pag. 102. & contra Duræum lib. 7. pag. 490. & 491. ad probandum mox ab Apostolorum temporibus *Veram Ecclesiam non amplius virginem castam, sed adulteram & corruptam fuisse:* Quæ quidem illatio, quam sit absurda, quis non videt? Vult enim Egesippus Ecclesiam tempore Apostolorum virginem mansisse, id est nullis hæreticorum (qui tunc latuerunt) manifestis insultibus impugnatam, postea autem egressi hæretici aperte ac violenter Ecclesiam aggressi, ipsas aliquando sedes Episcopales inuaserunt, & vsurparunt, & plurimos Ecclesiæ filios hærese sua pestifera corrupuerunt, non inde tamen Ecclesia visibilis hæretica, vel adultera facta est, sicut neque nunc Ecclesia Lutherana facta est, cum Lutherus plurimos, qui prius Catholici fuerunt, nouorum dogmatum suorum contagione maculauit. Secundò si Ecclesia tam cito ab Apostolorum tempore virgo esse cessauerit, & adultera facta sit, in quo tandem sequenti sæculo castam fuisse censebimus? Tertiò hoc repugnat scripturis, *Scriptum est enim, Sponsabo te mihi in æternum &c. & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus.* Oseæ 2. 19. 20. *Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posita in ore tuo, non recedant de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui dicit Dominus, amodo & vsque in sempiternum.* Isaiæ 59. 21. vnde scitè admodum sanctus Cyprianus, *Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica &c.* libro de vnitate Ecclesiæ post initium.

Hinc Napperus Maiestatem vestram alloquens, non modo Patres omnes 6. mille ducentorum sexaginta annorum Lutherum proxime præcedentium, condemnat, sed vltra etiam progressus, affirmat, *toto secundo, & tertio post Christum sæculo, veram Dei Ecclesiam, & lucem Euangelicam, ab ipso Romano Antichristo fuisse obfuscatam.* Et Fulco * affirmat *immediate post*

6. Vide hoc supra sect. 2. ad l. & infra tract. 2. cap. 1. sect. 4. ad Q. R. S. T.

7. Napperus in Apoc. pag. 191 initio, & vide centur. 2. ca.

Apostolos, errores & abusus in Ecclesiam irrepsisse, imo 8. *veram Ecclesiam immediate post Apostolos interijsse.* Cui consonat 9. Dounhamus 10. dicens, *generalem defectionem, de qua 1. ad Thessalon. 2. fit mentio, ipsis Apostolorum temporibus incepisse.*

His accedit Melancthon 10. *mox (inquit) ab initio nascentis Ecclesiæ, antiqui Patres doctrinam de iustitia fidei obscurarunt, cæremonias auxerunt, & cultus nouos adinuenerunt.* Et Petrus martyr 11. *In Ecclesia mox ab Apostolis errores pullularunt*, 12. rursus, *mox post illorum ætatem, homines à verbo Dei declinare, cœpissent,* 13. *& per consequens, (inquit ille) quamdiu adhærebimus Concilijs, & Patribus, tam diu in eisdem erroribus versabimur.* Imo 14. Beza, & nonnulli alij (an arroganter videat Lector, & iudicet) authores modernos Protestantes quantum ad veritatis cognitionem præferre ausus est illis ipsis patribus, qui proximi Apostolorum temporibus vixerunt. Hinc Cælius Secundus Curio Author Protestans non ignobilis,

4. col. 55. lin. 49.

8 Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 35. prope finem.

* Fulco vbi supra prope initium.

9. Dounhamus tract. de Antichristo li. 2. cap. 1. pag. 25. prope finem. Mira sane audacia Dounhamus hic & alij hoc asserunt, cum sanctus Paulus è contra primo ad Tim. 3. 15. *Ecclesiam vocet columnam, & firmamentum veritatis.* Non igitur Ecclesia sed persecutores, & hæretici primitiui mysterium promouebant iniquitatis, sicut & nostrorum temporum hæretici faciunt: cum hæresis quæ nunc viget, vltimum, vel penultimum sit (vt plerique Theologi autumant) mysterium iniquitatis ante ipsius Antichristi aduentum.

10. Melancthon in 1. ad Cor. cap. 3. & Hamelmannus de traditionibus col. 506. fine ait, *Post mortem Ioannis Apostoli, cœperunt defectiones à fide, doctrinæ dæmoniorum, sub specie verbi Dei, prohibitiones nuptiarum, & ciborum, vota cælibatus, &c.*

11. Martyr de votis pag. 477.

12. Idem ibid. pag. 490. fine.

13. Idem ibid. pag. 476. paulo post med.

14. Beza in epist. Theolog. epist. 1. pag. 5. initio, ait, *Itaque dicere nec immerito quidem (vt opinor) consueui, dum illa tempora Apostolicis etiam proxima, cum nostris comparo, plus illis tunc conscientiæ, scientiæ minus habuisse, Nos contra, scientiæ plus, conscientiæ minus habere. Hæc mea sententia est, &c.* Et superintendens Cantuar: in defensione suæ responsionis ad admonitionem pag. 472. fine & 473. ante med. sic Carthvvrightum alloquitur. *Doctrina quam hodie tenent, & profitentur Epi-*

stopi nostri, perfectior, & sanior est, quam plerumque fuit in vlla post Apostolos ætate, &c. Quam turpiter omnes fere Episcopi, & docti scriptores Græci, & Latini plerique, dogmatibus liberi arbitrij, meriti, inuocationis sanctorum, & aliis id genus Papisticis tincti sunt? in nulla certe ab Apostolis ætate, Episcopi tam sanam, & perfectam in omnibus doctrinam tenuerunt, & docuerunt, quam hodie Angliæ Episcopi profitentur.

bilis, 15. *densas tenebras, cæcitatem & inscitiam exaggerant, quibus mundus vniuersus inuolutus est, ab ipsis Apostolorum temporibus ad nostra vsque, in quibus supra omnem spem se Dominus manifestare cœpit.* Alius etiam eruditus author Protestans, affirmat, 16. *Quod ab Apostolis ad Lutherum vsque Euangelij cursus minime fuerit expeditus, ne Hussi quidem tempore.* Ex præmissis tam vnanimi consensu Protestantium positis, concludit Sebastianus Francus, *quod statim post Apostolos omnia inuersa sunt &c. & quod sine dubio opera Antichristi, externa Ecclesia, vna cum fide, & sacramentis, mox ab Apostolorum morte euanuerit, & quod à mille quadrigentis annis, Ecclesia nusquam externa, & visibilis fuerit.*

Deci-

15. Cælius Secundus Curio in libro suo de amplitudine regni Dei libro primo pag. 43. circa medium (hunc autem librum Beza in epist. Theolog. pag. 232. plurimum laudat) *An ignoramus (inquit) quãtis in tenebris, quantaque cæcitate, & ignorantia versatus sit mundus, ab Apostolorum fere ætate, vsque ad hæc tempora, in quibus Dominus præter omnem expectationem, se ipse cæpit aperire?*

16. Author libri cui titulus, Antichristus siue prognostica finis mundi pag. 43. post medium ait, *Inde à primitiuo Apostolorum Euangelio ante Lutherum, vt diximus, nunquam fuit, ne quis autem Hussiticum Euangelium huc pertinere putet, id prohibet &c.* Vide hoc testimonium fusius citatũ infra tract. 2. c. 1. sect. 6. initio in marg. ad G.

17. Sebastianus Francus de abrogandis in vniuersum statutis omnibus Ecclesiasticis. Quod si obiiciant aduersarij, Sebastianum hunc baptismum paruulorum negasse, atque ita Anabaptistam fuisse, ideoque testimonium eius non valere. Respondeo primo. Quod cum doctus alioquin author sit, & nobis aduersarius, testimonium eius contra se, & suos, validum est. Secundo ob id quod baptismum paruulorum vsque ad annos discretionis negauerit, ab aduersariis qui baptismum infantum minime necessarium putant reiici non debet, maxime cum plerique ipsorum realem Christi in Eucharistia præsentiam, & descensum eius ad inferos negent, & dolores inferni eum in anima passum asserant, aliosque huius generis articulos teneant, quos tamen nihilominus fratres suos esse, & vnius Ecclesiæ membra, profitentur. Tertio Zuinglius, & Oecolampadius (citati infra tract. 2. cap. 3. sect. 9. subdiuisione 3. in margine ad E. F.) dicunt

cunt

it Baptismum rem esse adiaphoram, & quam Ecclesia omittere potest & au-
e- Hinc Petrus martyr in epistolis annexis locis suis communibus Anglicè
pist.3. ad Robertum Coquum pag 113. b. circa med. eum vocat, *amicum
n charum in Christo*. Ibid. pag. 115. quum tamen idem Robertus vt apparet pa
. b. circa medium paruulorum baptismum negauerit. Et Oecolampadius li-
i epist. Oecolampadij & Zuinglij pag. 300. prope finem de hac re ipsa scribit
Baltazarum Pacimontanum, quem vocat charissimum fratrem, cum is ta-
n insignis Anabaptista fuerit. Quarto Sebastianus iste rigidis illis Anabap-
is, tam aduersarius fuit, vt illos reprehenderit, vt infra videre est tractatu se-
ido, capite tertio sect. 5. Subdiuisione 1. in marg. ad X.

XV.

Decimoquinto, illud coronidis vice adii-
im, quod cum Vvhitgiftus Superintendens
antuar. contra Cartvvrightum, doctè sane
vere, hanc Regulam generalem, ac certam
postolicæ doctrinæ notam vrgeat, dicens,
*Quandoquidem hæc nomina (metropolitanus, Ar-
episcopus &c.) tam sunt antiqua, vt origo & ini-
m eorum (quantū ego quidem legendo assequi potue-
) i ueniri nequeat, existimandum est, illa ab Aposto-
manasse: Hanc enim Regulam, vt memini, statuit
ugustinus epist. 118. In cuius confirmationem ibidem
dit.* [n] *Regula hæc recepta est ab authoribus nostri
mporis, Zuinglio, Gualtero, Caluino, & certe nemi-
m puto doctum ab illis dissentire.* Ex præmissis
tem, imo & clara plurimorum doctorum
otestantium † confessione liquido constat,
lei nostræ capita non minus conuinci omni
uo ac noto principio carere, ex quo ab Apo-
olis tradita est, quam nomina illa prædicta,
etropolitanus, Archiepiscopus &c. Hanc
m manifestam veritatem Cartvvrightus
errimus aduersarius noster agnoscere non
dubitauit.

M. Vvhigiftus in defensione sua pag. 351. post med. Vide Pieldum de Ecclesia lib. 4. cap. 21. pag. 242. cuius capitis argumentum est, de regulis quibus veræ traditiones à falsis dignosci poterint.

N. Vvhitgiftus vbi supra pag. 352. ante medium. Vide Zuinglium de hac re tom. 2. fol. 94. b. circa med.

† Vvhitakerus in responsione ad Campianum rat. 7. pag. 101. initio confitetur, *Tēpus quo Romana Ecclesia religionē mutauit, nō facile aßignari posse*. Et

ibriel Povvellus in consideratione sua ad Catholicorum petitionem pag. 43

circa & post med.cum id vrgerent Catholici, vt si doctrina eorum erronea esset, tempus & author huius erroris introducti assignarentur. Respondet, *Ignoramus per quem, aut quando inimicus hæc zizania superseminauerit, &c. neque vero scimus quis primus author fuerit singularum blasphemiarum vestrarum, &c.*

dubitauit. Dum de Regula prædicta disertis verbis pronuntiat, quod *per illam aditus patet ad omnis generis Papisticam doctrinam.* Et rursus ait, *Appello iuditium omnium, si hoc Augustini dictum probare, non sit Papismum postliminio reducere.*

O. Hæc verba sunt Cartwrighti apud Vvhitgiftum in defensione &c. pag. 352. initio.

P. Cartvvrightus ibid. citatus pag. 103. paulo ante medium.

Tam clare ipsi docti aduersarij nostri, & huius regulæ in se manifesta 2. probabilitas, confirmant, ac probant, Catholicam religionem nostram, ad quam à tot iam sæculis conuersi sumus, non nouam, aut secundariam ab illa quam Apostoli tradiderunt, sed vere primitiuam & sine dubio Apostolicam esse.

His igitur quæ ad notam, & ab aduersariis agnitam primitiuæ Ecclesiæ doctrimam spectant, perpensis, Maiestatis vestræ graui iuditio proponimus. Primo quidem quod Angli amplius mille ab hinc annis q à Paganismi erroribus ad fidem, quam nunc profitemur Catholicam conuersi fuerimus. Secundo quod fides nostra, priscis illis temporibus eadem fuerit,

2. Euidenter probabilis est hæc regula, Cũ enim *posuerit Dominus Pastores, & doctores in Ecclesia sua, vsque ad consummationem sæculi,* vt habetur ad Ephes. 4. 11. 12. 13. quemadmodum interpretatur eum locũ Fulco, contra testamentum Rhemense ibidem fol. 335. a. initio. Hi autem non silebunt, vt Isaiæ 62. in notis marginalibus Bibliorum Anglicè habetur. sed *omnibus falsis opinionibus semper publice arguendo resistent*, authore Fulcone respons. ad Pseudocatholicum pag. 11. initio & 92. ante med. *Et cum religio à Deo sit, nullus terror humanus ab ea absterrebit*, vt ait Deeringus in lectione in epist. ad Hebræos in cap. 2. vers. 12. lect. 10. circa med. Cumque noua omnis & peregrina doctrina, in primo statim ortu contraria appareat, illi, quæ primo tradita est, (quandoquidem in primo authore singularis semper est, & priuata) necesse est, vt oppositionem patiatur, & palam ei contradicatur, sicque primam eius originem manifestam fieri presentibus, & posteris relinqui. Atque hoc quidem satis abunde patet, in illis hæresibus, de quibus inter nos & aduersarios conuenit, de quarum initus, & secundario post Apostolos ortu, constat, quod & in

istis sine dubio, de quibus modo cum aduersariis contendimus dogmatibus, ntingeret, siquidem illa noua essent, aut secundario introducta. Gratis enim absque fundamento, quod de primis illis conceditur, de secundis istis ne- tur. Verissima igitur est regula illa sancti Augustini prædicta, quam & Vwhitftus agnoscit. *Cuius dogmatis à tempore Apostolorum initium nescitur, illud non no- m aut secundarium, sed ab Apostolis traditum censendum est.*

ierit, quæ per totum orbem, Christianum ecepta fuit. Tertio, quod constat eandem que vniuersitatem fuisse sæculis aliquot præ- edentibus, *vt pote quæ regnauerit* [s] *iuxta aduersa- orum confessionem, per omnes mundi partes, idque ne litigiosa aliqua contradictione totos mille ducentos xaginta annos ab anno Domini 316.* Adeo vt per mnia consona probetur, illi ipsi fidei primi- iuæ, ad quam [t] Cambrobritanni Apostolo- um temporibus conuersi esse noscuntur. Quarto, in maioris huius cõfessionis sic gene- aliter factæ confirmationem, singula re- igionis nostræ Catholicæ dogmata [u] conti- ıua quadam serie particularium testimonio- um Sanctorum Patrum, ad ipsa vsque sæcula Apostolorum temporibus proxima deducun- ur. Quinto, quod ob prædicta pro Catholi- a nostra religione testimonia, plurimi ex ad- erſariis nostris, ijque docti, Patres antiquos reiiciunt. Sexto, quod iuxta celebrem illam Vvhitgifto, [y] & aliis præscriptam regulam, lignoscendi & discernendi doctrinam Apo- tolicam [z] constat, nullum religionis nostræ nitium, post Apostolos ostendi posse, & per consequens, absque omni dubio ab ipsis A- postolis dimanauit. Quæ omnia hactenus sa- tis, superque probata sunt, non ex dubiis &

Q. Vide supra tract. 1. sectione 1. per totam.

R. Supra tractatu primo sect. 2. initio in margine ad K.

S. Vide ibid. in textu & margine ad I. * & in confirmationem eiusdẽ Vide tract. 2. cap. 1. sect. 3. quod per omnia consona sit illi fidei, quam Constantinus magnus professus est, & Catholica Ecclesia illius temporis. Et vide ibidem ad 113. Centuriatores, qui confitentur religionem quę Constantini tẽpore viguit, *eam fuisse, quæ totum terrarum orbem suo splendore illustrauit.*

T. Vide tract. 1. sect. 2. ab m. ad T.

V. Vide hanc

testimoniorum seriem tract. 1. sect. 1. per omnes eiusdem subdiuisiones.
X. Vide tract. 1. sectione 3. subdiuisione 14. per totam.
Y. Vide Vvhitgiftum & alios supra citatos tract. 1. sect. 3. subdiuisione 15. in textu, & margine ad M. N.
Z. Vide tract. 1. sect. 3. subdiuisione 14. post N. ad †. O. P.

obscuris patrum dictis (ab hac enim methodo præ aduersariorum pertinaci & præfracta tergiuersatione vltro abstinuimus) sed quo plane [a] conuincantur aduersarij, ex ipsorum eruditorum Protestantium confessione, eorumque non paucorum, aut vulgarium, & infimæ notæ authorum, sed primorum ac celeberrimorum illius sectæ doctorum. Non possum igitur sine stupore recolere, quenquam tam [b] *cauteriatæ* conscientiæ repertum esse, vt [c] *suo ipsius iudicio conuictus*, persisteret tamen in opinione sua, & cum insigni audacia sine omni fronte proclamaret, idque solenni adhibita protestatione, tam libris editis, quam concionibus, ea omnia quæ (vt hactenus ostẽdimus) de religionis nostræ antiquitate, ipsimet aliàs tam frequenter, ac copiose fatẽtur, falsa esse & ficta. Bone Deus, quid sibi vult illa Iuelli viri sane eruditi, publica, & solennis declamatio, his verbis protestãtis? [d] *O Gregori, ô August. ô* Hier. *ô Leo, ô Dionysi, ô Anaclete, ô* Calixte, *ô Paule, ô Christe, si nos fallamur, vos nos decepistis. Hæc vos nos docuistis &c.* Qui rursus [e] de 27. articulis *ab ipso singillatim enumeratis, ingeminat. Quod ante dixi, nunc repeto,* [f] *libens me submittam, & palinodiam canam, si modo vnus quispiam aduersariorum nostrorum eruditorum, vel omnes simul sumpti viuentes, proferre poßint, vel vnam*

A. Huiusmodi testimonia, contradicentes conuincere, fatetur Vvhitakerus, & alij infra citati tractatus 3. sect. 6. initio ad X. Y.
B. 1. ad Tim. 4. 2.
C. Tit. 3. 11.
D. Iuellus in concione ad crucem C. Pauli habita. Vide hoc in Ioan. Iuelli vita, per Humfredum impressa anno 1573. pag. 123. post med.
E. Iuellus vbi supra, & Humfredus vbi supra pag. 125. circa medium, & in replicatione Iuelli ad Hardingum folio primo.
F. Vide Humfredum vbi supra pag. 123. fine.

quā dulcidam sententiā, ex veteri aliquo parte, vel ctore, vel generali concilio, pro tempore sexentorum Christum annorum, quo vel vnus aliquis articulus ex 27. à me propositis, probetur. Simul iam potestatus est, se non hæc feruore aliquo citum, sed simplicis veritatis intuitu commotum, erere. Quæ Vvhitakerus pari cum ostentione prosecutus, eadem repetens inquit, g ocem verissimam & constantissimam emisit Iuellus, ando ad sexcentorum annorum antiquitatem ouocauit, vobisque obtulit, vt si vel vnicam ex alio Patre, aut Concilio claram, ac dilucidam sententiam afferretis, non recusaret, quin vobis palmā conferet. Ea est nostra omnium professio, idem omnes llicemur, fidē non fallemus. Publicis hisce Iuelli Vvhitakeri h primariorum Protestantium stimoniis, addi possunt plures aliæ similes octorum Protestantium voces, pari acrionia, & ostentatione contendentiū, à parbus suis stare [i] antiquos Patres, nosque turpi

G. Vvhitakerus in responsione ad rationes campiani ratione 5. fine pag. 90. ante med. ait, *Audi Campiane, quam ea die Iuellus vocem verissimam & constantissimā emisit, quando ad sexcentorum annorum antiquitatem prouocauit, vobisque obtulit, vt si vel vnicam, &c.* vt in textu.

H. De Iuellio Hookerus in clesiastica politia lib.2.sect.6.pag.112.prope finem, cum appellat *celeberrimum is Christiani ab aliquot seculis Theologum.* Et Lubertus de principiis Christian. gmat. l.1.cap.5. pag.48. circa med. de Vvhitakero ait: *Quod & ante me obseruit illud decus Angliæ Vvhitakerus.*] Vterque sane tam insignis habitus est, vt rum gesta (Iuelli quidem ab Humfredo, & Vvhitakeri per Abdiam Ashtom) Latine conscripta, & Cantabrigiæ impressa sint 1599.

Sutcliffus in examinatione recognitionis doctoris Kellisoni pag. 17. ante dium ait, *Patres in omnibus fidei articulis nobiscum consentiunt, non cum Papa.* illettus Antilogia, &c. 263. ait: *Deum testem inuoco, ante cuius Tribunal ration redditurus sum, &c. fidem ac religionem illam, quam propagamus, quoad præcipuos idem articulos, ab illis historijs, Concilijs, Patribus tradi & confirmari, qui infra quintos, aut sexcentos à Christo annos fuerunt.* Nec erubuit dicere pag. 264. *Manifesto stat Papistas, pro absurdis illis dogmatibus suis Papisticis Trāsubstātiationis, Sacrificij, ssæ, adorationis imaginum, iustificationis, Prohibitionis nuptiarum, & similium, &c.*

speciem quidem habere vllius testimonij Patrum, qui intra quingentos post Christũ annos vixerunt.

pi inuocationis nota immeritò aspergentiũ. Quæ eorum in Patres antiquos procacitas (vt paucis hic obiter allatis † exemplis patet) eo-vsque progressa est, vt multa eorum testimonia, non modo contra nos, verum contra ipsos veteres patres, imo quod amplius est, vnũ eundemque cõtra seipsum, vrgere præsumpserint. Sic verbi gratia, in quæstione de Traditionibus (vt alia interim exempla omittã) de Basilio ait Vvhitakerus K *Secum ipse pugnat.* Huic consonat Lubbertus, l *Basilium* (inquit) *Basilio oppono,* & de sancto Damasceno, m *Sibi non constat*, & de sancto Chrisostomo, n *Ego Chrisostommm Chrisostomo oppono.* De quo etiam Vvhitakerus ait, o *Secum ipse pugnat,*

Et Vvhitakerus de Cypriano ait, p *non attendamus quid Cyprianus dicat, sed ad legem à se latã eum examinemus*, & de sancto August. *Quamvis hoc in loco* q *videatur Traditiones asserrere in aliis tamẽ perfectionem scripturarũ acriter defendit*. Atque hæc quidem tam clara testimonia, in hac vnica de tradi-

† Vide supra tract.1. sect. 7. subdiuis. 6. initio in margine ad * *vt S. Augustinum quasi de Purgatorio aut dubitauerit, aut illud negarit* traducant, & ibid. tract.1. sect. 7. subdiuis. 9. per totam *S. Gregor. contra Rom. Pontificis Primatum citant.*

K. Vvhitakerus de Sacra scriptura pag. 670. post med.

L. Lubbertus de principiis Christianorum dogmatum lib. 2. cap. 10. pag. 675. ante med. ait; *Oppono Basilium controuersiam, Basilio noncontrouerso.* Quod autem dictum illud & liber vere Basilij fuerint, S. Damasceni ante tot iam secula testimonio, satis probatur, cum ille librum caput, & dictum illud citet, Orat. 1. de Imaginibus nullo fere Protestante iam refragante.

M. Lubertus vbi supra pag. 678. fine.

N. Idem ibid. pag. 676. paulo post med.

O. Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 678.

P. Idem ibid. p. 686. circa med.

Q. Idem ibid. pag. 690. post med.

raditionibus quæstione attulisse, sit satis. Quæ quidem eorum erga Patres antiquos inrdibilis procacitas, minus miranda venit, cũ uosmet authores Protestantes horum temorum, eodem modo tractent, vim illis inferentes, & contra expressam & agnitam eorũ ententiam eos allegantes, verbi gratia Lutherani (vt omnes norunt, & confitentur) realem corporis Christi præsentiá in Eucharistiæ sacramento agnoscunt [r] *ante receptionem* etiam [s] ori corporeo, [t] Imo ipsorum indigne sumentium, adeo vt illam [u] adorent. Non erubescit tamen Fulco audacter, & falso affirmare, quod [x] *Lutherani & Zuingliani in hoc ambo cõsentiũt, quod corpus Christi spiritualiter, non corporaliter, corde, non ore recipiatur*. Et (vt [*] Fieldi non minus insignem audaciam omittam) refert Petrus Martyr, [y] *se à fide dignis accepisse, Lutherum non tamen erasse de hac re sensisse, &c. & quod reuera* [z] *non aliam inter panem & corpus Christi, quam sacramentalem coniunctionem posuerit*. Quasi vero acres illæ, & plus quam tragicæ [a] contentiones, quæ & olim fuerunt, & hodie inter Lutheranos & Zuinglianos vigent, aut mundo ignotæ, aut pro somniis & Chymæris habendæ essent.

Hinc

R. Vide couellum in defensione Hookeri, &c. pag. 118. prope finẽ.

S. Hoc asserunt quindecim Theologi Lutherani, vt patet in respõsione cui titulus, *Apologia modesta ad acta Conuentus quindecim Theologorum Torgæ nuper habiti, pag. 35. fine & 48. fine.* vbi & citatur Lutherus idẽ affirmans pag. 36. paulo post med.

T. *Quod etiã impij corpus Christi sumant,* asserit Iacobus Andreas in confut. disput. Ioannis Iacobi Grinæi pag. 110. circa med. & 115. & 244. initio & Kemnisius in Enchiridio pag. 345. & Adamus Francisci, in Margarita Theologica pag. 260. & 261. & Marpachius in epistol. Petri Martyris annexa locis suis communibus Anglicè pagina 96. a post med. & vide Luthernm quem citat Petrus Martyr in collectionibus suis annexis locis suis communibus Anglice, & Tractatu de cæna Domini ibidem pag. 138. a fine & b initio.

V. *Quod Lutherani Eucharistiam dum sumunt adorant*, vide Kemnitiũ in Examine parte 2. pag. 91. b circa med. & Benedictum Morgẽstern. Tract. de Ecclesia pag. 147. & 149. & 135. & Apologiam modestam ad acta conuentus quindecim Theologarum Torgæ nuper habiti, pagina 40. circa med. & Lutherum Tom. 7. Vvittembergæ fol. 355. ante med. & Schusselburg. in catal. hæret. l. 3. pag. 867.

X. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum ait. 17. pag. 61. fine.

* Fieldus de Ecclesia l. 3. cap. 42. pag. 170. ante med. ait: *Confidenter pronuntiare ausim, quod recte perspecta vtriusque partis sentẽtia, nulla quoad Eucharistiæ sacramentũ, corporis Christi vbiquitatem, & similia, inuenietur differentia, inter Ecclesias à Luthero in Germania, & alibi reformatas, & illos quos quidam ex malitia sacramentarios vocant.*

Y. Petrus Martyr in locis communibus parte 4. pag. 188. fine.

Z. Petrus Martyr ibid. pag. 195. ante med.

A. De contentionibus Lutheranorum, cum Zuinglianis circa realẽ præsentiã, vide Luc. Osiandrum in Epitome centur. Ecclesiast. cent. 16. vide l. 2. cap. 10. pag. 133. 134. 135. &c. & Petrum Martyrem in epistolis annexis locis communibus pag. 137. l. & 139. a & Cooper Chronic. folio 284. b 290. b & 370. b & Vvhitakerum de Ecclesiæ pag. 321. & satis innotescunt lites illæ tot scriptis cõtra se inuicem editis, quæ videre est, in fine huius operis in catalogo librorum Protestantium contra se inuicem.

Hinc est quod grauiter Lutherani de reliquis aduersariis nostris conqueruntur, *Quia* (inquiunt illi) b *verba Lutheri contra sensum eius citatis*. Quod & Lutherus in vita sua expertus, & de eo grauiter c conquestus est, nec non & post obitum suum fore præuidit, & paulo ante transitum d præmonuit. Haud aliter Lutherani aduersarios nostros accusant, quod e Augustinam confessionem, quæ realem præsentiam asserit, singulari quadã audacia Zuinglianam reddere conentur, id est realẽ Christi in Eucharistia præsentiam negantem. Vnde & exclamant f *Si hoc factum fuisset in Arabia, America, Sardinia, vel alia remota Prouincia, & priscis tẽporibus, hæc vsurpatio fraudulenta historiæ falsitatis tolerabilior esset, nunc autem cum de ijs rebus agatur, quæ nostro tempore, & in oculis omnium gestæ sunt, quis æqua mente talia mendacia ferat?*

B. Gerardus Gieskenius Lutheranus libro de veritate corporis Christi in cæna contra Pezelium pag. 93. de hoc accusat Caluinistas.

C. Lutherus in præfatione in smalcaldicos articulos extant in Luca Osiandro Epitome centur. Eccles. 16. pag. 251. & ibid. pag. 254. circa med. ait, *Quid dicam? quo modo querelam*

Eodem

...ituam? Adhuc superstes sum, scribo, conciones habeo, & prælego publice, & quoti-... & tamen virulenti homines non tantum ex aduersariis, sed etiam falsi fratres, qui no-...um se sentire aiunt, mea scripta, & doctrinam meam simpliciter contra me adferre, allegare audent, me viuente, & audiente, etiamsi sciant me aliter docere, & volunt ...us suum meo labore exornare, & cet. Quid ergo, bone Deus, post obitum meum ...?

Ibidem paulo post ait, *Deberem quidem ad omnia respondere, dum adhuc vi-..., &c.* Et Theologi Tiguriæni in confessione orthodox. Ecclesiæ Tract.3. fol. ...8. citant confessionem Lutheri paulo ante obitum factam, in qua ait, *Ego idem iam sepulchro vicinus; hoc testimonium & gloriam ante Christi tribunal feram, ...od fanaticos illos inimicos sacramenti, Zuinglium, Oecolampadium, Suinkfeldium, & ...cipulos suos, siue Tiguri siue alibi sub sole existentes, sedulo vitarim, & condemnarim.*

Gerardus Giesekenius lib. de veritate corporis Christi in cœna pag. 76. fine ...: *Zunglianam Augustinam confessionem reddere conantur, sed tam manifestis menda-...s & conspicua falsitate, &c.* Vide ibidem pag. 118. & in Luca Osiander cent. 16. ...g. 146. post med. accusantur Zuingliani de Augustana confessione corrupta, ...mque Augustana confessio realem Christi in Eucharistia præsentiam agnos-...t, non erubescat Chatteronus, vel quicumque tandem author fuit annota-...onum in harmoniam confessionum Anglicè, in annotationibus ad confessio-...m Augustanam, sic illam explicare, vt Caluinismum sapiat, sic & Neustadia-... fecisse perhibentur, in admonitione nuper edita cap. 5.

Gerardus Giesekenius vbi supra pag. 77. prope initium.

Eodem planè modo cum Catholicis authobus huius ætatis agere aduersarios, satis no-...m est: & vt illam eorum audaciam omittam ...ua g Erasmum, ac Picum Mirandulanũ Pro-...stãtibus annumerãt, Incredibile, ac planè stu-...endum est illud Fieldi, viri alioquin docti & ...rauis, qui in scriptis tam confidenter asserere ...iit ausus, [h] *Ecclesias nostras Catholicas per totum or-...m in ortu Lutheri diffusas omnes* (inquit ille) *ve-...s fuisse* (Protestanticas intelligit) *Dei Ecclesias: ...* quod ij qui tum *damnatis illis erroribus credebã..., ...os nunc Romanistæ defendunt, particularis tantum-...odo secta fuerit?* Cuius plane contrarium tot ...octi Protestantes vnanimi consensu pla-...è ac plene [i] confessi sunt. Ex qua aduersario-...um erga Protestãtes suos, & Catholicos no-

G. Vide hoc infra Tract.2. cap.2. sect.2. in margine ad * post o.

H. Fieldus de Ecclesia lib. 3. p. 76. post med. & 72. ante med.

I. Infra Tractatu 2. cap. 2. sect. 11. subdiuisione 3. ad ¶. E. *.F. & deinceps ad finem illius subdiuisionis.

ſtros huius ſæculi authores, audacia, veſtra Maieſtas ſereniſſima metiri poterit, illam Iuelli, Vvhitakeri, & aliorum ad antiquos Patres, (vt ſupradictum eſt) prouocantium oſtentationem. Bone Deus, Adeone viros prudentes, graues, doctos dura, ne dicã perfricta eſſe fronte, vt in ampliſſimo theatro, & conceſſu ornatiſſimo, in cauſa præſertim religionis, quæ tam noſtrâ, quam ipſorũ tanti intereſt, magna verborum contentione illud aſſerant, repetant, vrgeant (adeo vt pleroſque doctiores authores ſuos inde K offenderint) quod ingenuæ, & cãdidæ fratrum ſuorum religionis noſtræ antiquitatem teſtificantium cõfeſſioni plane repugnat, & contradicit? Qua quidem fraude veteratoria factum eſt, vt infirmi plerique, & nimirum creduli, ſic ſaltem ad tempus, circũuenti ſint, vt præiudicio quodam opinionis quaſi præcipites acti, tot illas ac tam claras religionis noſtræ rationes in genere ſic reſpuerent, vt poſtea ſingillatim eas diſcutere ac diſcernere vix potuerint, nedum voluerint. In hac tanta aduerſariorum audacia, qua ſplendidiſſima plerumque ingenia ſeducuntur, dũ motus illos admirationis, & amoris perpendimus, ſeu in nobis potius ſentimus, quos virtus in ſe ſemper laudabilis, in iis excitat, qui

cam

K. Quod ad Patres appellarit Iuellus eum. Humfredus *ſibi iniuriã feciſſet ſeq; & Eccleſiam peſſundãſſe cenſet.* Et doctus ille Proteſtans Iacobus Acontius in lib. quodam quem Reginæ Elizabethæ dicauit, hunc procedendi morem pernicioſum vocat & omnino fugiendum. vtrumque hoc dictum vide ſupra ſubdiuiſi 14. initio in Textu & in margine ad figuram. 2. Et Petrus Martyr de cælibatu & votis pag. 462. circa med. innuit *ſibi diſplicere dum ait, Quod ad alterum attinet, de Patrum iudicio, quoniam aduerſarij noſtri & in hoc cauſa & in alijs controuerſiis ſemper prouocare ſolent ad eos, pronuntio, mihi non videri hominis Chriſtiani, ad hominum iudicia prouocare à ſacris ſcripturis Dei* & pagina 476. poſt medium ait. *Quãdiu conſiſtimus in Concilijs & Patribus, ſemper in iiſdem erroribus verſabimur.*

58

am in aliis intuentur, non poſſumus præ de-
ꝫita obſeruantia, quam erga tantá excellen-
iam gerimus, non deplorare virum tot ho-
ıorum gradibus, & tam præclaris naturæ do-
ibus ornatum, ſic falſis fuiſſe opinionibus
ꝛræocupatum, vt perſuaſum haberet & aſſere-
et quod 1 *cum gens noſtra à publica fidei Catholicæ
Rom. profeſſione recederet, antiqua primitiua Eccleſiæ
ligio, vincula & compedes Romanæ corruptionis, ſub
ua longam ſeruierat ſeruitutem, excuſſit.*

L. Comes Sariſburienſis in Reſponſione ad chartas quaſdã ſcandoloſas diſperſas fol. ante penultimo initio.

Huius contrarium (pace tanti vixi dixerim)
ɔt eruditi, ac primarij inter aduerſarios au-
ıores, non ſolum in genere iam ſupra con-
:ſſi ſunt, ſed & ſingillatim teſtati, quoad ſin-
ulos ferè eiuſdem articulos, quos & conſo-
os eſſe primitiuæ Eccleſiæ dogmatibus, oſté-
imus. Hæc cum ad æternam animæ ſalutem
ꝫectent, & iam ſupra ex ipſorum aduerſario-
ım confeſſione demonſtrata ſint, ſi ab aliis
uantumlibet ſeriis occupationibus feriatus,
uic omnium maximæ vacaret illuſtriſſimus
le, vt ſic ſecundo quaſi examine hæc plenius
erſpecta haberet, & in eum finem folia ali-
uot huius impoliti operis percurrere digna-
:tur, vel ipſas annotationes in margine hu-
ıs ſaltem præſentis ſubdiuiſionis ſitas, ſpera-
:m ſane fore, mentem tá eleuatam, & obſcu-
ı quæque facile penetrantem, tam claræ veri-
.tis ſplendore aliquando illuſtrandam iri, at-
ue ita hæroico quodá zelo percitam, infima
æc conſtanti animi magnitudine deſpectu-
.m, quæ quidé haud alio loco habenda ſunt,

quam vt quasi m signa quę lam, & gradus ad cælestis glorię, & æternæ fælicitatis culmen ascendentibus instruiant. Atque his quidem hactenus Catholicam quam nunc profitemur religionem, iam inde ab Apostolorum temporibus per confessa venerandę antiquitatis testimonia n quam sacræ scripturæ o Patres & p ipsi Protestantes, tanquam optima veritatis inueniendæ media nobis commendant, deduximus.

M. *Qui vtuntur hoc mundo, quasi qui non vtantur sint, præterit enim figura huius mundi.* 1. Cor. 7. 31.

N. *Meméto dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Deut. 32. 7 *Interroga enim generationem pristinam, & diligenter in vestiga Patrum memoriam.* Iob. 8. 8. *Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniā ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.* Ecclesiast. 8. 11. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris,* Ieremiæ 6. 16. *Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes & impingentes in vijs suis, in semitis sæculi, vt ambularent per semitas in itinere non trito,* Ieremiæ 18. 15. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui,* Prouerb. 22. 28.

O. Sanctus August. contra Pelagianos disputans de Patribus præcedentibus ait, *Neq; nobis infensi sunt, neque vobis, quod in Ecclesia inuenerunt, id tenuerunt, docuerunt, quod didicerunt, quod à maioribus acceperunt, posteris tradiderunt,* Augustinus aduersus Iulian. Pelag. l. 2. prope finem & lib. 3. cap. 17. & lib. 4. cap. 12. Nec minus celebre, quam salutare est consilium illud Sisinij, quo Imperatori suggessit, *vt testimonium ex traditione veterum, & antiquorū Ecclesiæ doctorum, qui ante controuersias ortas floruissent*, contra hæreticos vrgeret, vt habet hist. tripart. l. 9. cap. 19. & Vincentius Lirin. præcipit, vt si qua noua quæstio nascatur, iudicium requiramus Sanctorum Patrum, aduersus hæreses prope finem. Sic Euseb. hist. lib. 11. cap. 9. Nazian. & Basilium laudat, quod *scripturarum intelligentiam, non ex proprio ingenio, sed ex maiorum ratione & authoritate interpretarentur.* Orig. Tract. 29. in Mathæum, docet, quod in scripturis intelligendis non recedendum sit à prima traditione Ecclesiastica, nec aliter credendum, quam Ecclesia Dei per successionem tradidit.

P. Confessio Bohemiæ in harmonia confessionum pag. 400 versus finem ait, *Ecclesia vero optima magistra est posteritatis, quæ præeundo nos, viam docet.* Et Kemnitius in Examine parte 1. fol. 74. prope initium ait. *Nemo dubitat, quin primitiua Ecclesia ab Apostolis, & Apostolicis viris, non textum modo scripturæ, sed etiam verum, & germanum eius sensum acceperit.* Vide plura tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiuis. 9. prope finem in margine ad 14.

IDEM EX AVTHORITATE *antiquorum Iudæorum ostenditur.*

SECTIO QVARTA.

IN confirmationem eorum, quæ iam dicta sunt, addi potest, quod quoties mentio fit, articulorum nunc controuersorum nobis cum Patribus veteris Testamenti communium, el ab ijs qui Christum Dominum præcessent, vel ab ijs * qui subsecuti sunt Rabbinis, ro nobis semper ferunt sententiam, contra duersarios. Exemplum ponamus orationem ro defunctis, & supponamus librum Machaæorum, veram saltem historiam esse. Nega- certe non poterit, quod ibi refertur, Iudam Machabæorum, verum procul dubio Dei cultorem, diu ante Christum natum, q sacrifiium pro mortuis procurasse, r Sacerdotes Hierosolymitanos illud obtulisse, & illius historiæ authorem, tot post annos f factum lauasse. Idem constat testimonio Iosephi t Bengorionis, & Rabbi v Simeonis, (qui ante Christum vixit) & aliorum x veterum Rabbinorum.

* Quod doctrina recentiorum Rabbinorum, cum illa antiquorum per omnia consentiat, innuere videtur Mortonus, tractatu de Israël & Ecclesia cap. 7. sect. 11. pag. 73. & 74. vbi agens de Ecclesia ante Christi aduentum ait, *Quænam fuerit tunc doctrina Iudæorum, nunc cognosci potest, inter cætera, ex aperta confessione Iudæorum cuiusque sæculi ab aduentu Christi. Clarum est enim (inquit ille) iam tenere eos illa dogmata, quæ à maioribus acceperunt, & quæ gens illa communiter tenuit.* Sic centur. centur. 8. col. 885. lin. 8. aiunt, *Iudæi tenaces sunt suarum opinionum, quare si quæ in*

historiis occurrunt, propemodum congruunt, cum illis, quæ superioribus sunt assignata. Vide infra tract.2.cap.1.sect.5. paulo post initium in marg. ad 6.

Q. 2. Machab. 2. 43.

R. 2. Machab. 2. 45. eam fecit *propitiationem pro defunctis, vt à peccatis soluerentur.*

S. 2. Machab.2.45.*Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis orare*:& vide ibid. versu 43.

T. Iosephus cap.9. sic eos milites alloquitur,qui se perimere cogitabant. *Ignoro milites, quæ sit propitiatio animæ hominis qui seipsum interficit. Quis intercedet pro nobis ad Deum, si sic peccauerimus?* quasi dicat pro aliis aliter morientibus orationem fieri posse..

V. Rabbi Simeon in libro Zoar in cap.18. Genesis de ijs qui temporales pœnas luunt post hanc vitam ait, *Postquam à peccatis suis purgantur, ascendere eos facit Deus de illo loco.*

X. Menachim Siam in comment. ad Leuit cap.16.& Rabbi Hisim Alphesij Choleastes ad cap. Roch. Hascana, & Rabbi Isaac, Ababab, in lucerna lucis conclus.1.parte 2.cap.2. Rabbi Dauid Kimchi in Psal.32.

rum. Vnde & Rabbini recentiores profitentur, se exinde vsque hodie, illum morem orandi [y] pro defunctis retinere, & obseruare. Hoc ipse Vvhitakerus* & alij confitentur, & author Protestans Ioannes Buxdorfius prælector in Hebraicis Basiliæ, confessam eorum, & notam doctrinam de † Purgatorio expressè recenset.

Y. Rabbi Moyses in symbolo fidei Iudæorum impresso Parisijs anno 1569. fol. 26. b.& 27.a & 22. b. refert præscriptam formam orandi pro mortuis. Simile habet Ioan. Isaac in instructionibus linguæ Hebraicæ impressis Coloniæ 1553.& Antonius Margarita Iudæus nuper conuersus libro cui titulus *vniuersa Iudæorũ fides &c.*

* Vvhitaxe-

II.

Secundò, de Limbo Patrum, & Christi descensu ad inferos, mentio fit in Ecclesiastico, quem librum pro canonico habet doctus Caluinista Ioannes §. Lascicius. Quod si liber ille disputationis gratia fingatur apocriphus, negari certe non potest, quin scriptus sit ante Christi incarnationem, idque ab eo authore, qui se iam dederat [z] lectioni legis, & Prophetarum, & aliorum librorum antiquorum Patrum illius temporis, & aliquantum iam in eo

s contra Duræum lib. 1. pag. 85. ante med. *Scio esse Iudæis libros memoriales, quos Synagogis suis legunt, eosque nunc precibus quibusdam pro mortuis vti solere, non igno.* Et vide Ioannem Buxdorfium *in sua Synagoga Iudaica*, pag. 275. ante med. pag. 506. ante med. & pag. 305. fine, & pag. 24. ante med. & pag. 505. & 508.

Ioannes Lascicius in epist. ad Volanum hunc librum canonicum esse pro- it authoritate S. Augustini.

. In Prolog. Ecclesiast. ante med.

enere profecerat. In eo autem (vt dixi) libro, hristi descensus ad inferos apertè prędicitur, empe cum dicitur in persona eius [a] *Penetrabo nnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dorientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Ioc tam clare & * apposite dicitur, vt Vvhitkerus his duabus solum viis euadere coner. Primo respondendo, [b] quod hæc verba on inueniantur in Græcis exemplaribus. Seindo (primum enim [c] est falsissimum) in eo erstat, quod liber ille [d] *non sit canonicus.* Agoscit igitur verborum sensum, authoritatem ero negat, tam diserte hic author limbum trum astruit. Rabbi etiam HACCADOS, qui an- Christi Domini aduentum vixit, in persona Iessiæ ait, [e] *In infernum descendere decreui, ad inferum animas redimendas, quas Pater meus in virga dignationis suæ, ob Adæ peccatum, illô detrusit.* Eamque doctrina Latius traditur à Rabbi meone, [f] qui & ipse ante incarnationem hristi vixit, & aliis * Rabbinis, estque noui estamenti scriptis 2. adeo consona, vt Patres antiqui, & plerique 4. Protestantes illam robent.

A. Eccl. 24. 45

* Cum dicit se inferiores terræ partes penetraturũ, ad illuminandum eos qui dormierunt, plane arguit eos qui sic dormierant, & mortui sunt, nondum in cœlos ascendisse, nec enim per inferiores terræ partes recte cœlos quis intelliget.

B. Vvhitakerus contra Duræum lib. 8. pa. 567. post med.

C. Biblia Angli ca (vt alia omittam) anno 1576. quæ pag. 1. promittunt translationem ex Hebraica & Græca lingua hæc verba habent.

D. Vvhitakerus contra Duræum lib. 8. pag. 567. post

Tertiò, edium, ait, *Nec libri huius authoritatem canonicam agnosco, his fundamentis limbum uxum ruere necesse est.*

Rabbi Haccados libro qui inscribitur *reuelator arcanorum.*

F. Rabbi Simeon filius Iohai apub Rabbi Heccados de Messia ait, *Tunc anima eius descendet ad inferos, apud quos triduo morabitur, vt inde omnes animas Patrum, iustorum educat, &c.* iuxta illud Oseæ 6. *visitabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus ante faciem eius.* Et Parkesius contra Vvillettum pag. 170. hoc dictum Propheticum vocat.

*. Vide hæc fusius apud Petrum Gallatinum de arcanis Catholicæ veritatis lib. 6. cap. 9, & 10. & Petrum Martyrem in locis communibus parte 3. cap. 16. sect. 13. pag 377. a fine & b.

2. Ad Hebræos 7. 19. *Lex nihil ad perfectum adduxit, sed melioris spei introductio fiebat, quod sanctitatis via nondum aperte propalata esset, priori testamento adhuc statum habente,* ad Hebræos 10. 20. *Patres veteris Testamenti, secundum fidem mortui sunt, nondum acceptis repromissionibus;* ad Hebræos 9. 8. Et ob eam causam via in cœlum dicta est *via noua quam Christus initiauit,* Heb. 11. 13. *Deo pro nobis aliquid melius prouidente; vt non sine nobis consummarentur.* Ibidem versu vltimo; ideoque animæ ille ante Christi ascensionem exutæ corporibus, verbi gratia Lazari, Ioan. 11. 43. 44. Ancillæ, Luc. 8. 55. & *Sanctorum illorum qui surrexerunt, & multis apparuerunt,* Matth. 27. 52. 53. Non ab æterno & immutabili cœli gaudio venerunt, sed à sinu Abraham, Luc. 16. 22. qui quidem non fuit cœlum, teste Petro Martyre in locis communibus parte 2. pag. 621. a & parte 3. pag. 378. b. & 379. initio. Denique Saluator ob Pariarchas & iustos ab hoc loco liberatos in ascensione, dicitur *in altum ascendere, captiuam ducens captiuitatem,* ad Ephes. 4. 8.

3. Vide supra sect. 3, subdiuisione 4. ad 4. 5. 6. &c.

4. Vide infra tract. 3. sect. 7. in marg. sub lit. m. & Petrum Martyrem vbi supra.

III.

Tertiò, de libero arbitrio dicitur in Ecclesiastico, non solum respectu Adam, qui iam mortuus erat, & cuius peccatum transierat, sed de illius ætatis hominibus per viam admonitionis de peccatis futuris: 5. *ne dixeris, ille me implanauit. Si volueris mandata seruabis, apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Qui locus Vvhitakero tam apertus visus est, vt de eo dicat. *De loco Ecclesiast. 6. parum laboro, licet centies affirmet, quod coram homines vita & mors sit apposita* 7. Philo etiam peruetustus author, Christi coætaneus humani

5. Ecclesiast. 15. 12. 15. 16. 17.

6. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat. 1. pag 15. ante med. Pari licentię reiiciunt eundem Ecclesiastici locum ministri Diæce-

umani arbitrij libertatem aſſerit. *In quem ſen-m (inquit ille) extat oraculũ Deuteronomij, Appo-i tibi vitam & mortem, bonum & malum, vitam ige.* His addi poſſunt, dicta non minus clara, iorum g Rabbinorum, quibus accedit con-ſſio h Fulconis, & Pauli Fagij.

IIII.

Quarto de obduratione Pharaonis, de qua in xod. quo in loco vt confitentur aduerſarij, i erbũ Hebraicum ſignificat ſolum permiſſio-em, Rabbini tam rectè nobiſcum conue-iunt, illam factam eſſe ſola Dei permiſſione, on autem impulſu (quæ expoſitio Patrum Caluino diſplicet) vt Petrus Martyr k & Mun-erus illam agnoſcant pro genuina Patrum terpretatione.

V.

Quinto, liber Tobiæ, ante Chriſti certe ad-entum compoſitus, adeo nobis fauet, quoad trocinium, & interceſſionem Angelorum, Vvhitakerus ob eum cauſam dicat, m *Illum ero Tobiæ Raphaëlem minime moramur, nec illos ſeptem Angelos agnoſcimus, quorum ille meminit. Hoc totum à ſcripturis alienum eſt, quod ab illo Ra-aële commemoratur, ac ſuperſtitionem neſcio quam* redo-

fis Lincolnien-ſis epitome &c. pag. 9.

7. Philo in libro quid Deus ſit immutabilis.

G. Rabbi Moyſes filius Maymon in epiſt. aduerſus Aſtrologos ait, *Ac illud quidem intelligere debetis, præcipuum ac principale ex fundamentis legis noſtræ, omneſque item Philoſophos, aperte confiteri, quæcumque ab ipſis hominibus fiunt, ea in ipſorum manu eſſe, ac poteſtate, &c. Si velit homo ſeruit Domino, &c. ſin placet adire concilia impiorum, & illud quoque facit.* Vide etiam dicta clara Rabbi Moyſes Hardarſan in cap. 4. in Geneſ. & Rabbi Selomo apud Petrum ilatinum de Arcanis Catholicæ veritatis impreſſum Francoforti 1602. lib. 6. ꝭ. col. 339. fol. 340. b. e.

. Fulco in Apologia tranſlationis Anglicanæ pag. 320. initio ait, *Rabbini Iu-i liberi arbitrij defenſores, errant &c.* Cumque Rabbi Akiba in capitulis Patrum. cat, *Et poteſtas data eſt, & in bono mundus iudicatur.* Paulus Fagius in hunc lo-m ait, *Hebræi hanc ſententiam ſic explicant &c. vt cuiuis homini poteſtas tradita ſit, bene, vel male agendi.* Rurſus *Apotheca aperta eſt &c. hoc referunt ad liberum arbi-um videlicet in nobis ſitum, vt vel male, vel bene agamus, Deum nobis mortem aut vitã ponere.* Vide li. cui tit. Synagoga Iud. impreſ. Hãnoniæ 1604. p. 617. poſt med.

* Melancthon in locis communibus cap. de causa peccati, & contingentia ante med.ait, *Nec figuræ illæ verborum offendunt, Indurabo cor Pharaonis, & similes, certum est enim Hebraica phrasi significare eas permissionem, non voluntatem efficacem, vt & ne nos inducas in tentationem, id est ne sinas nos induci.* Vide etiam hoc in altera eiusdem editione Basiliæ anno 1561. pag 71. ante med. In tractatu etiam cuiusdam Protestantis, cui titulus *corpus doctrinæ Christianæ, &c.* impresso in fol. Lipsiæ 1561. pag.618. fine sic habetur, *Sciant phrasim Hebraicam in illis verbis, ego indurabo cor Pharaonis significare permissionem, &c. & occurrunt exempla passim quæ testantur hac phrasi Hebraica sæpissime permissionem significari, &c.* Et Antonius Maxeius domini nostri regis Capellanus in conc.impres.1607. conc. 2.& 5. ait, *Sat sciunt docti, quod vbi dicitur Deus indurat, iuxta dialectum Hebraicum, permissio, non autem actio significatur, &c.*

I. Caluin.instit.lib.2.cap.4.sect.3.initio.

K. Petrus Martyr in epist.ad Romanos cap. 9.

L. Munsterus annot.in Exod.cap.7.

† Tobias 5.5.12.13.15.18.

M. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat.1.pag.15.ante med. Hoc etiam Raphaëlis dictum tanquam minus sanum, reiicitur à Ministris Lincolniensis Diæcesis, in epitome &c. pag. 8. initio.

* Idem, septenarius Angelorum numerus Vvhitakero tam inuisus, habetur tamen Apoc.1.4.5.6.

redolet. In libro etiam Machabæorum, refertur, *quod Judas Machabæus, in visione viderit,* n *Oniam summum Pontificem, qui iam antea* o *occisus fuerat, eleuatis in cœlum manibus, orantem pro populo, & postea apparuit ei alter senex, &c. & Onias locutus est, & dixit, hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo, & vniuersa ciuitate (scilicet) Hieremias Propheta Dei.* Qui locus pro intercessione Sanctorum tam appositus est, vt propterea p Vvhitakerus eum reiiciat. Obseruandum porro est, verisimili esse, Iudæos qui morti Christi interfuerunt, nunquam tam facile sibi persuadere potuisse, vt putarent ac dicerent, quod Christus cum clamaret q Eli, Eli lamazabacthani, Eliam inuocaret, nisi inuocatio Sanctorum, illis tunc solennis &

N. 2. Machab.15.13.14.

O. Vide 2. Machab.3.33. & 4.34.

P. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani pag.16. circa med. *Illud Iudæ de Onia somnium, quod 2. Machab. 15. legimus, vt somnium prætermitto. sed parum refert mortuorum siue intercessionem, siue sacrificium intelligas, vtrumque tuum est, vtrumque est falsum.*

ssitatus fuisset. Quod autem sic putauerint, patet, tum ex antiquorum r Iudæorum, tum recentiorum Rabbinorum testimoniis.

VI.

Sexto de traditionibus Iudæorum non scriptis t Origenes & u Hilarius testantur Moysen plurima de manu in manum tradenda reliquisse, quæ scriptis non commisit, id quod quartus Esdræ (hunc autem librum Biblianer author Protestans * propheticum ac diuinum esse putauit, & talem claris argumentis probauit) non obscure innuit, cum ex *persona Dei de Moyse dicitur,* x *adduxi eum ad montem Sinai, detinui eum mecum multis diebus, & præcepi ei dicens, Hæc verba nota facies, & illa seruabis secreta.* Egesippus etiam recenset (sic enim Hanmerus Eusebium transfert) y *non scriptas traditiones Iudæorum.* His etiam non scriptis traditionibus testimoniũ perhibet z Anatolius author peruetustus. Et de lege non scripta asserunt Iudæi antiqui a *Moysen illam accepisse in monte Synai, & eam tradidisse Iosue, & Iosue Seniorib. &c.* Quod quidem putat Rabbi Iudas dictum esse b *traditionibus sermone traditis,* quod & Paulo Fagio placet, cui & accedit * Ioannes Buxtorfius Hebraicarum literarum Basileæ prætor.

Septimo

Q. Mathæi. 17.46.47.49. & Marc.15.34. 35.36.

R. Vide Flauium Iosephum de bello Iudaico libro 3. cap. 14. vbi ait, *Puræ animæ, quæ exaudiunt inuocantes, retinent locum in cælo adeptæ sanctissimum.* Et Iosephus Bengorion de bello Iudaico cap. 21. vbi dicitur, *Exurge nunc Moyses fili Amram, & vide populum tuum, exurge nunc Aaron, &c.* & Rabbi Abraham in Genesi 22. de Iudæis ait, *Isaac interponere solent inter se & Deum in suis precibus quasi intercessorem.*

S. Vide eundem esse morecentium Iudæorum in symbolo fidei Iudæorum impresso Parisiis 1567. folio 22. & 28. b. & in officio eorum pro mortuis, vbi dicitur *Angeli pacis egredimini occursum defuncti, portas Paradisi voluptatis reserate illi:* Et in libro precationum Iudaicarum hæc habentur, *Angeli misericordes ministri Dei altissimi, placate faciem Dei, optima deprecatione, &c.*

T. Origenes homil. 5. in numerum & in epist. ad Rom.cap.3.

V. Hilarius in Psal.2.ait, *Erat iam à Moyse antea institutum, in omni Synagoga septuaginta esse doctores. Nam idem Moyses, quamuis veteris Testamenti verba, in literis condidisset, tamen separatim quadam, ex occultis legis secretiora misteria, septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat, &c. doctrina ergo horum, in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta, in hoc seniorum & numero, & officio conseruata est.*

* Vide vt hoc testatur Bibliander, apud authorem Protestantem illius tract. cui titulus, de secundo Christi aduentu impressi 1589. fol.6.a. prope finem.

X. Esdras 14. 4. 6. 26.

Y. Egesippus apud Euseb.histor.lib.4.cap.21.fine.

Z. Anatolius apud Euseb.histor.lib.7.cap.26.

A. In capitulis Patrum.

B. Rabbi Iudas in hunc locum.

C. Paulus Fagius in hunc locum ait, *Tenet enim Iudæorum opinio, Moysen duplicem legem à Domino in monte Synai accepisse, alteram, quam inscripto traditam legem vocant, alteram, quam legem, quæ in ore est, siue ore traditam nominant, atque hanc postremam succedaneo quodam ordine, per Moysen ad posteros deriuatam affirmant*

* Ioannes Buxdorfius in Synagoga Iudaica cap. 1. pag.13. circa med.& pag.21. post med.& 48. circa med.& 67. ante med.

VII.

Septimo de merito, seu valore bonorum operum, quæ ex vera in Messiam fide fiunt, doctrina antiquorum Iudæorum in libro Tobiæ traditur, vbi dicitur, d *Eleemosyna liberat à morte, & purgat omnem peccatum:* rursus, e *Eleemosyna liberat à morte, nec sinit (animam) ire in tenebras.* Et in Ecclesiast. f *Aqua extinguit ignem ardentem, & eleemosyna expiat peccatum.* & in libris canonicis verbi gratia, vbi dicitur, g *Redime peccata tua eleemosynis, & iniquitates tuas misericordiis pauperum,* h *misericordia & veritate remittitur peccatum.* i *Eleemosyna & fide peccata purgantur.* k *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* His addi possunt similia modernorum Rabbinorũ * testimonia, summatim collecta, per Ioan. Buxdorfium

D. Tobiæ 12. 9. iuxta illud Biblia Anglicè 1576. & iuxta exemplar Græcum à Basiliensibus editum 1550. Quod eo diligentius obseruo, quod Fulco cõtra Testa. ment. Rhemen. fol. 109. a. circa medium negat partem huius textus posteriorem Græcè inueniri. Cũ tamen ministri Diœcesis Lincolnien. in epit. suo, &c. p.8. initio tãquã partẽ

textus citent, & tanquam Apochriphum reiiciunt, vtpote doctrinæ suæ contrarium.

E. Tobiæ 4. 10.

F. Ecclesiasticus 3. 33. hic locus Ecclesiast. & alter prædictus Tobiæ, tam cla-i sunt Ministris Diæcesis Lincolnienfis in Epitome, &c. pag. 76. prope finem ut de iis dicant. *Loci illi Tobiæ, & Ecclesiastici (quod periculo non vacat) meritum so-tant Eleemosinæ.*

G. Daniel. 4. 24. vbi licet aduersarij, loco verbi illius (*Redime*) legant (*diri-me*) Hemnigius tamen in expositione psalmi 84. Anglice pag. 527. interpreta-ur verbum Hæbraicum *redime* & sic sine dubio significat verbum Græcum, λυτρῶσαι & sic habet vulgata editio, & Patres antiqui, & hanc lectionē sequun-ur Lutherus in locis communibus classe 1. pag. 72. ante mediū, & Petrus mar-yr in locis communibus Anglice parte 3. ca. 4. pag. 114. b circa medium Melan-hon. in locis communibus edit. 1536. cap. de bonis operibus pag. 157. in fine ipologia confessionis Augustanæ fol. 104. a circa med. & Translatio Tigu-ina anno 1544. quibus addi potest eadē lectio Caluini Aretij, Bullingeri, & alio-um Protestantium.

I. Prouerb. 16. 6.

Prouerb. 15. 27. licet hæc sententia omittatur in Bibliis Anglice impressis 1576 t tamen pars Textus, & eam Theologi Basilienses (vt patres omittam in exem-laribus Græcis & Latinis anni 1550. retinent.

. Lu. 11. 41.

Ioannes Buxdorfius in Synagoga Iudaica cap. 1. pag. 23. post med. de Rab-nis ait: *Pro peccatis suis in cute propria pænitendo, satisfacturos, vitamque æternam seruatione mandatorum Dei, & bonis operibus facile sese promerituros esse, sibi persua-nt*, & vide idem ibidem pag. 18. prope initium, & pag. 24. ante med. & pag. 24. fine.

uxdorfium Protestantem prælectorem in ... æbraicis Basileæ.

VIII.

Octauo de vita Monastica, quod non pe-tus neglecta fuerit, sed aliquo modo culta à dæis antiquis, Iosephus testatur, dicens [l] *Vita est iustitia Essenorum, &c. Opes suas commu-habent, &c. & hoc modo viuunt supra 4000. mines, nec vxores habentes, nec famulos, &c.* & ali-de iis ait: [m] *Iudæi sunt natione, & continentiam uant, matrimonium auersantur, diuitias spernunt, nia habent communia, nec quisquam est alio ditior, antequam quis in societatem eorum admittatur,*

L. Ioseph. Antiquit. l. 18. cap. 2. in Ioseph. de bello.

M. Iosephus de bello Iudaico l. 2. cap. 7.

quam vt quasi m signa quędam, & gradus ad cælestis glorię, & æternæ fælicitatis culmen ascendentibus instruiant. Atque his quidem hactenus Catholicam quam nunc profitemur religionem, iam inde ab Apostolorum temporibus per confessa venerandę antiquitatis testimonia n quam sacræ scripturæ o Patres & p ipsi Protestantes, tanquam optima veritatis inueniendæ media nobis commendant, deduximus.

M. *Qui vtuntur hoc mundo, quasi qui non vtantur sint, præterit enim figura huius mundi.* 1. Cor. 7. 31.

N. *Menēto dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Deut. 32. 7

IDEM

Interroga enim generationem pristinam, & diligenter in vestiga Patrum memoriam. Iob. 8. 8. *Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniā ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.* Ecclesiast. 8. 11. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris,* Ieremiæ 6. 16. *Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes & impingentes in vijs suis, in semitis sæculi, vt ambularent per semitas in itinere non trito,* Ieremiæ 18. 15. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui,* Prouerb. 22. 28.

O. Sanctus August. contra Pelagianos disputans de Patribus præcedentibus ait, *Neq; nobis infensi sunt, neque vobis, quod in Ecclesia inuenerunt, id tenuerunt, docuerunt, quod didicerunt, quod à maioribus acceperunt, posteris tradiderunt,* Augustinus aduersus Iulian. Pelag. l. 2. prope finem & lib. 3. cap. 17. & lib. 4. cap. 12. Nec minus celebre, quam salutare est consilium illud Sisinij, quo Imperatori suggessit, *vt testimonium ex traditione veterum, & antiquorū Ecclesiæ doctorum, qui ante controuersias ortas floruissent*, contra hæreticos vrgeret, vt habet hist. tripart. l. 9. cap. 19. & Vincentius Lirin. præcipit, vt si qua noua quæstio nascatur, iudicium requiramus Sanctorum Patrum, aduersus hæreses prope finem. Sic Euseb. hist. lib. 11. cap. 9. Nazian. & Basilium laudat, quod *scripturarum intelligentiam, non ex proprio ingenio, sed ex maiorum ratione & authoritate interpretarentur.* Orig. Tract. 29. in Mathæum, docet, quod in scripturis intelligendis non recedendum sit à prima traditione Ecclesiastica, nec aliter credendum, quam Ecclesia Dei per successionem tradidit.

P. Confessio Bohemiæ in harmonia confessionum pag. 400 versus finem ait, *Ecclesia vero optima magistra est posteritatis, quæ præeundo nos, viam docet.* Et Kemnitius in Examine parte 1. fol. 74. prope initium ait. *Nemo dubitat, quin primitiua Ecclesia ab Apostolis, & Apostolicis viris, non textum modo scripturæ, sed etiam verum, & germanum eius sensum acceperit.* Vide plura tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiuis. 9. prope finem in margine ad 14.

IDEM EX AVTHORITATE antiquorum Iudæorum ostenditur.

SECTIO QVARTA.

IN confirmationem eorum, quæ iam dicta sunt, addi potest, quod quoties mentio fit, articulorum nunc controuersorum nobis cum Patribus veteris Testamenti communium, el ab ijs qui Christum Dominum præcesserunt, vel ab ijs * qui subsecuti sunt Rabbinis, ro nobis semper ferunt sententiam, contra duersarios. Exemplum ponamus orationem ro defunctis, & supponamus librum Machabæorum, veram saltem historiam esse. Negai certe non poterit, quod ibi refertur, Iudam Machabæorum, verum procul dubio Dei cultorem, diu ante Christum natum, q sacrificium pro mortuis procurasse, r Sacerdotes Hierosolymitanos illud obtulisse, & illius historiæ authorem, tot post annos f factum laudasse. Idem constat testimonio Iosephi t Benorionis, & Rabbi v Simeonis, (qui ante Christum vixit) & aliorum x veterum Rabbinorum.

* Quod doctrina recentiorum Rabbinorum, cum illa antiquorum per omnia consentiat, innuere videtur Mortonus, tractatu de Israël & Ecclesia cap. 7. sect. 11. pag. 73. & 74. vbi agens de Ecclesia ante Christi aduentum ait, *Quenam fuerit tunc doctrina Iudæorum, nunc cognosci potest, inter cætera, ex aperta confessione Iudæorum cuiusque sæculi ab aduentu Christi. Clarum est enim* (*inquit ille*) *iam tenere eos illa dogmata, quæ à maioribus acceperunt, & quæ gens illa communiter tenuit.* Sic centur. entur. 8. col. 885. lin. 8. aiunt, *Iudæi tenaces sunt suarum opinionum, quare si quæ in*

historiis occurrunt, propemodum congruunt, cum illis, quæ superioribus sunt assignata. Vide infra tract.2.cap.1.sect.5. paulo post initium in marg. ad 6.

Q. 2. Machab. 2. 43.

R. 2. Machab. 2. 45. eam fecit *propitiationem pro defunctis, vt à peccatis soluerentur.*

S. 2. Machab.2.45.*Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis orare:* & vide ibid. versu 43.

T. Iosephus cap.9. sic eos milites alloquitur, qui se perimere cogitabant. *Ignoro milites, quæ sit propitiatio animæ hominis qui seipsum interficit. Quis intercedet pro nobis ad Deum, si sic peccauerimus?* quasi dicat pro aliis aliter morientibus orationem fieri posse.

V. Rabbi Simeon in libro Zoar in cap.18. Genesis de ijs qui temporales pœnas luunt post hanc vitam ait, *Postquam à peccatis suis purgantur, ascendere eos facit Deus de illo loco.*

X. Menachim Siam in comment. ad Leuit cap.16.& Rabbi Hisim Alphesij Choleastes ad cap. Roch. Hascana, & Rabbi Isaac, Ababab, in lucerna lucis conclus.1.parte 2.cap.2. Rabbi Dauid Kimichi in Psal.32.

rum. Vnde & Rabbini recentiores profitentur, se exinde vsque hodie, illum morem orandi y pro defunctis retinere, & obseruare. Hoc ipse Vvhitakerus* & alij confitentur, & author Protestans Ioannes Buxdorfius prælector in Hebraicis Basiliæ, confessam eorum, & notam doctrinam de † Purgatorio expressè recenset.

Y. Rabbi Moyses in symbolo fidei Iudæorum impresso Parisijs anno 1569. fol. 26. b.& 27.a & 22. b. refert præscriptam formam orandi pro mortuis. Simile habet Ioan. Isaac in instructionibus linguæ Hebraicæ impressis Coloniæ 1553.& Antonius Margarita Iudæus nuper conuersus libro cui titulus *vniuersa Iudæorũ fides &c.*

* Vvhitake-

I I.

Secundò, de Limbo Patrum, & Christi descensu ad inferos, mentio fit in Ecclesiastico, quem librum pro canonico habet doctus Caluinista Ioannes §. Lascicius. Quod si liber ille disputationis gratia fingatur apocriphus, negari certe non potest, quin scriptus sit ante Christi incarnationem, idque ab eo authore, qui se iam dederat z lectioni legis, & Prophetarum, & aliorum librorum antiquorum Patrum illius temporis, & aliquantum iam in eo

us contra Duræum lib. 1. pag. 85. ante med. *Scio esse Iudæis libros memoriales, quos n Synagogis suis legunt, eosque nunc precibus quibusdam pro mortuis vti solere, non ignoro.* Et vide Ioannem Buxdorfium *in sua Synagoga Iudaica*, pag. 275. ante med. & pag. 506. ante med. & pag. 305. fine, & pag. 24. ante med. & pag. 505. & 508.

Ioannes Lascicius in epist. ad Volanum hunc librum canonicum esse probat authoritate S. Augustini.

2. In Prolog. Ecclesiast. ante med.

genere profecerat. In eo autem (vt dixi) libro, Christi descensus ad inferos apertè prędicitur, nempe cum dicitur in persona eius [a] *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Hoc tam clare & * appositè dicitur, vt Vvhitakerus his duabus solum viis euadere conetur. Primo respondendo, [b] quod hæc verba non inueniantur in Græcis exemplaribus. Secundo (primum enim [c] est falsissimum) in eo perstat, quod liber ille [d] *non sit canonicus.* Agnoscit igitur verborum sensum, authoritatem vero negat, tam diserte hic author limbum patrum astruit. Rabbi etiam Haccados, qui ante Christi Domini aduentum vixit, in persona Messiæ ait, [e] *In infernum descendere decreui, ad inferorum animas redimendas, quas Pater meus in virga dignationis suæ, ob Adæ peccatum, illô detrusit.* Eademque doctrina Latius traditur à Rabbi Simeone, [f] qui & ipse ante incarnationem Christi vixit, & aliis * Rabbinis, estque noui Testamenti scriptis 2. adeo consona, vt Patres 3. antiqui, & plerique 4. Protestantes illam probent.

A. Eccl. 24. 45

* Cum dicit se inferiores terræ partes penetraturũ, ad illuminandum eos qui dormierunt, plane arguit eos qui sic dormierant, & mortui sunt, nondum in cœlos ascendisse, nec enim per inferiores terræ partes recte cœlos quis intelliget.

B. Vvhitakerus contra Duræum lib. 8. pa. 567. post med.

C. Biblia Anglica (vt alia omittam) anno 1576. quæ pag. 1. promittunt translationem ex Hebraica & Græca lingua hæc verba habent.

D. Vvhitakerus contra Duræum lib. 8. pag. 567. post

Tertiò, medium, ait, *Nec libri huius authoritatem canonicam agnosco, his fundamentis limbum patrum ruere necesse est.*

Rabbi Haccados libro qui inscribitur *reuelator arcanorum.*

F. Rabbi Simeon filius Iohai apub Rabbi Heccados de Messia ait, *Tunc anima eius descendet ad inferos, apud quos triduo morabitur, vt inde omnes animas Patrum, iustorum educat, &c.* iuxta illud Oseæ 6. *visitabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus ante faciem eius.* Et Parkesius contra VVillettum pag.170. hoc dictum Propheticum vocat.

*. Vide hæc fusius apud Petrum Gallatinum de arcanis Catholicæ veritatis lib.6.cap.9,& 10. & Petrum Martyrem in locis communibus parte 3. cap. 16. sect.13.pag 377. a fine & b.

2. Ad Hebræos 7. 19. *Lex nihil ad perfectum adduxit, sed melioris spei introductio fiebat, quod sanctitatis via nondum aperte propalata esset, priori testamento adhuc statum habente*, ad Hebræos 10. 20. *Patres veteris Testamenti, secundum fidem mortui sunt, nondum acceptis repromissionibus*; ad Hebræos 9. 8. Et ob eam causam via in cœlum dicta est *via noua quam Christus initiauit*, Heb. 11.13. *Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur.* Ibidem versu vltimo; ideoque animæ illæ ante Christi ascensionem exutæ corporibus, verbi gratia Lazari, Ioan.11.43.44. Ancillæ, Luc. 8.55.& *Sanctorum illorum qui surrexerunt, & multis apparuerunt*, Matth.27.52.53. Non ab æterno & immutabili cœli gaudio venerunt, sed à sinu Abraham, Luc. 16.22. qui quidem non fuit cœlum, teste Petro Martyre in locis communibus parte 2.pag.621. a & parte 3. pag. 378. b. & 379. initio. Denique Saluator ob Pariarchas & iustos ab hoc loco liberatos in ascensione, dicitur *in altum ascendere, captiuam ducens captiuitatem*, ad Ephes.4.8.

3. Vide supra sect.3, subdiuisione 4. ad 4.5.6.&c.

4. Vide infra tract. 3. sect. 7. in marg. sub lit. m. & Petrum Martyrem vbi supra.

III.

Tertiò, de libero arbitrio dicitur in Ecclesiastico, non solum respectu Adam, qui iam mortuus erat, & cuius peccatum transierat, sed de illius ætatis hominibus per viam admonitionis de peccatis futuris: 5. *ne dixeris, ille me implanauit. Si volueris mandata seruabis, apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Qui locus VVhitakero tam apertus visus est, vt de eo dicat. *De loco Ecclesiast. 6. parum laboro, licet centies affirmet, quod coram homines vita & mors sit apposita* 7. Philo etiam peruetustus author, Christi coætaneus humani

5. Ecclesiast. 15.12.15.16.17.
6. VVhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat.1.pag 15.ante med. Pari licentiæ reiiciunt eundem Ecclesiastici locum ministri Diæce-

ımani arbitrij libertatem asserit. *In quem sen-n (inquit ille) extat oraculũ Deuteronomij, Appo-tibi vitam & mortem, bonum & malum, vitam ge.* His addi possunt, dicta non minus clara, orum g Rabbinorum, quibus accedit con-ssio h Fulconis, & Pauli Fagij.

IIII.

Quarto de obduratione Pharaonis, de qua in xod. quo in loco vt confitentur aduersarij, i rbũ Hebraicum significat solum permissio-em, Rabbini tam rectè nobiscum conue-unt, illam factam esse sola Dei permissione, on autem impulsu (quæ expositio patrum Caluino displicet) vt Petrus Martyr k & Mun-erus illam agnoscant pro genuina Patrum terpretatione.

V.

Quinto, liber Tobiæ, ante Christi certe ad-ntum compositus, adeo nobis fauet, quoad trocinium, & intercessionem Angelorum, Vvhitakerus ob eum causam dicat, m *Illum ro Tobiæ Raphaëlem minime moramur, nec illos eptem Angelos agnoscimus, quorum ille meminit. oc totum à scripturis alienum est, quod ab illo Ra-aële commemoratur, ac superstitionem nescio quam* redo-

fis Lincolnien-sis epitome &c. pag. 9.

f Philo in libro quid Deus sit immutabilis.

g Rabbi Moyses filius Maymon in epist. aduersus Astrologos ait, *Ac illud quidem intelligere debetis, præcipuum ac principale ex fundamentis legis nostræ, omnesque item Philosophos, aperte confiteri, quæcumque ab ipsis hominibus fiunt, ea in ipsorum manu esse, ac potestate, &c. Si velit homo seruit Domino, &c. sin placet adire concilia impiorum, & illud quoque facit.* Vide etiam dicta clara Rabbi Moyses Hardarsan in cap. 4. in Genes. & Rabbi Selomo apud Petrum latinum de Arcanis Catholicæ veritatis impressum Francoforti 1602. lib. 6. col. 339. fol. 340. b. c.

h Fulco in Apologia translationis Anglicanæ pag. 320. initio ait, *Rabbini Iu- liberi arbitrij defensores, errant &c.* Cumque Rabbi Akiba in capitulis Patrum. at, *Et potestas data est, & in bono mundus iudicatur.* Paulus Fagius in hunc lo-n ait, *Hebræi hanc sententiam sic explicant &c. vt cuiuis homini potestas tradita sit, bene, vel male agendi.* Rursus *Apotheca aperta est &c. hoc referunt ad liberum arbi-um videlicet in nobis situm, vt vel male, vel bene agamus, Deum nobis mortem aut vitã ponere.* Vide li. cui tit. Synagoga Iud. impres. Hãnoniæ 1604. p. 617. post med.

* Melancthon in locis communibus cap. de causa peccati, & contingentia ante med.ait, *Nec figuræ illæ verborum offendunt, Indurabo cor Pharaonis, & similes, certum est enim Hebraica phrasi significare eas permissionem, non voluntatem efficacem, vt & ne nos inducas in tentationem, id est ne sinas nos induci.* Vide etiam hoc in altera eiusdem editione Basiliæ anno 1561. pag 71. ante med. In tractatu etiam cuiusdam Protestantis, cui titulus *corpus doctrinæ Christianæ, &c.* impresso in fol. Lipsiæ 1561. pag. 618. fine sic habetur, *Sciant phrasim Hebraicam in illis verbis, ego indurabo cor Pharaonis significare permissionem, &c. & occurrunt exempla passim quæ testantur hac phrasi Hebraica sæpissime permissionem significari, &c.* Et Antonius Maxeius domini nostri regis Capellanus in conc. impres. 1607. conc. 2. & 5. ait, *Sat sciunt docti, quod vbi dicitur Deus indurat, iuxta dialectum Hebraicum, permissio, non autem actio significatur, &c.*

I. Caluin. instit. lib. 2. cap. 4. sect. 3. initio.

K. Petrus Martyr in epist. ad Romanos cap. 9.

L. Munsterus annot. in Exod. cap. 7.

† Tobias 5. 5. 12. 13. 15. 18.

M. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat. 1. pag. 15. ante med. Hoc etiam Raphaëlis dictum tanquam minus sanum, reiicitur à Ministris Lincolniensis Diœcesis, in epitome &c. pag. 8. initio.

* Idem, septenarius Angelorum numerus Vvhitakero tam inuisus, habetur tamen Apoc. 1. 4. 5. 6.

redolet. In libro etiam Machabæorum, refertur, *quod Iudas Machabæus, in visione viderit,* N *Oniam summum Pontificem, qui iam antea* O *occisus fuerat, eleuatis in cælum manibus, orantem pro populo, & postea apparuit ei alter senex, &c. & Onias locutus est, & dixit, hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo, & vniuersa ciuitate (scilicet) Hieremias Propheta Dei.* Qui locus pro intercessione Sanctorum tam appositus est, vt propterea P Vvhitakerus eum reiiciat. Obseruandum porro est, verisimili esse, Iudæos qui morti Christi interfuerunt, nunquam tam facile sibi persuadere potuisse, vt putarent ac dicerent, quod Christus cum clamaret q Eli, Eli lamazabacthani, Eliam inuocaret, nisi inuocatio Sanctorum, illis tunc solennis &

N. 2. Machab. 15. 13. 14.
O. Vide 2. Machab. 3. 33. & 4. 34.
P. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani pag. 16. circa med. *Illud Iudæ de Onia somnium, quod 2. Machab. 15. legimus, vt somnium prætermitto. sed parum refert mortuorum siue intercessionem, siue sacrificium intelligas, vtrumque tuum est, vtrumque est falsum.*

vsitatus fuisset. Quod autem sic putauerint, patet, tum ex antiquorum r Iudæorum, tum recentiorum Rabbinorum testimoniis.

VI.

Sexto de traditionibus Iudæorum non scriptis t Origenes & u Hilarius testantur Moysen plurima de manu in manum tradenda reliquisse, quæ scriptis non commisit, id quod quartus Esdræ (hunc autem librum Biblianler author Protestans * propheticum ac diuinum esse putauit, & talem claris argumentis probauit) non obscure innuit, cum ex *persona Dei de Moyse dicitur,* x *adduxi eum ad montem Sinai, detinui eum mecum multis diebus, & præcepi illi dicens, Hæc verba nota facies, & illa seruabis secreta.* Egesippus etiam recenset (sic enim Hannerus Eusebium transfert) y *non scriptas traditiones Iudæorum.* His etiam non scriptis traditionibus testimoniũ perhibet z Anatolius author peruetustus. Et de lege non scripta asserunt Iudæi antiqui a *Moysen illam accepisse in monte Synai, & eam tradidisse Iosue, & Iosue Seniorib. &c.* Quod quidem putat Rabbi Iudas dictum esse b *de traditionibus sermone traditis,* quod & Paulo Fagio placet, cui & accedit * Ioannes Buxtorfius Hebraicarum literarum Basileæ prælector.

Septimo

Q. Mathæi 17.46.47.49. & Marc.15.34.35.36.

R. Vide Flauium Iosephum de bello Iudaico libro 3. cap. 14. vbi ait, *Puræ animæ, quæ exaudiunt inuocantes, retinent locum in cælo adeptæ sanctissimum.* Et Iosephus Bengorion de bello Iudaico cap. 21. vbi dicitur, *Exurge nunc Moyses fili Amram, & vide populum tuum, exurge nunc Aaron, &c.* & Rabbi Abraham in Genesi 22. de Iudæis ait, *Isaac interponere solent inter se & Deum in suis precibus quasi intercessorem.*

S. Vide eundem esse morecentium Iudæorum in symbolo fidei Iudæorum impresso Parisiis 1567. folio 22. & 28. b. & in officio eorum pro mortuis, vbi dicitur *Angeli pacis egredimini occursum defuncti, portas Paradisi voluptatis reserate illi:* Et in libro precationum Iudaicarum hæc habentur, *Angeli misericordes ministri Dei altissimi, placate eius faciem Dei, optima deprecatione, &c.*

extus citent, & tanquam Apochriphum reiiciunt, vtpote doctrinæ suæ ontrarium.

:. Tobiæ 4. 10.

. Ecclesiasticus 3. 33. hic locus Ecclesiast. & alter prædictus Tobiæ, tam cla sunt Ministris Diœcesis Lincolniensis in Epitome, &c. pag. 76. prope finem t de iis dicant. *Loci illi Tobiæ, & Ecclesiastici (quod periculo non vacat) meritum so ant Eleemosinæ.*

:. Daniel. 4. 24. vbi licet aduersarij, loco verbi illius (*Redime*) legant (*diri e*) Hemnigius tamen in expositione psalmi 84. Anglice pag. 527. interpreta ır verbum Hæbraicum *redime* & sic sine dubio significat verbum Græcum, υτρῶσαι & sic habet vulgata editio, & Patres antiqui, & hanc lectionē sequun ır Lutherus in locis communibus classe 1. pag. 72. ante mediū, & Petrus mar r in locis communibus Anglice parte 3. ca. 4. pag. 114. b circa medium Melan ıon. in locis communibus edit. 1536. cap. de bonis operibus pag. 157. in fine pologia confessionis Augustanæ fol. 104. a circa med. & Translatio Tigu na anno 1544. quibus addi potest eadē lectio Caluini Aretij, Bullingeri, & alio ım Protestantium.

I. Prouerb. 16. 6.

Prouerb. 15. 27. licet hæc sententia omittatur in Bibliis Anglice impressis 1576 t tamen pars Textus, & eam Theologi Basilienses (vt patres omittam in exem aribus Græcis & Latinis anni 1550. retinent.

. Lu. 11. 41.

Ioannes Buxdorfius in Synagoga Iudaica cap. 1. pag. 23. post med. de Rab nis ait: *Pro peccatis suis in cute propria pænitendo, satisfacturos, vitamque æternam seruatione mandatorum Dei, & bonis operibus facile sese promerituros esse, sibi persua nt*, & vide idem ibidem pag. 18. prope initium, & pag. 24. ante med. & pag. 34. fine.

uxdorfium Protestantem prælectorem in Iæbraicis Basileæ.

VIII.

Octauo de vita Monastica, quod non pe tus neglecta fuerit, sed aliquo modo culta à ıdæis antiquis, Iosephus testatur, dicens [l] *Mira est iustitia Essenorum, &c. Opes suas commu s habent, &c. & hoc modo viuunt supra* 4000. *mines, nec vxores habentes, nec famulos, &c.* & ali de iis ait: [m] *Iudæi sunt natione, & continentiam uant, matrimonium auersantur, diuitias spernunt, mia habent communia, nec quisquam est alio ditior, antequam quis in societatem eorum admittatur*

L. Ioseph. Antiquit. l. 18. cap. 2. in Ioseph. de bello.

M. Iosephus de bello Iudaico l. 2. cap. 7.

n *Continentia eius probatur, & alij mores explorantur, & sic demum admittitur.* Philo etiam, qui *Apostorum tẽporibus* vixit, de iis scribit, o *qui relictis bonis suis habitabant extra mœnia, solitudinem colentes.* Narrat etiam *fuisse* p *monasteria, in quibus solitarij sanctæ vitæ misterijs intenderunt*, & de * *mira eorum abstinentia.* Hos vitæ monasticæ professores, à Philone sic descriptos, q Centur. & r Ioannes Reinoldus, vt eos non sine causa reiicere videantur, s Iudæos fuisse dicunt.

IX.

De votis in veteri Testamento hæc habentur, 2. *Vouete & reddite vota vestra Deo* 3. *Quicumque vouerit votum, &c. non faciet irritum verbũ suum, sed omne quod promisit implebit* 4. *Cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus.* 5. *Siquid vouisti Deo, ne moreris reddere, &c. Multo melius est enim non vouere, quam pòst vota non reddere.* 6. Alia plurima in veteri Testamento inueniuntur, in eundẽ sensum. Sat scio Petrum Martyrem, Fulconem, & alios hæc loca eludere velle, dicendo. 7. *Vota cæremonias quidem fuisse veteris Testamenti, &c. sed Christi mandato antiquatas.* Cuius contrarium multis modis constat. Primo quia

N. Ibidem.

O. Philo de vita contemplatiua.

P. Philo ibid.

* Vide verba Philonis apud Eusebium. hist. libro 2. cap. 16. post med. vbi ait. *Quidiã porro, &c. vix semel toto triduo cibi recordatur.* Rursus, *Nonnulli illecebris sapientiæ, &c. sic oblectantur, &c. vt duplò plus temporis inediam facile sustineant, & vix tantum sex diebus expletis alimentum necessarium degustent.*

Q. Centur. 1. lib. 2. cap. 3. col. 18. lin. 33.

R. Reinoldus in collatione p. 488. sub fine.

S. Si enim Christiani fuerunt (vt Euseb. l. 2. cap. 16. & Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis) verbo Philo (putarunt) plane probant Monachismum iam inde ab Apostolorum temporibus viguisse, imo ab Apostolis institutum esse.

2. Psalm. 76. 11.
3. Numero 30. 3. 4.
4. Deuter. 32. 21.
5. Ecclesiast. 5. 3.
6. Psalm. 22. 25. & psal. 50. 14. & Isa. 19. 21.
7. Petrus Martyr de cælibatu & votis pag. 302. fine & 303. & ibid. pag. 304.

Votum ego ceremoniale antiqua legis praeceptum fuisse affirmo, & pag.52. ante med. ait, *consentaneum est, quando Christiana libertate fruimur, & sub euangelij gratia & luce vivamus, ritum caremoniamque vouendi omittendam esse, &c. Quare vt aliæ cæremoniæ, quæ variæ, ac multipliciter, ista & consimilia docebant, per Christum sublatæ sunt, ita & vouendi ratio, debet facessere, &c.* Fulco autem psalmo 76. 11. obuiare volens, ait: *Textus ille ad antiquum Testamentum pertinet.* In retentiua sua contra Motiua Briloi pag. 153. fine & Bullingerus in Decad. Anglice pag. 380. ait, *vota ad cæremonias Iudaicus pertinent*, & Zuinglius parte 1. in Ex plan. art. 30. fol. 69. b initio, *De votis vniuersum hoc dico, per Christum sunt abolita.*

quia facta sunt in ipso statu legis naturæ, ante Moysem, vt patet 8. exempla Iacob. Imo ab Esaia * prædicta sunt, in toto statu noui Testamenti futura. Secundo idem probatur prædictis Patrum 9. testimoniis vota asserentiũ. Tertio (vt alia multa omittam) quæ de nouo Testamento depromi possent, ipsa confessione plurimorum 10. Protestantium eruditorũ vota Christianorum licita esse constat. Hinc Hookerus ingenuè fatetur 11. *Solenne votum Ananiæ Deo factum esse, quo prædia sua in vsum Ecclesiæ donare tenebatur.* Licet Fulco & Vvilletus de 12. negent. Sic & Augustinus Marloretus 13. *Viduas illas de quibus loquitur S. Paulus, fidem suam Christo sponso dedisse agnoscit, & vltrò sibi aditum ad matrimonium præclusisse*, cui & plerique alij 14. Protestantes suffragantur.

Decimo

8. Gen. 28. *Tum Iacob votũ vouit, &c.*

* Isaiæ 19. 21. *In die illa sacrificia facient, & oblationes & vota vouent Domino, & reddẽ.* Quod autem hoc ad nouum Testamẽtum spectet, vide ibi vers.20 idque confitentur notæ marginales Bibliorũ Anglicè anno 1576. ibidem ad lit. u

9. Vide supra Tract. 1. sect. 3. initio.

10. Parkinsus in Catholico formato pag. 156. ait, *Nunc etiam per nouum testamentum nobis vouere licet, &c. huius generis sunt, vota illa, statis tẽporibus ieiunare, &c.* Christianis etiam vota licita esse affirmat Musculus in communibus de votis p.524. vt & Willettus in Synopsi pag.241. & Amandus Polanus partitionibus Theol. lib. 2.pag.394.& Danæus in primæ partis altera parte contra Bellarm. pag. 987. ait, *fas esse hominibus Christianis vouere quæ cum Dei voluntate consentiunt.*

11. Hookerus in politia Ecclesiastica lib.2.pag. 103. & Fentonus in Concione de Symonia impressa 1604. pag. 46. fine. *Quamvis ante liberum nobis esset redditibus Ecclesiasticis vt mere temporalibus vti, post vota tamen, eadem sumus conditione qua*

Ananias Act. 5. 2.&c.

12. Willettus in Synopsi pag. 245. ait, *Non legimus Ananiam votum aliquod emisisse,* &c. Et Fulco contra Test. Rehmense in Act. 5.fol. 191. a idem asserit & Petrus Martyr & cœlibatu & votis pag. 323. initio.

13. Mardorat. in Timotheum cap. 5. vers. 11.375. a

14. Antichristus seu Prognostica finis mundi pag. 148. 149. *Quod Lutherus hanc primam fidem de fide iustificante intelligit, & non de fide pudicitia, id plane coactum est, &c. Loquitur Apostolus de fide seu voto officij, &c. Quia autem Paulus vitio vertit, quod nubere postea voluerint, clarissimum est, hanc conditionem in voto intercessisse, &c.* Et Allisonus in confut. Brounismi pag. 71. idem de viduis asserit. Nempe quod coram Deo & Ecclesia cælibatum vouerant & ait: Bullingerum, Claudium, Guilielmum, & alios ita hunc locum exponere.

X.

Decimo de confessione peccatorũ [t] Petrus Gallatinus varia affert exempla, quibus probatur, in vsu fuisse apud antiquos [u] Iudæos, nec desunt testimonia, aut figuræ eiusdem in Leuitico. Cum enim pro peccatorum varietate varia ibi sacrificia assignentur, verbi gratia pro peccatis ex [x] ignorantia, & aliis [y] huiusmodi, quæ Sacerdotes [z] offerendo sacrificia [a] expiare debent. Quomodo fieri potuit, vt Sacerdos singula illa sacrificia præcepta iuxta peccatorum diuersitatem offerret, nisi reus peccata illa confiteretur? Quod inde etiam liquescet, quod expresse ibi scriptum sit: [b] *Confitebuntur peccatum suum.*

Vnde-

T. Gallatinus de arcanis Catholicæ veritatis l. 10. cap. 3.

V. In lib. Sãhedrim Hierosolimitano in capite quod Nigmar Haddin idest difinitum est iudicium: *Omnis confitens habet partem in sæculo futuro, sic enim Achan reperimus, quod dixit ei Iehosuas, fili mi, da obsecro honorem Domino Deo Israel, & da confessionem, & indica mihi quæso quid feceris, nec cœles à me, &c.* Et in libro Ioma habetur, dixit Rabbi Hurma, *Omnis qui transgressione transgressus est, necesse est, vt singillatim exprimat peccatum, &c.*

X. Leuitic. 2. 3. &c.

Y. Leuit. 5.1.4.17. & ibid. 6.5. & numer. 5.7.

Z. Leuit. 4. 3.

A. Leuit 4. 20. & 5. 6. 13. & 6.7.

B. Leuit. 5. 6. & numerorum 5.7.

* Fulco

XI.

Vndecimo de oblatione panis, & vini per Melchisedech (* quod negant aduersarij) & quod per illud factum noui Testamenti sacrificium præfigurabatur, Rabbi Samuel sic ait, c *Melchisedech Sacerdotis officium annunciauit, panem enim vinum Deo sancto, & benedicto sacrificauit.* Et Rabbi Phinees ait: d *Tempore Messiæ, omnia sacrificia cessabunt, sacrificium autem panis, & vini non cessabit, &c.* Sicut scriptum est psal. 110. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et Rabbi Moyses Hardarsan de Melchisedech ait, e *Dum panem & vinum protulit, ostendit se Sacerdotij officium docere, nempe panem, & vinum sacrificare, & hoc est quod legitur in Psalmis, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Hoc tam clare patet in antiquis Rabbinis, vt Theodorus Bibliander, celebris authour Protestans, * hoc confiteatur. Imo Patres antiqui primitiuæ Ecclesiæ, vt ipsi aduersarij 2. agnoscunt, *sacrificium Melchisedech crediderunt.* Vnde & 3. Andreas Crastouius, 4. doctus Caluinista, vna nobiscum, sacrificium illud contra alios fratres suos Protestantes asserere, ac defendere non dubitauit.

Duode-

* Fulco contra Testamentum Rhemense in Hæb.7. sect.8. fol.406. a initio, *Panis ille & vinum Melchisedech, non ad officium suum Sacerdotale pertinebat nec illa Deo obtulit.* Et Vvillettus Synopsi pag. 478. ante med. & versus finem. Idem asserit Vvhitakerus in responsione ad Reinoldum, &c. p. 67. *Melchisedech non aliquo suo sacrificio Christi sacrificium, aut Sacerdotium præfigurauit.*

C. Rabbi Samuel in Beresit Rabba ad cap. 14. Gen.

D. Rabbi Phinees ibid. in cap. 28. numer.

E. Rabbi Moyses Hardarsam in Bereschit Rabba ad cap.14. Gen.

* Theodorus Bibliander de sanctissima Trinitate lib.2. pag. 89. ait: *Erat apud veteres Hebræos dogma receptissimum, aduentu Messiæ benedicti cessatura omnia lethalia sacrificia, tantumque celebrandum sacrificium Thodagratiarum actionis, &c. & illud peragendum pane, & vino, sicut Melchisedech Rex Salem & Sacerdos, &c. panem & vinum protulit.*

Bullingerus præfatione ad conciones super Apoc. post med. eum appellat Dominum Theodor. Bibliandrũ Theologiæ doctorem in Academia Tigurina.

2. *Fulco contra Heskinsum pag.99. post med. fateor equidem, plerosque antiquos Patres, in ea fuisse sententia, quod panis & vinum, quæ Melchisedech protulit, ab eo in sacrificium oblata sint, & quod figura Eucharistiæ fuerint, quod illi impropriè sacrificium vocăt.* Vide vt Patres sugillet idem Fulco contra Testamentum Rhemense in cap.7. ad Hebræos sect.8. fol. 405. fine & Vvhitakerus contra Duræum pag. 818. & 819. & idem Fulco contra Heskinum pag. 100. circa med. *fatetur Patres existimasse Melchisedech illo facto suo Christi Sacerdotium præfigurasse.* Et Caluin. in omnes Pauli epistolas in Hæbr. cap.7. versu9. pag. 924. b circa med. ait; *Quo magis tot veteres Ecclesiæ Doctores hanc opinione occupatos fuisse miror, vt in oblatione panis, & vini, insisterunt, sic autem loquuntur, Christus Sacerdos & secundum ordinem Melchisedech: antiqui panem & vinum Melchisedech obtulit, ergo panis & vini sacrificium Sacerdotia Christi conuenit.*

3. Crastouius de Opificio Missæ contra Bellarminum l.1. pag. 28. sect. 66. de hac re ait; *Consensum & interpretationis Harmoniam Christianis Pastoribus abycere non licet, idque cum propter Apostolici sæculi vicinitatem, tum propter singulorem omniam cōcordiam, quæ in omnibus locis habetur, &c. omnium veluti conspiratione oblatio Melchisedech proponitur, vt non tantum Abrahæ militibus, sed etiam Deo, incrementum sacrificium oblatum videatur, &c.* His accedit Iuellus in replic. pag. 7. initio.

4. Sutcliffus Missa Papist. l.4.c.16. fine fol.161.a *Crastouius vir pius & duobus, &c.*

XII.

Duodecimo publicum Ecclesiæ in aduentu Messiæ sacrificium, illud ipsum quo nunc vtimur, ex antiquis Iudæis, qui ante Christum vixerant, tam aperte ostenditur, vt illud non tam futurum prædixisse (vti de vno eorum dixit g Galatinus) *quam Euangelistarum more præteritũ retulisse videantur.* Hinc illud R. Cahana, h *Sacrificium vini quod offertur, non modo in substanstantiam sanguinis Messiæ conuertetur: Verum etiam in substantiam corporis eius.* Item *Sacrificium panis quod erit, licet vt lac album sit, in substantiam corporis Christi conuertetur.* Et illius Rabbi Iudæ i *Panis cum sacrificatus fuerit, à substantia panis, in substantiam Corporis Messiæ conuertetur, qui de cælo descendet, & ipsemet sacrificium erit.* Et Rabbi Symeon k *Sacrificium quod post Messiæ aduentum offerent Sacerdotes, &c. ex pane & vino conficient, &c & Sacrificabitur, in corpus Messiæ conuertetur.* Rabbi Ba-

G. Gallatinus de arcanis Catholicæ veritatis lib. 1. cap.3. circa med. Aliquos horum Rabbinorum, tanquam propheticos citat Parkes. contra Vvillett. pag.50.

H. Rabbi Cahana ad cap. 49. Genes. vers. 11.

I. Rabbi Iudas in cap.25. Exod.

K. Symeon filius Iohæ libro qui inscribitur *Reuelatio secretorum.*

achias docet [l] *quod in aduentu Messiæ cibus de cæ-*
venies in modum placentæ, Sic religiosi illi, &
ntiqui Iudæi, qui ante Christi aduentum vi-
erunt, speciali Spiritusancti instinctu, de
acrificiis Ecclesiæ prædixerunt, & scripserũt.
Quibus plurima alia non minus clara addi [m]
oossent, quæ vna cum istis iam dictis Petrus [n]
Galatinus refert, (illa autẽ Vvhitakerus [o] de-
adit potius, quam iisdem respondet) Quæ
uidem æque valide, corporis Christi præsen-
am & eiusdem sacrificiũ in Eucharistia pro-
ant (licet eorum authores in aliis † erraue-
nt) atque oracula illa Sibillarũ, quæ * Chri-
iani omnes probant, ac citant, Christi Do-
ini incarnationem commostrent, licet va-
s illæ plurimis aliis erroribus * obcæcatæ
erint. Cum enim solus Deus sit futurorum
æscius, Dæmones futura prędicere nequeũt,
si ea solum quæ à causis secundis præteritis,
el futuris necessario dependent, in quibus
o sua singulari perspicacitate, & experiẽtia,
iiusmodi euẽtus futuros præuidẽt. Ad quod
ẽtiæ genus prędicta dogmata catholica, de
reali

L. Barachias in Ecclesiasticum.
M. Rabbi Ionathas in libro collectionum in psal. 72. ait: *Ille est Messias, de quo loquitur totus psalmus:* Cum ergo ait, *& erit placenta frumenti in terra in capite montium, vult dicere, quod placenta panis fiet sacrificiũ in capitibus Sacerdotum, qui sunt in Ecclesia.* Et Rabbi Moyses Hadarsin in psal. 136. ait, *Gustate, & videte quoniam bonus est Deus, quia panis quem dat omnibus, ipse est caro eius, & dum gustatur panis, conuertitur in carnem, &c.*
N. Vide hæc testimonia prædicta, & pleraq; alia ex Rabbinis collecta per
;rum Galatinum de arcanis Catholicę veritatis libro. 10. cap. 5. 6. & 7.
rosque ex antiquis Rabbinis quos hic citat Galatinus, ad alia dogmata con-
nanda citat Parkesius contra Vvillettum & ministri quibus silentium
positum est, in defensionem earum rationum quas afferunt cur subscribe-
oluerunt. impress. 1607. pag. 188. & Philippus Mornæus lib. de veritate
ristianæ religionis, &c. Anglice 1592. pag. 434. 436. 446. 448. 453. 457. 460.
. 477. 483. 484. 487. 488. 498. Et Paulus Fagius vt sup. subdiuis. 6. ad c
Cum enim Duræus hæc Hebr. testimonia vrgeat, Vvhitakerus dũ respon-
: parat (lib. 9. contra Duræũ pag. 818. circa med.) nec confitetur nec negat, sed
lia se diuertit: *Tuum* (inquit) *in hac causa Petrum Galatinũ minime profecto deside-*
usnec Hebræorum testimoniis illis indigemus. Hæc autem quid ad rem?
Vide orationem Constantini in cap. 28. apud Euseb. S. August. contra Fau-

stum Manichæum lib.13.cap.15. quod & Reinoldus in collatione pag. 527. fine in simili casu recte obseruauit. *Si Sybilla, Orphæus, & Hermes. & alij seu Prophetæ & vates, seu sapientes & Philosophi Gentilium, vera de Deo dixerint, hoc valet, non vt eorum authoritatem sequamur, sed vt gentes per eas conuincamus.*

* Ea citat Aug. de ciuitate Dei lib.18.cap.23. Constantinus oratione supradicta cap.19. Iust. Martyr in sermone ad gẽtes prope finem. Lactantius lib.4.c.18. & Schelcto in lib. qui inscribitur de secundo Christi aduentu 1589. pag. 4. & 12.

* Esaiæ 41.23.

reali Christi præsentia, & Sacrificio, nullo modo reduci possũt, quia nulla causa naturali prę terita, vel præsenti, nisi immediata, & sola sancta Dei voluntate producũtur. Hinc fit, vt illa antiquorũ Iudæorũ attestatio Catholicæ nostræ doctrinæ facta, de reali Christi præsentia in Eucharistia, & sacrificio, veritatis eiusdẽ optimũ sit argumentũ, cum non aliundè, quam à Spiritu sancto, talium secretorum solo reuelatore, cognitio eorum profecta videatur.

XIII.

Decimotertio de vno visibili capite, & summo Sacerdote, aduersarij nostri Puritani (vt 1 Hookerum taceam) asserunt, & agnoscunt 2 *Quod summus Pontifex Iudæorũ fuit typice, & in figura, supremum caput totius* Ecclesiæ Catholicæ, *quæ licet visibilis fuerit* (inquiunt illi) *in sola prouincia & gente Iudæorum, omnes tamen aliæ* Gentes *& nationes, exemplo Aethiopum in Actis Apostolorum, ei suberant, eiusque potestatem agnoscebant. Non fuit ergo vnius tantum Prouinciæ Metropolitanus, sed reuera Oecumenicus, & vniuersalis totius orbis Episcopus, &c.* Hinc est, quod illius primatum 3. papali plane similem esse dicant.

XIIII.

Decimoquarto & vltimo (neq. enim omnia cõmemoranda sunt) ad controuersias dirimẽ-

das

1. Vide Hookerum in Ecclesiastica politica l.5. pag. 235. initio.

2. Tractatu qui inscribitur Puritanismus Anglicanus, &c. impresso anno 1605. in octauo pag.16.

3. *Ibidem immediate sic habetur. Itaque Papa Romanus, qui solus sibi vendicat & possidet, similem primatum vniuersalem, melius ex verbo Dei testimonium habet, quam quilibet Metropolitanus seu Diœcesanus ab illo non dependens: Ergo iuxta Dei verbum vel nullus admittẽdus est Metropolit.*

& Diocesanus, vel certe pari iure etiam Papa stabiliendus est. Sic etiam Cartvvrighus in Apologia Vvhitgifti &c. pag. 428. asserit, *summum Pontificem Iudæorum supra totam Ecclesiam fuisse ante Christi aduentum. Quare si eius exemplo Archiepiscopus statuendus sit, talis esse debet, qui totam Ecclesiam gubernet.*

las non scripturam solam, sed vnum quendam visibilem ac viuum Iudicem agnouerũt Iudæi & adhibuerunt. Constat hoc lege illa Deuter. *qua sancitur, vt cum* § *difficile populo & ambiguum iudicium fuerit, ascendant ad locum quem elegit Dominus, veniatque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem, qui illo tempore fuerit quærentque ab eo Iudicij sententiam, & facient quodcumque dixerit, nec declinantes ad dexteram, nec ad sinistram. De quo etiam scribitur,* * *Qui superbiens noluerit obedire Sacerdotis imperio, decreto iudicis morte moriatur homo ille.* Quod vero controuersia huius semel iudicio definita, non poterat amplius sub prætextu appellandi scripturas, in quæstionem venire: sed quod sententia eius finalis fuerit & definitiua, tam in causis Ecclesiasticis, quam ciuilibus, & per se patet, & est à Reinoldo, Vvhitakero, Bilsono p concessum.

§. Deuteron. 17. 8. 9. 11.

* Deuteron. 17. 11.

p. Ioannes Reinoldus in collatione pag. 251. circa medium ait, *Lex illa Deuteronomij 17. lata est, ad tribunal quoddam supremi iudicis statuendum, in quo causæ omnes difficiliores, tam Ecclesiasticæ, quam ciuiles dis-*

Cum igitur non sola scriptura (quam etiam Iudæi olim habuerunt) verum etiam visibilis aliquis iudex, à Deo constitutus sit, ad controuersias dirimendas, cumque necessitas controuersias finiendi, nunc æque magna sit, ac tempore veteris Testamenti erat, (nam & Religionis dubia plura suborta sunt, & errandi periculum maius) quis vnquam dixerit,

cernerentur, idque sine spe ad aliud forum appellandi. Vvhitakerus autem de sacra scriptura pag. 466. prope finem ait, *Respondeo verba ista (loquitur autem de loco illo Deuteronomij) intelligenda esse &c. de authoritate tantum definiendi difficiles lites & controuersias siue Ecclesiasticas, per ministrum, siue politicas & forenses per magistratum, vt esset semper in vtroque foro iudex aliquis, à quo prouocare non licet: alioquin enim nullus fuisset litigandi finis.* Et vide ibid. pag. 470. paulo post medium. Et Bilsonus in libro cui titulus Regimen perpetuum Christi Ecclesiæ pag. 20. post medium de eodem textu ait, *Moysen eo loco grauiores quasi causas tam sacras, quam ciuiles intellexisse, nec sententiam ex lege illa latam, quenquam sub pœna capitis recusare, potuisse.* Idem asserit Hookerus in præfatione præfixa libris suis de politia Ecclesiastica pag. 26. fine & 27. & 28. fine.

dixerit, nouum Testamentum quod in [q] *melioribus promissis stabilitum est*, hoc priuilegio carere? Inde enim sequeretur, politiam Ecclesiasticam Moysis, Hierarchiæ Christi anteponendam esse. Hoc absurdum in re non adeo magna, vrgent [r] Puritani contra Protestantes.

Cum igitur tot dogmata Catholica, nobis cum antiquis illis Iudæis communia sint, certo argumento est, religionem nostram non nouam, aut nuper inuentam, sed antiquam & plane Apostolicam esse, cum præsertim (vt iam supra [s] probatum est) Romana Ecclesia, ipsis Apostolorum temporibus, ad fidem conuersa, nunquam ab eo tempore religionem mutauerit.

Quemad-

Q. Hebr. 8. 6.

R. Penry in petitione sua exhibita Parliamento pag. 21. fine ait, *Genus illud regiminis, quod Christum Dominum, ac seruatorem Moysi subiicit, impium est, sacrilegum, iniustum, verbo Dei contrarium, &c.* Vide eundem ibid. pag. 22. & 23. & expende occasionem & vim rationis eius, & facile perspicies, multo magis in hoc casu valere, quam in eo ob quem ibi affertur, & vrgetur.

S. Vide supra tract. 1. sect. 7. & 8.

QVOD VALIDVM ARGVMENTVM *veræ Religionis à veris miraculis desumi possit, & quod fides prædicta, ad quam Angli conuersi fuerunt, veris miraculis confirmata fuerit.*

SECTIO QVINTA.

QVemadmodum primis illis temporibus, & quasi Ecclesiæ incunabulis, Christus Dominus doctrinæ Apostolicæ veritatem certissimis miraculis comprobauit, quæ tanquam a *signa essent Apostolatus*, sicut & Euangelista refert b *Dominum sermonem confirmasse sequentibus signis*: sic cum potestas hæc miracula patrandi, vel ipsorum aduersariorum iudicio non cessauerit, sed semper in Ecclesia c lucere debeat, (par est enim eius necessitas * temporibus succedentibus ad Infideles conuertendos, qui scripturas contemnentes nihil morantur miracula inibi recensita) Saluator noster fidem nostram tunc ab Augustino traditam ingenti miraculorum splendore ac numero collustrauit.

A. 2. Cor. 12. 12.

B. Marc. 16. 20.

C. Cum Christus dicat Ioanni 14. 12. *Qui in me credit, opera quæ ego facio, faciet & maiora horum faciet.* Vbi annotatio marginalis Bibliorum Anglic. impress. anno 1576. sic habet, *Hoc ad totam Ecclesiam referendum est, in qua potestas hæc semper relucebit.*

Eusebius histor. lib. 5. cap. 7. citat Irenæum hæc inter cætera referentem, *Quidam enim dæmones pro certo, & vere eijciunt &c. Nonnulli rerum futurarum præsentia, diuina visione, & prædictione prophetica imbuuntur. Alij eos qui grauibus morbis afflictantur, per manuum impositionem curant, &c. Iam vero vt diximus mortui resuscitati sunt, & multos annos post, apud nos commorati. Quid plura? Dona sane ne dicendo quidem enumerari poterunt, quæ Deus Ecclesia per vniuersum mundum diffusa, do-*

nauerit, quibusque illa in nomine Iesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, in dies singulos multa miracula ad Gentium vtilitatem efficit, &c Vide Irenæum lib. cap. 58. versus finem: & sanctus Augustinus de ciuitate Dei lib. 22. cap. 8. initio ait, *Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quæ prædicatis facta esse, non fiunt? Possem quidem dicere necessaria quidem fuisse priusquam crederet mundus, ad hoc vt crederet mundus.* Et paulo post, *Nam etiam nunc fiunt in nomine eius, &c.* Et Luther. Tom. 7. Vvittembergæ lib. de Iudæis fol. 209. b. ait, *Nunc autem per hos 1500. annos audierunt (Iudæi) esse verbum Dei, viderunt maxima signa, & mirabilia, & contra fremuerunt.* Et ibidem fol. 210. b. ante medium addit, *A Deo didicimus & accepimus, vt æternum verbum, veritatem Dei hactenus miraculis, & signis mille quingentis annis confessam, & confirmatam.*

uit. Quæ quidem non talia erant, qualia Antichristus seu diabolus vi naturæ, vel causarum secundarum concursu efficere potest, id est, [d] *signa mendacia* de quibus præmonet Apostolus, sed miracula omnem naturæ virtutem superantia, & à Deo immediatè facta, quæ vel ipsorum eruditorum Protestantium calculo, [e] semper vera sunt, nec fallere possunt.

D. Thessal. 2. 9.

Cuius generis licet aliqua interdum ab impiis fiant, (vt scriptura [f] monet, & [g] fatetur Danæus) & Seruator noster dederit virtutem duodecim Apostolis, expellendi [h] immundos Spiritus, & morborum genera curandi, etiam tunc cum ipse [i] Iudas vnus è duodecim esset: nihilominus miracula illa vera sunt, quæ à talibus fiunt, & certa testimonia veritatis, & pro talibus passim in sacris literis [k] agnoscuntur, &

E. Vrsinus in comment. cathec. pag. 21. fine ait: *Etsi Ethnicorum nonnulla miracula commemorantur, ac de Antichristo & Pseudo-prophetis dictum est, edituros esse signa &c. tamen ea, neque numero, neque magnitudine paria sunt miraculis Ecclesiæ &c. Primum enim ea hominum vel diabolorum fraudibus possunt effici, &c. miracula vero quibus Deus Ecclesiam ornauit, opera sunt præter, aut contra naturæ & causarum secundarum ordinem, ac proinde non nisi diuina potentia facta.* Simile habet Zanchius in D. Pauli epistolas ad Philippenses, Colossenses, & Thessal. pag. 241. & 242. initio, Piscator in Anal. super epist. Pauli pag. 470 paulo ante med. Danæus in Isagoges Christianæ parte 4. pag. 43. initio, 46. fine & 47. initio & alii plerique Protestantes.

F. Matth. 7. 22.

G. Danæus in Isagoge Christiana parte 4. pag. 48. initio ait, *Ad eos qui donum miracu-*

miraculorum duntaxat à Deo acceperunt absque dono regenerationis, pertinet, quod ait Christus, Multi dicent mihi in die illo, Domine nonne per nomen tuum prophetauimus, & dæmonia eiecimus, &c. Idem habet Siguartus in 25. disput. Theolog. &c. pag. 164. sect. 12. & 13.
H. Matth. 10. 1.
I. Matth. 10. 4.
K. Exod. 8. 19. 3. Reg. 17. 24. & 3. Reg. 18. 39. & 4. Reg. 5. 15. & Matth. 27. 54. & Matth. 14. 25. 33. & Ioan. 2. 23. & 3. 2. & 4. 53. & 9. 30. & 11. 45. & Act. 4. 14. 16. & 9. 35.

l & vrgentur, imo Christo Domino m *maius testimonium perhibuisse dicuntur*, quam ipse sanctus Ioannes Baptista.

Hinc est quod historiæ fide dignæ, tam † sæculorum omnium præteritorum, quam huius nostri * præsentis, plenæ sunt exemplis verorum, ac certorum miraculorum, quæ Deus in Gentium infidelium conuersione ostendit. Inter cæteras autem, Gentis nostræ ad fidem quam profitemur Catholicam per Augustinum conuersio, † non infimum locum tenet, quæ etiam certissimis miraculis tunc confirmata est, non nuper fictis, sed à fide dignissimis illorum temporum authoribus, tam credibiliter relatis, vt etiam nunc pro certis, ac veris ab ipsis * Protestantibus

L. Miracula vrgentur vt optima veritatis testimonia Exod. 7. 17. & 16. 12. Num. 16. 28. & Iosue 3. 10. 16. & 3. Regum 13. 3. 5. & 18. 24. 38. & 20. 23. 28. & 4. Reg 20. 8. 9. 10. & Matth. 9. 6. & Marc. 2. 10. Ioan. 14. 11. & 15. 24. & 20. 30. 31.

M. Ioan. 5. 36.

† Zozomenus hist. lib. 7. cap. 26. post medium ait, *Nec solus Petrus Apostolus mortuum suscitauit, sed & Ioannes Euangelista Ephesi, & Philippi filia Hieropoli, & eadem à multis tum veteribus, tum nostri temporis pijs viris esse gesta reperies.* Vide Euseb. lib. 5. hist. cap. 7. post med. qui citatur supra sect. 5. ad * & sanctus Augustinus de ciuitate Dei lib. 22. cap. 8. multa illius temporis miracula recitat, sicut & cæteri Patres sui quisque sæculi miracula commemorant.

* In libro qui inscribitur, *Narratio regni Congo Prouinciæ Africæ* ab Abrahamo Hartvvello famulo Superintendentis Cantuariensis edita, & impressa anno 1587. per Odoardum Lopes, & de eiusdem ad fidem Christianam conuersione li. 2. c. 2. & de magnis miniméque dubiis miraculis, spectante ingenti exercitu factis lib. 2. cap. 3. Agnoscit autem idem Hartvvellus in epist. ad lectorem post

med. *Conuersionem illius Gentis factam esse per Sacerdotes Missam celebrantes secundum vsum Romanum. Hoc autem (inquiunt illi) quod in gloriam Dei cedit, an tacebimus, & silentio prateribimus quia à Sacerdotibus Papisticis & more Papistico factum est? Absit*: Sed & Ioannis Poryus nuper Collegij Caij & Gonuillij studiosus Cantabrigiensis, in historia Geographica Africæ, quam edidit anno 1600. pag. 410. versus finem, eadem miracula recensét, & agnoscit, & pag. 413. initio Hartwellum ab illo libro edito laudat. Constat etiam ex libro cui titulus Rerum in oriente gestarum commentarius fol.2. Franciscum Xauerium Vlissipone profectum esse in Indiam Orientalem, anno 1541. ad Gentes illas conuertendas, & pag. 36. Regem Portugaliæ auditis quæ tum fiebant miraculis, in mandatis dedisse, vices suas ibi gerenti, literis suis datis in Aprili anno 1556. vt de ijs inquireret, adhibitis ad id idoneis hominibus iureiurando astrictis se vera relaturos. Quod cum factum fuisset, vt ex publico eorum testimonio constat fol. 8. b. Xauerius in testimonium fidei, quam prædicauit, & docuit, *mutos, claudos, surdos, imo & verbo suo ægrotos curasse; & fol. 9. a. plerosque mortuos suscitasse, inuentus est*. Et post mortem, quæ accidit, fol. 14. a. anno 1552. aperto sepulchro in quo corpus eius ad tempus iacuerat, vt ossa eius Goam transferrentur, fol. 14. b. *Illud non modo incorruptum, sed & suaui odore fragrans repertum est*. Quod quidem Gooam transtulerunt, & ibi in Ecclesia D. Pauli collocarunt, vbi (inquit author ille) etiam hodie *incorruptum & integrum* manet. *Huius rei testes (inquit) inuoco illius vrbis ciues & peregrinos, qui illuc vndique confluunt*. Historia hæc Vvhitakero tam fit verisimilis, vt eam negare non sit ausus, qui lib. de Ecclesia contra Bellarm. pag. 353 ait, *Ne putet* (Bellarminus) *me omnino hæc miracula contemnere, Respondeo, fieri posse vt in regno Pontificio fuerint huiusmodi miracula, & nunc sint*; & pag. 354. post med. ait, *Potuit diabolus ad tempus Xauerij corpus seruare incorruptum, & suauiter olens*. Non igitur illa miracula negat, sed temere nimis ne dicam impie, in diabolum, tanquam authorem refert. Quanto rectius Richardus Hackluithus concionator, in libro qui inscribitur Nauigationes celebriores, &c. impresso anno 1599. in secunda parte voluminis 2. pag. 88. initio, vbi huius pij viri (*Xauerij*) *virtutes & mirabiles res gestas, cum laude commemorat.*

bus habeantur. Sed & venerabilis Beda, & Chronica nostra testantur [n] sanctum Augustinum in doctrinæ suæ attestationem cæco lumen miraculose restituisse. Quod quidem miraculum [o] Hemnigius Protestans pro vero agnoscit, & [p] Britones Christiani qui intererant, magna cum admiratione suspexerunt. Sed

† Vide supra sect. 1. ad d. c.

N. Beda hist. libro 2. cap. 2. ante medium, ait, *Allatus est quidam de genere Anglorum, oculorum luce priuatus, &c. Tandem Augustinus iusta necessitate compulsus, flectit genua sua Deum deprecans, vt visum cæco quem amiserat restitueret, & per illuminationem vnius hominis corporalem, in plurimorum cordibus fidelium spiritualis gratiæ lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cæcus, ac verus summæ lucis præ-*

co, ab omnibus prædicatur Augustinus. Tunc Britones confitentur, intellexisse se, veram esse viam iustitiæ, quam prædicaret Augustinus. Vide chron. Holinshedi vltimæ editionis volumine primo lib. 5. cap. 21. pag. 102. b. lin. 51.

O. Hemnigius in expositione Psalmi 84. Anglice parte prima cap. 6.

P. Beda & Hollinshedus vbi supra.

Sed & venerabilis Beda, & plerique authores protestantes, Augustinum Regi Ethelberto Catholicam religionem q multorum miraculorum ostensione persuasisse, referunt. Quæ illo quidem tempore, tam nota facta sunt, vt in sepulchri eius * epitaphio (teste Beda) scriptum sit, *quod à Deo miraculorum operatione suffultus fuerit.* r Et sanctus Gregorius, non solum hæc miracula asserit, verum etiam f literis suis anno Domini 602. *ad sanctum Augustinum datis, expresse scripsit, de miraculis ab eo patratis* t *serio monens, ne in ijs glorietur, sed potius cogitet, Deum hoc illi donum ob eorum bonum, ad quos missus est, concessisse,* &c. Vnde & Foxius, & Goodvvinus vterque protestans, & doctus, nonnulla miracula, quæ u S. *Augustinus Dei virtute operatus est*, agnoscunt & recensent. Et sanctus Beda, Foxius, & Holinshedus nominatim referunt, illam miraculosam plane x conuersionem Edvvini Regis Northumbrorum, quæ 26. annis post Augustini

Q. Beda hist. lib. 1. cap. 16. de Rege illo ait, *Miraculorum multorum ostensione credens baptizatus est.* Consonat Holinshedus vbi supra pag. 100. b. lin. 60. & Foxius in Actis & monumentis impressis 1576. pag. 117. a. prope finem.

* Beda hist. lib. 2. cap. 3. fine. Vide Annales Stoi Superintendenti Cantuar. dicatas impressos anno 1592. pag. 66. fine.

R. Beda hist. lib. 2. cap. 1. versus finem ait, *Quibus verbis beatus Gregorius declarat, quod sanctus Augustinus & socij eius cœlestium ostensione signorum, Gentem Anglorum ad cognitionem veritatis perducebant.* Et ipse sanctus Gregorius lib. 7. epist. 30. indict. 1. de eo ad Eulogium Archiepiscopum Alexandrinum hæc scribit; *Cum gens Anglorum in mundi angulo posita, in cultu lignorum, & lapidum perfidia, nunc vsque remaneret, ex vestræ mihi orationis adiutorio, placuit, vt ad eam monasterij mei monachum in prædicationem transmittere, Deo authore debuissem: qui data à me licentia à Germaniarum Episcopis, Episcopus factus, cum eorum quoque solatiis, ad prædictam Gentem in finem mundi perductus est, & iam nunc de eius salute & opere, ad nos scripta peruenerunt, quia tantis miraculis, vel ipse, vel hi, qui cum eo transmissi sunt, in gente eadem corrus-*

cant, vt Apostolorum virtutes, in signis, quæ exhibent, imitari videantur. In solennitate autem Dominicæ Natiuitatis, quæ hac prima indictione transacta est, plus quam decem millia Angli ab eo nunciati sunt baptizati.

S. Holinshedus vbi supra pag.. 192. a lin.25.

T. Extant hæ literæ apud ven. Bedam hist. lib.1. cap. 31. de quibus Holinshedus vbi supra pag.102. a lin.10 11. &c.

V. Foxius in actis suis & monum. impressis 1576. a prope finem p.17. & Goodvvinus in catal. Episcoporum Angliæ pag. 4. fine.

X. Beda hist. lib.2. cap.12. post med. & Foxius in actis & monumentis impressis 1576. pag.121. b. post med. 122. a. & Holinshedus in magno chron. vlt. editionis volumine 1. pag.108. b. initio, & 109. a. lin.29. 30. &c.

gustini in Angliam aduentum contigit, quam & Foxius in illo suo verorum miraculorum catalogo reponit. His addi poterunt illa tot ac 2. tanta miracula, per S. Malachiam, & S. Bernardum (vt alios interim omittamus) facta, qui ambo illustres erant, fidei, quam & nos nunc profitemur, 3. præcones.

Y. Foxius in tabula alphabetica præfixa actis & monumentis impress. anno 1576. verbo miraculum.

2. De Malachiæ miraculis, ne singula recenseam, locuples est testes ipse S. Bernardus, eius coætaneus, qui & eo familiariter vsus est. Hic vero sic ait, in vita Malachiæ: quem librum citant & agnoscant centuriatores cent. 12. col. 1633. lin. 59. *In quo genere veterorum miraculorum non excelluit Malachias? Non illi Prophetia deerat, non reuelatio, non gratia sanitatum. Denique nec mortuorum suscitatio.* Vide plura apud Centuriatores cent. 12. col. 1597. linea 43. Similia de S. Bernardo referuntur per Godfridum discipulum eius, & alios authores illius temporis, qui vitam illius scripserunt, eaque adeo certa, vt Osiander in epit. cent. 12. pag. 310. post med. ea non neget, sed de ijs dicat, *partim permissione Dei præstigiis Satanis effecta existimo, non quod seruandum magnam fuisse putem, sed quod verisimile sit Satanam, talia miracula effecisse &c. ad confirmationem Idololatriæ, & falsorum cultuum.* Ergone S. Bernardum Protestantem fuisse persuadere vult iste? De miraculis autem Malachiæ, vide Centuriat. centur. 12. col. 1594. lin. 30. & vide Bernardi miracula infra tract. 2. c. 3. sect. 7. subd. 3. ad p. q. r.

3. Quod ad S. Malachiæ fidem attinet, sic Osiand. cent. 11. p. 315. post med. *Malachias Archiepisc. in Hibern. ab ineunte ætate literis & religioni addictus, tandē inuitus & diu admodū coactus Archiepiscopatum Hiberniæ assumpsit, S. Bernardo admodum familiaris fuit, eius monachatum admiratus, & imitatus est, superstitiones Pontificias amplexus, Romanum Pontificem pro Deo coluit. Tribuūtur illi admodum plurima miracula, &c.* Et vide ib p. 256. post med. Et S. Bernardus in vita Malachiæ ait, *eum Papæ legatum fuisse.* De S. autem Bernardo Vvhitakerus in prælect. de Ecclesia contra Bellarm. p. 369. paulo post med. ait, *Bernardum vere sanctum fuisse puto.* Abbas fuit Claræ vallensis, teste Symone de Voion in catal. &c. pag. 126. Primatum autem Papæ tam diserte agnoscit (qua de re vide librum eius 2. de considerat. ad Eu-

In

genium,& l.3.cap. 8.& epist. 125.& 131.& 190. ad Innocentium (vt ob illã causã eum reprehendat Fulco, contra Testamentum Rhemense in Luc. 22. sect. 11.fol.133. b. post initium, & Vvhitakerus lib.2. contra Duræum pag. 154. ante med. Et tam citra controuersiam Catholicus Rom. fuit, vt Gomerus in speculo Ecclesiæ pag 23. versus finem eum nostrum fuisse asserat, *Bernardus (inquit) S. Vester:* & Vvhitaker.in respons.ad rat. Campian.rat.7.p.105.ante med. ait, *Bernard.quem Eccles. vestra multis annis vnum tulit pium virum &c.*& Centur. cent.12. c.10. *de eo dicunt: Coluit Deum Maozim ad nouissimum vitæ suæ articulũ, acerrimus fuit propugnator sedis Antichristi,&c.* Et Lutherani in lib. Germanico quo causas recusati *Concilij Tridentini reddunt* fol. 257. *Sanctum Bernardum scriptorem impudentem nominant, Papam in Idolum efferentem, honoris Dei corruptorem, & Antichristi præconem.* Denique tam Bernardum, quam Malachiã, Catholicopapistas, fuisse, ex eo satis probatur quod ambo eorum anno 1140. vixerint, cum fides quã profitemur catholica, maxime vigeret. Hoc agnoscit Iuellus in defensione Apologiæ anno 1571. pag. 557. paulo post med. dum ait: *Sanctus Bernardus in medio turbarum Papæ, & tyrannidis eius vixit.* Cum igitur neuter horum, à communi illius temporis doctrina dissensisse reperiatur, sed ambo in summo apud Pontificem Romanum honore fuerint, cum alter legatus eius, alter Abbas creatus sit, & per omnia communi illius temporis fidei consenserint, Immerito aduersarij Sanctum Bernardum inter suos numerant, ea solum ratione moti, quod prauos cleri temporis illius mores, acri quodam Zelo sugillauerit.

QVOD PRISCI REGES ANGLIÆ quotquot ante Maiestatem vestram regnarunt, in fide Catholica Romana vixerint, & mortui sint, quam & ipsi Protestantes ad salutem sufficere agnoscunt.

SECTIO SEXTA.

IN hac fide sic propagata, & conseruata, Heroes illi Maiestatis vestræ Maiores, Reges (inquam) & Reginæ Regni Angliæ Domini, per tot sæculorum decursum vixerunt, & Deo chari, mundoque celebres defuncti sunt: Hanc fidem profitens obiit Maiestatis vestræ mater charissima, cuius memoria in benedictione est, ob fortitudinẽ Christianã in hora mortis ostensam, plane admirabilis. Quæ quidem pro Catholica celebrabatur ab ipso Concionatore Protestãte, in Oratione funebri de eadem habita, vnde & eundem Concionatorem Puritani contumeliose traduxerunt, eo quod (vt verbis ipsorum vtar) z *dum concionem haberet Petroburgi, die secundo Augusti anno* 1587. *in exequiis cuiusdem, quæ se moriens Catholicã professa est (fuit hæc serenissima Regina Scotiæ) orauerit, vt anima sua & animæ omnium præsentium, cum defunctæ Papistæ anima requiescerent.*

z. Martinus Prælato Mastix in epist. in partibus transmarinis impressa, &c. pag. 50.

Ob hanc fidé nobis traditam, docti aduersarij nostri Gregorium, & Augustinum meritis vno ore laudibus [a] celebrarunt, & ob eá causam honorificos eis titulos detulerunt [b] Augustino quidem [c] *Apostoli nostri*, sancto autem Gregorio [d] *beati & sancti Patris nostri.* Huic denique fidei, Protestantes omnes sobrius sapientes, testimonium perhibent, & eiusdem professores æternæ salutis fore participes facile concedunt. Quod quidem manifeste patet. Primo claris eorum testimoniis. Secundo exempls ab iisdem approbatis. Tertio praxi eorum his consona. Hæc autem singula fusius prosequemur.

Primo igitur eorum testimonia proferemus. [e] *Negare non audeo (inquit Baro) Romanistas Christianos esse, cum doctiores è nostris agnoscant, Ecclesiá* [f] *Romaná partẽ quandá Ecclesię Dei habendá esse, & membrum visibilis* Ecclesiæ *Christi.* Rursus, [g] *(Papistas) de familia esse Christi, libenter agnoscimus.* Et Bunnius, de Catholicis & Protestantibus *loquens*, ait, [h] *Neutra pars debet alteram, tanquam ab* Ecclesia *Dei alienam reiicere,* [i] *Nec nos ab illis, nec ipsi à nobis diuersam facimus* Ecclesiam. Somus hoc idem contra Penry Puritanú de-

fen-

A. Cooperus nuper Superintendens Lincolniensis in Chronico fol. 156. & Bilsonus Vvintoniensis Superintendens in lib. cui titulus differentia vera inter subiectionem Christianã parte prima p. 57. Foxius in Actis & monumentis impressis 1576. pag. 117 Fulco contra Hesxinum, Sanderum, &c. pag. 561. fine & 562. initio.

B. Goodwinus in Catalogo Episcoporum pag. 7. ante med.

C. Goodvvinus vbi supra pag. 7. initio.

D. Goodvvinus vbi supra pag. 3. ante med.

E. Baro in quatuor Concionibus & duabus quæstionibus disputatis ad Clerum, &c. sermone 3. pag. 418. fine.

F. Hookerus lib. 5. Ecclesiasticæ politiæ pag. 188. initio. Et Ioannes Regius in lib. apologitico, &c. in consideratione censuræ, &c. pag. 95. fine ait: *In Papatu autem cum fuerit vera Ecclesia, &c.*

G. Hookerus vbi supra pag. 130. ante med.

H. Bunnius in Tractatu pacificatione sectione 18. paginã. 109. circa med.

I. Bunnius vbi supra pag. 113. post med.

chiauellũ scripsit & impressit Londini 1602.p.80.post med.83.&85.prope finẽ.

N. Couellus in Apologia quinque librorum Hookeri de Ecclesiastica politia publica authoritate edita pag. 77.ante med.

O. Couellus vbi supra pag.68. paulo post med.

* In collatione Hamptoniensi, inter protestantes & Puritanos coram regia sua maiestate habita, quæ & impressa extat.

Regem Angliæ nuper defunctum, post decessionem suam à Romano Pontifice, integrã summã, ac substantiam totius fidei catholicæ (solo articulo pontificij Primatus excepto) credidisse, ac defendisse, vnde & Sleidanus author Protestans de eo sic scribit 2. *Exulare fecit nomen Pontificis Romani, doctrina eius retenta.* Cui consentit Foxius 3. *Edidit, & pleno Parliamenti consensu stabiliuit sex articulos, vniuersam papisticæ Religionis summam comprehendentes.* Et quidem constat, eum contra Lambertũ, protestãtem nonsolũ 4. disputasse, sed & contra eundem 5. mortis sententiam ferri præcepisse. Sicut & Cromvvellus Baro qui sententiam illã 6. legit, ac *tulit in articulo mortis professus est* 7. *se in Catholicæ fidei vnitate mori, de nullo eius articulo, vel Ecclesiæ sacramento dubitantem, licet contrarium* (*inquit*) *de me per calumniã diuulgatum fuerit.* Hũc autem Lambertum Foxius, 8. *validum Christi militem, ac ducem nuncupat.* Sicut & Ecclesia sub Henrico octauo, Fulconi *vera* 9. *Ecclesia, & Rex ipse,* 10. *membrum Ecclesiæ Catholicæ Christi* ab eodem habetur. S. etiam Bern. 11. 400. ab hinc annis *in* 12. *medio* (inquit Iuellus) *turbarum Papalium & tyrannidis vixit,* non legimus autem eũ vel vni articulo doctrinæ Romanæ Ecclesiæ illius temporis contradixisse, Imo è contra *, eum Romani Pontificis

2. Sleidanus

3. Foxius in Actis & Monumentis pag. 1472. fine.

4. Ibidem pag. 530.a & b initio.

5. Ibidem pag. 533.a circa med.

6. Ibidem pag. 533.a

7. Ibid. pagina 598. b circa med. Vide Holinshedum in Chron.pag.591.

8. Ibidem pag. 598.

9. Fulco contra Hesxinum, Sanderum, &c. pag. 564. sect. 80. & 82.

10. Fulco vbi supra sect. 82. Vide Humfredum in Iesuitismi parte 2. rat. 3.pag. 304.circa med.

11. Osiander centur. 12. pag. 309.

12. Ievvellus in defensione Apologiæ impressa 1571. pag. 557. paulo ante med. & vide VVhitakerum

contra Duræum lib.2.pag.154. ante med.

13. Primatum agnouisse, manifestum est: omnemque doctrinã Romanæ Ecclesiæ amplexus, Abbas 14. Clareuallensis factus est, & 15. multorum monasteriorum, tam in Gallia, quam Flandria, fundator. Imo aduersarij eum nobis vltrò concedunt, dum eum 16. *nostrum vocant* 17. *& virum è nostra Ecclesia prodeuntem*. Hic christiana communione intimus, & charissimus fuit 18. S. Malachiæ, quem aduersarij *pro catholico* 19. *seu Papista* habent. Et Cent. * vt *Papistam* S. Bernardum reiiciunt. Qua tamen eius religione non obstante, aduersarij nostri eum *pro* 20. *sancto habent*. 21. *pro viro valde bono*, Denique *pro Patre bono* 22. *& lampade Ecclesiæ Dei*. Sanctus etiam Beda, qui circiter 900. ab hinc annis vixit, tam nostræ religionis fuit, vt Osiander aduersarius noster, de eo dicat 23. *Beda omnibus erroribus Papisticis, quibus nos à Papa dissentimus, inuolutus est. Admiratus enim est & amplexus cultum imaginum, Missam Papisticam, Inuocationem Sãctorum, &c.* Quod inde etiam liquet (vt opera eius sole clariora sileam) quod in magna 24. æstimatione & authoritate fuerit apud Papas illorum temporum licet eos Fulco hæreticorum more * *Antichristos vocat*. Agnoscunt tamen aduersarij 25. *S. Bedam virum bonum fuisse* 26. *& ob doctrinam, & pietatem toto orbe celebrem*, vnde & 28. ab Humfredo *viris piis à Spiritu sancto missis annumeratur*. Idem de SS. Gregorio, & Augustino dici potest, quos vt supra dixi, 29. ad-

uersarij

13. Libro 2. de de consideratione ad Eugeniũ & vide Epist. 125 & 131. & epist. 190. ad Innocẽtum vide vt hoc testamentum Rhemense in Luc. 22. sect. 11. fol. 133. b post initium & Vvhitakerus lib. 2. contra Duræum pag. 154. ante med.

14. Osiander in Epitome, &c. cent. 12. pag. 309 & Symon. Voiõ in catalogo, &c.

15. Osiander vbi supra pag. 309. fine ait, *Centum & quadraginta Monasteriorum author fuisse creditur*, & Danæus in primæ partis altera parte contra Bellarm. pag. 940. ait: *Hieron. & Bern. Monachi fuerunt, & iustius erroris authores & fautores.*

16. Gomarus in speculo Ecclesiæ pag. 23.

17. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat. 7. pagina 105. ante

med. ait: *Bernardus, quem Ecclesia vestra multis annis vnum tulet pium virum.*
18. Osiander cent. 12. pag. 305. post med.
19. Idem ibid. cuius verba citantur supra sect. 5. fine in margine ad figuram 3. initio.
* Centur. 12. columna 1637. lin. 45. de S. Bernardo dicunt, *Coluit Deum Maozim ad nouissimum vitæ suæ articulum*: & columna 1638. lin. 16. addunt, *Acerrimus propugnator sedis Antichristi, &c.*
20. Vvhitakerus de Ecclesia pag. 369. paulo post med. ait: *Ego quidem Bernard. vere fuisse Sanctum existimo.* Simile habet Vvhitakerus contra Gulielmum Reinoldum pag. 125. & & 126.
21. Osiander cent. 12. pag. 309. post med.
22. Vide hoc in libro cui titulus Reditus Pasquilli in Angliam pag. 8. & 13.
23. Osiander in Epitome, centur. 8. lib. 2. cap. 3. pag. 58.
24. Foxius in Actis & monumentis pag. 128. & 129.
* Fulco in retentiua contra Bristoum, &c. pag. 278. post med. venerabilem Bedam reiicit, dicens, *Bedæ authoritatem, qui sub tyrannide Antichristi vixit, non curo, multorum talium testimonia pro se citare potest Sanderus, &c.*
25. Osiander cent. 8. pag. 58. ante med.
26. Cooperus in Chronico ad annum 734. fol. 171. b
27. Holinshedus anno 735. & Cooperus anno 724. fol. 168. b Foxius in Actis anno 1576. pag. 128. & vide 129. Oecolampadius in libro epist. Zuinglij & Oecolampadij pag. 654. post med.
28. Humfredus Iesuitismi parte 2. rat. 3. pag. 326.
29. Vide supra Tract. 1. sect. 2. d. 2. 3. e.

uersarij *inter catholicos Papistas recensent*, cum tamé vnus eorum ab aduersarijs illo elogio decoretur, 30. *Beatus & Sanctus Pater Gregorius*, alter vero isto, 31. *Sanctus Augustinus Apostolus noster.* His addi potest (vt alia omittam) maiestatis vestræ mater charissima *cuius animæ certam salutem* (licet fidem nostram catholicam in ipso mortis articulo professa fuerat) ipse doctus aduersarius 32. in tanta temporis oppositione (vt supra dixi) palam agnoscebat? Quid vero his respondent aduersarij? 33. *nunquid apud Deum mutatio?* 34. *vel personarum acceptio?* 35. *vel sicut filius hominis erit, vt mutetur?* aut fieri potest, vt religio quæ olim in personis supradictis sancta fuit, in nobis nunc impia sit?

30. Vide supra hęc eadem sect, initio ad d.
31. Supra hac sectione ad b.c.
32. Ante in hac sectione ad z.
33. Iacobi 1.17.
34. Ephes. 6.9. & Deuter. 10.17 & Rom. 2.11. & 1. Petri 1. 17.
35. Numer. 23 19.

III.

Sed & hoc manifestius fiet, si vsum quotidianum, & praxim omniũ fere Eccles. protestantium reformatarũ consideremus. Cum enim teneant, p *sacramenta illis solum danda esse, quæ Ecclesiæ membra sunt*, quod sine fide fieri nequit, cũ q *sine ea impossibile sit Deo placere*, de infantibus, *qui* r *iuxta illos fidẽ nõ habent* (hæc enim secundũ scripturas s ex auditu est, quo infantes carẽt) docent, t *quod ad æternæ salutis fœdus spectent, ob fidẽ Parentum, &* * *ea ratione baptizandi sunt*, sicut ob eiusdem fidei defectũ, Infantes Iudæorũ, Turcarũ, & similium, *iuxta illos à baptismo* u *repellendi sunt*, vt pote qui sub pacto diuino non comprehenduntur, cum Parentes eorũ Christi fide careant. Hac tamen eorum doctrina non obstante approbare x se, & exercere profitentur baptismum paruulorum ex catholicis, vel (vt ipsi loquuntur) Pap. parentibus prognatorũ, non tantũ [inquit Hooker.] *ob potißimum Dei*, y *quod in mille generationes extenditur*, Sic enim [inquit ille] *totus* z *mũdus baptizari, posset, cum nemo mille ab Adamo gradibus distet*, sed baptizant iuxta aliam

P. In propositionibus, & axiomatibus in Academia Geneuensi disputatis p.166 25

Q. Hebr.11.6.

R. Quod infantes fidẽ non habeãt, asserit Cartvvright. apud Vvhitgiftum in defensione p. 611. & Beza in responsione ad Acta colloquij montis Belgar. parte 2.p.124. initio & in propositionibus & axiomatibus disputatis in Academia Geneuẽsi p.178. sect. 4. & Iacobus Kimedontius de Redẽptione humani generis l. 2.c.15.p.164 fine & Vvhitakerus cõtra Durẽũ l.8 pag. 682. initio.

S. Rom.10.7

T. Sic Theol. Geneuenses in propositionibus supradictis p.178. sect.4. & Oecolamp. lib. epist. Oecolamp. & Zuinglij lib.2. pag.301. circa med. dicunt, *Parentum & Compatrum fides pueros sanctificat*, & Prætorius lib. de *sacramentis* pag.108. ait. *Respectu fidelium parentum Infantes fideles habentur, &c. Credunt igitur Infantes, sed in parentibus.*

* In propositionibus p.171. & Luther. l. de præparatione cordis pro suscipiendo Sacr. Eucharistię, ait. *Paruulus alienæ fidei merito baptizatur, & saluatur.* Vide eundem de captiuitate Babilonica fol.77. a & Parkinsus fol.585. operum impressorum anno 1605. asserit. *Parentes pro seipsis & filiis suis credere. Et Infantem Parentum fide ius habere fœderis*, & fol.585. sic habetur (initio.) *Infantes filij Dei sunt, non nascendo, sed fide Parentum.*

V. In propositionibus supradictis sect.8. pag.179. & Vvhitaker. contra Duræũ l.8. pag.679. fine ait: *Infidelium liberos* (vt Turcarũ, Iudæorum, Ethnicorũ) Cal-

uin. *merito, & verè negat esse baptizandos.* Et Kimendontius vbi sup. p.167. fine & vide Somum in defensione sua contra Penry, & refutatione &c. pag. 150.

X. Sic docet Vvhitgiftus in defensione &c. pag. 623. ante med. & Hookerus in Ecclesiastica policia lib. 3. sect. 1. pag. 131. Somus vbi supra p. 149. & 150. & in propositionibus & Axiomatibus &c. 179. sect. 9. Theologi Geneuenses dicunt, *In ea sumus sententia, quod infantes Papistarum licite baptizari possint.*

Y. Hookerus vbi supra.

Z. Idem ibidem.

aliam doctrinam suam supradictam, *Licet* (inquit Somus [a] ad Penry) *essent filij Papistarum Indiæ Occidentalis, quorum maiores de fide Christiana nihil vnquam audiuerunt. Imo licet Indi illi* (*inquit*) [b] *à Sacerdotibus Papisticis baptizarentur, vere tamen baptizati essent, & in Christum inserti, ob hanc ipsam ratione͂, quia in Papatu est vera* Ecclesia. [c] Si *enim* (*inquit ille*) *in Papatu non esset vera* Ecclesia, *certe infantes Papistarum, in* Ecclesia *reformata omnino baptizandi non essent.*

A. Somus in defensione &c. cap. 22. pa. 165. & 167.

B. Somus ib. pag. 167.

C. Somus ib. p. 149. post med. & Amandus Polanus in partit. Theolog. pag 305. post med. ait, *Hodierna Ecclesia Rom. est adhuc Ecclesia Christi, sed omnium impurissima &c. alioquin ij qui in Papatu sunt baptizati, extra Ecclesiam Christi essent, ac proinde nec baptismo Christi baptizandi forent.*

Ex hac Protestantium praxi prædicta, sequitur: primò, quod infantes Catholicis seu Papisticis parentibus prognati, baptizandi sint. Secundò, quod sub pacto æternæ salutis comprehendantur. Tertiò, id fieri ob fidem pare͂tu͂. Fides igitur Catholici seu Papistici parentis sufficit ad salutem infantis. Et quod est infanti ad salutem, ipsimet Parenti exitio esse censebitur? Aut ab implacabilibus, & pertinacibus aduersariis nostris vsq; adeo persecutione & impugnatione digna æstimabitur religio illa, qua homines ad æternam beatitudinem perduci posse ipsimet confitentur?

QVOD PROTESTANTES PROBARE nequeant Romanam Ecclesiam à prima conuersione tempore Apostolorum facta religionem suam vnquam mutasse.

SECTIO SEPTIMA.

¶ In colloquio Hamptoniensi pag. 75.

QVandoquidem (vt Maiestas vestra recte statuit) ¶ *Nulla* Ecclesia *longius à Romana, in fidei dogmatibus discedere debet, quam ipsamet ab integritate sua, & pristino statu recesserit*: ad ea quæ hactenus dicta sunt, confirmanda, graui, ac doctæ Maiestatis vestræ censuræ, pauca ista quæ tribus sequentibus sectionibus afferuntur, quam humillime submittimus. Apud omnes in confesso est, Romanam Ecclesiam, aliquando veram fuisse Dei Ecclesiam, & rectam fidem coluisse. Hoc ipse Apostolus P plene & plane testatur. Si igitur ab eo tempore religionem non mutauerit, manet etiamnum vera Ecclesia, & in recta fide persistit. Paucis igitur ea quæ dicti nostri aduersarij, serio quidem & sedulo, ad hanc mutationem probandam afferunt, examinabimus. q *Primus* (inquiunt Vvhitakerus, & Fulco) *Victor iurisdictionem in externas* Ecclesias *exercuit.* Huic obiectioni liceat nobis idem respondere, quod Cartvvrighto Superintendens Cantuariensis agens de Baptismo per mulieres administrato r *Dicis in margine, inquit Superintendens Cantuar.*

P. *Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo* Rom. 1. 8. Idem ibidem. *Quæ inuicem est vestram fidem atq; meam,* Rom. 1. 12.

Q. Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. pag. 480. & Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 36. post med.

R. Vvhitgiftus

Cartvvrighto, Victorē anno 198. primo permisisse, vt fœminæ baptizarent. Hinc certe maior causæ vestræ accessio facta est, quam ipsi suspicamini. Victor enim pius Pontifex fuit, & martyr, & Ecclesia tunc temporis intemerata. Addimus nos, quod cum Victor ex [s] occasione admodum [t] Leui, vt videbatur, excommunicasset Episcopos Asiæ, *in quo*, inquit Fulco, *authoritatis suæ limites* [u] *excessit*, vtcunque Episcopi Asiæ, quibus prædicta causa leuis admodum videbatur, Victorem, quasi nimis rigidum taxabant, nullus [x] tamen (quod valde notandum est) illi improperabant (licet omnes prouocati videbantur, & vt verisimile est si iure potuissent, etiā voluissent.) Imo ipse Irenæus, qui de pascate alieno à Romanis more obseruando maxime omnium contendebat, sedis tamen Romanæ Primatū tam candide agnoscit, vt propterea eum *Centuriatores perstringant.

Secundo,

In defensione pag. 510.

S. Cum Ecclesiæ Asiæ minoris à sancto Ioanne Euangelista accepissent, vt Pascha non semper die Dominico, sed 14. lunæ (quod Iudæis aliquandiu post Christi mortem propter infirmitatem eorum permissum est) obseruarent, sicut & ob eandem infirmitatem circuncisio aliquando eis permissa est. 16. Act. 3. & à sanguine & suffocato abstinentia omnibus præcepta, Act. 15. 20. (de qua re vide supra Lucæ Osiandri testimonium tract. 1. sect. 2. in margine ad t.) Pontifices Romani, qui alium Pascatis celebrandi diem à SS. Petro & Paulo acceperunt, initio quidem Ecclesias Asiæ tolerauerunt, quousque dicerent ritum illum Asiaticum omnino necessarium esse, adeo vt hæreticus ille Iudaizans Blastus, alium morem Pascatis celebrandi condemnaret, teste Tertulliano de præscriptionibus circa finem: & cent. Cent. 2. c. 5. col. 107. lin. 12. Inde factum est vt Victor Pontifex Romanus, eos non amplius tolerandos ratus, Episcopos Asiæ, qui se in tempore Paschatis obseruandi Romanæ Ecclesiæ non conformarent, excommunicandos decerneret.

T. Ecclesiæ illæ Asiaticæ, non negarunt quidem Pascha, sed ab Ecclesia Romana, quoad diem illud celebrandi, discrepabant, in quo se exemplo, & traditione S. Ioannis defendebant, vnde morem illum suum non satis iustam excommunicationis causam existimabant illi Asiæ Episcopi.

V. Fulco in responso suo ad Pseudocatholicum pag. 36. post med.

X. Euseb. lib. 5. cap. 23. & 24.

Y. Euseb. hist. lib. 5. cap. 24. initio refert quemadmodum Irenæus, qui Victorem in hoc nimis seuerum existimauit, eum monuerit, ne ob ritum præsertim tam longo vsu obseruatum, tot Ecclesias particulares à Catholicæ Ecclesiæ corpore abscinderet. Quibus verbis non impugnat, sed agnoscit potius authoritatem eius, sine qua talis excommunicatio, ipso facto nulla prorsus fuisset.

* Centu.. 2. cap. 4. col. 64. lin. 10. sic habetur, *Nouitatem deinde quandam, & illud resipere quibusdam videri posset, quod in exemplaribus Irenæi, qualia nunc habemus* (*extant hæc verba lib. 3. cap. 3.*) *dicit, Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, &c.* Et in tabula alphabetica illius Centuriæ, ad verbum Irenæus, vbi specialis mentio fit huius dicti Irenæi, de eo sic censent, *Irenæi corrupta sententia de Primatu Ecclesiæ Romanæ 64. 12.*

II.

Secundo Vvhitakerus affert exemplum[z] Zozimi, Bonifacij, & Celestini, Pontificum Romanorum, *qui primatum sibi*[a] *quæsiere* (*inquit Fulco*) *supra Episcopos Asiæ, fingendo falsum Canonem Concilij Niceni.* Sed exemplum Victoris, qui istos plus quam ducentos annos præcessit, hanc obiectionem funditus euertit. Quomodo enim isti primo Primatum introduxerunt, quem sibi Victor tam diu ante assumpserat? Quod ad [b] suspicionem autem attinet ficti Canonis Niceni Concilij, per Zozimum, Bonifacium, Celestinum, tantum abest vt mentionem aliquam Romanæ Religionis arguat, vt è contra res sit ipsis aduersariis saltem * dubia, & in se [c] falsissima, quæ si vera esset, plane tamen [d] impertinens foret, ad eam de qua nunc agimus, quæstionem.

Tertio

Z. Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. pa. 480.

A. Fulco in responso suo ad Pseudocatholicum pag. 37. circa medium.

B. Quod vrgent Protestantes hoc est. Zozimus, Bonifacius, Celestinus, quo probarent licere Episcopis Africæ Romam appellare, citarũt Concilium Nicænũ ad id probandum, *Hinc* (inquit Iuellus in 4. art. replic.) *Africæ Episcopi ad Episcopos Orientales scripserunt, vt exemplaria Concilij Niceni transmitterent.* Quæ cum Ciryllus Alexand. & Atticus Constantinop. misissent, nullus Canon. qui id probaret ibi inuentus est, sicut nec in 22. illis Canonib. à Ruffino hist. lib. 10. cap. 6. citatis. Vnde inferunt Protestantes, Zozimum, Bonifacium, & Celestinum finxisse Canonem illum, quem pro appellationibus ad Romanam Sedem ex Concilio Nicæno allegarunt Pontifices illi, quos ob eam causam innouationis reos peragunt.

* Res

* Res saltem dubia est, vt enim mox paragrapho sequenti ad c. ex testimonio Vvhitgifti & Oecolampadij constabit, Numerus Canonum Concilij Nicæni incertus est, imo illum numerum viginti seu vigintiduorum prædicti Protestantes reiiciunt potius, quam de eo dubitant; quibus tamen vt fundamento obiectio ista nititur.

C. Toto spacio intermedio inter Concilium Nicænum & Episcopos illos, Cyril. Alexand. & Atticum Constantinop. Ariani, sedes illas occupauerant, vt videre est apud Socratem, lib. 2 Zozomenum lib. 4. Theodoretum l. 2. & Nicephorum lib. 9. & 10. qui Arriani exemplaria Concilij Niceni corruperunt, qua de re vide Vvhitakerum contra Duræum lib. 7. pag. 479. fine. Canones igitur quos refert Ruffinus, & quos Cyryllus & Atticus miserunt, quicquid de illis senserint Patres illi, corruptos fuisse & falsos, multis modis probari potest. Primo quia plerique Patres antiqui, alios Nicæni Concilij Canones citarunt, qui inter illos prædictos non inueniuntur, verbi gratia, S. Ambros. epist. 82. inquit, Decretum esse in Concil. Nicæno *ne bigamus in Clerum ascisceretur.* S. Aug. epist. 110. ait, Ibidem decretum esse, *ne Episcopus sibi successorem sufficiat.*. Hier. in præfat. Iudith, ait, *hunc librum Iudith Concil. Nicænum in numero sanctarum scripturarum legitur computasse.* Iulius, qui mox post Concil. Nicænum Romæ sedit (In rescripto ad Orientales pro Athanasio, &c. quod habetur in collectaneis Isiodori & magna eiusdem pars citatur, & verbatim allegatur à Zozomeno hist. l. 3. cap. 7. & 9. & à Socrate hist. lib. 2. c. 13. *vbi*, inquit, *Canonibus in Nicæna Synodo iubentibus non debere præter sententiam Rom. Pont. Concilia celebrari* Socrates etiam talē fuisse Canonem asserit, hist. lib. 2. c. 5. & Iulium eum citasse ait, lib. 2. hist. cap. 13. Idem ait Zozomenus lib. 3. hist cap. 9. Notum etiam & certum est (id testantibus Athanasio in ep. de Synodis Armeni & Seleuci, & Euseb. de vita Constant. lib. 3. c. 5. 17. & 18. & Epiphanio hæresi 69.) vnam causam Nicæni Concilij celebrandi fuisse controuersiam illam circa tempus celebrandi Paschatis, & Patres illos de illa re Canonem sanxisse, qui tamen inter prædictos non reperitur. Alia huius generis exempla omitto, de quibus vide Concil. African. & Concil. 3. Carthag. Can 48. fine in Isiodoro & Leonem in ep. 25. ad Theodos. Augustū: & nonnulla affert Vvhitgiftus Superintendens Cantuar. in defens. &c. pag. 334. post med. *Concil. Arelatense 2. Can. 24. (inquit ille) recitat Canonem Concil. Nicæni de libellis defamatorijs, qui inter 20. illos non inuenitur*. Hieron. præfat. in Iudith, inquit, *Concilium Nicænum librum illum Iudith inter scripturas canonicas collocasse, cum nihil tale iam in illis Canonibus habeatur. Ambrosius lib. 10. ep. 81. Canonem quendam de secundis matrimoniis clericorum Concilio Nicæno tribuit.* Alios Canones recitari possunt, quæ à probatis & fide dignis authoribus ex illo Concilio citantur, qui tamen nec in viginti, nec in vigintiduobus illis inueniuntur, &c. Quid, quod viginti illi duo Canones à Ruffino citati, tam ordine quam argumento, à viginti illis Cyrilli discrepant, teste Osiandro in epit. centur. 4. p. 12 1 initio. Sed & pleriq; Protestantes, nempe Oecolampadius in li. epist. Oecolampadij & Zuinglij pag. 664. & 667. Caluin l 4. instit. c. 17. sect. 36. Iuellus in apolog. Ecclesi. Anglicanæ & Bilsonus Superintendens Vvintoniens. in vera differentia &c. par. 4. pag. 555. ante med. agnoscunt & referunt Canonem quēdam Concil. Nicæni de Sacramento Eucharist. Hi autem omnes Canones supradicti, tam viginti illis duobus Ruffini, quam viginti Cyrylli desunt. Vnde Oecolampadius vbi sup. p.

664. ante medium expresse ait, *Exemplaria nostra Latina tantum viginti Canones continentia imperfecta sunt*. Secundo idem probatur, quia Iulius, in rescripto ad Orientales, plerosq; alios Canones Nicæni Concilij citat, quos Protestantes quasi spurios reiiciunt, inter quos est ille de appellationib. ad Sedem Romanam faciendis. Denique tantum aberat vt Africani illi (quorum maxime res hæc intererat) Papas prædictos innouationis, seu criminis fingendi Canones insimularent, vt S. Aug. qui vnus ex illis erat, vocet *Zozimum beatissimum Papam*, lib. 2. de gratia Christi c. 2. 6. 7. & 17. & ep. 157. & Concil. African. in ep. ad Bonifacium. Similes honoris titulos Africani Episcopi deferunt Bonifacio, & Celestino. Vide epist. Afric. Conclij ad Bonifacium & Celestinum. Vnde Vvhitgiftus in defens. sua, &c. p. 588. fine ait, *Celestinus pius Episc. fuit &c.* Et Vincentius Lirinens. peruetustus author eundẽ nuncupat, *Papam Celestinum beatæ memoriæ*, contra hæreses prope finem. Vide honoris titulos ijs Papis delatos, ab Episc. African. apud Centuriat. verbi gratia *venerabilis Bonifacius*, cent. 5. col. 856. lin. 19. & 857. lin. 36. *Dominum beatissimum & honorabilem fratrem Bonifacium*, col. 858. lin. 43. *venerabilis memoriæ*, Zozimus col. 859. lin. 49. *Dominum dilectissimum & honorabilem fratrem Celestinum*, col. 870. lin. 3. Non igitur Episcopi illi Africani prædictos, Pontifices Rom. pro falsariis habuerunt.

D Neque ad rem pertinet obiectio ista, quia Concilium Sardicense (non quidem hæreticum illud Conciliabulum contra Athanasium, de quo Zozomenus hist. lib. 3. c. 10. quod per errorem allegat Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. p. 499. sed Catholicum illud, de quo Dresserus in millenario 5. pag. 104. & 246. & Carion in chron. p. 283. initio, & Socrates hist. li. 2. c. 16. initio, & Zozomen. l. 3. c. 11. cui (teste Theodoreto hist l. 2. c. 7. & Carione in chron. pa. 282. post med.) ipse Athanasius, & pleriq; alij Patres Concil Nicæni interfuerunt. Quod Thomas Bellus in regimine Eccles. p. 158. initio, vocat *antiquum & celebre Concilium Sardicense*, Hoc inquam Cõcilium longe ante tẽpora Zozimi, Bonifacij, & Celestini, appellationes ad Sedem Romanam asserit, & probat can. 7. Imo Petrus Martyr in locis suis commun. Anglice parte 4. p. 39. b. circa med. & Caluin. l. 4. instit. c. 7. sect. 9. hoc decretum referunt, & Papam non quidem finxisse nouum Canonem, sed Decretum hoc Sardicense per inaduertẽtiam, tanquam Concil. Nicæni Canonem allegasse autumant. Ergo vel ipsorum aduersariorũ iudicio, Zozimus, Bonifacius, & Celestinus, ab innouationis nota hac saltem ex parte liberãtur. Porro hunc 7. Canonem Concil. Sardicen. agnoscunt Magdeburgenses cent. 4. col. 764. lin. 6. & Osiand. in epit. &c. cent. 4. p. 295. Canones autẽ qui nunc sub nomine Concil. Sardicensis extant, ante mille annos per Isidor. in collectionibus suis repositi sunt. Imo longe ante illud tempus Viz in primo Concilio Carthaginen. can. 5. Gratus Episc. Africanus expresse refert quiddam, *In sanctiss. (inquit) Concil. Sardicen. statutum*, quod & nunc in can. 16. 18. & 19. illorum quos habemus, inuenitur, vnde horum Canonum antiquitas satis ostenditur.

III.

E. Vvhitaker. contra Dureũ l. 7. pag. 460. ante med. Quod autem Morronus

Tertio accusat Vvhitakerus Siricium, e *Is (inquit) primus cælibatum Sacerdotibus imposuit.* Sed nec hoc probat, nec vllum Catholicum illius

temporis authorem affert, qui hoc asserat. Cum è contra Optatus, qui illo tempore vixit, affirmet, * *totum orbem Siricio communicasse*, tantum abfuit, vt innouator haberetur. S. etiam Hieron. qui tempore Damasi vixit, prædecessoris Sirícij, de hac ipsa quæstione loquens ait,

Quod si indigne accipiant mariti, non mihi irascantur, sed scripturis sanctis: Imo & Episcopis, Præsbyteris, & Diaconis, & vniuerso choro Sacerdotali, & Leuitico, qui se nouerunt hostias offerre non posse, si operi seruiant coniugali. Nec tunc temporis illa opinio primum orta est, sed tam recepta fuit, vt sanctus Hieron. eam dicat *communem esse doctrinam, & praxim Ecclesiarum* [g] *Asiæ, Africæ, Europæ (vt suis verbis vtar) Orientis, Ægypti, denique sedis Apostolicæ.* Idem longe ante illa tempora matrimonium Sacerdotum etiam in Ecclesia Græca illicitum habitũ esse, ex [h] Epiphanio, [i] Origine, & [k] detorto illo si non plane * falso exemplo Paphnutij constat. Vnde [l] aduersarij nostri Patres prædictos ob id [m] sugillare non verentur. Epiphan. autem, & Paphnutius in testimonijs suis citatis, expresse nituntur doctrina Ecclesiæ ante sua tempora, & Patres Concilij [n] Carthaginensis, cui & S. Augustinus interfuit, *morem illum ex antiquorum authoritate, & doctrina Apostolica obseruatum esse docent.* Nihil igitur hac in re Siricius innouauit, aut mutauit.

Quarto

in apolog. Catholica cap. 73. pag. 219. testimonia afferat quibus probet Siricium hoc primum decreuisse, vt Sacerdotes cælibes viuerent, non magis doctrinã illam morum tunc primum incepisse, conuincit, quam decretum illud Concilij Niceni, scilicet filium Dei esse Patri Homousiõ, arguit illud fidei dogma tũc primò ortum esse, cum vocabulum illud à Concilio Nicæno adhiberetur.

* Optatus li. 2. contra Donatistas ait, *Cum Siricio totus orbis in vna communi societate cõcordat.*

F. Hieron. in apolog. ad Pammachium c. 3. & in c. 1. ad Titum, & lib. 1. c. 19. aduersus Iouin.

G. Hieron. contra Vigilantium cap. 1. ait, *Quid faciunt Orientis Ecclesiæ? quid Aegypti & sedis Apostolicæ? quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint mariti esse desinunt?*

H. Epiphanius hæresi 59. inter alia hæc habet, *At dices mihi in quibusdam locis*

adhuc liberos gignere Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos, at hoc non est iuxta Canonem, &c. Agnoscit igitur ante illud tempus de hac re canonem sancitum esse.

jI. Origenes in numeros hom.23. *Certum est quia impeditur sacrificium indesinens, is qui coniugalibus necessitatibus seruiunt, vnde videtur mihi, quod illius est solius offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti & perpetuæ se deuouerit castitati.* Vide vt hoc Origenis dictum vtpote cælibatum Sacerdotum asserens, reiiciat Kemnisius parte 3. examinis pag. 50. a. initio, & vide ibid. pag. 386. post med. & vide Orig. homil. 4. in Leuit. & lib. 8. contra Celsum.

K. Plerique non indocti Protestantes testimonium hoc [illegible] matrimonio Sacerdotum (cum reuera contrarium potius probet) allegant.

* Fabulosam esse hanc narrationem multa suadent. Primo enim nulla huius mentio est, apud eos qui Concilij Nicæni gesta ante Socratem scripserunt. Nec Euseb. Athan. Epiphan. Theodoret. aut ipse Ruffin. cum alia multa de Paphnutio referant & Concilio Nicæno, quicquam de hac re tam graui & tanta contentione in Concil. Nicæno agitata cõmemorant. Secundò cõtradicere videtur 3. Canoni ipsius Concil. Nicæni, qui prohibet apud Sacerdotes habitare fœminam vllam, *nisi matrem, sororem, Patris sororem, vel matris, &c.* Quod si vt narrat Socrates per Concil. licuisset laicis cum Sacerdotes fierent, vxores, quas prius duxerant, retinere, cur non harũ primo exceptio facta est inter cæteras? Si dicatur, quod nulla mali suspicio de cõiuge esse poterat, at cur saltem de famulis vxoris nulla exceptio, aut mẽtio? Aut cur exceptio facta est matris, sororis, materteræ? An vlla harum suspicio esse poterat, cum illo habitantium, cui vxorẽ habere liceret? Hic Concil. Nicæni Canon, sic aduersarios obruit, vt Osiand. in epit. cent. 4. p. 123. in Canon. 3. aliud non inuenerit quod responderet, quam *prohibitionem illam ijs clericis fieri, qui vltro cælibes viuerent.* Hoc autem implicat in adiecto. Cur enim prohiberentur facere, quod sua sponte recusarent? Martin. igitur Luther. tom. 4. Germanice. Ienæ fol. 97. *Non agnosco (inquit) Spiritum sanctum Cõcil. Nicæno affuisse, quia prohibet eum qui se castrauit fieri Sacerdotem, & clericos vetat vllam apud se fœminam retinere, præter matrem, sororem, &c. Nihilne habuit Spiritus sanctus quod ageret in Concilijs, quam ministros suos legibus tam periculosis, minimeq; necessarijs coartare?* Tertio, Concil. 2. Arelatense non ita diu post Nicæn. celebratũ, idem decernit, Can. 2. 3. & 4. (teste Osiand. in epit. cent. 4. p. 195. in Can. 3. quod non est verisimile facere voluisse, si illa res in Cõcil. Nicæno non ita multo ante tractata, nec determinata fuisset. Idem Conc. Elibertin. non minus antiquum can. 27. & 33. & Cõcil. Telense can. 9. & Conc. 2. Carthag. can. 2. & Conc. 5. Carthag. can. 3. & Conc. 1. Tolet. c. 1. statuerunt. Sic sensit Epiph. qui (vt sup. ad lit. h.) expresse ait, *esse contra Canonẽ vt Sacerdotes vxores habeant.* Et S. Hier. aduersus Vigil. c. 1. asserit *morẽ esse Orientis Eccles. Aegypti & Sedis Apostolicæ, vt si Sacerdotes ante vxores duxissent, mariti esse desinerent,* & (vt sup. ad F.) *Omnes Episc. Presbyt. & Diaconos sciri esse sacrificium offerre non posse, si matrimonij actum exercerent.* Quæ cum ita sint, quis non potius tot Patribus & Conciliis fidem adhibebit, quam Socrati multo recentiori primo illius de Paphnutio narrationis authori? cum præsertim Canon ille tertius Concilij Nicæni, commentum prædictum plane refutet, & ipse Socrates aliàs suspectus habeatur, nec satis integræ fidei, cui in ijs credatur, in quibus ab aliis authorib. antiquioribus dissentit. Nam & Euagrius peruetustus author lib. 1. hist. cap. 5. & Vvhigiftus in defensione sua, &c. p. 350. post med. cum

tanquam minus veracem traducunt, & Nicephorus lib. 6. cap. 13. & 37. Et Whitakerus vbi supra nullum pro hæretico Nouatiano habent. Nouatiani autem in eo errarunt (teste eodem Socrate lib. 5. cap 20) quod dicerent: *Pascha certo die celebrare, Adiaphorum esse.* In cuius erroris fauorem, idem Socrates lib. 5. cap. 20. asseruit *nullam esse legem illa de re ab Ecclesia latam.* Cuius contrarium constat tam ex 1. Canone Concilij Antiocheni, quam plerisq; aliis Canonib. Concilij Niceni, nec non & Epiphanij, August. Theodoreti testimoniis, quæ quidem Chemnitius in examinatione, &c. contra actionẽ Innocentium pag. 65. ante med. agnoscit. Nec minus falsum est, quod idem author scribit, *statis diebus ieiunare & à certis cibis abstinere indifferens esse.* Sed & alia pleraq; habet omnium antiquorum consensioni contraria, vt minime mirum videatur quod inter cætera, fabulosam illam de Paphnutio narrationem commentus sit. Quod autem Zozomenus idem scribat, parum refert, is enim Socrate recentior est, eumque authorẽ habet, teste frigeuillæo Gauuio in palma Christiana pag. 103. Quin & S. Gregor. libro 6. epist. 31. de Zozomeno sic censet: *Quoniam multa mentitur, &c.* eodem igitur modo refutatur, quo & Socrates, & plura de eodem vide infra ad lit. m.

L. Constat ex Socrate hist. l. 1. cap. 8. ante med. & Zozomeno hist. lib. 1. cap. 22. & centuriat. cent. 4. cap. 9. col. 656. lin. 44. & Fulcone contra Testamentum Rhemense in Math. 8. sect. 5 fol. 14. a post med. quod Paphnutius, licet existimauerit Sacerdotium non dissoluere matrimonium ante susceptos ordines contractum, in Concilio tamen Nicæno palam dicit: *Inconiugatis in Sacerdotij dignitate constitutis, non licere postea nubere, idque secundum antiquã Ecclesiæ traditionem* se sentire professus est. Non igitur (vel ipso Paphnutio teste) illa doctrina tum primum inuenta, sed ex antiquorum sententia pronuntiata est.

M. Kemnitius in examine Concilij Tridentini parte 3. pag. 50. Sanctum Hier. Ambrosium & Originem perstringit & Epiphanium pag. 62. a initio & Frigeuillæus Gauuius in palma Christiana pagina 103. Socratem & Zozomenum ob narrationem illam de Paphnutio taxat: de qua & addit, *Socratẽ hoc de suo temere adiecit, &c. Pari falsitate illud Paphnutij in Conc. Nicæno detorsit, &c. & Zozomenus Socrate posterior eius explicationem in defensionem doctrinæ Dæmoniorum à Paulo 1. Timoth. 4. condemnatæ, sequitur.*

N. Concil. Carthag. 2. Can. 2. ait, *Omnibus placet, vt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, &c. ab vxoribus se abstineant* (ob hanc rationem ibidem expressam) *vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos custodiamus.*

IIII.

Quarto *qui* ° *Transubstantiationem primus excogitauit (inquit Vvhitakerus) fuit Innocentius tertius, in Lateranensi Concilio.* Hoc quidem asserit, sed ne vnum quidem authorem illorum temporũ citat, qui id probet, aut qui Innocentiũ, vel concilium Lateranense, innouationis alicuius insimulet. Imo Vvhitakerus, si non

O. Whitakerus contra Duræum li. 7. pag. 480. circa med. & Sutcliffus de Missa papistica lib. 2. cap. 5. fol. 196. b ait: *Trãsubstantiationis*

nomen Innocentius 3. primum publice recipiendum decreuit; nec rem nec nomen, ante illud tempus notum fuisse constat.

contra scientiam, & conscientiam, at saltem contra manifestum veritatem, talia loquitur. Celebratum est enim hoc Concilium anno 1215. Constat autem ex Actis illius Concilij, & ipsorum * Protestantium testimonio, eidẽ interfuisse Patriarchas Hierosolimitanum, & Constantinopolitanum 70. Metropolitanos 400. Episcopos, & 800. Priores Conuentuales. At non verissimile est, tot doctos, tam diuersarum Nationum, in nouo Transubstantiationis dogmate cudendo conspirasse, Immo illo ipso sæculo, ante Concilium Lateranense celebratum, doctrinam illá Transubstantiationis communem fuisse constat, solo Berengario reclamante, quem plerique Patres diuersarum nationum illius sæculi p palam impugnarunt, & scriptis confutarunt. q Hoc ipse Foxius confitetur his verbis, *Circa annum domini 1060. Transubstantiationem negare Hæreticũ haberi cœpit, & in eo numero primus fuit Berengarius, qui circa annum Domini 1060. vixit.* Nõ igitur primùm (vt vult Vvhitakerus) in Cõcilio Lateranensi anno 1215. Tansubstãtiatio inuenta est.

* Crispinus de statu Ecclesiæ pag. 345. fine.

P. Scripserunt illo sæculo de reali præsentia, Anselmus, Lanfrancus, Guitmundus, Adelmannus, Algerus, Hugo Lingoniensis, & alij. Vnde Papirius Masson. Anal. Francorum lib. 3. in Henrico Rege, testatur, *Berengario omnes illius temporis Theologos bellum indixisse.* Et Oecolampadius in lib. 3. pag. 712. ait, *Vno Berengario multi contra eum scripserunt.*

Q. Foxius in Actis & monumentis impressis 1576. pag. 1121. b circa med. & Ioachimus Camerarius in historica narratione, &c. pag. 161. paulo post med. ait: *Transubstantiationis dogma de euanescentia panis, post annum Christi 850. tanquam in*

Secundo

quieta possessione mansit, vsque ad Berengarij tempora, & annum Christi circiter 1050. *nam etsi ante priuatis scriptis quorundam nota res fuit, Publico tamen* χυῤῥαξις *à Berengario prima extitit.*

Secundo, Patres Concilio Lateranensi multo antiquiores (quorum hic testimonia citare nihil opus est) tum clarè, & aperte Transubstantiationem astruunt, vt ipsi docti Protestantes id agnoscant & propterea eosdem Patres taxent. Sic (vt * Osiandri, & aliorum quorundam testimonia omittam) confitentur, & agnoscunt, [r] *S. Damascenum Transubstantiationem docuisse.* Item [s] eundem *Damascenum, & Theophilactum in Transubstantiationem valde inclinare. Quod Gregorius magnus* [t] *& Augustinus Transubstantiationem in Angliam inuexerint. Quod Eusebius* [u] *Emissenus parum commodè de Transubstantiationem locutus sit. Quod Chrisostomus* [x] *Transubstantiationem asserere videtur*, & alia id genus multa. Vnde [y] Adamus Francisci, haud ignobilis author Protestās, *Transubstantiationem maturè in Ecclesiam irrepsisse affirmat.* Abs re igitur, si non veritatem agnitam impugnando, Vvhitakerus

* Osiander in Epitome hist. Eccles. cent. 9. 10. 11. & pag. 95 fine ait: *Anno 950. Exorta est in Clero Cantuariensi acris contentio, de pane Eucharistico. Alij enim asserebant priorem panis substantiam remanere, & nihilominus simul ibi verum Christi corpus porrigi, Alij vero pugnabant, recitatis verbis Domini, priorem substantiam elementorum prorsus euanescere, atque transire in corpus Domini, &c.* Et Crispinus lib. de statu Ecclesiæ pag. 286. circa med. & pag. 289. initio & 323. post med. agnoscit Pascasium, qui vixit anno Domini 880. Transubstantiationem docuisse.

R. Sic Carleilus lib. quod Christus non descenderit ad Inferos fol. 58. & Oecolampadius in lib. epist. Oecolamp. & Zuinglii lib. 3. pag. 661. & vide Fulconem contra Heskinsum pag. 217. post med. & 204. ante med. & 296. fine & Carionem in Chronico pag. 451. med.

S. Vide tractatum vrsini, cui titulus commonefactio cuiusdam Theologi de sacra Domini cœna, & eiusdem commonefactionis consideratio pag. 211. vbi hæc verba habentur, *Theophilactus & Damascenus plane inclinant ad Transubstantiationem.* Et vide Kemnitium in examine parte 2. p. 83. a paulo post med. & pag. 90. circa med.

T. Humfredus in Iesuitismi parte 2. rat. 5. pag. 626. ait: *In Ecclesiam vero quid inuexerunt Gregorius, & Augustinus? Intulerunt, &c. Transsubstantiationem, &c.*
V. Centuriat. cent. 4. cap. 10. col. 985. l. 30. de Eusebio Emisseno sic inquiunt, *Parum commode de Transsubstantiatione dixit, &c.*
X. Centuriat. cent. 5. cap. 4. col. 496. lin. 4. Dum errores doctorum huius sæculi referunt, inter cætera hæc habent col. 517. *Chrysostomus Transsubstantiationem videtur confirmare, nam ita scribit serm. de Eucharistia, Num vides panem? Num vinum? Num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit ne sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit, sic & hic puta misteria consumi corporis substantia.*
Y. Adamus Francisci in Margarita Theologica pag. 256. post med.

takerus, & alij nonnulli concilium Lateranense, & Innocentium tertium, quasi primos Transsubstantiationis inuentores, traducunt.

V.

Quinto accusat Vvhitakerus Bonifacium 3. z *Primus* (inquit) *Romanã Ecclesiam caput omniũ Ecclesiarum inscreuit Bonifacius* 3. Cui respondetur, quod licet quoad rem ipsam huic obiectioni iam satisfactum sit, per ea quæ antea dicta sunt, de Victore Zozimo, Bonifacio primo, & Celestino: Vt tamen Vvhitakerum in terminis refellamus, dicimus, quod cum Bonifacius sederit anno 607. Titulus ille [*caput Ecclesiæ*] longe ante illud tempus in vsu fuit, & à Patribus, tam a Græcis, quam b Latinis Romanæ Ecclesiæ iá antea ascriptus, & Greg. magnus Bonifacio antiquior, sæpe c nuncupat *Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum caput.* Ob quem etiam Titulum d Centuriatores S. Gregorium, & alios Pontifices Bonifacio antiquiores taxant.

Z. whitaker. cõtra Duræum lib. 7. pag. 480. post med.

A. Theodoretus licet Græcus in Epist. ad Renatum Presbyterum de Romana Ecclesia, ait, *Tenet enim sancta ista sedes gubernacula regendarum cuncti orbis Ecclesiarum.* Et in Concilio Calcedonensi act. 1. nemine contradicente asseritur. *Papæ vrbis Romæ, quæ est caput omniũ Ecclesiarum, præcepta habemus.* Et Imperator Iustinianus

Sexto

Codice de

Codice de summa Trinitate lege 4. ad Papam Ioannem scribens ait: *Sanctitas vestra caput est omnium sanctarum Ecclesiarum.* Et in Liberato cap. 22. Episcopus Pataræ in Licia regione orientali Imperatorem Iustinianũ alloquens, in causa Silverii Papæ, in exilium missi ait, *Multi in orbe Reges sunt, ac non est Rex vnus, sicut Silverius Papa est super Ecclesiam mundi totius.*

B. Prosper de ingratis cap. 2. *Sedes Romana Petri, quæ Pastoralis honoris facta caput mundi, &c.* Ob hoc dictum tã expressum Prosper Danæo adulator visus est, in responso de Bellarm. parte 1. pag. 591. ante med. S. Ambrosius in 1. ad Timoth. 3. ait, *Cum totus mundus Dei sit, tamen Domus eius Ecclesia dicitur, cuius hodie rector est Damasus.* Et Eugenius Archiepiscopus Carthag. apud Victorem vticensem lib. 2. de persecutione Vandalica ait, *Præcipuè Romana Ecclesia, quæ caput est omnium Ecclesiarum.* Hoc agnoscunt & taxant cent. 5. col. 5. col. 774. lin. 57. Euodius Diaconus lib. de Synodis sub Simacho habitis ait, *Sanctorum voce patet Pontificum dignitatem Sedis Apostolicæ, factam toto orbe venerabilem; dum illi quicquid fidelium est, submittitur, dum totius corporis caput esse designatur.* Vigilius Romanus Pontifex in epistola ad Eutherum cap. 7. ait, *Sancta Romana Ecclesia, &c. Primatum tenet omnium Ecclesiarum, ad quam tam summa Episcoporum negotia, & iudicia atque querelæ, quam & maiores Ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referendæ sunt.* Sanctus leo Epist. 84. ad Anastasium de Episcopus ait, *per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, vt nihil vnquam à suo capite dissideret.* Et Sanctus Leo in serm. 1. natiuitate Petri & Pauli inquit, *Roma per sacram beati Petri sedem caput orbis facta, latius præsidet religione diuina, quam Dominatione terrena.* Simile habet Prosper de vocatione Gentium lib. 2. cap. 16. & Vincent. Lirenensis contra hæreses sub finem ait. *Lectæ sunt quoque ibi quadam ad quosdam epistolæ S. Felicis martiris, & Sancti Iulij vrbis Romæ Episcoporum, vt non solum caput orbis, verum etiam latera, illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est, à meridie beatissimus Cyprianus Episcopus Carthag. & Martyr, à Septentrione S. Ambrosius, &cet.* Hoc cum Cardin. Bellarmin. allegat, Danæus in respons. ad Bellarmin. &cet. parte 1. cap. 1. pag. 313. agnoscit quidem, sed addit, *Vincentium in hoc manifeste Rom. Pontifici assentatum.*

C. Gregor. lib. 11. ep. 54. & in 4. psalm. pœnitentialem.

D. Centur. 6. cap. 7. col. 425. lin. 38. & 41. & centur. 5, capite 7. col. 774. lin. 53.

VI.

Sexto (inquit) Vvhitakerus e *Gregorius magnus doctrinam de Purgatorio primus credendam proposuit.* Sed facile ille ab omni hac in re innouationis suspitione liberatur. Longe enim ante eius ætatem, S. Augustinus (quem † immerito Aduersarij tanquã qui de Purgatorio dubitauerit seu potius illud negauerit, traducunt, & quo id probent obscuris quibusdã eius dictis abutan-

E. Vvhitaker. cont. Duræum lib. 7. pag. 480.

† Sic Fulco contra Testam. Rhemense in primũ ad Cor. 3. sect. 6. fol. 267. b circa med.

quo probet S. August. de Purgatorio dubitasse, illa eius verba citat Encheridij cap. 68. *Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, & vtrum ita sit, quæri potest, & aut inueniri, aut latere nonnullos fideles, per ignem quendam purgatoriũ, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari.* Simile habetur quæst. 1. ad Dulcitium: Item illa eiusdem August. verba hypognosticon contra Pelag. lib. 5. *Tertium locum penitus ignoramus, &c.* Hoc vero quid aliud est quam Patribus abuti, dum eorum obscure dicta, contra clarissima eorum testimonia proferuntur? Ad loca vero prædicta respondemus. Ad primum quidem, non esse ibi quæstionem, an sit Purgatorium nec ne, sed illud potius quæritur, quod & hodie controuertitur. an fideles *per ignem quendam Purgatorium* (Ipsissima sunt hæc Augustini verba) *quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluentur.* In quibus quidem verbis supponit esse Purgatorium, & aliud inquirit. Imo in eo libro, vt in textu hic allegatur ad literam g. ait, *dubitandum est, &cet.* Quod vero dubitari possit, illud est, an rerum sæcularium quamvis licite concessarum cupiditates (verbi gratia vxoris, liberorũ, &c.) Purgatorij pœnis puniãtur, qua de re etiamnũ hodie quæstio est, *quæ* (vt ille inquit) *aut inueniri, aut latere nonnullos potest.* Ad aliud vero S. Augustini testimonium, respondetur illud dictum esse obiter contra Pelagianos, qui præter cælum, & Infernum, tertium quendam locum commenti sunt, in quem reciperentur Infantes non baptizati, de huiusmodi ergo loco, in quo perpetuo viuere putentur Infantes non baptizati, ait *Sanctus Augustinus; Tertium locum penitus ignoramus.* Non enim alia agnouit perpetua receptacula animarum post hanc vitam, quam duo illa quæ & nos ponimus, Cælum nimirum, & Infernum. De infantibus vero sine baptismo ex hac vita migrantibus, alibi inquit, quod *torquebuntur damnatione omnium leuissima*, contra Iulianum Pelagianum capite 8. Pœna enim eorum recte à scolasticis statuitur, non pœna aliqua sensus, cum actuale peccatum nunquam commiserint, cui soli pœna illa debetur, sed pœna damni & è cælo exclusio. Neque enim sine baptismo post originale peccatum cælum quis ingredi potest Ioan. 3. 3. Loca vero illa quibus S. Augustinus Purgatorium expresse asserit, & plura sunt & notiora, quam vt illa hic recensere necesse sit. Cum vero idem subinde dicat, sacrificium offerri pro Martyribus, & iis, qui in cœlo sunt, quod plerique aduersariorum immerito in alienum sensum detorquent, ipse se explicat, & declarat, pro Martyribus quidem talia sacrificia esse *gratiarum actiones, pro aliis vero non valde malis esse propitiationes* Euchirid. 110. Et vide eundem Augustinum de verbis Apostoli serm. 17. & in Ioan. Tract. 84. Consultius sane aduersarii hæc & alia huiusmodi obscura Patrum dicta commode explicarent, quam illa contra alia plurima & apertissima eorum testimonia allegarent. Vtinam sane illud Bezæ consilium sequerentur, qui cum quiddam à Caluino obscurius dictum explicasset, addit, *Comparanda sunt enim inter se sæpenumero vnius, eiusdemque scriptoris loca, vt quæ fuerit eius sententia liquido perspiciatur, cum omnia omnibus locis, etiam de re vna quapiam dici, nec possint, nec debeant. Hoc, qui non faciunt, dici non potest, quantam iniuriam sæpe bonis doctisque scriptoribus faciant.* Hæc Beza in epist. Theologicis epist. 82. pagina 382. ante med. Quam normam si tenerent aduersarij nostri, nunquam tam friuola & à mente Patrum aliena, quam per singulas fere temporis huius controuersias ingerere nobis solent, scriptis mandarent.

tur (sicut & sui temporis nouatores aliã fecisse § Vincent. Lirinensis peruetustus author memoriæ prodidit) doctrinam de Purgatorio expresse tradidit, cũ inter alia multa * clarissima eius testimonia hoc habeatur, f *Orationibus verò sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosinis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandũ mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerant. Hoc enim à Patribus traditum, vniuersa obseruat Ecclesia.* Et alibi g *Neque negandum est Defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur.*

Hinc est quod non dubitauerit ipse totius Ecclesiæ Latinæ nomine h Aerium pro hæretico denuntiare, eo quod hác doctriná nó receperit, sicut & Epiphanius eundem Aerium, nomine Græcæ Ecclesiæ condemnat, cótra quem orationes & oblationes pro defunctis asserens, sic ait, i *Assumpsit autem Ecclesia (orare & offerre pro defunctis) & in toto mundo asserens factus est, antequã esset Aerius.* Vnde & Fulco nostras inquit, K *Docuit Aerius vanum esse orare pro mortuis, teste tã Augustino*

§ Vincent. Lirin. contra hæres. ante med. *Captant plerunq; veteris cuiuspiã viri scripta paulo inuolutius edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, vt illud nescio quid quodcũq; proferũt neque primi, neq; soli sentire videantur.*

* Augustinus de Ciuitate Dei lib. 20. cap. 25. *Ex his quæ dicta sunt, videtur euidentius apparere, in illo iudicio, quasdam quorundam purgatorias pœnas futuras, &c.* Et lib. 21. cap. 13. *Temporarias pœnas alij in hac vita tantũ, alij post mortem, alij & nunc, & tunc, &cet. patiuntur.* Adeo vt Fulco. licet falso putet Sanctum Augustinum ancipitem hac in re fuisse, de hoc tamen loco dicat: Hic aperte concludit August. *quosdam post hanc vitam temporales pœnas pati, hoc negari non potest,* in Confut. Purgatorii pag. 110. paulo ante med.

F. Augustinus de verbis Apostoli serm. 34.

G. Augustinus in Euchiridio 110.

H. August. hær. 35. de Aerio inquit, *fertur quoque propria dogmata addidisse nonnulla, dicens, orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere.*

I. Epiphanius hær. 75. & ibid. versus finem addit, *Ecclesia addit necessario hoc per-*

ficii traditione à Patribus accepta.

K. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 44. fine.

gustino, quam Epiphanio, *qui eius opinionem erroneam censent.* Idem agnoscit, l *Ambrosium*, Chrisostomum, *Augustinum, orationem pro defunctis approbasse*, & m vocat hunc *communem illorum temporum errorem.* n Item quod *error Purgatorij tempore Augustini passim praeualerit.* Item quod o *Tertul. Cyprianus, Augustinus, Hieronymus, & plerique alij testantur sacrificium pro mortuis* Tradi*tionem esse Apostolicam.* Giffordus etiam ait, p *quod in ipso publico* Ecclesiae *ritu, orare pro defunctis, & pro mortuis sacrificium offerre, per totam* Ecclesiam *receptum fuerit, longe ante Augustini tempora, ex Cypriano & Tertulliano constat, qui Apostolorum temporibus propius accesserunt.* His adde testimonium q Caluini. Sanctus igitur Gregorius, qui tot pôst saeculis vixit, ab omni hac in re innouationis suspicione, quam longissime abesse reperitur.

Septimo,

L. Fulco in confutatione Purgatorii pag. 320. & pagina 194. & pag. 326. & 349.

M. Fulco vbi supra pag. 320. & pag. 326. & 349. & pagina 78.

N. Fulco vbi supra pag. 161. & pagina 78. ait, *Loquitur quidem Augustinus, in loco ab Alano citato, de igne emendatorio, sed nullam pro tali igne fundamentum, habuit, sed ex communi errore illius temporis locutus est.* Ergo tempore Augustini communis doctrina fuit, esse quendam ignem emendatorium Purgatorii.

O. Fulco vbi supra pagina 362. & pagina 303. & 393.

P. Georgius Giffordus in demonstratione apodictica quod Brounistae nostrates sint Donatistae, &cet. pag. 38. & Arnobius libro 4. contra Gentes sub finem ait, *Cur immaniter templa nostra dirui meruerunt, in quibus Deus summus inuocatur venia, & pax pro omnibus petitur, pro Magistratibus, amicis, inimicis, pro viuis, & defunctis.*

Q. Caluinus lib. 3. cap. 5. Instit. sect. 10. agnoscit, *ante mille, & trecentos annos vsu receptum fuisse, vt precationes fierent pro defunctis, &c.* Et paulo post, *Sed fateor in errorem abrepti fuerunt, &c.* Idē habet de vera Ecclesię reformandae ratione extat in tract. Theol. p. 394. ait, *Superest alter ordo mortuorū, quorū mentionē in caena fieri volūt,*

vt detur ijs locus refrigerij, lucis, & pacis. Non nego hanc fuisse vetustissimam consuetudinem, & quoniam magna est vis consuetudinis, aut potius regnum, ideo eiusmodi preces fateor, Chrysostomo, Epiphanio, August. & similibus probatas fuisse, quod à maioribus quasi per manus tradita essent.

VII.

Septimo, Innocentius (inquit Vvhitakerus) [r] *primus confessionem auricularem tanquam necessariam instituit.* * Symundus & ipse Protestans à Vvhitakero dissentiens, hoc Leoni attribuit. Vtrique igitur respondédo, dicimus, innnouationem tam onerosam, quam est peccata secreta (quæ præ verecundia, natura duce absondi homines volunt) confiteri, nunquam humana authoritate sine aliqua saltem contradictione, introduci potuisse. Si igitur Innocentius primus illum morem antè inauditum introduxit, (vt isti volũt) dicat quæso Vvitakerus, quis Patrum, aut quis alius illius sæculi authòr ei restitit, aut contradixit? aut quis rem tam nouam saltem memoria prodidit? Obmutescit certe hic Vvhitakerus. Et vt Innocentius plane innocens probetur, qui vixit circa annum Domini 120. constat Iaçobitas anno Domini 600. condemnatos esse, quòd dixerint [s] *Deo soli confitenda essè peccata nostra, minimeque necessarium esse illa Sacerdoti confiteri.* Et [t] Haimo qui circa annum Domini 790. vixit, eandem tunc fuisse communem Ecclesiæ doctrinam tradit. Idem sanctus Bernardus

R. Vvhitakerus contra Duræum lib.7. pag.490. post med.

* Symundus in Apoc. pag. 57. ait, *Leo 1. auricularem confessionem omnium primus introduxit.* Vixit autem Leo 800. annos ante Innocent. 3.

S. Hoc testatur Guido de Iacobitis cap.2. & Michaël Bullingerus in Ecclesiastica historia, & Matthæus Paris in Henrico 3. & Iacobus Victoriacus histor. Orientalis cap.76.

T. Haimo in Psal. 311. *Licet Deus dimittat peccata &c. tamen confitendum est ministris Ecclesiæ, quia nisi confiterentur ex sua inobedientia damnarentur.* Nec minus clare idem asserit in Euan.15. post Pentecosten in ea verba, *Ite ostẽdite vos Sacerdotibus.*

u Bernardus, x Petrus Damianus, & alij y Innocentio antiquores, de suo tempore testantur. Quid quod sanctus Basilius z *confessionem sacerdotibus faciendam necessariam esse* diserte asserit: *& sanctus Leo eam* a *ex Christi institutione promanasse, imo* b *ipsam secretam confessionem, tradit.* Sed & Centuriatores, dum antiquæ Ecclesiæ mores, primis illis Cypriani, Tertulliani temporibus recensent, c *priuatam confessionem etiam cogitationum & minorum peccatorum, ex præcepto & pro debito Christiani hominis officio faciendam,* è scriptis illorum Patrum colligunt, & referunt. Toto igitur cœlo Vvhitakerus errat, qui eam Innocentij tertij institutionem esse fingit.

VIII.

Octauo d *Qui primus docuit Corpus Christi sensualiter tractari, frangi, & dentibus atteri (inquit Vvitakerus) is Nicolaus secundus fuit.* Respondeo, quoad rem ipsam huic obiectioni iam antè satisfactum esse, per ea quæ in quarto exemplo, de transubstantiatione & eiusdem antiquitate, ex Patribus quam plurimis Nicolao 2. anti-

V. Bernardus in meditationibus cap.9. ait, *Sed dices, sufficit mihi soli Deo confiteri, quia Sacerdos sine eo à peccatis absoluere me non potest. Ad quod non ego, sed beatus Iacobus respondet, dicens, Confitemini alterutrum peccata vestra &c.* Vide eundem de interiori domo cap.37.

X. Petrus Damianus epistol.1. in huius probationem insigne citat exemplum, vbi & homines hortatur ne confessionem suam de die in diem differant. Et vide eundem sermone 2. de Andrea Apostolo.

Y. Concilium 2. Cabilo. circa annum Domini 813. can.32. ait, *Sed & hoc emendatione egere perspeximus, quod quidam dum confitentur peccata sua Sacerdotibus, non plane id faciunt, &c.* Et Alchuinus (qui vixit anno 730.) lib. de diuinis officiis cap.13. quod est de ieiunio, ait, *Confiteatur omnia peccata sua, quæ recordari potest, &c. Quo facto fixis genibus in terram, & super ipsa innixus, stans suppliciter tensis manibus, blando, ac flexibili vultu respiciens sacerdotem, dicat &c.* Et vide S. Augustinum de visitatione infirmorum lib 2. cap. 4. & in 50. hom. 49. cap. 3. Hospinianus autem in historia sacramentaria lib. 4. pag. 366 circa medium Petrum Lombardum taxat, ob doctrinam confessionis auricularis. Vixit autem Petrus Lombardus circa annum Domini 1150. Sed & Hugonem de Sancto Victore, qui anno 1130. vixit, ob eandem doctrinam notat, qui ambo Innocentium 3. antecesserunt.

Z. Vide verba eius infra tract.2. sect.1. in marg.

A. Vide verba Leonis ibid.

B. Vide ibidem.

C. Cent. 3. cap. 6. col. 127. lib. 27. *Absolutionem deinde à peccatis ita conferebant, si qui pœnitentiam agebant, peccatum prius confessi essent. Sic enim confessionem magnopere vrget Tertullianus, in lib. de pœnitentia & vsitatam fuisse priuatam confessionem, qua delicta & cogitata quoque praua confessi sunt, ex aliquot Cypriani locis apparet, vt in lib. 5. de lapsis & lib. 3. epist. 14. & 16. vbi diserte ait, in minoribus etiam peccatis, quæ quidem in Deum non committuntur, necesse est ad exomologesin venire, idque frequenter iubet lib. 1. epist. 3. &c.*

D Vvitakerus contra Duræum lib. 7. pag. 480.

2. antiquioribus attulimus, Secundo quoad modum loquendi (si modo in verbis vim faciat) sanctus Chrysostomus multis ante Nicolaum 2. sæculis, sic locutus est [e] *ipsum vides, ipsum tangis, ipsum comedis*: & alibi, [f] *non se tantum videri permittit desiderantibus, sed & tangi & manducari, & dentes carni suæ infigi.* Quomodo autem hæc vere & sobrie ob præsentiam [g] corporis Christi in Eucharistia dici possint, Lutherani contra Puritanos luculenter explicant, qui & Nicolaum Papam quoad hoc expresse defendunt.

E. Chrysost. in Matth. hom. 83. post med.

F. Chrysost. in Ioan. homil. 45.

G. In eundem sensum sanctus Paulus 1. ad Cor. 11. 24. *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur,* & Caluinus de cœna Domini inter opuscula paulo post initium. *Sanctus Ioannes ait, se vidisse Spiritum sanctum descendentem, quod si attentius perspiciamus inueniemus, quod nihil aliud viderit, quam columbam &c. quia tamen visionem illam certissimum signum esse sciebat præsentiæ Spiritussancti, audacter asserit, se eum vidisse.* Vide Caluinum tract. Theolog. &c. pag. 3. b. *Spiritus sanctus cum spiritus sit, visibilis non est, nec descendit, cum sit infinitus, ratione tamen columbæ, sub cuius forma latebat, videri dicitur, & des-*

IX.

Nono litem intentat Vvhitakerus 2. *De nomine vniuersalis Episcopi, quod Ioannes Episcopus Constantinopolitanus, inquit ille, sibi vendicauit, cui Gregorius tunc Pontifex Romanus grauiter, & constanter restitit, eum Antichristi præcursorem appellans, quôd se Episcopum vniuersalem inscripserit.* Hoc si quid valeret ad fidei innouationem probandam,

cendere. Sic ratione externi sacramenti, quod dentibus teritur, Christi corpus ibi præsens, quodammodo teri dici potest. Sic Chrysostom. 1. ad Cor. homil. 24. *Fractionem in oblatione passus est, quem in cruce pati noluit.* Sic Iacobus Andrea in tractatu cui titulus, *Collatio Catholica, & orthodoxa Christianæ fidei, &c.* pag. 326. ante med. ait, *Spiritui sancto propter speciem columbæ assumptam tribuitur, quod columbæ proprium est, & cum natura Spiritus sancti pugnare videtur, quemadmodum Ecclesiastici scriptores propter præsentiam corporis Christi in cœna, corpus Christi tractari, dentibus teri & similia dixerunt, quæ corpori Christi minime conueniunt, sed propter panem ei tribuuntur.* Lege locum ipsum.

H. Idem Iacobus Andreas in confutatione disputationum Ioannis Iacobi Grinæi pag. 214. ante med. ait, *Quomodo autem corpus Christi in hoc sacramento dentibus teri, videri, tangi dicatur, quæ non à Luthero recens inuentæ, & in Ecclesiam introductæ, sed eruditæ, piæ, & orthodoxæ vetustatis phrases sunt, &c. luculenter explicatum est &c.* & pag. 215. ait, *Hæc Berengario à Papa Nicolao, & Synodo præscripta Palinodia, nihil continet, quod in scriptis Orthodoxorum Patrum, Chrysostomi inprimis, non contineatur.* Et vide pag. 306. & vt Lutherus Nicolaum in hoc probauerit, eumque defenderit, Vide ibid. pag. 307. initio & fine: Et vide librum cui titulus *Apologia*, modesta ad acta conuentus quindecim Theologorum Torgæ nuper habiti pag. 36. post med.

2 Vvhitakerus contra Campiani rationes, ratione 6. pag. 97. circa medium, ait, *Gregorius magnus etsi erat Romanæ Ecclesiæ Pontifex, tamen contra vos nobiscum statuit. Quid enim? parumne tuum Pontificem perstringit, quando quisquis se vniuersalem Episcopum vocat, eum Antichristi præcursorem procul dubio appellat? &c. Ioannes Constantinop. id sibi primus vendicauit, &c. paulo post hic titulus Constantinop. ademptus est, & Pontifici Romano delatus.* Vide vt idem Fulco obiiciat in suo ad Pseudocatholicum responso.

dam, eam à Ioanne Episcopo Constantinopolitano factam probaret, qui hoc sibi nomen vendicauit, non autem à Romano Pontifice, qui neque tunc, nec exinde *vniuersalis Episcopi* titulum sibi arrogauit, quin potius *se seruum seruorum Dei* indigitat. Quo vero hanc obiectionem quam tam frequenter verbo, & scripto nobis obtrudunt aduersarij, plenius diluamus, nomen seu titulum vniuersalis Episcopi dupliciter accipi posse affirmamus. Primo quidem (& sic verba ipsa sonare videntur) vt vniuersalis Episcopus, vnum aliquem Episcopum significet, qui sit solus Episcopus, ita

vt

vt nullus sit alius Episcopus præter ipsum. In hoc autem sensu titulus iste (vt vere censet sanctus Gregorius) 3. *prophanus, sacrilegus, Antichristianus est.* Secundo, & verius, accipi potest, ad eum designandum, cui onus totius Ecclesiæ regendæ incumbit, non excludendo tamen alios Episcopos singulares. In hoc autem sensu ipse sanctus Gregorius, & plerique protestantes, *hunc titulum* à Concilio 4. Calcedonensi *Romani Pontifici oblatum esse agnoscunt.* Iam verò, vt distinctionem hanc ad rem propositam applicemus, constat ex verbis Gregorij, quòd cum Ioannes Episcopus Constantinop. quia sciebat rem notam esse, vnum esse debere primum Episcopum *qua ciuitas Constantinopolis prima totius orbis haberetur, conatus fuisset se tanquam* * *primum totius orbis* Episcopum obtrudere, & in eum finem titulum sibi vniuersalis Episcopi vsurpasset, sanctus Gregorius ad insolentiam eius reprimendam, priorem sensum scandalosum scilicet quem verba præ se ferre videntur, vrsit, & amplificauit. Et ob hunc sensum specietenus malum (vt supra † ostensum est) maiores suos titulum illum merito recusasse existimauit, quibus tamen eundem titulum in secundo illo sensu licitè oblatum esse iudicauit, sic ipse se plane explicat, dicens, 5 *Si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur,* 6. *vnus vniuersalis est? restat vt vos Episcopi non sitis.* Rursus 7. *Despectus*

3. Greg. lib. 4. ep. 36.

4. Greg. lib. 4. ep. 36. ad Eulogium ait, *Sicut enim veneranda mihi vestra Sanctitas nouit, vni per sanctum Calcedonense Synodum Pontifici Sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deseruio, hoc vniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus vnquam prædecessorum meorum, hoc tam prophano vocabulo vti consensit, quia videlicet si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.* Vide eundem Gregorium lib. 4. epistola 32. Vvhitgiftus autem in defensione responsionis pag. 344. initio, ait, *Titulus Patriarchæ vniuersalis, Romano Pontifici à Concilio Calcedonensi oblatus est.* Vide vt idem asserat Cartvvrightus replic. 2. part. 1. pag. 510. circa medium.

* Fieldus de Ecclesia lib. 3. pag. 62. circa medium.

† Vide supra in margine ad 4.
5. Gregorij libro 4. epist. 36.
6. Libro 7. epist. 69. ad Eusebium.
7. Greg.lib.4.epist.34.ad Constant.&lib.4.epist.38.ad Ioan.ait, *Ad hoc quoque perductus es, vt despectis fratribus Episcopus appetas solus vocari.*

8. Greg. lib. 7. epist. 30. *Si enim vniuersalem me Papam vestra Sanctitas dicat, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum.*
9. Pelagius 2. in epistola 1. *Dilectis fratribus qui illicita vocatione Ioannis Constantinop. Episcop.* &c. ante med. ait, *Nullus Patriarcharum hoc tam prophano vocabulo vnquam vtatur, quia si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur &c.*
10. In eadem epist. prope initium ius suum vendicat, dicens, *Relatum est ad Apostolicam sedem Ioan. Cōstātinop. Episc. vniuersalē se subscribere, nosq; ex hac sua præscriptione ad Synodum conuocare generale, cum Sinodorum conuocandorum*

Despectis omnibus solus conatur appellari Episcopus, cum plurimis 8. aliis in eundem sensum. Hinc est quod Pelagius, qui Gregorium proxime præcessit, in vna eademque epistola (ne quid dubij superesset) & titulum vniuersalis 9. Episcopi reiicit, ob dictam rationem, & tamen ibidem (teste Osiandro) Romanæ Ecclesiæ Primatum sibi 10. vendicat. Duo igitur demonstrare conabimur. Primo noluisse sanctum Gregorium, vel ipsorum eruditorum Protestantium confessione, titulum illum vniuersalis Episcopi recusando, Romani Pontificis Primatui præiudicium adferre. Secundo quod ex eorumdem confessione, huiusmodi sibi Primatum vendicauerit, & exercuerit. De primo doctus ille Andreas Friccius, quem Petrus 11. Martyr virum apprimè eruditum nominat, sic ait, 12. *Sunt aliqui &c. qui Gregorij primi authoritatem opponunt, dicentis titulum illum Antichristianum esse, sed ratio Gregorij expendenda est, & ex verbis eius in multis epistolis suis satis colligi potest, titulum illum vniuersalis* Episcopi, *aduersari, & contradicere gratiæ super omnes Episcopos diffusæ. Qui igitur se solum Episcopum nominat, potestatem* Episco*palem à cæteris aufert. Eum igitur titulum reiici oportere contendit, &c. Ex aliis tamen locis patet, Gregor. existimasse, totius* Ecclesiæ *principatum Petro esse commissum, &c, nec tamen ideo putauit Petrum Antichri-*

sti fuisse præcursorem. Tam clare difficultatem hanc expedit hic author Protestans.

Quod autem Gregor. in verbis citatis Romanæ Ecclesiæ Primatum, nullo modo impugnare voluerit, 13. Petrus Martyr, 14. Carion, * Philip. Nicolai, & alij pleriq; docti Protestantes confitentur. Secunda autem pars diuisionis supradictæ, quomodo scilicet, S. Gregorius Primatum sibi assumpserit, & exercuerit, ex testimoniis Petri Martyris, Carionis, & Philippi Nicolai 15 hic citatis patet. Et Centuriatores Gregorium ob id taxant, & ex scriptis suis accusant, quod dixerit 16. *Sedem Romanam speculationem suam toti orbi indicere, &c.* 17. *Sedem Apostolicam caput esse omnium Ecclesiarum.* 18. *Quod Ecclesia Constantinopolitana sit Apostolicæ Sedi subiecta.* Vnde & Pontificem Romanum in persona Gregorij taxant, idque sententiis è scriptis Gregorij collectis (quas & citant) 19. Quod *potestatem sibi vendicauerit, præcipiendi Archiepiscopis, ordinandi. & ad libitum deponendi Episcopos &c.* 20. *Et ius sibi sumpserit vocandi ad se Archiepiscopos, vt cum accusarentur, coram se causam dicerent.* Item 21 *Excommunicandi, eosque deponendi* 22. *etiam dando potestatem proximis Episcopis, contra eos procedendi.* 23. *Quod in prouinciis eorum constituerit Legatos, ad cognoscendum & determinandum causas eorum, qui ad sedem Romanam appellarent* 24. *Quod potestatem vsurpauerit Synodos conuocandi, in prouinciis*

authoritas Apostolicæ sedi. B. Petri singulari priuilegio sit tradita, &c. Quapropter quicquid in vestro prædicto conuenticulo &c. statuistis, ex authoritate S. Petri Apostolorum principis, &c. quæ etiã potestas in successoribus eius indubitãter transiuit, præcipio, omnia quæ ibi statuistis & vana & cassata esse, &c. Sciat se, & ipse Ioannes, nisi errorem suum cito correxerit, à nobis excommunicandum fore, &c. Orate fratres, vt honor Ecclesiasticus nostris diebus non euacuetur, nec vnquam Romana sedes, quæ instituente Domino, caput est omnium Ecclesiarum, priuilegiis vsque careat, aut expolietur. Vbi tam aperte loquitur Pelagius: vt Osiand. in epit. cent. 6. pag. 242. de eo dicat, *Vehementer in Ioan. Constantinop. inuehitur, quod sibi titulum vniuersalis Patriarchæ arroget, & ostendit eo prophano vniuersalis titulo cæteris Patriarchæ nomen derogare, &c. Interim tamen contendit Rom. Ecclesiam omnium aliarum Ecclesiarum esse caput, & multa de priuilegiis à Christo beato Petro datis blaterat.*

11. Petrus Martyr in locis communib. parte 4. pag. 77. b initio.
12. Andreas Frixius de Ecclesia lib. 2. cap. 10.
13. Petrus Martyr in cap. 8. Iudicum Greg. taxat, dicens, *Gregor. hic Sanctulus, voluit rem ipsam vniuersalis Episcopi, quãuis nomen, & titulũ perstringeret. Nam vt historia illorum temporũ docet, & eius epistola testantur, ab aliis Ecclesiis gubernãdis non abstinebat. Indicabat quidem à nomine abstinendum, ne scilicet Patriarcha Constantinop. eo titulo sese Rom. Episcopo præponeret, vel æquaret.*
14. Carion chron. lib. 4. pag. 568. ante med. de Greg. ait, *Cum tragicè declamitet, se abhorrere ab vniuersalis Episcopi appellatione, id se tamen quod titulus profitetur, cupiuisse, re ipsa declarauit, cum imperium in alienas sibi Ecclesias sumpserit.*
* Philippus Nicolai in commentariorum de regno Christi libri duo &c. libro 2. p. 66. circa med. ait, *Nec minus fastuosa, targidaq; ambitionis Euphrates, in Greg. magno Europeæ Babylonis Episcopo tumuit, & exũdauit, cum de fugitãda Oecumenici Primatus gloria scriptitans, gloriam ipse captaret geminam, quodq; in Constantinop. Patriarcha taxauit, eius semetipsum reum, & sectatorem gnauum, strenuumque exhiberet. Execrabatur enim Oecumenici titulum in Bizantino Patriarcha &c. Hæc ille, prætextu, vt apparet, humilitatis valde plausibili, & specioso &c.* & in marg. *Hyppochrisis Greg. magni, & alia idgenus:* Et p. 351. ib. & Balæus in l. cui tit. Vtriusq; Eccl. imago, Lõdini per Thomam Eastum fol. 11. ait, *Ioan. Constantinop. cũ Greg. Rom. de Primatu contendebat, in quo certamine Greg. Petri claues pro se allegabat, cum multis aliis argumentis & rationib.*
15. Vide immediate supra ad 13. & 14.
16. Centuria 6. col. 425. lin. 17. sic scribunt, *Gregorius dicit Sedem Romanam speculationem suam toti orbi indicere &c.*
17. Centuria. cent. 6. col. 425. lin. 23. & 39. inquiunt, *Greg. in 4. Psal. pœnitentialem, vehementer inuehitur in Imperatorem, qui Romanam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum sibi vendicaret, & ancillam facere voluerit, cum sit domina Gentium, & Christus dixerit, Tibi dabo claues, &c.*
18. Centur. 6. col. 425. lin. 53. *Gregorius Imperatorem, & Eusebium coepiscopũ suum (Constantinop.) gloriatur professos esse, quod Constantinop. Ecclesia Apostolicæ sedi sit subiecta,* Vide hoc apud Greg. lib. 7. pag. 63. & cent. 6. col. 438. lin. 33. Et Greg. lib. 7. epist. 64. ostendens quomodo alij Episcopi æquales sibi, aut inæquales essent, de Episc. Constantinop. sic ait, *Quod se dicit sedi Apostolicæ subiici, si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis, æquales sumus.*
19. Centur. 6. col. 426. lin. 46. 20. Col. 427. lin. 21.
21. Col. 427. lin. 39. 22. Col. 428. lin. 1. vbi & refertur processus contra Episcopum Constantinop. & alios iussu S. Gregorij habitus.
23. Col. 428. lin. 21. 24. Col. 428. lin. 38.

25. Col. 429. lin. 31.
26. Col. 429. lin. 44.
27. Vide plura col. 439. & & col. 432. &

ninciis eorum, 25. *& aliis Episc. præceperit, vt si quæ causa maioris momenti accideret, ad eum referrent.* 26. *Quod in prouinciis, quos volebat, instituebat super alias Eccles. omnibus tãquã suis Vicariis, mãdans, vt causas faciliores definirẽt, & grauiores ad ipsum referent.* 27.

Cum plurimis aliis id generis, quæ Centuriat. ij allegant, & fuse citant è S. Greg. scriptis, quæ omnia hic cómemorare lógum esset. Hoc nomine eum etiam * Caluin. perstringit, imo eo audaciæ prorupit Osiand. vt S. Greg. reprehéderit, quod 28. August. in Angliam miserit, vt eum Romani pont. iurisdictioni subiiceret, seu (vt idem alibi blaterat) *Rom. Antichristi libidini prostitueret.*

Hæc cum ita sint, an non insignis, plane fuit audacia 30. Iuelli, & aliorum asseclarum eius non ineruditorú (qui cú in bonis literis satis versati essent, ignorantiá causari non poterant) toties tam instanter, exclamationibus prope tragicis imperito lectori obtrudere, & vrgere, sub nudi soni captiuncula, & similitudine verborum, obiectionem hanc indignam, friuolam, detortam, & circumstátiis omnibus prope cognitis non minus contra Gregorij mentem, quá contra causam ipsam quá hoc arguméto stabilire conabátur? Siccine agerent istiusmodi homines si aut Religionis de qua agitur integritati consulerent, aut Lectoris de veritate solliciti informationem quærerét aut denique sacrosanctæ professionis religiosi ac sinceri Theologi rationem vllam haberent?

Deci-

* *Caluin. instit. lib.4.c.7.sect.12, Nulla est vox in Greg. scriptis, in qua superbius iactat primatus sui amplitudinem, quam ista, videlicet, nescio quis Episcopus non subiectus sit Sedi Apostolicæ, vbi in culpa inuenitur, &c. & infra Tribuit sibi ius corrigendi eos qui peccarunt.*

28. Osiander in Epit. cent. 6.p.289. *Augustinus missus est à Gregorio magno pontifice Rom. in Angliam, vt eam Rom. pontificis iurisdictioni subiiceret.* Et Philippus Nicolai in comment. de regno Christi lib. 2. pag. 67. & pag. 551. similia habet.

29. Osiander ibid. pag. 290. *Postquam autem Angliam tredecim annos ducasset, hic Augustinus, eamque Rom. Antichristi libidini subiecisset, mortuus est, &c.*

30. Vide vt obiectionem hanc vrgeat Iuellus, in replicatione sua art. 4. pag. 225. 226. 227. & in defensione Apologiæ Ecclesiæ Anglicanæ impress. 1571. pag. 132. & 133, vbi literis maiusculis in fronte paginæ ponitur, *Titulus superbus &*

11. Petrus Martyr in locis communib. parte 4. pag. 77. b initio.
12. Andreas Frixius de Ecclesia lib. 2. cap. 10.
13. Petrus Martyr in cap. 8. Iudicum Greg. taxat, dicens, *Gregor. hic Sanctulus, voluit rem ipsam vniuersalis Episcopi, quãuis nomen, & titulũ perstringeret. Nam vt historia illorum temporũ docet, & eius epistola testantur, ab aliis Ecclesiis gubernãdis non abstinebat. Iudicabat quidem à nomine abstinendum, ne scilicet Patriarcha Constantinop. eo titulo sese Rom. Episcopo praeponeret, vel aequaret.*
14. Carion chron. lib. 4. pag. 568. ante med. de Greg. ait, *Cum tragicè declamitet, se abhorrere ab vniuersalis Episcopi appellatione, id se tamen quod titulus profitetur, cupiuisse, re ipsa declarauit, cum imperium in alienas sibi Ecclesias sumpserit.*
* Philippus Nicolai in commentariorum de regno Chisti libri duo &c. libro 2. p. 66. circa med. ait, *Nec minus fastuosa, targidaq; ambitionis Euphrates, in Greg. magno Europeae Babylonis Episcopo tumuit, & exũdauit, cum de fugitãda Oecumenici Primatus gloria scriptitans, gloriam ipse captaret geminam, quodq; in Constantinop. Patriarcha taxauit, eius semetipsum reum, & sectatorem gnauum, strenuumque exhiberet. Execrabatur enim Oecumenici titulum in Bizantino Patriarcha &c. Hæc ille, praetextu, vt apparet, humilitatis valde plausibili, & specioso &c.* & in marg. *Hyppochrisis Greg. magni, & alia id genus:* Et p. 351. ib. & Baleus in l. cui tit. Vtriusq; Eccl. imago, Lõdini per Thomam Eastum fol. 11. ait, *Ioan. Constantinop. cũ Greg. Rom. de Primatu contendebat, in quo certamine Greg. Petri claues pro se allegabat, cum multis aliis argumentis & rationib.*
15. Vide immediate supra ad 13. & 14.
16. Centuria 6. col. 425. lin. 17. sic scribunt, *Gregorius dicit Sedem Romanam speculationem suam toti orbi indicere &c.*
17. Centuria. cent. 6. col. 425. lin. 23. & 39. inquiunt, *Greg. in 4. Psal. pœnitentialem, vehementer inuehitur in Imperatorem, qui Romanam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum sibi vendicaret, & ancillam facere voluerit, cum sit domina Gentium, & Christus dixerit, Tibi dabo claues, &c.*
18. Centur. 6. col. 425. lin. 53. *Gregorius Imperatorem, & Eusebium coepiscopũ suum (Constantinop.) gloriatur professos esse, quod Constantinop. Ecclesia Apostolicae sedi sit subiecta*, Vide hoc apud Greg. lib. 7. pag. 63. & cent. 6. col. 438. lin. 33. Et Greg. lib. 7. epist. 64. ostendens quomodo alij Episcopi æquales sibi, aut inæquales essent, de Episc. Constantinop. sic ait, *Quod se dicit sedi Apostolicae subiici, si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis, aequales sumus.*
19. Centur. 6. col. 426. lin. 46. 20. Col. 427. lin. 21.
21. Col. 427. lin. 39. 22. Col. 428. lin. 1. vbi & refertur processus contra Episcopum Constantinop. & alios iussu S. Gregorij habitus.
23. Col. 428. lin. 21. 24. Col. 428. lin. 38.

25. Col. 429. lin. 31.
26. Col. 429. lin. 44.
27. Vide plura col. 439. & & col. 432. &

ninciis eorum, 25. & aliis Episc. praeceperit, vt si quae causa maioris momenti accideret, ad eum referrent. 26. Quod in prouinciis, quos volebat, instituebat super alias Eccles. omnibus tãquã suis Vicariis, mãdans, vt causas faciliores definirẽt, & grauiores ad ipsum referent. 27.

Cum plurimis aliis id generis, quæ Centuriat. ij allegant, & fusè citant è S. Greg. scriptis, quæ omnia hic cómemorare lógum esset. Hoc nomine eum etiam * Caluin. perstringit, imo eo audaciæ prorupit Osiand. vt S. Greg. reprehéderit, quod 28. August. in Angliam miserit, vt eum Romani Pont. iurisdictioni subiiceret, seu (vt idem alibi blaterat) *Rom. Antichristi libidini prostitueret.*

Hæc cum ita sint, an non insignis, plane fuit audacia 30. Iuelli, & aliorum assectarum eius non ineruditorú (qui cú in bonis literis satis versati essent, ignorantiá causari non poterant) toties tam instanter, exclamationibus prope tragicis imperito lectori obtrudere, & vrgere, sub nudi soni captiuncula, & similitudine verborum, obiectionem hanc indignam, friuolam, detortam, & circumstátiis omnibus prope cognitis non minus contra Gregorij mentem, quá contra causam ipsam quá hoc arguméto stabilire conabátur? Siccine agerent istiusmodi homines si aut Religionis de qua agitur integritati consulerent, aut Lectoris de veritate solliciti informationem quærerét aut denique sacrosanctæ professionis religiosi ac sinceri Theologi rationem vllam haberent?

Deci-

* *Caluin. instit. lib. 4. c. 7. sect. 12. Nulla est vox in Greg. scriptis, in qua superbius iactat primatus sui amplitudinem, quam ista, videlicet, nescio quis Episcopus non subiectus sit Sedi Apostolicæ, vbi in culpa inuenitur, &c. & infra Tribuit sibi ius corrigendi eos qui peccarunt.*

28. Osiander in Epit. cent. 6. p. 289. *Augustinus missus est à Gregorio magno pontifice Rom. in Angliam, vt eam Rom. pontificis iurisdictioni subiiceret.* Et Philippus Nicolai in comment. de regno Christi lib. 2. pag. 67. & pag. 551. similia habet.

29. Osiander ibid. pag. 290. *Postquam autem Angliam tredecim annos duxasset, hic Augustinus, eamque Rom. Antichristi libidini subiecisset, mortuus est, &c.*

30. Vide vt obiectionem hanc vrgeat Iuellus, in replicatione sua art. 4. pag. 225. 226. 227. & in defensione Apologiæ Ecclesiæ Anglicanæ impress. 1571. pag. 132. & 133. vbi literis maiusculis in fronte paginæ ponitur, *Titulus superbus &*

pag.137.138.139.140. vbi simile modo maiusculus literis exprimitur, *Titulus vniuersalis*.

X.

Decimo,& vltimo (nolumus enim cum de sola Romana agatur, falsa, & inepta Vvhitakeri aliarum Ecclesiarum, Episcoporum exépla importunè ingerere) taxat Vvhitakerus calixtum, 1 *quod ieiunium quatuor temporum instituerit.* Cum vero hic Papa antiquus vno intermedio Victori successerit: Respondemus, quod supra respondit Superintendens Cantuar. de Victore nimirum k *Eius authoritatem plus causæ nostræ præsidij afferre, quam aduersarij putant.* Cumque Vvhitakerus nullum antiquũ scriptorem prodicere possit, qui Calixtũ huius innouationis accuset, nos vero S. Leonis authoritatem habeamus, asserentis † *Ieiunia illa ex doctrina Spiritusancti esse distributa*, exéplum certè,& authoritas, tam sancti & antiqui Patris approbat, non improbat, ieiunia illa, nec alia responsione opus est.

1. Vvhitaker. contra Duræum lib.7.pag. 480.

K. Vide supra tract.1.sect.7. initio ad lit. r.

† Leo serm. 8. *Ieiunia Ecclesiastica, ex doctrina Spiritusancti, ita per totius anni circulum distributa sunt, &c.* Et vide huius ieiunij mentionem, apud eundem sermone 1. de ieiunio 7. mensis, & in Concilio Moguntino Canone 34.

XI.

Cum igitur Vvhitakerus, in nulla horum omnium, quæ tam audacter protulit, exemplorum præualuerit, sed Ecclesia Rom in his, ab omni innouationis nota immunis inueniatur, quanto magis, de tot aliis articulis idẽ censendum erit, de quibus nihil inuenit iste verisimile quod opponeret? sed præ inopia, cum vellet copiam ostẽtare, coactus est vnius, eiusdemque quæstionis plura exempla afferre, vt de 2. Eucharistia, & 3. Primatu summi Pontificis videre est. In quibus tamen omni-

2. Vide supra hac eadem sect.

bus, tam parum sibi præsidij collocatum esse vidit, vt alibi plane asserat, [l] *Quod nec ille, nec gregales sui ostendere teneantur, quo temporis momento Ecclesia deficere cœperit.* [*] Item *Quod tempus talis mutationis, haud facile assignari possit.* [m] Rursus, *Quod nõ necesse sit sibi, & suis, talis mutationis initium inuestigare.*

Et quia satis nouit, se initium aliquod innouationis assignare non posse, ideo plane sibi, & supradictis exemplis contradicens, quo probet nullum initiũ talis innouationis ostédi deberi, similitudines quasdam ineptas profert, verbi gratia [n] Crinium, qui non subito incanescunt, sed paulatim, & imperceptibiter, & [o] rimarum in ædificijs, quæ initio discerni nequeunt, &c. Hisce [†] subdolis nec satis [p] aptis similitudinibus, Lectoris animum implicat, & à re ipsa in quæstione posita diuertit. Quod si audaciæ tantæ venia detur, & prædictæ similitudines disputationis gratia admittantur

Tract. 1. exempla 4. & 8 3. Vide hoc exemplo 1. 2. & 5.

L. Vvhitakerus contra Duræum lib. 3. pag. 277. & Buchanum in locis communibus pag. 466. *Non est nostrum designare, quo temporis momento cœperit Ecclesia deficere, &c.*

* Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani ratione 7. pag. 101. initio.

M. Vvhitakerus contra Duræum pag. 277 & Povvellus in Annotationibus suis ad Supplicationem Papistarum pag. 42. & 43. Vbi cum vrgeatur, vt si doctrina nostra erronea sit, dicat quonam tempore introducta fuerit, quis eius author, sub quo Pontifice cœperit, &c. respondet. *Nos nescimus quis inimicus superseminauerit Zizania illa.* Item, *Neque vero scimus quis primus author cuiusque vestræ blasphemiæ fuerit.*

N. Vvhitakerus contra Campianum rat. 7. pag. 101. & 102.

O. Vvhitakerus ibid. Vide Povvellum in consideratione &c. pag. 112. numero 7.

† Petrus Martyr in Epistolis annexis locis suis communibus Anglice pag. 131. b. circa medium. *Nisi quis similitudines diligenter examinauerit, decipi potest.*

P. Non conuenit similitudo, ex crinibus enim, nec vnus quidem simul incanescit, nec quælibet rima domum facit ruinosam. Ex dogmatibus verò quodlibet aut verum est, aut falsum. Secundo doctrinæ mutatio, in iis maxime quæ fidei sunt, facilius animaduerti potest, quam pauci cani in capite, aut rimæ aliquæ occultæ in ædificio. Tertio nemini de canis, aut rimis curæ est, Ad omnes

autem Ecclesiæ Pastores pertinet, errores in fide, ac Religione notare, eisque resistere.

tantur, nihil inde conficient aduersarij. Esto enim non vrgeantur, vt ostendāt innouationis quam fingunt initium (quæ tota vis est illarum similitudinum, quas afferunt & male vrgent) Illud saltem ab illis exigi potest, quod & ex predictis exemplis colligitur, vt progressus, & incrementa huius tantę innouationis, quam prætendunt q aperiant, & monstrent. Sin autem dicant, non simul, sed paulatim eā esse factam, modò in vno articulo, modo in alio, Ostendant ergo nobis singulas has mutatiunculas, vel earundem progressus, & incrementa, verbi gratia, qui articuli diuersis tēporis mutati sunt, † qua in Prouincia, quibus authoribus, quibus Pontificibus agentibus, quibus Patribus impugnantibus? Hac via Vvhitgiftus (vt * Sarauiam, Bellum, & Iuellū omittam) 1. cathredrales Ecclesias cōtra Cartvvrightum asserit, dum ab eo quærit 2. *à quo Pontifice*

q Progressu enim temporis tam cani capitū quam rimæ parietum facile discernuntur.

† Antiquus ille author Vincentius Lirinensis, libro aduersus hæreses cap.34. *Et re vera quæ vnquam hæresis, nisi sub certo nomine, certo tempore ebulliuit? Quis vnquā hæreses instituit, nisi se prius ab Ecclesia catholica vniuersitatis, & antiquitates consensione discreuerit? Quod ita esse, luce clarius exempla demonstrant.*

* Sarauia in defensione tractationum de diuersis Ministrorum gradibus cap. 23. pag. 361. initio in simili casu ait, *Respondeo id dici non sat esse, sed ex historiis demonstrandum esse, quæ illa fuerunt schismata, & vbi, & quando nata, & quomodo inde tā vniuersalis consuetudo fuerit profecta*; & infra ibid. p. 429. initio. Et Bellus in Regimine Ecclesiæ pag.26. & 27. *Si quis hanc consuetudinē improbet, ostendat quomodo primò inceperit*. Et Iuellus in rep. ad Hardingum pag.112. De errore quodā quem vrgebat Hardingus, Iuellus vero negabat, sic ait. *Si verum fuisset quod asserit Hardingus, omnes proculdubio rei circumstantias exposuisset, quando videlicet error ille ortus est, vbi, & quamdiu viguerit, quis eum impugnauerit, &c. Quas quidem circumstantias cum non enumerauerit, res dubia esse videtur, &c. Et Ministri quibus silentium impositū est*. 3.part. defens. &c. edit. 1608. pag. 78. & 79. ante med. aiunt. *Si situs ille corporis, quo Christus & Apostoli in sancta cœna vsi sunt, in secundo sæculo, vel alio intermedio*

termedio vsque ad annum 1220. in genuflectionem mutatus fuisset, ex communi Patrum illius ætatis consensu, probabile sane est, quod aliqua eius mutationis mentio facta fuisset, est enim magni momenti mutatio, &c. cuius primus ortus in primitiua illa Ecclesia ab aliquo saltem memoria proditus fuisset. Quis igitur credat mutationem longe maiorem à sæculo in sæculum sub silentio transire potuisse, adeo vt nec ipsi patres, qui Liturgias suo tempore vsitatas conscripserunt, vllam eius mentionem facerent?

1. Vvhitgiftus in defensione pag. 747. initio.
2. Vvhitgiftus ibid.

Pontifice, vel quo tempore primo inuentæ sunt, & alibi contra Puritanos contendit, quod 3. *cum origo & initium horum omnium, (Metropolitanus, Archiepiscopus, &c.) inueniri nequeat, existimãdum esse ea ab Apostolis originem sumpsisse. Sanctus enim Augustinus* (inquit ille) *huiusmodi regulam statuit.* Et in huius regulæ confirmationẽ varios ibidem authores 4. Protestantes citat. Hinc est quod S. Hieronimus docet 5. *Hæreses ad suam originem reduxisse, confutasse est.* Quod & verum esse 6 Vvhitakerus agnoscit.

XII.

Neq. vero nos hanc rationẽ confingimus, sed à sacra scriptura didicimus, quæ docet quod 7. Pastores, & Doctores semper in Ecclesia erunt, & 8. *quod non tacebunt*, sed *semper* 9. *falsas doctrinas oppugnabunt, easque palam arguent.* Atque hoc ad ipsam * Ecclesię naturam spectare videtur, ne tot ac tantis erroribus filios suos obrui cũ silentio patiatur. Atq; huic veritati omnium temporum experientia attestatur. Hoc

3. Vide supra Tract. 1. sect. 3. subdiuisione 15 initio ad m.
4. Vide vbi supra Tract. 1. sect. 3. subdiuisione 15. initio ad n.
5. Vide Sanctum Hieronimum ad Ctesiphont. Sic & Iræn. lib. 3. cap. 4. post med. Valentinianos refutat, *Ante Valentinum non fuerunt, qui sunt à Valentino, neq; ante Marcionem, qui sunt à Marcione, &c.* Neque ante Lutherum qui à Lutheri.
6. Vvhitakerus lib. 7. contra Duræum pag. 479. paulo post med. ait, *Multũ autem ad hæreses refutãdas conferre, earum originem nosse, nemo negat.*
7. Vide infra Tract. 2. cap. 2. sect. 1. initio ad a. a. b. d.
8. Infra Tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad 1. & ibidem p. q. r.
9. Vide infra Tract. 2. cap. 2. sect 1. ad p.

* *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem* ad Rom. 10. 10. *Et quicumque negauerit me coram Patre meo, &c.* Math. 10. 33. & Luc. 9. 26.

Hoc enim pacto omnes hæreses, tam Græcorum quam Latinorum detectæ 10. sunt & impugnatæ. Sic Berengarius, Vvckleffus, Lutherus, &c. in suo primo ortu impugnati, & tanquam nouatores explosi sunt. Sic denique 11. Græcorum quantumlibet nobis ignotorũ defectio, etiam hodie ostendi potest. Et potuit Roma, sola inquam Romana non ita remota primam fidé deserere, & loco eius errores (vt prętenditur) disseminare, non numero paucos, non momento leues, nec animo solú conceptos, sed ad mores, & externas actiones pertinentes, qui minus celari possunt, verbi gratia * *Orationis pro mortuis, & ad Sanctos, peregrinationis, castitatis ex voto, Monachismi, Externi sacrificij, & supra omnia panis & vini* (vt Protestantes opinantur) idololatrię, neque hęc secreto solũ exercere

10. Hoc ex Patribus qui semper hæreses insurgentes scriptis impugnarunt, satis liquet nempe Irenęo Epiphanio, Hieronimo, August. & 11. Quod ad Græcorum defectiones attinet antiquorũ quidem Pauli Samosatĩni, Macedonij, Nestorij, &c. errores eorum natiores sunt, quam vt testimonio egeant. Alios vero posteriorũ recenset Nicephorus, Zonaras, Glicas, Humbertus, & alij, & partim Protestantes aliqui, Crispinus lib. de statu Ecclesiæ pag. 364. & 253. & Osiander in Epitome cent 9. 10 11. & pag. 144. & 156. & 261 & 262. & Sparkus contra Ioannem de Albines pag. 158. & Kekermannus in sistem. Theolog. lib. 1. pag. 68. 69. Duodecim circiter numerantur Græcorũ cum Romana Eccl. vniones, post quas omnes, iterũ in scismate lapsi barbaro iam Turcarum imperio plane duram seruiũt seruitutem, illud nimirum Esaiæ Prophetæ experti, *Gens quæ non seruiret tibi* (nempe Ecclesiæ) *peribit*. Tertio quod ad errores attinet, haud ita multos, in quib. Græci, ab Ecclesia Romana dissentiunt, quando incæperint, & à quibus impugnati sunt, satis constat, verbi gratia, *Primus Ioannes Constatinop. obedientiam Sedi Rom. debitam exhibere detrectauit.* Cui restitit S. Greg. vt patet lib. 4. epist. 34. & 36. & lib. 7. epist. 36. & 64. & Pelagius epist. *Vniuersis Episcopis qui illicita vocatione Ioann. Constantinop. ad Synodum conuenerunt. Aerius* & ipse Græcus, *primus orationes pro defunctis negauit*, quem S. August. hær. 53. & Epiphan. hær. 75. confutant. Postea tamen in his duobus dogmatibus Græci se Ecclesiæ Rom. submiserunt, teste Sparko vbi supra & Osiandro cent. 15. pag. 477. & Crispino vbi supra pag. 451. Cælibatum Sacerdotum defendit Chrysostomus contra Theodorum epist. 6.

quæ est ad Theodorum. Et contra alios Epiphan, hær. 56. ante med. *Error autem de processione Spiritusancti* circa annũ Domini 764. ortus est,& impugnatus, teste Kekermano in Sistem. Theol. pag. 68. *Non licere vti pane azymo in Eucharistia celebranda* asseruerunt Græci circa annum Domini 1053. teste Leone 9. in epist. ad Michaelem Episcopum Constantinop. cap.5.& Osiandro centur. 11.pag.156 post med. & centuriat. cent. 11. capite 8. Idem de aliis quibusdam eorum erroribus monstrari posset. Nam anno Domini 870. (teste Crispino lib. de statu Ecclesiæ pag.253. initio) *solum de Primatu Rom. Pontificis, & quibusdam cæremoniis Græci à Romana Ecclesia dissenserunt.* Quantum vero isti à Protestantium religione abhorreant, ex libro illo satis patet, cui titulus. *Hieremiæ Patriarchæ Constantinop. sententia definitiua de doctrina,& religione Vvittembergensium Theologorum, vna cum antidoto vltimæ responsionis eorundem, ad censuram Patriarchæ de Articulis confessionis Augustanæ,&c.* Editus est autem liber iste anno 1586. De qua re vide Hospinianum in hist. sacramentaria parte 2. fol. 384. b circa med. Hoc autem fusius ostenditur, libro illo nuper latine verso cui Titul. *Responsio Basilij magni Ducis Moscouiæ,&c.* anno 1570. edito, & confutato à Ioanne Lascicio Polono Protestante, extat autem in libro inscripto de Russorum, Moscouitarum, & Tartarorum religione,&c. impresso 1582. Extat etiam opus Theologorum Vvittenbergensium & Hierem. Patriarchæ Constantinop. de Augustana confessione, &c. Vuittembergæ anno 1584. Ex quo aliquido patet, Græcos vsque hodie tenere ac docere, *Angelorum & Sanctorum inuocationem*, pag.102.128. *Reliquias*, pag. 244.368. *Imaginum venerationem*, pag.243.244.247.251. *Transubstantiationem*, pag. 86.96.100.240.318. *Sacrificium*, pag.102.104. *Cæremonias Missæ, easque significatiuas*, pag 97. Et vide notas in marg.& pag.99. & 100. *Confessionem auricularem* in prætione ante med.& in eodem lib. pag.87. & 130. *satisfactionem iniunctam*, pag. 79. & 89. *Confirmationem ex Chrismate*, pag. 78.& 238. *Extremam vnctionem*, pag.242. & 326. *Septem sacramenta*, pag.77.& 242. *Orationem pro mortuis*, pag. 93.& 102. & 109. *Sacrificium pro mortuis*, pag.95.& 104. *Eleemosinam pro mortuis*, pag.93. & 109. *liberũ arbitrium*, pag.224.296.367. *Monachismũ*, pag.132.& 257. *Vota castitatis*, pag. 111.& 129.135. *Ieiunium Quadragesimæ, aliosq; statos Ieiuniorum dies*, pag.126. *Cælibatum Sacerdotum post susceptos ordines*, pag.129. Denique (ne singula commemorẽ) *doctrinã fidei iuxta vnanimem consensum Patrum tradendam esse*, & recipiendã p.131.138 142. Simile testimoniũ perhibet Edvvinus Sandus eques supra tract.1. sect. 2 in marg. ad figuram 4. In præcipuis igitur fidei dogmatibus Ecclesia Græca cum Romana hodie consentit.

* Vide praxim communem Ecclesiæ, quam & aduersarij agnoscunt, in conclusione huius libri ad iudices Angliæ sect.3 in marg. ad * post r.

exercere, sed per tot gẽtes Christianas 12. diffũdere, *Longe lateque regnauit papismus* (inquit Nap.) *absque valida aliqua* 13. *contradictione*, 14. *Nemine per spatium mille annorum post Syluestrum primũ* (nec ante quod constat) *tanquam vera Ecclesiæ visibilis athleta, reluctante.* Cum interim tamen aduer-

12. Napperus in Apocalipsim pag. 68.

13. Napperus ibid.

14. Napperus ibid. pag. 239. ante med.

15. Centuriatores in quinto capite cuiusque cent. illius ætatis hæreticos recensent.

16. Hoc præstant centur. vbi supra, aliique scriptores Eccl. Vide supra Tr. 2. cap. 2. sect. 9. ad literam. z.*

17. Quod aduersarij Honoriũ Papã, qui anno 1220. sedit, Eucharistiæ adorationem ex latria introduxisse volũt, mere fabulosum est. Nullus enim illius sæculi author, eum vnquam vllius innouationis insimulauit. Statuit ille quidem vt Sacerdotes populi in hac parte negligentiam redarguerent. Vixit autem circa illud tempus Iacobus Victriacus, qui in hist. Orientali cap. 75. de hæreticis dictis Surianis loquens ait, *Sacramentis nostris nullam exhibent reuerentiam, neque assurgere volunt, quando corpus Domini ad visitandos infirmos nostri deferunt sacerdotes.* Ante Honorium etiam Odo Parisiensis qui circa annum Domini 1175. In Synodicis constitutionib. cap. 5. de Sacramento Altaris sic ait. *Frequenter moneantur laici, vt vbicumque viderint deferri corpus Domini, statim genua flectant, tanquam Domino & creatori suo, & iunctis manibus quoad vsque transierit, orent.* Ante hæc tempora anno scilicet 114. floruit Auerroes Philosoph. (teste Coopero in Chronico fo. 208. 6.) quãdo Euchar. ex latria adorare, tã solenne fuit, vt is Christianos ob id deriserit, citãtur verba eius à Fulcone contra Heskinum, Sanderum, &c. pag. 235. Vnde & Sutcliffus in summa seu recognitione Papismi cap. 47. pag. 295. ait. *Auerroes Papismum omnium religionum absurdissimum æstimauit, eo quod Papistæ panem azimum pro Deo adorarẽt, quem & mox deuorare & deglutire solere diceret.* Algerus etiam anno Domini 1060. lib. 2. de Eucharistia capite 3. ait. *Hac fide ipsum sacramentum, quasi diuinum quiddam adoramus, quasi viuum quiddam & rationabile alloquimur & rogamus, Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis, quia non quod videtur, sed quod vere est, Christum ibi esse credimus.* Et Antonius Prætorius eruditus certe Caluinista lib. de Sacr. pag. 288. cum dicat, *Damascenum Trãsubstantiationem docuisse anno 735.* addit, *Hãc subsecuta est panis adoratio, acsi Christus ipse esset,* & Carion. in Chron. p. 451

sarij, notos cuiusque ætatis 15. Hæreticos proferant, qui in aliis minorib. momenti articulis, palã, & audacter Romanæ Ecclesię 16. restiterunt, & Historicos illorum temporũ citãt, qui etiã priuata summorum Pontificum vitia enarrarũt. Sed estò hęc omnia tã incredibilia, sic euenisse demus, an vnũ illud, tam stupendũ (cęteros interim articulos taceo) quod scilicet Eucharistia 17. latria adoretur, inolescere, & per tot Christianorũ Gentes * longe, lateque diffundi potuit, nec tamen vel ab vno aliquo Ecclesiæ aduersario Hæretico, vel prophano, literarũ monumentis, mandari? An Pastores Ecclesię? An domestici pariter inimici & exteri religionis nostrę, hoc vnum siluerunt?

Ex

prope initium non modo transubstãtiationem attribuit Damasceno, sed & ἀρτολατρείαν, id est panis reseruati & eleuati adorationem, sequentibus annis quingentis viguisse dicit. Ex his satis liquet, Eucharistiæ adorationem ex latria, ante Honorium 3. in vsu fuisse. Hoc & ipsi aduersarij confitentur, cum Foxius actis & monumen. pag. 896. fine, vel iuxta aliam editionem anni 1596. pag. 1276. a lin. 14. dicat, *Si Honorius hanc Eucharistiæ adorationem non introduxerit, se alium eius authorem non inuenire.* Testimonium autem sancti Aug. in Psal. 98. Ambros. de Spiritu sancto lib. 3. cap. 12. Theodoreti dial. 2. Chrysost. cap. 1. ad Cor. homil. 24. S. Basilij de Spiritu sancto cap. 27. Nazianzeni in epitaphio Gorgoniæ, & Dionysij Areopagitæ de Ecclesiastica hierarchia cap. 3. nostrum adorandi ritum tam clare asserunt, vt ea Kemnitius contra Sacramentarios citet, in examine Concil. Tridentini parte 2. pag. 92. a· Plura de hac re, vide infra tract. 2. cap. 1. sect. 3. in margine ad * post 17.

* Philippus Nicolai in comment. de regno Christi pag. 22. circa med. ait, *Hoc teneant Christiani lectores, non modo Græcorum Ecclesias, verum & Ruthenos, Georgianos, & Armenos, & Indos, & Aethyopes, qui Christo sua nomina dederunt, veram & realem corporis, & sanguinis Domini præsentiam statuere, vbicumque Eucharistia celebratur, &c.*

Ex ceremonis Missæ subinde additis, ne minima quidem est, quam non historici quãdo, & per quem sit superaddita, prodiderunt, adeo vt ipsi aduersarij, variis * tractatibus initia, & ortus cuiusque earum ostenderint. Hoc cum in confesso sit, an probabile vel omnino possibile arbitrabimur, eos qui tanta diligentia hæc minora persecuti sunt, maiora illa omittere voluisse, si nouiter fuissent introducta, videlicet externi sacrificij oblationem, realem corporis Christi in Eucharistia præsentiam, eiusdem ex latria adorationem, orationes ad sanctos, preces pro defunctis fusas, cælibatum Sacerdotibus impositum, quo puriores quotidie celebrent, & similia?

* Huius argumenti libros varios ediderunt aduersarij, verbi gratia, reliquias Romæ per Thomam Beaconum. Anatomiam Missæ, per Antonium de Adamo, anno 1556. historiam Sacramentariam, per Hospinianum lib. 2. cap. 4. 5. 6. 7. Item aliam apud Foxium in actis & monum. pag. 894. 895. & deinceps vsque ad pag. 901. & iuxta editionem anni 1596. pag. 1275. & 1276. &c. Item speculum Pontificum per Shegedinum, &c.

Licet

B. Supra tractatu primo sectione prima in margine ad literam d.

pisticam profitebatur: & quod ab eo tempore, in professione eiusdem manserit, [c] ijdem ipsi confitentur. Id quod ex omnibus [d] historiis tam liquido constat, vt id pluribus agere nihil sit necesse. Vixit autem sanctus Gregorius, aliquantum intra primos 600. à Christo annos. Cum igitur iam supra probauerimus, Romanam Ecclesiam religionem nostram Catholicam continuos hos mille annos posteriores professam esse, iam solum discutiendum restat, num in primis illis à Christo sexcentis annis, aliquam fidei mutationem fecerit.

Cum igitur hoc sit præsentis controuersiæ caput, satis iam à * Vvhitakero definitum est, qui nullam fidei mutationem in Ecclesia Romana, illis sexcentis primis annis factam esse agnoscit. Quia tamen Fulco hac eius confessione supra omnem modum offensus † *mendacium in faciem ei improperat*, qui dixerit, se illis assentire, qui sic sentiunt, paulo diligentius expendamus, quot à Christo sæculis, Ecclesia Romana

C. Vide qui hoc confiteantur tract. 1. sect. 2. initio in margine ad l. & k. & *. Et Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 27. de Bonifacio 3. loquens (qui duobus annis post Gregorium sedit, teste Anastasio lib. de vitis pontificum) ait, Papæ omnes à Bonifacio 3. blasphemi, hæretici, & Antichristi fuerunt. Idem habet in confutatione Purgatorij pag. 344. Imo ipsum Bonifacium Antichristum vocat, in prædicto responso ad Pseudocatholicum pag. 36. & confut. Purgatorii pag. 194. & vide Vvhitakerum de Ecclesia pag. 260. & 261. Hoc autem clarius confitetur Gabriel Povvellus infra tract. 2. cap. 2. sect. 7. in marg. ad l. & Parkinsius infra tract 2. cap. 1. sect. 4. ad o. p. Et Simon. Voion ibi ad n. & Napperus vbi supra sect. 2. ad l. & Vvhitakerus supra tract. 1. sect. 3. subd. 10. ad *. post 22. & Dounamus tract. de Antichristo pag. 4. ait, *Papæ omnes à Bonifacio 3. descendendo Antichristi fuerunt.* Idem asserit Vvhitakerus supra citatus tract 1 sect. 9. subd. 3. in marg. sub figura 9.

D. Hoc è Centuriatoribus in singulis centuriis, & aliis scriptoribus Ecclesiasticis manifeste colligitur.

* Vvhitakerus contra Sauderum lib. de Antichristo pag. 35. & sequentibus,

dum Sandero respondet, qui affirmauit *Romanam Ecclesiam primis sexcentis à Christo annis immutatam mansisse, ait, Toto illo tempore Ecclesia incorrupta permansit, & fidem ab Apostolis traditam docuit, & defendit.*

† Fulco in replic. ad replicationem Bristoi pag. 4. post med. ait, *Quod si mihi imponat, quasi confessus fuerim, Ecclesiam incorruptam mansisse 600. post Christum annos, mendacium illi in faciem regero.*

Romam intemerata, & ab omni fidei mutatione immunis, ex communi omnium consensu mansisse agnoscitur. In cuius declarationem, obseruandum est, quod cum authores nostri, aduersariis obiiciunt, Tertullianum hæreticos sui temporis prouocasse ad Ecclesiam Romanam, Fulco respondet, id eum fecisse, *quia Ecclesia* [e] *Romana (inquit ille) integra successione vsque ad* Tertulliani *tempora, quam semel accepit fidem retinuit.* Huic [f] Vvhitakerus, & [*] Hieron. Zanchius astipulantur. Cumque quidam ex nostris, vrgeret seriem Romanorum pontificum [g] more Irenæi, Cypriani, Optati, Tertulliani, Hieronymi, Augustini, & Vincentij Lirinensis, Respondet Fulco, [h] *Quod hi nominatim Ecclesiam* Romanam *compellarent, ideo fuit, quod Ecclesia illa, tunc temporis, sicut fundata est ab Apost. ita in Apostolorũ doctrina permanserat.* Cũq; Ioan. Reinoldus eodem modo vrgeretur, *agnoscit & ipse* [i] *Romanorum Pontificum successionem tempore Augustini, Hieronymi, Epiphanij, Optati, Tertulliani, Irenæi, &c. optimum fuisse veræ fidei argumentum.* Idem plerique alij docti protestantes [k] fatentur.

Claudat

E. Fulco in confutatione Purgatorii pag. 374. post med.
F. Vvhitakerus de Ecclesia pag. 278. de Apostolicis Ecclesiis agens, & inter cæteras de Romana, sic ait, *Vnde intelligimus, cur ad illas Ecclesias prouocaret Tertullianus. Nimirum quia tum doctrinam Apostolicam perpetua successione tenebant.*
* Zanchius vera religione pag. 148. circa medium.
G. Fulco in confutatione purgatorij pag. 372. ante medium.
H. Fulco ibid. pag. 373. & in retentiue pag. 85. ait, *Ecclesia Papistica hæreticus conuentus*

conuentus est, ab Ecclesia Catholica longe post Augustini mortem diuisus.

I. Reinoldus in collatione cum Harto pag. 443. post med.

K. Ridleius apud Foxium in actis & monumentis pag. 1359. b. ait, *Patriarcha Romanus tempore Apostolorum, & longo post, Dei gloriam quæsiuit, & propagauit, & ibi magis, quam aliis in locis Dei Euangelium prædicatum est, & Sacramenta diligenter administrata sunt, & postquam Imperatores facti sunt Christiani, ibi Euangelium maxime floruit.* Iuellus in replic. ad Hardingum pag. 246. ante medium ait, *Tam Augustinus, quam cæteri Patres, merito sedi Romanæ reuerentiam exhibuerunt, & c. ob religionis puritatem, quæ ibi sine macula longo tempore conseruata est.* & pag. 628. *Sancti Patres (illorum temporum) ad Ecclesiam Romanam confugerunt, quæ religionis integritate, & constantia cæteris longe eminebat.*

Claudat denique hanc testium seriem, ipse Caluinus, qui obiectionem hanc proponens, ait [l] *Magnificè illi quidem suam nobis Ecclesiam commendunt. Allegant enim, eam apud se initio, sana doctrina, & sanguine martyrum bene fundatam, perpetua* Episcoporum *successione conseruatam fuisse, ne intercideret. Commemorant quanti hanc successionem fecerint Irenæus,* Tertullianus, *Origenes, Augustinus, & alij.* Cui deinde respondens, parem supradictæ rationem reddit, dicens, *Cum extra controuersiam esset, nihil à principio vsque ad illam ætatem mutatum fuisse in doctrina, sumebant, quod omnibus nouis erroribus conficiendis sufficeret, illos nempe oppugnare doctrinam ab ipsis vsque Apostolis constanter, & vnanimi consensu retentam.* Et in libro institut. Gallicè expresse ait, [m] *Notum & indubitatum esse, quod ab Apostolorum temporibus, vsque ad supradicta, nulla doctrinæ mutatio facta fuerit Romæ, vel in alia vlla ciuitate.* Diserte igitur confitentur aduersarij, nullam fidei mutationem factam esse in Romana Ecclesia, à tempore Apostolorum, vsque ad sanctum Augusti-

L. Caluin. institut. lib. 4. cap. 2. sect. 2.

M. Caluin. in institutionibus Gallice editis, & Geneuæ impressis per Couradum Badium anno 1562.

num, Optatum, Epiphan. &c. id est à quadringentis post Christum annis. quod & 2. sanctus Hieronymus plane asserit, & prædicti Patres 3. Iren. 4. Augustinus 5. Vincentius Lirinensis, & 6. cæteri pro suo quisque tempore testatur. Quorum plerique Rom. Pontificum successionem, vt argumentum irrefragabile, contra illorum temporum hæreticos vrgent.

Cum

2. Hieron. in epist. ad Pamachium & Oceanum, *Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te, vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nescimus? Cur profers in medium, quod Petrus, & Paulus edere noluerunt vsque ad hunc diem sine ista doctrina mundus fuit Christianus: Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.* Imo idem ep. 57. ad Damasum de Ecclesia Romana ait, *Ideo mihi cathedram Petri & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam.* Et paulo post Damasum alloquens, inquit, *Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior, super illam Petram, ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est, &c. Quicunque tecum non colligit, spargit.*

3. Irenæus lib. 3 aduersus hæreses cap. 3. *Hæreticis opponit Romanorum Pontificum successionem. Quoniam, inquit, valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximæ, & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, & gloriosissimis duobus Apostolis Petro, & Paulo Romæ fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habent ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus, &c. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique conseruata est ea, quæ ab Apostolis traditio &c. Hac ordinatione ea quæ est ab Apostolis traditio in Ecclesia, & veritatis præconiatio, peruenit vsque ad nos, & est plenissima hæc ostensio, vnam, & eandem viuicatricem fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis vsque nunc sit conseruata.*

4. Sanctus Augustinus tom. 7. in Psalmo contra partem Donati, ait, *Venite fratres, si vultis, vt inseramini in vite, dolor est cum vos videmus præcisos ita iacere. Numerate Sacerdotes, vel ab ipsa Petri sede, & in ordine illo Patrum, quis cui successit, videte, ipsa est Petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.* & tom. 7. contra epist. Manichæi cap. 4. *Multa sunt quæ in Ecclesiæ gremio me iustissime teneant, &c. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum.* Simile habet tom. 2. epist. 165. & in lib. *de vtilitate credendi* cap. 17. & lib. 11. contra Faustum Manichæum cap. 2.

5. Vincentius Lirinensis libro aduersus hæreses paulo post initium Romanam Ecclesiam laudat, quod *susceptæ semel religionis integritatem conseruaret.*

6. Ruffinus in symbolum de Romana Ecclesia inquit, *Neque hæreses vlla illic sumpsit exordium.* Et sanctus Hieronymus in apolog. 2. contra Ruffinum ab eo sic quærit, *Fidem suam quam vocat? Eamne qua Romana pollet Ecclesia? Si Romanam respondet, ergo Catholici sumus.* Et sanctus Ambrosius de obitu fratris refert fratrem suum scire cupientem an Episcopus ad quem venerat Catholicus esset, an non, quæsiuit ab eo, *vtrumnam cum Episcopis Catholicis hoc est cum Romana Ecclesia conueniret?* & epist. 181. ait, *Ecclesiam Romanam semper regulam (fidei scilicet) Apostolicam intemeratam seruasse.* Et Zozomen. histor. lib. 7. cap. 4. Theodosij Imperatoris hac de re edictum citat, dicens, *Eo autem declarabat se velle, vt vniuersi subditi eam religionem amplecterentur, quam Petrus Apostolorum princeps, Romanis ab initio tradidisset, quamque tunc temporis Damasus Romæ, & Petrus Alexandriæ Episcopus conseruarent.* Vide etiam edictum Gratiani, Valentiniani, & Theodosij lege prima, codice de summa Trinitate, & fide Catholica. Et vide hac de re Tertullianum de præscriptionibus aduersus hæreticos cap. 36. & Optatum libro 2. & Epiphanium hæresi 28. citatum infra tract.2. cap.2. sect.15. subd.4. ad * post i.

II.

Cum igitur Rom. Ecclesia, ab omni doctrinę mutatione, quoad illos fides articulos, de quibus nunc cōtrouersia est, immunis inueniatur, non modo primis quadringentis quadraginta post Christum annis, sed & aliis mille à nostro sæculo proxime elapsis, restat vt spatium intermedium centum sexaginta annorum examinemus, in cuius decursu, si nulla facta sit mutatio, necesse est, vt quam semel Romana Ecclesia suscepit veram fidem, eam vsque hodie incorruptam conseruarit, & nunc retineat. Cum igitur in tam angustum temporis spacium adducta res sit, audacter aduersarios prouocamus, vt proferant nobis si possint, vel vnum saltem exemplum, alicuius articuli fidei de nouo introducti, spatio illo centum sexaginta annorum supradicto. In quem finem, tres hasce rationes sequentes paucis vrgebimus. Primo quidem sacræ testantur

literæ, *Christum in Ecclesia constituisse* [n] *Pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, donec occurramus omnes in vnitatem fidei*, id est, (vt ipsi aduersarij interpretatur) [o] *in perpetuum. Qui quidem* [p] *vigiles seu** *Pastores non* [q] *silebunt, sed* (vel ipso Fulcone teste) *semper* [r] *falsis opinionibus, idq; aperte* [s] *resistent.* Secundo idem hac ratione patet. Vera Christi Ecclesia, ex omnium confessione, semper [t] durabit, nec portæ inferi, aduersus eam præualebunt. Nunquam igitur tantum officio suo deesse poterit, vt filios suos tot ac tantis erroribus implicatos videat, quot supponunt aduersarij, nec cõtradicat tamen, aut reclamet.

Tot igitur ac tanti momenti dogmata, scilicet, *meritum operum*, *oratio pro defunctis*, *inuocatio sanctorum, liberum arbitrium, realis præsentia, & adoratio Christi in Eucharistia*, *sacrificium Missæ*, *cælibatus Sacerdotum*, *& alia huiusmodi* (si supponamus falsa esse) nunquam certe oriri, & spatio 160. annorum vniuersam Ecclesiam Romanam peruadere potuissent, absque magna contradictione, difficultate, & * publica reprehensione, si non multorum, at saltem aliquorum, aut certe vnius alicuius, in aliqua parte Ecclesiæ. Hoc tam exemplo [u] priorum temporum, in quibus ob vnum aliquod nouum dogma, contra Valentinianos, Tatianistas, Manichæos, Arianos, acriter certatum est,

N. Ephes. 4. 11.12.13.
O. Fulco cõtra testamentum Rhemense in Ephes. 4. fol.335.a. initio. Caluin. instit. impressis Geneuæ 1550. c. 8. de fide sect. 37. 38. pag. 233. 234. Melancthon in locis commun. impressis 1561. c. de Ecclesia.
P. Esa. 62. 6.
* Notæ marginales Bibliorum Anglice anno 1576. in Esaiæ 62. 6.
Q. Esa. 62. 6.
R. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 11. initio.
S. Fulco ib. p. 92. ante med.
T. Vide infra tract. 2. cap. 1. sect. 6. in marg. ad m. & tract. 2. cap. 2. sect. 14. initio in marg. ad lit. r.
* Bilsonus in recognitione passionũ Christi p. 660. sic ait, *Eusebij testimonio satis probatur Christi descẽsum ad hades, antiquitus palã in Ecclesia receptũ fuisse, alioquin enim religiosi, qui tunc vixerunt, & Euseb. coætanij fuerunt, si nouũ aliquem fidei articulũ cudisset, pro officio suo Christiano, sine dubio restitissent, & refutassent.* Quod si de vno dogmate sic liceat argumẽtari, quãto magis hoc nobis idẽ licebit, de tot ac tãtis

articulis de quibus aduersarij Ecclesiam Rom. nunc accusant? Cum præsertim S. Aug. epist. 119. cap. 19. dicat, *Ecclesia Dei, inter multam paleam, multaque Zizanias constituta multa tolerat, & tamen quæ sint contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit.*

V. Extant scripta Iren. Epiphan. August. &cet. contra varias hæreses, opera præclara.

est, quam subsequentium in quibus [x] variæ Hæreses cuiusque sæculi oppugnatæ sunt, ex histoiris satis liquidò ostendi potest. Imo ex illis ipsis 160. annis, de quibus nunc loquimur, exépla peti possunt. Tunc enim non solũ [y] Pelagiani [z] Nestoriani, [a] Donatistæ, [b] Monotholitæ, &c. de nouis opinionibus vsque hodie notis conuicti sunt, verum etiã (quod pro nobis & contra aduersarios litem hanc plane definit) plerique Hæretici, quod varios tunc temporis catholicæ fidei nostræ articulos negarét (quos & Protestãtes hodie negãt) condemnati sunt. Huius generis exempla nó extorta, seu inepta, qualia contra nos * Vvillettus, absque omni fronte congerit, sed apposita, & clara, plurima sunt, & quidé ab ipsis aduersariis petita. Tunc enim, vel paulo ante (quod magis vrget) innouator habitus est [c] Aerius, eo quòd orationé, & Sacrificium pro mortuis, & statuta ieiunia negaret, & Vigilãtis, [d] Quòd Sanctos inuocare & eorũ reliquias venerari

X. Huiusmodi exempla colligunt cent. 5. cap. cuiusque centur. & Pantaleon in Cronologia & Osiander in Epitome.

Y. Augustin. de hæresibus hær. 88.

Z. Augustin. ibid. hær. 91.

A. Augustin. ibid. hær. 69.

B. Sexta Synodus Constantinop. & vide cẽt. 6. col. 311. lin. 37.

* Vvillettus in Tetrastilo Papismi pag. 107. 108. 109.

C. Vide Aug. hær. 53. & Epiphanium hæresi 75. & Fulconem in responso ad Pseudocatholicum pag. 44. & 45. vbi sic ait, *Quod vos magnum putatis, non dissimulabo, Docuit quidem Aerius orationes pro Defunctis inutiles esse, teste Epiphanio, & Augustino, qui & eius opinionem pro errore habent: docuit etiam stata ieiunia non esse obseruanda.* Et Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 29. pag. 138. ait, *Vndecima hæresis est Aerij, is morem Ecclesiæ, quæ ad altare defunctorum memoriam agere, & pro vis sacrificium Eucharistiæ, id est gratiarum actionis offerre solet, condemnauit. Improbauit etiam stata ieiunia, nec inter Præsbyterum, & Episcopum discrimen vllum admisit, &c. Damnatus est, &c. Hoc idem fatetur.* In Pan-

taleon in Chronographia pag.28. Et Osiand. in Epit. centur. 4. pag. 434. Errores Aerij citat, dicens, *Item tenuit non opportere orare, vel offerre pro mortuis oblationem. Ieiunia scripta non esse obseruanda, &c. Ieiunandum esse cum quis voluerit, propter libertatem.*

D. Hieron. contra vigilant. cap.2.& 3. Idem fatetur Fulco, vbi supra. pag. 46 his verbis. *Vltimo loco proferetur vigilantius, qui inuocationem Sanctorum, reliquiarum, superstitionem, & alias cæremonias scriptis impugnauit*, eum Hieron. arguit, vide cent. 4. col. 1250. lin. 45. & Osiand. in Epit. cent. 4. lib. 4. pag. 506. Idem fatetur Chrispin. *de statu Ecclesiæ* pag. 131. Et August. de Ecclesiastic. dogmatib. cap. 73. *Sanctorum corpora, & præcipue beatorum Martyrum reliquias; ac si Christi membra sincertissime honoranda, &c. credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus; sed Eunomianus, & Vigilantian. creditur.* Et Sarauia in defens. Tract. de diuersis, &c. pagina. 349. Et Beza apud eund. pag. 346. referunt Aerium ob eam causam à patribus antiquis damnatum fuisse, quod *Sanctos defunctos inuocandos esse negaret.*

venerari prohiberet. Xenaias quòd * Iconomachus esset, [e] Vigilãtius [f] & alij quod paupertatem ex voto, & Monachismum improbarét, [g] Nouatiani quod potestatem remittẽdi peccata in Ecclesia esse non concederent, Manichæi [h] quod *liberũ arbitrium peccatorũ remissionẽ, & gratiam in Baptismo collatum negarent* 2. Symõ Magus 3. & alij quod *Deum authorem peccati facerent*, [i] Pelagiani quod *paruulis ad salutem Baptismum minime necessarium dicerent*, [K] Antropomorphitę quod *Eucharistiæ reseruationem inprobauerint*, Iouinianus

* Functius in lib. 7. commentar. in præcedent. Chronol. ad annum Christi 494. ait. *Porro is Xenaias primus in Ecclesia bellum contra imagines excitauit.* Et Nicephor. in Ecclesiastic. hist. lib. 16. cap. 27. ait. *Xenaias iste primus (ô audacẽ animam, & os impudens) vocem illam euomuit. Christi, & eorumqui illi placuere magines venerandas non esse.* Vide hac de re Cedren. in compendio historia.

E. Hieron. contra vigilant. prope finem. *Quod autem asseris eos melius facere, qui vtuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus diuidunt, quam illos qui possessionibus venundatis semel omnia largiuntur, non à me eis, sed à Domino respondebitur: Si vis esse perfectus vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Ad eum loquitur, qui vult esse perfectus, &c. Iste quem tu laudas; secundus, & tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo sciamus, prima secundis, & tertiis præferenda; nec à suo studio Monachi deterrendi sunt à te lingua viperea, & morsu seuissimo, de quibus argumentaris, & dicis, si omnes se clauserint, & fuerit in solitudine, quis celebrabit Ecclesias, &c.* Vide vt hoc idem planè fateatur Crispinus *de statu Ecclesiæ*, pag. 131. & 132.

F. S. Augustin. Ianuarium quendam de hac doctrina arguit serm. 49. ex diuersis cap.1. Et Gregorius Iustum lib.4. Dialog. cap. 55. Vide Leonem epist. 92. ad Rusticum & Concil. Calced. cap. 7. Et August. epist. 89. ad Hilarium & Chrysostom. lib. aduersus *vituperatores vitæ Monasticæ.* Et August. contra literas Petil. lib.3. cap. 40. de Petiliano inquit. *Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem Monachorum, & Monasteriorum, &c.* Et S. *Augustin.* in Psalm. 132. *Circumcelliones arguit, quia* (inquit ille) *dicere consueuerunt quid sibi vult nomē Monachorum.* Et iterum: *Quid ergo dicunt illi qui nobis de nomine Monachorum insultant, &c. Qui nobis dicunt, ostendite vbi scriptum est nomen Monachorum?*

G. Vide infra tract. 2. cap. 1. sect. 3. ad d. Et tract. 3. sect. 1. in marg. ad x.

H. Hieron. in proæmio librorum aduersus Pelagianos, fine ait, *Manichæorū est, hominum damnare naturam & liberum auferre arbitrium, & Dei adiutorium.* Vide Hieronym. in explicatione Symboli ad Damasum, & Sanctus Augustin. de fide contra Manichæos cap. 9. ait, *Aduersus hæc solita cæcitate Manichæi latrant, & cum conuincantur naturam non esse malam, sed in potestate hominis esse, facere bene, aut male, dicunt, non esse animæ liberam voluntatem, & non vident cæcitatem suam, &c.* Et vide ibid. cap. 10. & in actis cum Fœlice Manichæo lib.2. cap.4. & Chrysost. in Ioan. homil. 45. prope initium. *Christus ait illis, Nemo ad me potest venire, nisi Pater meus traxerit illum. Hinc insurgunt Manichæi, contendentes testimonio scripturarum, quod ex nobis nihil facere possimus, hoc autem non aufert liberum arbitriū, sed ostendit nos Dei auxilio indigere.* Quoad illud autem de Baptismo VVhitakerus lib. 10. contra Duræum pag. 883. sic ait. *Nos in Baptismo peccata remitti, & gratiam conferri credimus, ac docemus, quod negare soliti sunt Manichæi en ergo nos à Manichæis alieni sumus.* Vide Sarcerium locis cōmunib. Tom.1. de Baptismo fol. 232. b post med.

2. Vide vt hoc afferat Zuinglius infra Tract.2. cap.3. sect.9. subd.3. post med. ad lit. V. X. Y. Z. A. B. C. & de aliis hæreticis infra Tract.2. cap.2. sect. 10. subdis. 14. per totam.

3. Vincent. Lirin. lib. aduersus hær. post med. *Quis ante Magum Symonem, &c. authorem malorum, id est, scelerum, impietatum, flagitoriumque nostrorū ausus est dicere Creatorem Deum? Quis ante crudelissimum Nouatianum crudelem Deum dixit, eo quod mallet mortem morientis, quam vt reuertatur, & viuat?* Et S. August. ad artic. sibi falso impositos artic. 10. *Execranda, & abhominanda opinio est, credere Deum malæ voluntatis, aut actionis esse authorem.* De hac hær. vide Euseb. l.5. cap. 19. vbi de errore Floriui agit & vide Haumeri Coronolog. pag. 30.

I. Innocent. in rescripto ad Mileuitanum post med. de Pelagianis ait, *Illud vero quod vestra fraternitas eos asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmiis absque Baptismatis gratia posse donari, perfatuum est.* Hoc in Pelagianis condemnat August. hær. 88. & contra Iulianum Pelagianum lib.6. cap.7. & de peccatorum meritis & remissione lib.2. cap.9. & 27. Et S. Leo epist. 86. ad Episcopū Aqueleiensem.

K. Cyrillus ad Calosirium insanire dixit eos qui asserunt Eucharistiam si in alterum diem seruetur, vim suam amittere, sic autem scribit. *Non dubites an hoc verum sit, eo manifeste dicente, hoc est corpus meum, sed potius suscipe verbum saluatoris in fide, cum enim sit veritas, non mentitur. Insaniunt igitur dicentes, misticam benedictionem à sanctificatione cessare, si quæ reliquiæ eius remanserint in diem subsequentem. Nam enim mutabitur sacrosanctum corpus Christi, sed virtus benedictionis, & viuificatiua gratia magis in eo est, virtus enim viuificatiua Dei Patris, vnigeni-*

tum verbum est, quod caro factum est, non desinens esse verbum, sed efficiens carnem viuificatiuam. Hinc autem Petrus Martyr aduersus Stephani Gardineri librum de Eucharistia impress. Basileæ 1581. obiect. 213. col. 838. de hoc Cyrilli testimonio inquit, *Quod autē subijcitur Eucharistiæ reliquias asseruatas in crastinū diē, à sanctificatione non cessare, spectat, opinor, ad receptam quandam cōsuetudinem, &c. Ea consuetudo etsi saperet nonnihil superstitionis, tamen illi Cyrillus aliique subscribebant. Statim enim à temporibus Apostolorum, paulatim cæptum est degenerari à veteri illa simplicitate diuini cultus*

* Iouinianus quod *castitatem ex voto*, Itemque [l] vigilantius [m] Iouinianus [n] & alij quod *cælibatū Sacerdotū negauerint* o Audiani quod *statuta pœnitentiæ tempora negauerint*, p Iouinianus quod *meritorum gradus abrogauerit*, q Alij illius ætatis Hæretici, quod *impossibile esse dixerint seruare mandata*, r Iulianus quod *exorcismum & exsufflationem in Baptismo improbauerit*, 2. Proclus quod *concupiscentiam in renatis verè esse peccatum asseruerit, nec per Baptismum tolli peccatum, sed fide quasi sopiri*, 3. Donatistæ *ob Altarium subuersionem* & 4. *Chrismatis contemptum.*

Origina-

* Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag. 45. paulo post ante med. agnoscit: *Iouinianum condemnatum esse, ob hoc inter cætera, quod docuerit, licitum esse eis qui continere non possunt, etiam si castitatem vouerint, coniugem ducere licet.*

L. Hieron. contra vigilantium cap. 1. hāc in eo doctrinam condemnat, dicens. *Quid faciunt Orientis Ecclesiæ, quid Aegypti, & sedis Apostolicæ, aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerit mariti esse desinunt?*

M. Vide Hier. lib. 1. contra Iouin. cap. 14. & 19 & ad Pamachium Apolog. cap. 8.

N. Epiphan. hær. 59. ante med. *At dices mihi omnino in quibusdam locis adhuc liberos gignere, & Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos?* Cui respondet: *At hoc non est iuxta Canonem, sed iuxta hominum mentem.* Vide Syricium in epist. ad Himerium Taraconensem cap. 6. & 7.

O. Theodoret. lib. 4. hæret. fabularum agens de Audianis eos arguit, *quod confessis donent remissionem, non tempus ad pœnitentiam, vt iubent leges Ecclesiæ.*

P. August. de tempore ser. 191. ait, *Iouiniani dānamus errorem, qui dicit nullam in futuro meritorum distantiam.* Et Hieron. lib. 1. aduersus Iouin. cap. 2. eum arguit *quod Matrimonium virginitati paris esse meriti dixerit*, teste Pantalione Cronologia p. 32. & centur. cent. 5. col. 518. & Wottono in defensione Parkinsi p. 500. vbi ait: *Patres more non Christiano cum Iouiniano egisse*, Vide autē vt hunc hæreticum æquēt vel etiam superent Lutherus, & Vvhitakerus infra Tract. 2. cap. 3. sect 8. fine ad q. Et Sācti s Ambrosius & alij contra Iouinianum dicunt. *Agrestis vlulatus est, &c. promiscue velle confundere omnia, &c. diuersorumque gradus abrogare meritorum.*

Vide

Vide Concilium Telense & rescriptum Ambrosij ibidem. & aliorum ad Syricum prope initium.

Q. Hieron. in explanatione Symboli ad Damasum ait, *Execramur corũ Blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse, &c.* Eadem verba habet Aug. ser. 191. de tempore. Et vide Hieron. ad Cleantiũ & concil. 2. Aransican. can. 25. Hinc est quod Chrystophorus Hofmannus in Commentariis de pœnitentia impressis Hallæ Sueuorum in officina Petri Brubachij anno 1540. à Melancthone in præfatione eiusdem magnopere dilaudatis lib. 1. fol. 55. b initio ait: *Hieron. scripsit Anathema esse qui dixerit Deum impossibilia præcepisse, sed cur non Anathema potius Hieron. qui tam audacter sentit contra Deum? &c.* Hoc S. Hieron. dictum citat, & reiicit Lutherus Tomo 1. Wittembergæ fol. 216. b ante med. vbi & vocat, *Decretellum humani è Hieronimo sumptum.*

R. August. de nuptiis & concupiscentiis lib. 2. cap. 29. ait: *Iulianus antiquissimã Ecclesiæ traditionem nefario crimine aspergit, qua exorcizantur, & vt dixi exsufflantur paruuli.* Et vide Augustin. ibidem lib. 2. cap. 17. & contra Iulianum Pelagianum lib. 6. cap. 2.

2. *Viuente adhuc corpore, antequam moriatur, necesse est simul viuere peccatũ intus in nobis, radices suas abscondens, &c. quare constat contrahi quidem ac sopiri per fidem nunc peccatum, vt ne fructus noxios producat, non tamen radicitus tolli.* Iulianus apud Epiphanium. Hær. 64. ante med. Hoc dogma resuscitat Caluin. Institut. lib. 4. cap. 15. sect. 10. & Melãcthon locis communibus impressis Basileę 1561. pag. 121. initio & post med. & VVillettus in Synopsi pag. 558. & Protestantes passim, qui negãt peccatum originale tolli per Baptismum.

3. Optatus lib. 6. contra Donatistas, sic eos alloquitur. *Quid enim est tam sacrilegum quam altaria Dei in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere? &c. Quid enim est altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester, aut rasit, aut fregit, aut remouit, &c. Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus, & sanguis habitabat? Quod vos offendistis, etiã vos ipsi, vt illa altaria frãgeretis? &c.*

4. De hac re vide infra Tract. 2. cap. 3. sect. 7. subdiuisione. 1. fine in margine ad Y.

Originistę, 5. & alij condemnati sunt, eo quod dixerint, *Adam Imaginem Dei, ad quam creatus est, perdidisse*, quem 6. errorem Illiricus, & alij nuper secuti sunt, & Nouatiani 7. quod Chrisma, seu confirmationem per Episcopum

5. Errorem illum resuscitauit Illiricus, libro de origine peccatorum teste Whitakero in responsione ad Camp. rat. 8. pag. 131.

ante med. & Caluinus lib. 1. Institut. cap. 15. sect. 4. dum ait, *Sic corruptam esse in homine Dei imaginem, vt quicquid superest, honoranda sit deformitas*, Quæ certe esse Dei imago non potest. Et lib. 2. Instit. cap. 1. sect. 1. ait, De Adamo quod

obliterata fuit in eo cœlestis Imago. Sic & Szegedinus locis cõmunib. p.12.ante med. Et Luther.in locis communibus classe 2.pag.21.vbi ait, *Similitudinẽ Dei amisimus* Et Szegedinus vbi supra de Imagine Dei in homine ait, *Obliterata est, & amissa.*
6. *At vero quod secundum Imaginem est Adam perdidisse dicit,* (ex Epiphanio hær. 64.paulo post initium) Item rursus, *Et vide quod corruit sermo eorũ, qui dicunt Adã id quod secundum Imaginem, predidisse.* (Epiphan.hær.70. ante med.
7. Euseb.in hist.lib.6. cap.35. de Nouato ait, *Neque cætera quibus post baptismum secundum Ecclesiæ Canonem imbui oportuerat, acquisiuit, neque Domini sigillo ab Episcopo obsignatus fuerat, quo quidem neutiquam potitus, quomodo quæso Spiritum sanctum adeptus est?* Et Theodoret.lib.3.hær. fabularum de Nouatianis ait, *Iis qui ab ipsis tinguntur, sacrum Chrisma non præbent, &c.*

Episcopum conferri deberri baptizatis negarent, Denique (vt alios plurimos omittam) [s] Donatistæ, & Luciferiani, quod Ecclesiam semper manere visibilem negarẽt; condemnati sunt. Et hos quidem Hæreticos omnes, [t] Patres qui intra illos, centum sexaginta annos vel ante illos, de quibus nunc est questio, vixerunt, ne vno quidem Orthodoxo reclamante, condemnarunt.

Nulla igitur tunc temporis innouatio tentata est, nouos fidei articulos cudendo, quin potius illos impugnando, quos nunc catholici profitemur, quique iam diu ante illa tempora recepti fuerãt. Secũdò addi potest, quod cum eruditi aduersarij nostri nullos producere queant authores Catholicos illorum temporum, qui Pontifices Rom. innouationis, seu mutationis fidei insimulent, Nos è contra manifeste probare possumus, Catholicos Patres omnes illorum [u] temporũ, nec non [x] præcedentium, & [y] subsequentium, Rom. Pontifices magna semper obseruantia coluisse, & cũ iisdem in religionis communione permãsisse. Vnde necessario, (nostro quidem iudicio) sequitur.

S. S. August. de vnitate Ecclesiæ cap.12. Donatistas tanquam hæreticos arguit, *quod lora quadam* (inquit ille) *detorquerent, in Ecclesiam Dei, vt tanquam defecisse, ac periisse de toto orbe videatur.* Et psalmo 101. concil. 2. citat. Donatistarum verba iis plane similia que Protestantes effutire solent de Ecclesia, ante Lutherum. *Apostatauit Ecclesia, & periit de omnibus Gẽtibus,* & addit, *Hoc dicunt, qui in Ecclesia non sunt. O impudentem vocem,* & epist.170 ad Seuerinum ait: *Facle est tibi attendere, & videre ciuitatem*

supra montem constitutam, de qua Dominus ait, in Euangelio, quod abscondi non possit. Ipsa est enim Ecclesia Catholica, vnde καθολικὴ Graece appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur: hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum Domini abscondi non potest. Vide eũdem August. de vnitate Ecclesiæ cap. 12. & 13. & epist. 48. ad Vincent. Rogatianum & de symbolo lib. 4. cap. 10. ait, *Ecclesia totum possidet, quod à viro suo accepit, in dote, Quaecumque congregatio cuiuslibet hæresis in angulis sedet concubina est, non matrona, &c.*

T. Hieron. contra Luciferan. paulo post medium fuse tractat, & inter cætera hæc habet, *Vbi sunt isti nimium prophani, qui plures Synagogas asserunt, quam Ecclesias? &c. Si Ecclesiam non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimis pauper factus est.* Deinde respondens, ait, *Quod si de illa, quæ in Euangelio scripta est sententia, sibi blandiuntur, putasne cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram? Sciant illam fidem nominari, de qua Dominus aiebat, fides tua te saluum fecit.*

V. Illo tempore sedit Leo primus incipiens anno 440. annis duobus, teste Anastasio de vitis Rom. Pontificum. De cõmunione eius cũ aliis illius sæculi orthodoxis Episcopis, vide eundem Leonem epist. 39. & 41. cap. 1. & epist. Theodoreti Græci ad Leon. & centuriat. cent. 5. cap. 7. col. 774. & vide Concil. Calced. Act. 1. 2. & 3. Sedit Hilarius anno 461. De communione eius cum aliis fidelibus vide epist. Taraconensium Episcoporum ad Hilarium Tom. 1. Concil. Sedit Fœlix 3. anno 483. De cuius communione cum aliis Episcopis vide epist. Anastasiæ Patriarchæ Hieros. ad Fœlicem Papã. Sedit Hormisda anno 514. ad 9. circiter annos, de cuius communione cum aliis vt de Ioan. Patriarcham Constantinop. epistola ad Hormisdam Tomo primo Conciliorum inter epistolas Hormisdæ, & vide ibi rescriptũ Hormisdæ ad Episcopos Bæticæ Prouinciæ, & epist. Iustini Imperatoris ad Hormisdam & epist. Pŏssessoris Episcopi ad Hormisdam, & vide Concil. habitum in Epiro, ad Hormisdam extat apud Baron. Sedit Bonifacius 2. anno 530. De communione eius cum aliis Episcopis vide epist. Eulalij Carthag. ad Bonifacium secundum & vide centur. 6. cap. 10. col. 670. Syluerius sedit anno 537. de communione eius cum aliis Episcopis vide epist. Amatoris Episcopi ad Syluerium & vide Liberatum in Breuiario cap. 22. Vigilius sedit anno 537. de quo vide epist. Eutichij Patriarchæ Constantinop. ad Vigilium & epist. Synodi Neopsuestan. ad Vigilium & 2. Concil. dictum Turonense anno 570. Can. 21. & Conc. 1. Bracar. cap. 22. & 23. anno 57[illegible] parem cũ Romana sede communionem professum est. Sedit Gregorius primus anno 590. De communione cæterorum Episcoporum cum ipso vide Ioannis Episcopi Ranennatensis ad Greg. inter epist. Gregor. lib. 2. Indict. 11. epist. 55. & Isidorũ in præfat. in opus Concil. & vide cent. 6. col. 677. 678. 679. & 687. lin. 4. 5. 6. &c. Sedit hic sub fine illorum annorum de quibus nunc est quæstio.

X. Prædictos Pontifices proxime præcesserunt Innocentius, Zozimus, Bonifacius, Celestinus, de communione Innocentii cum cæteris orthodoxis vide epistolam Chrysostom. ad Innocentium & Palladium in vita Chrysostom. & vide epist. Concil. Carthag. ad Innocent. De aliis vero tribus supradictis vide supra sect. 7. exemplo 2. in margine ad literam c. fine. Et vide epistol. Cyrilli Alexandrini ad Celestinum. Ante hos sedit Damasus, & Syricius, de Damaso vide Hieronym. epist. 57. ad Damasum. Eius communionem tam cum Græcis, quam cum Latinis, agnoscit Chrispinus de statu Ecclesia pagina. 137. D

Syricio autem Optatus libro 2. contra Donatistas ait, *Cum Syricio totus orbis in vna communionis societate concordat.* Vide Sanctum Ambrosium epistola 49. & 54.

Y. Sedem Rom. ante centum illos & sexaginta annos in magno honore fuisse ipsi aduersarij confitentur. Vide centuriat. centur. 7. cap. 10. & quanti Anglia nostra illam sedem tunc æstimauerit, vide Bedam historia lib. 2. cap. 8. 10. 17. 18. & 19.

sequitur, quod nunc primũ Pontifices Rom. innouationem aliquam, ad fidem, quam profitebantur, accesserit, cum minime credibile sit, tot quot cum illis in fidei communione consenserunt, in tali mutatione, seu innouatione conspirasse.

III.

Tertio hoc demonstratur, quia constat idque eruditorũ aduersariorum nostrorum testimonio, quòd plerique, primarij fidei nostrę articuli, nempe [z] *realis præsentia corporis Christi in Eucharistia*, [a] *Sacrificium*, [b] *liberum arbitrium*, [c] *meritum bonorum operum*, [d] *Limbus Patrum*, [e] *Oratio pro defunctis*, [f] *Inuocatio Sanctorum*, [g] *Monachismus*, [h] *Castitas ex voto*, [i] *Primatus*, *summi*

Z. Vide supra Trac.1.sect. 3. subdiuis. 2. post o ad 1.2.3. 4.5.&c.

A. Vide supra Tract.1.sect.3. subd.3. ad 10. * § &c. & infra Tract.3. sect.1. paulo post initium in margine ad t.

B. Vide infra Tract.1.sect.3.subd.5.initio.

C. Ibid. Tract.1.sect.3.subd.6.& 7.initio.

D. Agnoscit hoc Bilsonus lib. de copiosa redemptione humani generis p. 188. fine, & Danæus contra Bellarmin. pagina 176. paulo post med. & Vvhitakerus contra Duræum libro 9. pagina 773. initio & Ioannes Lascicius libro cui Titulus de Russorum, Moscouitarum & Tartarorum Religione pagina 122. initio. Et vide supra tract.1.sect.3. subd. 4. post med. ad 4.5.

E. Supra tract.1.sect.3.subd.4. initio, & vide etiam supra tract.1.sect.7.subd. 6. ad n. o. p.

F. Supra tract.1.sect.3.subdiuisione 7. ad s. t. 27. 28. Et vide centuriat. cent.

3.col.84.lin.23.& cent.3.col.83.lin.47. & cent. 4. col.1183. & cent.5. col.1009. initio,& Fulconem contra testamentum Rhemense fol.443.a.paulo ante med. & contra Purgatorium pag.310.ante med.

G. Infra tract.2.cap.1.sect.3.initio,ad q.r.s.& ibid.ad 4.5.& supra tract. 1.sect. 3.subd.1.versus finem.

H. Supra tract.1.sect.3.initio,& infra tract.2.c.1. sect. 3.initio, ad p.& ad 46.

I. Supra tract.1.sect. 7. exemplo 1.2. & 5. & infra tract. 2.sect.7.subd. 10.per totum.

summi Pontificis 2. gratia & necessitas baptismi 3. caeremoniae baptismi, 4. confessio peccatorum, & absolutio, [k] *coelibatum Sacerdotum,* [l] *traditiones non scriptae, &* ¶ *ne singulos articulos commemorem,* [m] *sacramenta nostra.* Tota deniq; summa religionis nostrae, ante illa tempora in antiquorum Patrum * scriptis,quae huc vsque extant,expressa, inuenitur. Hinc Napperus, acris certe aduersarius noster, asserit, & Maiestati vestrae intimat, perpetuam Religionis nostrae durationem, ante illos centum sexaginta annos praedictos, scilicet, quòd ab anno Christi 316. (id est [n] ante id tempus de quo nunc est quaestio) *Antichristianum, & Papisticum regnum incepit, vndique praeualens, inquit ille, absque valida aliqua contradictione 1260. annis* Lutherum proximè praecedentibus.

Item

2. Vide supra tract.1. sectione 3. subd. 8.initio ad 2. ad * † 7. 8.
3. Ibidem ad 4.5.6.
4. Vide ibid. subdiuisione 9. initio ad 10. & infra tract.1. sectione 7. subd. 7.in marg. ad literam c.
K. Supra sectione 7. subd. 3. ad f. g. h. i. & sect.1. subd. 1. ad h.i.k.l. m.
L. Lubbertus de principiis Christiani dogmatis lib.2.cap. 10. pag.675. ante med. & 678. fine, & 674. prope finem, & Wvhitakerus de sacra scriptura pa.678.paulo post med.& 668.fine, & 690.post med.Et Carturightus in defensione Vvhitgifti &c.pag.103. ante med. & supra tract.1.sect.2.subd.12.initio, & infra ad 12.13.14.

¶ Infra tract.2.cap.1.sect.3. per totam.

M. Supra tract. 1.sect. 3. subd.13.ad y. agnoscit Humfredus Dionysium sex Sacramenta(omisso Matrimonio) enumerare.

* Vide infra tract.2 .cap.1.sect.3.per totam qualia dogmata Constantini tempore tradita, & credita sunt. Et vide tract.2.cap.2.sect.10. subd. 2.ad y. z. a. b.c. d. &c. per totam quod eadem dogmata antiquioribus illis Cypriani, Origenis, & Tertulliani temporibus viguerint.

N. Nappperus in Apoc.proposit.3.37. pag.68.post medium.

O. Nappperus ibid.cap.12.pag. 161.col.3.circa med.
P. Nappperus ibid.cap 11.pag. 145.col.3.fine.
Q. Vide ibid. pag.191.initio.
R. Vide ibid. pag.161. col.3. circa medium. & pag.156. ante med. & 237. paulo post medium, & 23.fine.
S. Brocardus in Apoc.fol.110. a. & 123. b.
T. Vide sup. hac eadem sect. initio ad c.d.
V. Vide supra hac eadem sect. subd.1. ad e.f g. h. &c.
X. Vide supra hac eadem sect.subd.2.& 3. per totam.

[o] Item, *quod ab anno Christi 316. subtraxit Deus visibilem Ecclesiam suam à publicis hominum conuentibus, ad corda quorundam piorum, &c. per spatium 1260. annorum:* [p] *Papa cum clero suo toto illo tempore Ecclesiam Christianorum possidente* [q] *vera interim Ecclesia latitante* [r] *ac inuisibili manente.* Huic calculo accedere se profitetur [s] Brocardus. Quandoquidem igitur Catholica nostra Religio in Ecclesia Romana tam ante, quam post prædictos 160. annos viguerit, non est certe nouum aliquod inuentum illius, vel alicuius temporis subsequentis æstimanda. Atque hæc quidem hactenus de Romanæ Ecclesiæ confessa integritate, postremis mille annis [t] à Bonifacio 3. vt & primis illis [u] quadringentis quadraginta à Christo annis, vsque ad tempora scilicet Augustini, Epiphanij, Optati, &c. Nec non & tempore intermedio [x] 160. annorum, qui inter primos illos 400. & hos mille postremos effluxerunt, dicta sint. Quæ omnia certiori Maiestatis vestræ calculo subducenda, quam humillimè submittimus.

ALIA VIA OSTENDITVR, ROMANAM Ecclesiam quam semel accepit fidem Christianam nunquam mutasse, scilicet ex generali quodam recognitione totius temporis iam inde ab ipsis Apostolis elapsi.

SECTIO NONA.

HACTENVS singillatim, & per partes, sæcula omnia, à prima Euangelij promulgatione, perlustrauimus. Liceat iam nobis Majestati vestræ ante oculos proponere, & maturo suo ac graui iudicio submittere, Romanæ Ecclesiæ in vera fide ab ipsis Apostolis perseuerentiam, vno quasi intuitu contemplandam. Quod nostra quidem sententia multis modis fieri potest. Primo per ea quæ iam dicta sunt ex ipsorum eruditorum aduersariorum confessione, de 2. Anglorum per Augustinum à sancto Gregorio Pontifice Romano missum, ad fidem, quam nunc profitentur Catholicam conuersione: Nec non & pari conuersione 3. Cambrobritonum, ipso Apostolorum tempore facta, eorumque in illa fide vsque ad Augustini aduentum 4. constantia: Sed & ex mutua sancti Augustini cum ijsdem 5. in omnibus fidei articulis consensione. Quæ quidem omnia, ex ipsorum aduersariorum eruditorum confessionibus iam supra ostensa sunt.

2. Vide supra tract. 1. sect. 1. in marg. ad lit. d. & 2. 3. 4. 5. &c.

3. Vide supra tract. 1. sect. 2. in marg. ad m.

4. Vide supra tract. 1. sect. 2. in marg. ad ¶ & n.

5. Vide supra tract. 1. sect. 2. ad s. y. z.

II.

Secundo, quia Græca Ecclesia, tot iam sæculis Romanæ æmula, nunquam ei innouationem aliquam exprobauit: sed in omnibus fere fidei articulis, saltem fundamentalibus, cum illa consentit, vt supra [y] probatum est, Imo ipsamet innouationis [z] & discessionis arguitur, in paucis illis in quibus à Romana Ecclesia dissentit.

III.

Tertio, quia ipsi docti aduersarij nostri cõfitentur (in quo tamen [i] Vincentio Lirinensi, & tot exemplis iam supra allatis, imo & suis ipsorum authoribus * Vvhitgifto, Iuello, Sarauiæ, & bello contradicunt) tempus illius quam in Romana Ecclesia comminiscuntur mutationis, incertum esse, vel omnino incognitum. Hinc Vvhitakerus (ne Cartvvrighti §.confessionem iam supra allatam repetam) diserte ait, 2. *De tempore non est facile respondere.* Et Povvellus 3. *Nescimus, inquit, per quem, aut quo tempore inimicus vestram doctrinam seminarit &c. nec quis fuerit primus singularum blasphemiarum vestrarum author, compertum habemus.* Hinc est quod Vvhitakerus, & Bucanus quærentibus nobis quonam

Y. Supra sect. 7.subd.in marg. ad 11.

Z. De Græcorum innouatione, & quo tempore à communi Catholicorum doctrina discesserint, vide supra sect. 7.subd. 12. in mar.sub.11.ad §.3.

I. Vincentius Lirinensis contra hæreses cap. 34. *Et re vera quæ vnquam hæresis nisi sub certo nomine, certo loco certo tempore, ebullivit. &c.*

* Quod cum alicuius doctrinæ initium nescitur, argumẽtum est eam ab Apostolis fluxisse, agnoscit Vvhitgiftus citatus tract.1. sectione 3.subd. 15. ad m. & sectione 7.subdiuisione 11.fin.ad 2.3. & Sarauia, Iuellus, & Bellus ibi citati in marg.ad *.

§. Cum Vvhitgiftus vt Metropolitanos & Archiepiscopos probet, illo vtatur argumento, *quod initio & origo horum nominum ob antiquitatem inueniri nequeant*, & consequenter *iuxta regulam sancti Augustini ab Apostolis fluxisse recensenda sunt*: Respondet Cartvvrightus, *Hanc regulam approbare, est omne genus Papismi introducere.* Agnoscit igitur Papismum antiquiorem esse, quam vt origo eius post tempora Apostolorum ostendi queat. De qua re vide supra tract. 1. sect. 3. subdiuisione 15.ad m.o.p.

2. Vvhi-

2. Vvhitakerus in responsione ad rationes Campiani rat. 7. pag. 101. initio, & Cowellus contra Ioannem Burgesium pag. 137. fine ait, *Quando primum hac defectio (Rom. Ecclesia) cœperit, non omnes conueniunt.*
3. Powellus in animaduersionibus in supplicationem Papistarum pag. 43. circa & post med.

quonam tempore mutatio ista Romanæ Ecclesiæ inceperit, respondere detrectent, dicentes, 4. *Non est nostrum designare quo temporis momento cœperit Ecclesia deficere, 5. neque ex historiis huius mutationis initium inuestigare necesse est.* Huc accedunt incertæ aduersariorum, & plane contrariæ (quas tamen omnes è scripturis se colligere prætendunt) de ortu Antichristi opiniones, & quis Papa Romanus primus fuerit Antichristus. Sebastianus Francus asserit 6. *Antichristum statim ab Apostolorum temporibus apparuisse, &c. & quod sine dubio Antichristi opera, externa* Ecclesia *vna cum fide, & sacramentis, mox ab Apostolis euanuit, & quod à mille quadringentis annis,* Ecclesia *nunquam externa & visibilis fuerit.* Ecclesia autem reformata Transyluaniæ (sic enim eam vocat * Hookerus) docet §. Antichristum primo apparuisse anno 200. quod 7. Napperus Maiestati vestræ narrat, *anno Domini 313. accidisse,* 8. *quodque is fuerit Papa Siluester.* Melanthon vero ait, * *Zozimum fuisse primum Antichristum, qui sedit circa annum 420. & quod ab eo tempore nullus fuerit verus Romanus Episcopus.* Beza dicit † Leonem (qui sedit anno Domini 440. *arrogantiam Antichristianam Romanæ Sedis spirasse,* astipula-

tur

4. Vvhitakerus contra Duræum libro 3. pag. 277. a. ante medium. Et Bucanus in locis communibus pag. 466. ait, *Non est nostrum designare quo temporis momento cœperit Ecclesia deficere.*
5. Vvhitakerus contra Duræum pag. 477.
6. Sebastianus Francus in epistola de ababrogandis in vniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis.
* Hookerus libro *de Ecclesiastica politia.*
§. In libro cui titulus *Præmonitiones Christi & Apostolorum de abolendo vero Christo per Antichristum.*

7. Napperus in Apocalypsin. pag. 66. & 68.
8. Napperus ibidem pag. 43. fine & 68.

*. Melancthon in locis vltimæ editionis.

† Beza confessione generali cap. 7. sect. 12.

tur Vvhitakerus dicens, §. *Leo, magnus fuit regni Antichristi Architectus.* Fulco Dounhamus & Vvillettus & alij 9. *Bonifacium 3. anno Domini 607. primum faciunt Antichristum*: Bullingerus vult Antichristum primum apparuisse 10. anno Domini 673. *quem annum* eam ob causam 11. *fatalem* vocat. *Iunius* inferius descendit, & 12. *Hildebrandum vocat Antichristum*, 13. *qui sedit anno Domini* 1074. Foxius autem vlterius descendit, & Antichristi aduentum reponit 14. anno 1300. Hanc opinionum varietatem de aduentu Antichristi (cum tamen è sacra scriptura suam se petere sententiam quisque dicat) his verbis Fulco agnoscit. 15. *Quidam Protestantes scripserunt Papam multis sæculis mundum occæcasse, quidam mille annis, quidam mille ducentis, quidam nongentis, &c.* Simile habet * Vvinkelmanus. Adde, quod §. Melancthon diligentius rem expedens, (& sicut 16. Bucerus & alij) arbitrantur, *Turcam sine dubio primum illum ac primarium esse Antichristum.*

Scheltco

§. Vvhitakerus de conc. contra Bellarmin. pag. 37. paulo ante medium.

9. Vvotton. in exam. tituli cleri Rom. &c. pag. 330. vocat *Bonifacium 3. primum Antichristum reuelatum.* & Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag. 36. initio. Dounhamus in tract. de Antichristo lib. 1. pag. 4. Vvillettus in Synopsi pag. 160. ante med. Parkinsius in exposit. Symboli pag. 307. Danæus contra Bellarm. parte 1. pag. 371. prope finem. Szegedinus in locis communibus 396. Et Vvhitakerus de Ecclesia contra Bellarminum controuersia secunda quæstione quarta pagina 144. post medium ait, *Dicimus Gregorium magnum fuisse vltimum verum, & pium illius Ecclesiæ Pontificem, &c. qui eum secuti sunt veri fuerunt Antichristi, &c. & quia certum à nobis tempus aliquod quærunt & postulat, hoc tempus illis designamus.* Vide sup. tract. 1. sect. 3. subd. 10. ad * post 22.

10. Bullingerus in Apocalypsin in capite 13. ser. 61. fol. 198. b. fine, & in præfat. super Apoc. paulo ante me.

11. Bullingerus ibid. fol. 198. b. fine.

12. Fr. du Ion. in capite 20. Apocalypsin pag. 257. cum illa verba tractet cap. 20. v. 2. & 3. *Et apprehendit* (Angelus) *Draconem, serpentem antiquum, qui est Dia-*

S

bolus, & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, & immisit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius Gentes, donec consummarentur mille anni. Hæc verba sic exponit, *Vltimis horum mille annorum, accidit tempore nequam illius Hildebrandi, quo, cum Papa regnaretur, diabolus tanquam instrumento vsus est, vt tempore sequenti &c.* Huic consonat Downhamus in tractatu de Antichristo pag.110. ante med. dicens, *Gregorius septimus aliâs Hildebrandus primus Papa fuit, qui palam Antichristus habitus est.*

13 Vide Cooperum in chron. fol.195. a. circa medium, & fol.199. b.

14. Foxius in Apoc.pag.98.245.346.347.

15. Fulco contra Stapeltonum & Martialem pag.25. paulo post med.

* Vvinkelmanus in Apoc.pag.263. de principio & fine persecutionis per Antichristum loquens ait, *Sunt qui finem ponunt in annum* 1517. *quo tempore Dominus Lutherus primum cœpit, atque sic initium caderet in annum* 257. *Alij in annum Christi* 1521. *quo Lutherus in comitijs Vvormatiensibus præclarum veritati dedit testimonium, atque sic initium esset ab anno Christi* 261. *&c. Alij initium collocant in annum Christi* 412. *vel* 414. *Alij numerare incipiunt ab anno Christi* 606. *eum Phocas confirmauit Romano Pontifici Primatum, ex horum sententia duratura est Antichristi tyrannis vsque ad annum* 1806. *&c.* Et Danæus de Antichristo excusus 1576. cap.20 pag. 96. de tempore aduentus Antichristi, inquit, *In quo varia certe est variorum sententia, &c. Alij igitur sentiunt tempus illud diserte pronuntiatum definitumque esse, quo Antichristi regnum exoriretur, in quo tamen ipso, alij ab alijs dissentiunt. Quidam enim existimant esse illud tempus annum* 1000. *alij* 500. *alij* 400. *à Christo nato. Et ipse tandem Danæus reliquis omnibus dissentiens ponit annum* 666. vbi supra pag.97. & 100.

§. Harueus in tract. Theologico pag. 102. fine ait, *Aliqui putant Turcam esse Antichristum, sic Melancton in locis communibus in 4. præcepto*

16. Ita Foxius in actis & monumentis anno 1576. pag.539. b. prope finem, & 743. a. circa med. & iuxta editionem anni 1596. pag.701. b. lin.60. & Bucerus in lib. Psalmorum quinque &c. Psalmo 22. fol.146. fine & 147. initio, vbi *Mahometem ipsissimum Antichristum vocat.*

Scheltco author Protestans, tanquam à Patribus, & sancto Paulo acceptum asserit, † *Non prius venturum Antichristum, quam Imperium Romanum occidat*: cui calculo Bullingerus, §. & Zanchius accedere se profitentur. Constat autem Romanum Imperium (quicquid Aduersarij cauillentur) & illustre nomen, & Imperatorum seriem hactenus retinere, licet præ pristino splendore nonnihil obscu-

† Schelto in libro de secundo aduentu Christi, quem Anglicum fecit Rogerus fol.11. a. ante medium: & licet ibi negetur quasi *Romanum Imperium ad nihil redactum sit, tempore Caroli magni, quo tempore ait Antichristum se manifestare cœpisse*: In hoc tamen

à cæteris authoribus Protestantibus citatis dissentit.

§. Bullingerus in præfat. in sermones super Apocalyp. paulo ante medium & Zanchius in epistolam secundam ad Thessalonicenses capite secundo pagina 238. b. circa medium, ait, *Sic igitur docet tempus quo exiturus sit Antichristus, scilicet diuisa & sublata Romana Monarchia.* Et Philippus Mornæus de Ecclesia capite 9. pagina 286. post medium, fuse tradit non venturum Antichristum stante Romano imperio, citatis in eum finem testimoniis sancti Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, & ipsius sancti Pauli. Sed & Dresserus Protestans in millenario quinto impresso 1595. in oratione eius ad finem eiusdem num.2. b ait, *His argumentis meis inuictam stare Monarchiam Romanam plane existimabo.* Et ibidem numero tertio a. addit, *Ego vero ad stabiliendum hoc regnum quartum à Daniele prædictum, omni ex parte ita accommodo, vt aliud nihil voluisse aut sensisse Prophetam satis inde appareat, quam Rom. hanc Monarchiam vsque ad finem mundi duraturam.*

17. Ita eum nuncupat Bullingerus in Apocalypsin fol. 202. b. post medium, qui & à Foxio laudatur in Apocalypsin capite 11. pag. 239. post medium.

18. Quod Franciscus Lambertus existimauerit, *Antichristum nondum venisse.* Vide in libro cui titulus *Antichristus, seu Prognostica finis mundi*, pagina 74 post medium 75.

obscurato à quibusdam authoribus nutare, & in peius ruere dicatur. Denique celebris ille Theologus, Hier. 17. Zanchius, *& eximius ille, & prædoctus Franciscus Lambertus*, & alij, existimãt 18. *Antichristũ nondũ venisse.* Hinc Puritani † Protestantibus improperant, quod dicant, *Papam non esse Antichristũ.* Itaq; aduersarij nostri, vt * vulpes Sampsonis coniunctis scilicet caudis, seiunctis autem capitibus, in these quidem illa conspirant, quod Papa sit Antichristus, & fides Romana mutata, ad hipothesin vero descẽdẽtes, sic variant, & dissentiunt, vt vel inde plane appareat, nullam tali commẽto subesse veritatẽ. Quod si vnquam Roma fidem mutasset, quandoquidem ante id tẽpus, tam 19 celebris, clara, & conspicua fuerit, quam ipsi aduersarij eam fuisse confitentur, talis certe mutatio, non magis celari potuisset, ob tempus, occasionem, aliasq; circunstantias illam necessario concomitantes, quam Rom. Imperij inclinatio, cum vt Patres recte 20. obseruarunt, *Roma per Apostolici Sacerdotij Principatum, amplior, & illustrior*

med. 75. & 97. & vide eiusdem cōmentarios in Apocalipsin. Et quod Zanchius fuerit in eadem sententia. Vide eundem Zanchium in epistolas. Pauli ad Philip. Coloss. & Thess. pag. 246. a. in Miscellaneorum libris tribus, &cet. impressis Neapoli Palatinorum anno 1582. pag. 298. & 299. Idem esse aliorum Protestantium iudicium ait Douus, sermone de secundo Christi aduentu, &c. versus finem. *Quidam Protestantes, inquit, dubitant an iam venerit Antichristus nec ne.*

† Hoc asserunt Puritani in Modesta defensione Ministrorum quibus silentiū impositū est, exhibita Parliamento, vbi de seipsis & Protestantibus sic inquiunt. *An à pura scripturarū sententia aberramus? An non plerique ipsorum potius male sentiūt, de gratia generali, de Christo pro singulis passo, de Imaginibus in Ecclesia deuotionis gratia retinendis, de modo præsentiæ Christi in Eucharistia, Quod Papam non sit Antichristus, de necessitate Baptismi, de confessione auriculari? &c.* Quæ verba recitat Povvellus in replicatione ad modestam illam defensione annexam; libro suo de Adiaphoris, &c. impressa 1607. pag. 118. post med.

* Iudicum 15. 4

19. Vide supra. tract. 1. sect. 8. paulo post initium in marg. ad K. L. M.

* Dato enim quod Papa Antichristus esset, vt volunt aduersarij, necesse est multo notiorem & magis conspicuam fore religionis mutationem, quam politici statu Imperij Romani.

20. Prosper de ingratis cap. 2. sic canit.

> *Sedes Roma Petri, quæ Pastoralis honoris*
> *Facta caput mundi, quicquid non possidet armis,*
> *Relligione tenet.*

Et de vocatione Gentium lib. 2. cap. 16. idem Prosper addit: *Roma per Apostolici Sacerdotij Principatum, amplior facta est arce Religionis, quam solio potestatis.* Et in Liberato cap. 22. Episcopus Pataræ Prouinciæ scilicet Orientalis in Licia, sic Imperatorem in causa Syluerij Papæ exulis alloquitur. *Multi in mundo Reges sunt, non tamen vnus est Rex, sicut Syluerius Papa est super vniuersi orbis Ecclesiam.*

facta sit religione diuina, quam dominatione terrena.

IIII.

Quam Ecclesia ab Apostolis doctrinæ veritatem accepit, eam integrā, & incorruptam retinuit, donec quidam nouitatis auidi *exirent*, & noua quædam, ac singularia dogmata inuenirent. Hinc nos frequenter sacræ literæ monent vt taliter decedētes caueamus, dicētes 1. E*x nobis exierunt*. 2. *Quidam qui ex nobis exierunt* 3. E*x nobis ipsis exurgent homines loquentes peruersa*. 4. *Hi sunt qui segregant semetipsos*. * *Non deserētes collectionē nostrā* 5. *Si igitur dixerint ecce in deserto est** (inuisibilis scilicet alicuius fictæ Eccl.

1. Ioan. 2. 19.
2. Act. 25. 24.
3. Act. 20. 30.
4. Iudæ. 9.
* Hæbr 10. 25.
5 Math. 24. 26.

* Henoch Clapham in Antidoto scismatis pag. 23. de his Christi verbis, ait, *quod iis Saluator vetat exire, ad deserta & angularia Euangelia.* Vide Augustini hac de re sententiam infra tract. 2. cap. 2. sect. 1. versus finem in margine ad figuram 2.

nolite exire. Et alia id genus. Hinc est, quod cũ vocabulum Gręcum αἵρεσις Latine Hæresis, absolute significa & † electionem, & separationem, Apostolus ob hanc toties vetitam sepationem, seu decessionem ex electione, vocabulum 6. Hæresis, nonnunquam in malam partem accipit, expresse taxans, & condemnans, tam electionem doctrinę prædictá, nomine Hæresis significatam, quam personam sic eligentem, cui & probrosum illud 7. *Hæretici* nomen imponit. Cum hæc & per se liquida sint, & è sacris literis euidenter deducta, quæ & ipsa per se ratio dictat, Romana certe Ecclesia, quam semel viuum fuisse veræ Ecclesiæ membrum, ipsi aduersarij agnoscunt, eam quam semel tenuit fidem mutare, non potuit (vt recte antiquus ille Vincentius § Lirinensis notat) nisi ex vera Ecclesia exeundo. Si enim non exiit, adhuc in Ecclesia maneat necesse est. Merito igitur aduersarios nostros eruditos vrgemus, vt dicant, quando Romana Ecclesia (quæ vel ipso Fulcone * Iudice, à Catholica Ecclesia longo post August. tempore non decesit) sese à Catholica cæterarum Gentium communione, segregauit? Quę huius testimonia afferunt? Aut cur in re tanta, nudæ assertioni suę fidem adhiberi volunt?

† Vide Petri Martyris locos cõmunes part. 2. pag. 330. Et Muscul. loc. comm. de hæresi numero 1. pag. 552. fine.

6. *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant.* 1 Cor. 11. 19. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, &c. seditiones, hæreses.* Gal. 5. 19. 20.

7. *Hæreticum hominem post vnam aut alterã admonitionem deuita.* Tit. 3. 10. Et Osiander in Epitome. hist. Ecclesiast. cent. 1. lib. 3. cap. 1. pa. 78. ait, *Nota, hæretici ex Ecclesia egrediuntur.* Vide infra Tractatu 2. cap. 2. sect. 6. initio ad t. & Tractatu 2. cap. 2. sect. 26.

suis

ad 3. & 4. Hinc Sutcliffus cum satis videret se nobis hæresis notam inurere non posse, nisi prius discessionem nostram ex Ecclesia ostendisset, de nobis sic pronuntiat. *Papistarum secta ex Ecclesia Christi exiit, & diu post Christum orta est.* In lib. cui titulus, *Recognitio Papismi* impresso 1606. pag. 315. paulo post med. Sic Fieldus de Ecclesia lib. 1. cap. 13. & 14. pag. 25. 26. *proprium* ait, *Schismaticorum, & hæreticorum exire ex Ecclesia Dei.* Tenentur igitur aduersarij iuxta sua ipsorum principia nostram ab Ecclesia discessionem ostendere.

§ Vincentius Lirenensis lib. contra hær. cap. cap. 34. ait, *Quis vnquam hæreses instituit, nisi qui se prius ab Ecclesiæ catholicæ vniuersitatis, antiquitatis, consensione discreuerit? Quod ita esse luce clarius exempla demonstrant.*

* Fulco in Retentiua, &c. pag. 85. circa med. ait: *Ecclesia Papistica non nisi hæreticus conuentus est, à Catholica Ecclesia diu post Augustini mortem exiens.*

Quod vero ipsi aduersarij in Antesignanis suis Luthero & Caluino, ab Ecclesia Romana decesserint, in † cõfesso est: sicut & illa Arrianorum, Nouatianorum & similium cuiusque ætatis Hęreticorum decessio satis nota & 8. testata manet. Et potuit Roma, Roma (inquam) sola, tanquam * Gigis annuli beneficio, à reliquo orbe Christiano quoad fidei dogmata tam latenter & occulte sese segregare, vt nemo interim talem decessionem animaduerteret? An scriptores Ecclesiastici, qui cęteras huius generis nouitates tam fuse 9. prodiderunt, hanc solam innouationẽ silentio pręterierunt? An sic eos cum Romana Ecclesia aduersus huius tẽporis nouatores coniurasse, putabimus vt cæteras quidem decessiones scriptis proderent, hanc vero omniũ maximã de qua Romana Ecclesia per importunos huius nostri temporis aduersarios accusatur, tacerent? Non sine causa sane, sed prudenter, & necessitate coactus supersedendum putauit Bunnius, nos accusare 10, *quasi ab Ecclesia recesserimus* 11. *dicẽs tales questiones sibi nimine probari*

† Caluin. ep. 141. pag. 273. paulo post med. ait. *Absurdum est, postquam decessionem à toto mundo facere coacti sumus inter ipsa principia alios ab aliis dissilire.*

8\. De Arianis, Nouatianis, &c. vide S. August. & Epiphanium. &c. lib. de hæresib.

* Cicero 3. Offic. ex Platone 4. & 10. de repub.

9\. Vide cent. 5. cap. 5. cuiusq; centuriæ.

10\. Bunnius in Tractatu Pacificationis pag. 108. paulo post med.

11. Ibidem pag. 113. post med.

probari, sed *aliquos fratres* (Puritanos intelligit) 12. *talem separationem initio perperam vertisse.* Tãtumque abest, vt Fieldus de hac nos accuset, vt cãdide dicat, * *Romana Ecclesia semper communionem habuit, cum iis Ecclesiis quæ nunquam in errorem lapsæ sunt.*

Hæc cum ita se habere videret Povvellus, nec probabile aliquod testimoniũ quòd Romana Ecclesia ex alio aliquo cætu exiisset afferre posset, transit à termino ad terminum sine medio, & omnia tempora præterita per saltum transiliens, turpiter principium petit, nec aliud vrget, quam 13. *Romanam Ecclesiam recessisse à doctrina in scriptis Apostolicis comprehensã.* Huic consonat * Kuevvstubbus. Sutcliffus autem veritatis pondere pressus, fatetur quidẽ *Romanam*

12. Bunnius ibid. pag. 109. circa med.

* Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 13. pag. 88 paulo ante med & paulo post addit, *Quantum ad mutationem fidei, & religionis, quæ in Romana Ecclesia facta est, Sic errores irrepserunt, vt tam eorum authores, quàm qui eos minime probarẽt eiusdẽ communionis manserint. Absurdum est igitur (inquit) à nobis circumstantias illas exigere, authoris, loci, tẽporis, cõtradictionis, &c. Honesta sane oratio. Quid enim missã, adorationẽ Eucharistiæ, Purgatoriũ,* & reliqua Catholica dogmata efficacius probare potest, quã quòd nullũ eorum initium post Apostolorum tempora assignari queat, & qui hæc dogmata tenuerunt, semper cum vera Ecclesia (vt ille inquit) communicarunt? Quomodo enim tunc (si constare sibi volunt) hæc dogmata tanquam erronea, aut nos decessionis accusare poterunt? Vide Fieldum vbi supra pag. 89. ante med. qui citatur infra subdiuisione 5. ad * ante 3.

13. Povvellus in examine petitionis papisticæ, pag. 36.

* Kuevvstubbus in responsione assertionum Romanam Ecclesiam propugnantium, &c. anno 1579. pag. 35. post med. huic obiectionem respondens ait, *Quæritis à nobis quandoquidem doctrina vestra illa eadem aliquando fuerit, quam præteriti Christiani professi sunt, qui nam authores decessionem vestram prodiderunt, &c. hæc quæstio plane friuola est.. Cum enim reas in dilecto flagranti deprehenditur, frustra quæritur quinam interfuerent, vos vtique in ipso crimine estis deprehensi, cum doceatis doctrinas ab Apostolis alienas,* (Erre quomodo principium petat) *neque ius igitur nec conscientia nos coget testes decessionis vestræ producere.* Sic ille non cathegorice quidem respondens sed ad aliud digrediens. Cum enim quæstio de decessione instituatur, huius ne vnam quidã instantiam affert, vel afferre potest, sed ad alia diuertit, scilicet an doctrina nostra, cũ ea cõueniat quæ Apostolorũ scriptis cõtinetur

irentur, conueniat, in quo plane principium petit, nec proficit hibere.

Romanam Ecclesiam e nullo conspicuo Christianorum cætu exiisse, sed hoc 14. *nihil interest*, (inquit ille) Quasi vero quicquam à nobis allegari, aut ab ipsis (vt hic fit) extorqueri posit validius, ad probandum, Romanam Ecclesiam nunquam fidem mutasse, quam hoc ipsum, quod nunquam ab aliquo alio Christianorum cætu exierit?

14 Sutcliffus in responsione ad petitionem Sacerdotum Missantium (vt ille loquitur) iuxta vnam editionẽ cap.7.sect.5.fol. f. 2. iuxta aliam vero cap.7.sect. 3.fol.k.3.

V

Quinto, cum eruditi aduersarij nostri firmiter teneant, & è sacra scriptura colligant, 15. *Oportere Pastores, & Doctores in Ecclesia semper manere* (id quod *à Christi Domini aduentu vsque ad Lutherum* confitetur 16. Fulco) & 17. *falsa dogmata sempercoarguere*, idq; palam, sicut à Propheta dictum est, dicente, 18. *Super muros tuos Hierusalem posui custodes, tota die ac nocte, non tacebunt.* Cui sententiæ astipulatur Augustinus. 19. *Ecclesia Dei (inquit) inter multam, paleam, multaque Zizania constituta, multa, tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet nec facit.* Qua de re plura vide 20. infra. Hoc etiam præteritorum temporum experientia docet in quibus nouæ semper sectæ, & subrepentes innouationes impugnatæ, & à sinceris Ecclesiæ Pastoribus explosæ sunt. Vnde plurima dogmata catholicæ fidei nostræ contraria, iam dum communi omnium consensu confutata fuerunt, quæ nunc (vt pluribus exemplis

15. Ad Ephes. 4.11.12.13. Vide Fulconem cõtra Testamentũ Rhemense in 4. ad Ephes.sect.4. fol.335.a.
16. Fulco cõtra Heskinum Sanderũ, &c. pag.569. initio.
17. Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag. 11.92. ante med.
18. Esaiæ 72.6.
19. Augustin. in epist. 119. cap. 19.
20. Vide supra tract.2. cap.2. sect. 1.

* supra citatis patet reiiciuntur. Quo tam firmo fundamento nixi*, aduersarios eruditos prouocare audemus, vt indicent nobis, quisnam primum Romanę Ecclesię Pontificibus, ob tot, & tantorum fidei articulorum innouationem, quot nunc aduersarij nouiter introductos esse comminiscuntur, restiterit? Quo tempore hoc factum fuit? Qui libri ea de re editi? Hac sane ratione § Ievvellus, Vvhitgiftus, Sarauia, Bellus, aduersarios suos ex alia occasione premunt. Neque negari potest cæteros errores hoc pacto impugnatos fuisse, quos Patres antiqui pullulantes confutarunt, non ambiguis sententiis obiter, & ex alia occasione prolatis, aut contra eos per consequentias nescio quas detortis, sed expressis libris, directè, & ex professo scriptis, ad dictas errores confutandos, & eorum authores conuincendos.

Hac occasione scripta sunt opera illa egregia antiquorum Patrum, contra Manichæos, Arianos, Pelagianos, Nouatianos, Donatistas, & recentiorum contra Vvicklefistas, Vvaldenses, Lutheranos, Caluinistas. Sæcula omnia huius generis exemplis abundant. Nec aduersarij nostri eruditi (quod ipsum nobis sat esse debet) vel vnum verum quidem exemplum dilucidum, & citra † controuersiam (qui campus satis amplius

* Vide huius rei plurima exēpla Tract.1.sect. 8. subdiuisione 2. ad c.d.e.f.&c.

1. Vide centur. 5. cap. cuiusque centurię. titulo de hæresibus.

§ Iuellus in replic. pag. 102. prope finem his vtitur verbis. *Si qua illi rei species verifuisset, Hardingus certe omnes circumstātias explicuisset, nempe quādo primum error iste ortus sit, &c. quis eum scripto confutauit. Tam altum sane silentium aliquid subesse indicat.* De Whitgifto, Sarauia, & Bello, vide supra subdiuis. 3. ad * De Bilsono autem supra Trac. 1.sect.8. subd.2. ad * ante u.

† Quod enim Fulco in *confutatione Purgatorij*, pag. 388. prope finem ait, *Heresis quædam fuit eorum qui dicti sunt Acephali, eo quod caput eorum ignotum esset*, quam

toto cælo in hoc erret, vide infra subdiuisione 6. versus finem ad k. l. Quod vero ibidem affert de Chiliastis, Ophitis, Cainæis, Sethitis, Adamithis, Melchisedechianis, Apostolicis, Enorobaptistis, &c. quorum primi authores ignorantur. Hæc omnia extra præsentem quæstionem posita sunt idque duplici respectu. Primò quia hæ omnes sectæ, non ab authore, sed ab opinione nomen acceperunt. Secundò quia non iam quæritur de primo authore, sed de opinionis origine, & contradictione eiusdem, qua semel cognita ultra de authoris nomine quæritur, quem ob eam inquirimus, vt per eum erroris initium agnoscamus. Quod vero hæ sectæ omnes, nouam quandam post tempore Apostolorum originem habuerint, & tunc temporis contradictionem passæ sint, constat ex Epiphanio & Augustino de hæresibus & Centuriatorib. Centur. 2. & 3. cap. 5. & Ioanne Pappo in Epitome histor. Ecclesiast. pagina 324. 325. 326. 327. 328. 340. Imo ipsi aduersarij horum nomina recitando id probant. Quid enim aliud hæc nomina sunt, quam singularitatis & innouationis Symbola? quæ & contradictionem passa est, sicut infra subdiuisione 6. fusius patebit? Quæ vero exempla Fieldus affert libro 3. de Ecclesia cap. 14. pag. 89. *errorum quorum primus author* (inquit ille) *nominari nequit:* Præterquam quod pleraque eorum de iis rebus sunt, quæ ad fidem non spectant, nec ab Ecclesia hactenus definita sunt, (cum ipsemet agnoscat omnia illa quæ alicuius momenti sunt contradictionem passa esse, ipse sibi respondet. Neque enim quæstio est (vt iam dixi) an primus author nominari possit; sed de secundario ab Apostolis ortu & contradictione subsecuta. Cumq; illa fidei catholicæ dogmata tam multa, in quibus aduersarij à nobis dissentiunt, erronea sint (vt ipsi putant) quorum tamen ortum aut contradictionem ostendere nequeunt, ideoque ad alias quasdam opiniones recurrere coguntur quæ nunquam passim receptæ sed tanquam abortiuæ mox à partu disparuerunt, & pleraque earum in ipso nascentis Ecclesiæ exordio pullularunt, quando ob graues persecutiones, & typorum ac præli defectum, pauca illorum temporũ monumenta posteris relicta sunt. Quibus tamen non obstantibus, illarum opinionem origo, & contradictio nobis testata manet, quanto magis idem tot fidei nostræ Catholicæ tam longe lateque diffusis dogmatibus (si nouiter orta & contradicta fuissent) accidisset?

plus est) certæ alicuius confessæ Hæresis afferre possunt, quæ in primo suo ortu ab aliquo Ecclesiæ pastore non fuerit impugnata. Quod cum in aliis omnibus minoris momẽti erroribus factum sit, incredibile sane est, in solius Romanæ Ecclesiæ causa fuisse prætermissum; quæ non vnus alicuius aut alterius,

A a ij

ſed plurimorum, ac omnium, quæ vnquam fuerunt, grauiſſimorum errorum accuſatur. Quibus tamen non obſtantibus, Napperus Maieſtatem veſtram monet, *regnaſſe illam* 2. *ſuper orbem vniuerſum, abſque notabili aliqua contradictione, totos annos mille ducentos ſexaginta*, Lutherum proxime præcedentes. Nec aliter Fieldus obiectioni prædictæ reſpódet, quam agnoſcendo *quod * aberratio, quæ fuit Romanæ Eccleſiæ, in fidei doctrina, talis fuit, & in initio tam occulte creuit, vt authores illorum nouorum, & falſorum dogmatum, non reiecti, aut pio damnatis Hæreticis habiti, &c.* Immunis ergo ſemper fuit Romana Eccleſia, vel ipſorum Aduerſariorum confeſſione, ab omni manifeſta contradictione, ob nouam aliquam religionis mutationem inceptam

2. Napperus in Apocalipſin pag. 68. prope finem.

Hoc autem Fulco expreſſius confitetur, qui interrogat⁹ quãdo hæc mutatio Antichriſtiana (quã vocũt) impugnata fuerit, reſpódet his verbis, *Textus ſacer dicit, miſterium † nondum patefactum*

* Fieldus Tract. de Eccleſia lib. 3. cap. 13. fine pag. 89. ante med. & mox in eodem loco addit, *verùm authores horum errorum* (quos ſcilicet ipſi in Romana Eccleſia eſſe putant) *& qui ab illis alieni erant, his controuerſiis non obſtantibus, vnius eiuſdemque communionis erant, & ob eam cauſam circumſtantiæ illæ* (*ſcilicet quiſnam illorum author fuerit quis contra dixerit, &cet.*) *oſtendi nequeunt.* Vide ſupra ſubdiuiſione 4. ad † ante 13.

† Sic Fulco in duplicatione ad Briſtoum pag. 265. paulo ante medium. Sed non ſatisfacit. Licet enim deceſſio de qua agit 2. Theſſal. 2. 7. & de qua hic Fulco loquitur, miſterium ſit, quando prædicitur, nihil obſtat tamen quominus in euentu manifeſta ſit & conſpicua.

tefactum fuisse, ac proinde non potuisse palam prædicando impugnari. Cum ergo videret se nullum verum exemplum afferre potuisse, contradictionis aduersus Romanam Ecclesiam, ob mutationem aliquam religionis factam, alias varias rationes prætendit, quibus religionem nostram cum silentio primitiuam Ecclesiam subintrasse videri possit, 3. *Primo (inquit) in initio paulatim creuit, ita vt eam veri Pastores minime animaduerterint, aliis præsertim magnis hæresibus extirpandis intenti, nempe Valentinianorum, Marcionistarum, Manichæorum, & sic* 4. *per alias occupationes* Romanam *superstitionem, vel non viderunt, vel reformare neglexerunt. Secundo quia aliqua dogmata Catholica, verbi gratia oratio pro defunctis* 5 *simpliciores citius deceperũt, ob speciem quã præ se* 6. *ferunt pietatis & charitatis, deinde vsu confirmata sunt, ac tandem ab Augustino, & aliis probata, qui nunquam ad amussim scripturarum rem expenderunt.* Quomodo vero hæ rationes conueniant cum testimoniis in contrarium supra citatis 7. sacræ scripturæ 8. Augustini, & * aduersariorum Iuelli, Vvhitgifti, Sarauiæ, Belli, Billoni, aut ipsius etiam 9. Fulconis, & 10. omnium sæculorum experientia, quæ omnia conueniunt (vt Fulconis verbis vtar) 11. *Veram Ecclesiam semper restitisse falsis opinionibus, easque palam coarguisse*, lectoris iudicium esto. Facit autem directe contra rationes Fulconis prædictas, quod illis ipsis temporibus de quibus loquitur Fulco, & postea semper, pastores Ecclesię non obstantibus

3. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag. 43. ante med.

4. Idem in confutatione Purgatorij pag. 256. ante med.

5. Idem in respons. ad Pseudocatholicum pag. 39. ante medium.

6. Idem in confutatione Purgatorij pag. 386. prope finẽ.

7. Supra ad numerum 15. & 18.

8. Hic supra ad 19.

* Vide supra ad §. post 1.

9. Hic supra ad 17.

10. Hic supra ad 1.
11. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag. 11. & 92. ante medium.

magnis hæresibus palam contradixerint, non solum 12. minoribus erroribus, quam sunt dogmata nostra Catholica, (si errores essent) verum etiam aliis erroribus variis 13. *qui non minorem tum charitatis, tum pietatis speciem præ se ferebant.* Huius rei exempla irrefragabilia passim occurrunt. Neque veriti sunt Patres in tali casu viros quosdam primarios, & alioquin de Ecclesia Dei optime meritos arguere, scilicet papiam, Tertullianum, Origenem, Cyprianum. Ex quibus præmissis necessario sequitur, quod cum Romanæ Ecclesiæ doctrina à primariis multorum sæculorum viris, nemine orthodoxo contradicente, prędicata fuerit, 14. per Apostolicam traditionem, (iuxta Feildi regulam) ad nos descendisse cęsenda sit.

VI.

Postquam primitiuum illud * *Christianorum*, nomen iam obtinuerat, & tanquam certis hominibus proprium inoleuerat, omnis secta quæ nouam aliquam doctrinam sequi vellet, necesse habuit distinctionis gratia etiam §. nouum sibi nomen assumere, quo ab aliis orthodoxis

12. Primo, Papias ob errorem Millenariorum male audiuit, teste Eusebio hist. lib. 3. cap. 33. post med. Secundo, quæstio illa quo die pascha celebrari debeat, diu, & acriter agitata est ante Concil. Nicæn. de qua vide Ignatium in epist. ad Philip. & Euseb. lib. 2. cap. 22. 23. 24. Tertio, quanta contentione Patres Aerium ieiunia abrogare volētem impugnarunt, vide supra tractatu 1. sectione 8. subd. 2.* & Epiphan. hæresi 75. ante med.. Quarto, Vigilantius reliquiarum venerationem & alias cæremonias negans, à Patribus confutatus est, de quo supra tract. 1. sect. 8. subd. 2. ad d. Quinto, Armenij quod aquam cum vino in calice non miscerent reprehensi sunt, de quo supra tract. 1. sect. 3. subd. 2. ad 29. & 30. Sexto, Iulianus Pelagianus quod exorcismum & exsufflationem in baptismo adhiberi solitam reiiceret, explosus est, qua de re vide supra tract. 1. sect. 8. subd. 2. ad lit. r. Septimo, vide huius rei alia exempla è primitiua Ecclesia petita apud Cowellum in examinatione &c. pag. 64. post med. & pag. 65. In priori autem loco pag, 64. asserit, *Magnas & graues in Ecclesia dissensiones de cæremoniis ortas esse, & ipsa Concilia pleros-*

que tanquam hæreticos condemnasse, quia in his ipsis Catholicæ Ecclesiæ contraria sentirent.

13. Origenis error quamuis secundum sanctum Augustinum de ciuitate Dei lib. 21. cap. 17. speciem pietatis præ se ferret, à Patribus tamen explosus est, teste eodem Augustino hær. 43. Item Tertulliani error, quod secunda matrimonia illicita essent, licet castitatem promouere videretur, de quo vide August. hær. 86. Item Ieiunia illa ardua Montani reiecta sunt, licet à zelo & deuotione profecta viderentur, de quo vide Vvhitgiftum in politia Ecclesiast. lib. 5. sect. 72. pag. 209. fine, & 210. initio.

14. Fieldus de Ecclesia lib. 4. cap. 21. pag. 242. circa med. Ibi cum inquirat quibus regulis veræ traditiones à falsis discerni possint, sic inquit, *Restat vt quaramus quibus regulis veras minimeque dubias traditiones dignoscere possimus, &c.* Vbi pro regula 2. hanc ponit, *Quicquid omnes vel celebriores cuiusque sæculi, vel plurimorũ sæculorum Patres, tanquam à maioribus acceptum tradiderunt, nemine orthodoxo contradicente, vel dubitante, ab Apostolica traditione fluxisse meritò censendum est.*

* Actor. 1. 126.

§. Vincentius Lirinensis li. aduersus hær. c. 34. *Quæ vnquam hæresis nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore, ebulliuit, &c.*

doxis Christianis discerni posset, qui nihil mutantes, sed [a] depositum seruantes, proprio cognomine † *Catholici* dicebantur, eaque nuncupatione à quibuscunque sectis emergentibus distinguebantur. Hoc per omnium sæculorum decursum videre [b] licet. Secta igitur omnis (vt ex historiis patet) nouam doctrinam vel vnius alicuius articuli professa, simul etiam nouum nomen accepisse reperitur, idque nunnunquam ab ipsa doctrina deriuatum. Sic Monotholitæ, Aquarij, Agnoitæ, Theopascitæ, Catabaptistæ, &c. Aliquando vero, idque frequentius, ab ipso nouatore, sicut Apostolorum tempore 2. Nicolaitæ 3. à Nicolao Diacono, & postea Manichæi, Ariani, Pelagiani,

A. 1. Ad Timoth. 6. 20.

† Pacianus in ep. ad Sympronianum *cum post Apostolos hæreses extitissent, diuersisque nominibus columbam Dei atq; reginam lacerare per partes & scindere niterentur, nonne cognomen suum plebs Apostolica postulabat, quo corrupti populi distingueretur vnitas, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propria decuit caput principale signari? Et infra. Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen: & infra, Quare ab hæretico nomine, noster populus hac appellatione diuiditur, cum Catholicus nuncupatur.* Vnde & factum est, vt Apostoli nomen

hoc symbolo insererent, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, hac appellatione veram Ecclesiam ab hæreticorum cœtu discernentes.

B. Huius rei exempla affert Iustinus in dial. contra Tryphonem ante med. iuxta editionem Parisiensem in octauo anno 1561. fol. 57. b. vbi ait, *Et sunt inter nos distincti cognominibus, denotati à quibusdam viris, vt quisque fuit author nouæ alicuius doctrinæ &c. Ex his alij vocantur Marcionistæ, alij Valentiniani, alij Basilidiani, alij Saturniani, alij alio vocabulo, quisque à primo inuentore sui dogmatis.* Et Irenæus lib.1. cap.10. *Habent & vocabula à principe impijssimæ sententiæ Symone dicti Symoniani.* Et Athanasius serm.2. contra Arianos ait, *A Christo Christiani sumus, & nuncupamur. Illi vero qui aliunde originem suæ fidei deducunt, merito authorum suorum cognomenta præ se ferunt, &c. Qui vero Marcionem secuti sunt, non iam inde Christiani, sed Marcionistæ appellati sunt. Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichæus, & cæteri sectatoribus suis nomina impartierunt.* Et Chrysost. homil.33. in Act. Apostolorum, *Illi habent quosdam à quibus appellantur, prout enim heresyarchæ nomen, ita & secta vocatur.* Et Hieronymus contra Luciferianos in fine, *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christiani non à Domino Iesu Christo, sed à quoque alio nuncupari, vt Marcionistas, Valentinianos, scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse Synagogam.*

2. Apocal. 2.6.

3. Act. 6. 5.

Pelagiani, à Manete, Ario, Pelagio, ac nuper Vvaldenses, Vvicleffo, Luthero, nuncupati sunt. Hoc Fieldus ingenuè fatetur, 4. *negari certe non potest, inquit, quin nomina ab aliorum nominibus deriuata, in primitiua Ecclesia, propria tantum fuerint hæreticorum, & Schismaticorum.*

4. Fieldus de Ecclesia lib.2. cap.9. pag. 57. circa med. & Parkesius in apolog.&c. sub titulo, *Querulæ motiones*, &c. pag.30. fine, & pag.31. initio, ait, *Non video rationem satis probabilem, cur ij, quos singularitas affectionis, & nouitas factionis Puritanos denominauit, non distingueretur illo nomine &c. Reuera enim talia agnomina per om-*

Aduersarij tamen nostri, cum contra omnem præteritorum temporum experientiam, Romanam Ecclesiam accusare non cessent, (non quidem vt veteres olim hæretici, de vno vel de altero articulo accusabantur) sed de mutatione omnium maxima, tam temporis duratione, quam multitudine Gentium seductarum, ac numero, & pondere articulorum, ne vnum quidem Pontificem ab Apostolis vsque ad Lutherum nominare possunt, à cuius persona, vel doctrina nouiter inuenta, vel simili respectu, secta vlla exorta nouum nomen

men

omnia tempora eos distinxerunt, quæ vel noua dogmata ab Ecclesiæ doctrina aliena ipsi inuexerunt, vel ab aliis inuenta defenderunt.

men mutuauerit. Cum è contra Papæ omnes, eisque adhærentes, vsque in præsentem diem noti semper & ab aliis discreti fuerint, vno eodemque illustri illo, ac perpetuo nomine *Catholico* ab ipsis Apostolis in Symbolum relato, quo veræ Ecclesiæ filij ab hæreticis distinguũtur, vnde & à Patribus in eum finem frequenter [c] vrgetur, & ob eandem causam à Luthero [d] reiicitur. Hæc cum ita se habere perspiceret Lutherus, quando à nobis iam exijsset, sic de nobis loqui necesse haberet, vt intelligi posset, nec tamen præ malitia primo longo illo vsu trito cognomine *Catholico* vti vellet, nec denique Papam aliquam singularem proferre posset, à cuius nouiter inuenta doctrina aliud aliquando Christianis nomen impositum fuisset, quam prædictum illud (Catholici) quod vsque hodie durat, & tanquam nobis durat, & tanquam nobis proprium ab ipsis etiam [e] aduersariis adhibetur, & à quo sanctus Augustinus, alijque Patres, non leue veritatis

C. Cyrillus Hierosolymitanus cathec. 18. *Si iueris,* inquit, *in aliquam vrbem, non petas vbi sit Ecclesia, vel domus Dei, nam etiam hæretici se dicunt habere domum Dei, & Ecclesiam, sed petas vbi sit Catholica Ecclesia, id enim est proprium huius sanctæ Ecclesiæ matris omniũ nostrûm.* Quasi dicat, si hoc petas nullus hæreticus suam Ecclesiã ostendet.

Et S. Aug. dum ea recenset, contra ep. fundam. c. 4. quæ eum in Ecclesia cõtinebãt, inter cætera ait, *Tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tot hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur (Ecclesiam) nullus hæreticorum, vel Basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Et idem Augustinus libro de vera religione cap. 7. ait, *Tenenda est nobis Christiana religio, & eius Ecclesiæ communi quæ Catholica est, & Catholica nominatur non solum à suis, sed etiam ab omnibus inimicis.* Et Parianus epist. 1. ad Simpron. *Certe non est ab homine mutuatum, &c. Catholicum illud nec Marcionem, nec Appellem, nec Montanum sonat, & infra. Christianus mihi nomen est, Catholicus cognomen, illud me nuncupat, istud ostendit.*

D. In conuentu Altembergensi inter Theologos Comitis Palatini,& Ducis Vvittembergensis habito, cum ex vna parte allatum esset testimonium quoddam Lutheri, altera pars ob verbum *Catholicè*: illud reiecit, dicens, *Ista verba (Viz Catholicè intellecta) non sapiunt phrasim Lutheri.* Vide colloquium Altembergense in respons. ad accus. corrup. fol. 154. b. circa med. & ibid. de hypoth. 353. b. post med. dicunt, *Non est phrasis Lutheri quod aliquid Catholicè intelligi debeat.* Quam vero ipsi Catholici nomen Luthero displiceat, vel inde constat, quod in Symbolo Apostolorum Germanicè reddito, eiecto *Catholicam*, substituat eius loco *Christianam*. Quodque fecit Lutherus hoc & Lutherani faciunt (teste Fulcone) contra testamentum Rhemense in Act. 11. sect. 4. fine fol. 205. a. initio. Quod vero non probat Beza *Catholici vocabulum*, ex præfat. noui Testamenti 1695. dicati Principi Condiensi videri potest. Et Iacob Ministro in libro cui titulus *Rationes ex verbo Dei collecta, &c.* pag. 5. & 24. ante med. & 7. & 23. initio.

E. Vide Foxium in actis & monumentis pag. 613. ante med. vbi aduersarios nostros, *Protestantes*, & nostræ religionis homines, *Catholicos* vocat. Et Sleidanus lib. 7. fol. 96. b. post med. ait, *Lutherus, & alij de cœna Domini dissentiebant, quo Catholici gaudebant, cæteri autem contristabantur.* Et vide eundem lib. 10. initio, fol. 127. b. ante med. vbi de nostris ait *Catholici, &c.* Et Iacobus in libro cui titulus *Rationes è verbo Dei deprompta, &c.* de nobis ait, *Catholici hæreticè tenent, &c.* pag. 23. initio & infra, *Diœcesani Episcopi quando nobiscum agunt, plane cum Catholicis conuenire debent, in responsione sua, si se tueri velint, &c.* pag. 75. fine. Idem nomen *Catholici* nobis tribuit pag. 5. prope initium, & 24. post med. & 74. circa med. Et Wilkesius in libro inscripto, *Obedientia seu vnio Ecclesiastica*, pag. 29. post medium. Puritanos alloquens dicit, *Hoc pacto Catholicos nostras Ecclesias numerando omittere cogitis.* Et Dresserus homo Protestans in millenario b. pag. 214. ait, *Ob Theologorum etiam dissidium ad Catholicos defecit Staphilus.* Imo nomen *Catholicorum* nobis tribuit Humfredus, in vita Iuelli pag. 102. paulo post med.

F. Vide Cyrillum & Augustinum citatos immediatè ante in margine ad lit. c.

* Quandoquidem religionis nostræ professores, sub Catholicorum nomine diu ante noti fuerunt, nihil necesse fuit, Luthero aliud nomen inuenire, nisi ob contume-

ritatis [f] argumentum sumunt) post tot ab ortu [g] religionis nostræ sæcula, non ob necessitatem, sed* contumeliam, inauditum antè Papistæ nomen, adinuenit. Cum tamen hoc ipsum non vnum aliquem Papam singularem, aut nouiter inuentam doctrinam denotet, sed (quod nos ab omni hac de re opprobrio liberat) Papas æqualiter omnes, & vniuersorum in genere doctrinam demonstret: Cum inter in aduersarij non ob contumeliam, sed ob necessitatem & [h] distinctionem quô intelligi possent, varias suas sectas nuper exortas variis item nominibus [i] *Protestantium*, *Lutheranorum*,

Zuinglianorum, Caluinistarum, Sacramentariorum, &c. insignire necesse habuerint.

Neque simile est, quod nobis aduersarij obijcere solent, de [k] Acephalis, [l] friuolum enim hoc est, & extra rem. Sed & illa recriminatio [m] qua vti solent aduersarij, de variis nominibus

liam, vt olim Ariani Christianos *Homousianos*, aut *Athanasianos* vocarunt.

G. De religionis nostræ antiquitate longe ante Lutherum & prius quam nomen Papistæ inuentum esset, vide supra sect. 2. ad K.

H. Hinc Vvhitakerus in responsione ad Guilielmi Reinoldi præfationem pag. 44. prope finem, ait, *Distinctionis causa Protestantium nomine vti cogimur.* De subdiuisione autem Protestantium in Sacramentarios, Zuinglianos, Caluinistas, & Lutheranos, quod omnino necessaria sit, affirmat Conradus Schluselburg in catalogo hæreticorum libro 13. & vltimo de Intermistis pag. 866. circa medium his verbis, *Neque vero quando nostræ partis Theologi aduersarios suos Zuinglianos, Caluinianos, & Sacramentarios nominant, id criminandi, vel obtrectandi studio faciunt, vt nec vice versa, quando se suæque sententiæ parastatas Lutheranos vocant, &c.* Grauerus in libro cui titulus *Absurda absurdorum, &c.* in præfat. h.3. assignat rationem ob quam sui vocentur Lutherani, *Fit hoc solum* (inquit) *idcirco, vt distinguamur à Caluinianis, & Pontificiis, à quibus communi nomine, vel Christianorum, vel Catholicorum, vel orthodoxorum non possumus distingui, &c. Ita hac ratione nos distinguimur à Caluinianis, & Pontificiis, &c.* Et Hospinianus in hist. sacramentaria parte altera, cum variis illis nominibus Lutheranorum, Caluinistarum &c. distinctionis gratia vti cogatur, quia alioquin intelligi non posset, de qua secta loqueretur, hanc facti sui rationem reddit, *Schismatica illa Lutheranorum, Zuinglianorum, Caluinistarum nomina horreo, cum tamen docendi causa illis nominibus in hac historia vtar.*

I. Sacramentariorum nomen vide apud Schluselburgum vbi supra, Kemnitium in examine parte 2. pag. 92. a. post medium. Hookerum lib. 5. Ecclesiasticæ policiæ pag. 178. circa medium: & Szegedinum in locis communibus pag. 184. post med. & nomen *Zuinglianorum* apud Sleidanum lib. 8. fol. 107. b. ante med. Et Bullingerum in fundamento firmo parte 1. pag. 5. & apud Edwinum Sandum equitem vide nomen *Caluinistarum*. In narratione religionis Occidentalium q. 4. & v. 3. & nomen *Lutheranorum*, ibidem R. 4. & v. 3. & apud Sleidanum lib. 12. fol. 157. a. ante med. & Foxius in Apoc. cap. 12. pag. 352. fine, & Kemtium in examine parte 1. pag. 143. à. prope initium: & apud Ministros Diœcesis Lincolniensis in epis. pag. 45. ante medium: & pag. 66. circa med. & Petrum Martyrem in epist. suis annexis locis communibus Anglice pag. 137. & 139. a. & Benedictum Morgenstern. qui in tractatu de Ecclesia sæpe ait, *Nos Lutherani, &c.* vide eundem in præfatione ante medium, & in eodem libro pagina 156. fine.

K. Fulco in confutatione Purgatorij pagina 388. prope finem, quò probet sectam aliquam seu hæresim introduci posse absque eo, quod origo eius, aut

initium constet, hoc affert exemplum, *Fuit (inquit) hæresis eorum qui Acephali dicti sunt, eo quod caput illorum ignotum esset.*

O. Hoc plane friuolum est. Primo enim errat in occasione nominis, non enim ob eam causam quam ipse assignat, dicti sunt Acephali, sed à Seuero Acephalo Episcopo Antiochæno, qui caput eorum fuit; ipsi vero pars quædam Eutichianorum erant, quorum caput erat Eutiches. Qua de re vide Concilium secundum Nicænum pagina 62. tomo tertio: Et Nycephorum libro 16. capite 27. & libro 18. capite 45. Et vide authorem Protestantem Ioannem Pappum in epitome historiæ Ecclesiasticæ pag. 494. vbi ait, *Acephali nominabantur, non quod primus author erroris ignoraretur, sed quod, &c.* Vide Oliuerium Omerodum in descriptione Puritani impressa anno 1605. in Puritano Papismo ibi pag.12.in marg.ad d. Secundo licet primus eorum author assignari non posset, non sequeretur initium eorum ignotum esse, cum origo eorum alia via constare queat, qua semel cognita, primum authoris nomen non amplius inquiritur. Cum hoc solum ideo inquiratur, vt inde noui dogmatis author dignoscatur.

M. Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pagina 65. hac vtitur recriminatione, sed eam à nobis propulsat Fieldus de Ecclesia, libro secundo capite nono pagina 58. prope initium, *Notandum est* (inquit) *quod qui fidem Christianam profitentur, his temporibus nouissimis, eorum nonnunquam nominibus vocantur, qui illas Monasticæ obseruationis regulas instituerunt, quas ipsi sibi obseruandas proposuerunt, vt à sancto Benedicto Benedictini, & ab aliis alij.* Ingenue igitur fatetur, illam nominis nuncupationem, & mutationem, non ad fidem, sed ad mores, & religiosæ vitæ institutum pertinere, & paulo infra haud dissimilem aduersariorum obiectionem de Thomistis, Scotistis, &c. præoccupat, dicens, *Litigasse eos de ijs religionis dogmatibus, quæ nondum ab Ecclesia definita essent.* Quia vero hæc ipsa nomina sic imposita, mutationem aliquam arguunt, & probant, & ita contra aduersarios militant. Fieldus vbi supra pagina 59. initio, cognomen illud Lutheranorum hisce verbis excusat, *Neque vero fieri poterat tanta mutatio, &c. vt non aliqua restaret memoria eorum per quos illa facta fuit.* Male igitur aduersarij Romanam Ecclesiam de maxima omnium mutatione accusant, cum ne minimum quidem noui nominis vestigium, quo illa innotescat, appareat.

minibus Benedictinorum, Franciscanorum, &c. duplici titulo deficit. Primò, quia mutatio illis nominibus significata, non est (quemadmodũ in illis aliis Arianorum, Lutheranorum, Caluinistarum) de rebus ad fidem pertinentibus, sed de moribus, & vitę genere, iuxta varias regulas instituendo, ratione cuius alij Benedictini dicti sunt, alij Franciscani &c. si-

Sicut olim in vet. Testam alij [n] Rechabitæ dicti sunt, [o] alij Nazaritæ. 2°. Hæc ipsa nomina Benedictinorũ, Franciscan. &c. nobis etiamnum firmam fidem faciunt, fuisse aliquando nouam illam religiose viuendi regulam, à [p] SS. Benedicto, & [q] Francisco introductam, sicut pari ratione noua hæc nomina Arianorum, Pelagianorum, Lutheranorum, &c. satis aperte ostendunt, factam fuisse innouationem in fide per Arianismum, Pelagianismum, Lutheranismum, ab Ario, Pelagio, Luthero primò inceptum. Nomina igitur illa Benedictinorum, Franciscanorum, &c. non tam impugnant, quam confirmant, & illustrant assertionem nostram, quantũ ad mutationem attinet, de qua nunc quæstio instituitur. Cum igitur vt ex prædictis patet, semper doctrinæ mutatio, noui etiam nominis impositionem coniunctam habuerit, in Romana autem Ecclesia ante Lutherum nulla vnquam talis facta fuerit, efficitur, Romanam Ecclesiam ante Lutherum nullo vnquá tempore fidei doctrinam mutasse. Hinc aduersarius noster Bunnius, quantumvis cautus, ne quid illi excidat, quod pro nobis faciat, confitetur tamen, ¶ *Quod Ecclesia Romana semper quodammodo in professione fidei permanserit, ex quo ab Apostolis fidem accepit, &c.* & quod *aliquo modo tam verbum, quam sacramenta à Christo Domino tradita retinuerit* & conseruarit. *Quod sane* (inquit ille) *singulare Dei donum est, & manifestum opus* ✝ *Spiritus sancti, &c.*

N. Hierem. 35. 2. 5. 6.

O. Numerorum 6. 2. 5. 13.

P. De S. Benedicto vide Hanmeri Chron. annexũ Eusebio Anglice verso.

Q. De S. Francisco vide Pantaleonis Chronologiam pag. 98. initio.

¶ Vide Bunnium in Tract. pacificationis sect. 14. circa med. pag. 89.

† Quam verum sit hoc Bunnij testimonium, & quam singulari Spiritus sancti munimine Romana Ecclesia semper hactenus protecta fuerit, multis modis ostendi potest. Cum enim quatuor reliquas Patriarcharũ Sedes Hæresiarchæ seu nouorũ dogmatum inuentores inquinarunt, Verbi gratia Antiochenam Paulus Samosatenus, Hierosolimitanam Ioannes, & Arsenius, Alexandrinã Dioscorus, Constantinopolitanam, Macedonius, & Nestorius: Sola Sedes Romana à tali cõtagione semper immunis fuit. Scio quos errores quib. põtificib. impingant aduersarij, quod vero aliquis eorũ hæresiarcha fuerit, probare nunquã poterũt. *Secundo*, quia reliquæ vrbes omnes Patriarchales, & earundem Episcopi, infidelibus à longo iam tempore seruiunt, vnde & factum est, vt successio Sedium illarum aut interrupta, aut admodum obscura maneat, quod vrbi Romæ & Sedi Apostolicæ eiusdem, per Dei prouidentiam hactenus minime contigit. *Tertio* quia multa, & illa quidem ampla Christianorum regna, & Prouinciæ, in Asia, Africa, & Europa, cum se à Romanæ sedis communione separassent, non ita multo post Barbarorum Infidelium præda facta sunt; iuxta illud Esaiæ cap. 60. 12. de Christi Ecclesia vaticinium, *Gens quæ tibi non seruierit, peribit*. *Quarto* hanc solã sedẽ, & Ecclesiã à mille seu mille trecentis annis vltimo euolutis, ipsi aduersarij notam, ac visibilem floruisse agnoscunt. Qua de re vide supra sect.2. initio ad K. L. & sect. 8. initio in marg. ad ç. & infra Tract.2.cap.2.sect.7. fine ad 54.5.6. &c. Adde quod toto illo temporis interuallo prædicto, per nuncios suos & Legatos, plurimas prouincias, & regna Gentilium ad fidem Catholicam conuerterit, sicut à Prophetis olim prædictũ est. *Qua de re vide plura infra* Tract.2. cap.1. sect. 4. initio in marg. ad *. *Quinto* denique, cum à tot Principibus Christianis illi æmulis, nec non ab ipsis ciuibus Romanis, & Cardinalibus (vt interim schismata factiones, & summorum Pontificum mores sileam) quin & Hæreticorum vtcumque inter se dissidentium, in hanc tamen vnam conspirantium insultibus, sedes hæc acriter impugnata fuerit, stetit tamen verbo illo innixa Saluatoris (vt merito quidem existimari potest) *Ego oraui pro te Petre, &c. adeo vt portæ inferi eam* impugnasse non tamen oppugnasse dici queat iuxta illud Matth.16.18. Downhamus igitur tam verecundiæ quam veritatis limites excessisse videtur, qui Tract. de Antichristo lib.2.pa.22. ante med. hæc effutire non erubuit. *Nos asserimus totam hæreticorum huius vltimi sæculi turbam, &c. cuius caput Papatus est, esse Antichristum.* Cum enim Papa hæreticis omnibus, & illi vicissim Papæ sedulo aduersentur (vt notissimum est) quomodo caput eorum dici recte queat?

VII.

Atque hæc quidem hactenus de quæstione illa dicta sint, An Roma, quam Apostolorum tempore veram tenuisse fidem omnes agnoscunt; eam exinde mutauerit, necne. Quod si quis allegationibus istis certa veritate nixis, & ipsorum aduersariorum confessione munitis, perfricta fronte pertinaciter contradixerit,

suorum confessiones, & rationes allatas transiliendo, & vsque ad Apostolos per saltum perueniendo, dixerit, quod quicquid nos ex * historiis, & Patribus, & alijs authorum Protestantium testimoniis, per singula sæcula ab Apostolorum temporibus hactenus probauerimus, ¶ se tamen persuasum habere, scripturas sacras cum illa fide quam Ecclesia Romana nunc profitetur, in multis apertè pugnare: Huic respondetur, primo, miserimum esse sic principiũ petere. Nos enim hac quod ille supponit, *pernegamus, & in eo negando* persistinus.

Certo enim scimus, nullum aduersarios nostros à primo Genesis ad vltimum vsq; Apocalipsis, citare posse textum, qui pro illis contra nos faciat. *Secundo* cum ipsæ sacræ scripturæ (vt dictum est) t affirment, veræ Ecclesiæ Pastores semper affuturos, qui contra omnẽ falsæ doctrinæ innouationem insurgent, eãque palam arguent, hoc autem an re ipsa prę stiterint, cum res facti sit, nulla alia nobis via, quã humano testimonio innotescere possit, quæ per u historiam traditur, cuius authoritatem ipsi aduersarij * agnoscunt: hinc fit, quod ipsæ sacrę scripturę in hac re de qua nũc agitur, nos per historias, & Patres necessario iudicari debere decernant, quam viam si admitant aduersarij vincuntur, si recusent, in fugam vertuntur. Eorum autem præfractam audaciam, qui cum Romanæ Ecclesiæ innouationis notam inurere nequeant, cedere tamen

* Sic Vvhitakerus lib.7, contra Duræum p. 478. ante med. ait. *Nobis sufficit ex Pontificiorum dogmatum & scripturarum collatione discrimen, & dissimilitudinem agnoscere, historicis liberum relinquimus scribere, quid velint.*

¶ De hac re plura vide infra Tract.2. cap.1. sect, 1. initio in marg. ad p.q.

T. Vide supra Tr.1. sec.8. sub. 2. ad n.o. & infra Tract. 2. cap. 2. sect. 1. prope initium ad z. & a.b.c.d.e.

V. Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. pa. 472. ait. *Quicquid de Ecclesiæ*

10. Hic supra ad 1.
11. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag.11. & 92. ante medium.

magnis hæresibus palam contradixerint, non solum 12. minoribus erroribus, quam sunt dogmata nostra Catholica (si errores essent) verum etiam aliis erroribus variis 13. *qui non minorem tum charitatis, tum pietatis speciem præ se ferebant.* Huius rei exempla irrefragabilia passim occurrunt. Neque veriti sunt Patres in tali casu viros quosdam primarios, & alioquin de Ecclesia Dei optime meritos arguere, scilicet Papiam, Tertullianum, Origenem, Cyprianum. Ex quibus præmissis necessario sequitur, quod cum Romanæ Ecclesiæ doctrina à primariis multorum sæculorum viris, nemine orthodoxo contradicente, prędicata fuerit, 14. per Apostolicam traditionem, (iuxta Feildi regulam) ad nos descendisse cēsenda sit.

VI.

Postquam primitiuum illud * *Christianorum* nomen iam obtinuerat, & tanquam certis hominibus proprium inoleuerat, omnis secta quæ nouam aliquam doctrinam sequi vellet, necesse habuit distinctionis gratia etiam §. nouum sibi nomen assumere, quo ab aliis orthodoxis

12. Primo, Papias ob errorem Millenariorum male audiuit, teste Eusebio hist. lib.3. cap.33. post med. Secundo, quæstio illa quo die Pascha celebrari debeat, diu, & acriter agitata est ante Concil. Nicæn. de qua vide Ignatium in epist. ad Philip.& Euseb. lib.2.cap.22. 23.24. Tertio, quanta contentione Patres Aerium ieiunia abrogare volētem impugnarunt, vide supra tractatu 1. sectione 8. subd. 2.* & Epiphan. hæresi 75. ante med.. Quarto, Vigilantius reliquiarum venerationem & alias cæremonias negans, à Patribus confutatus est, de quo supra tract. 1. sect.8.subd.2.ad d. Quinto, Armenij quod aquam cum vino in calice non miscerent reprehensi sunt, de quo supra tract.1.sect.3.subd.2.ad 29.& 30. Sexto, Iulianus Pelagianus quod exorcismum & exsufflationem in baptismo adhiberi solitam reiiceret, explosus est, qua de re vide supra tract.1.sect. 8. subd.2. ad lit. r. Septimo, vide huius rei alia exempla è primitiua Ecclesia petita apud Cowellum in examinatione &c. pag. 64. post med. & pag.65. In priori autem loco pag.64. asserit, *Magnas & graues in Ecclesia dissensiones de cæremoniis ortas esse, & ipsa Concilia pleros-*

que tanquam hæreticos condemnasse, quia in his ipsis Catholicæ Ecclesiæ contraria sentirent.

13. Origenis error quamuis secundum sanctum Augustinum de ciuitate Dei lib. 21. cap. 17. speciem pietatis præ se ferret, à Patribus tamen explosus est, teste eodem Augustino hær. 43. Item Tertulliani error, quod secunda matrimonia illicita essent, licet castitatem promouere videretur, de quo vide August. hær. 86. Item Ieiunia illa ardua Montani reiecta sunt, licet à zelo & deuotione profecta viderentur, de quo vide Vvhitgiftum in politia Ecclesiast. lib. 5. sect. 72. pag. 209. fine, & 210. initio.

14. Fieldus de Ecclesia lib. 4. cap. 21. pag. 242. circa med. Ibi cum inquirat quibus regulis veræ traditiones à falsis discerni possint, sic inquit, *Restat vt quaramus quibus regulis veras minimeque dubias traditiones dignoscere possimus*, &c. Vbi pro regula 2. hanc ponit, *Quicquid omnes vel celebriores cuiusque sæculi, vel plurimorũ sæculorum Patres, tanquam à maioribus acceptum tradiderunt, nemine orthodoxo contradicente, vel dubitante, ab Apostolica traditione fluxisse meritò censendum est.*

* Actor. 1. 126.

§. Vincentius Lirinensis li. aduersus hær. c. 34. *Quæ vnquam hæresis nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore, ebulliuit, &c.*

doxis Christianis discerni posset, qui nihil mutantes, sed [a] depositum seruantes, proprio cognomine † *Catholici* dicebantur, eaque nuncupatione à quibuscunque sectis emergentibus distinguebantur. Hoc per omnium sæculorum decursum videre [b] licet. Secta igitur omnis (vt ex historiis patet) nouam doctrinam vel vnius alicuius articuli professa, simul etiam nouum nomen accepisse reperitur, idque nunnunquam ab ipsa doctrina deriuatum. Sic Monotholitæ, Aquarij, Agnoitæ, Theopascitæ, Catabaptistæ, &c. Aliquando vero, idque frequentius, ab ipso nouatore, sicut Apostolorum tempore 2. Nicolaitæ 3. à Nicolao Diacono, & postea Manichæi, Ariani, Pelagiani,

A. 1. Ad Timoth. 6. 20.

† Pacianus in ep. ad Sympronianum *cum post Apostolos hæreses extitissent, diuersisque nominibus columbam Dei atq; reginam lacerare per partes & scindere niterentur, nonne cognomen suum plebs Apostolica postulabat, quo corrupti populi distingueretur vnitas, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nonne appellatione propria decuit caput principale signari? Et infra. Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen: & infra, Quare ab hæretico nomine, noster populus hac appellatione diuiditur, cum Catholicus nuncupatur.* Vnde & factum est, vt Apostoli nomen

hoc symbolo insererent, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, hac appellatione veram Ecclesiam ab hæreticorum cœtu discernentes.

B. Huius rei exempla affert Iustinus in dial. contra Tryphonem ante med. iuxta editionem parisiensem in octauo anno 1561.fol.37. b. vbi ait, *Et sunt inter nos distincti cognominibus, denotati à quibusdam viris, vt quisque fuit author nouæ alicuius doctrinæ &c. Ex his alij vocantur Marcionistæ, alij Valentiniani, alij Basilidiani, alij Saturniani, alij alio vocabulo, quisque à primo inuentore sui dogmatis.* Et Irenæus lib.1. cap.10. *Habent & vocabula à principe impijssimæ sententiæ Symone dicti Symoniani.* Et Athanasius serm.2.contra Arianos ait, *A Christo Christiani sumus, & nuncupamur. Illi vero qui aliunde originem suæ fidei deducunt, merito authorum suorum cognomenta præ se ferunt, &c. Qui vero Marcionem secuti sunt, non iam inde Christiani, sed Marcionistæ appellati sunt. Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichæus, & cæteri sectatoribus suis nomina impartierunt.* Et Chrysost. homil.33.in Act. Apostolorum, *Illi habent quosdam à quibus appellantur, prout enim heresyarchæ nomen, ita & secta vocatur.* Et Hieronymus contra Luciferianos in fine, *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christiani non à Domino Iesu Christo, sed à quoque alio nuncupari, vt Marcionistas, Valentinianos, scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse Synagogam.*

2. Apocal. 2.6.

3. Act. 6. 5.

Pelagiani, à Manete, Ario, Pelagio, ac nuper Vvaldenses, Vvicleffo, Luthero, nuncupati sunt. Hoc Fieldus ingenuè fatetur, 4. *negari certe non potest, inquit, quin nomina ab aliorum nominibus deriuata, in primitiua* Ecclesia, *propria tantum fuerint hæreticorum, & Schismaticorum.*

4. Fieldus de Ecclesia lib.2. cap.9. pag.57. circa med. & Parkesius in apolog.&c. sub titulo, *Querulæ motiones*, &c. pag.30.fine, & pag.31.initio, ait, *Non video rationem satis probabilem, cur ij, quos singularitas affectionis, & nouitas factionis Puritanos denominauit, non distingueretur illo nomine &c. Reuera enim talia agnomina per om-*

Aduersarij tamen nostri, cum contra omnem præteritorum temporum experientiam, Romanam Ecclesiam accusare non cessent, (non quidem vt veteres olim hæretici, de vno vel de altero articulo accusabantur) sed de mutatione omnium maxima, tam temporis duratione, quam multitudine Gentium seductarum, ac numero, & pondere articulorum, ne vnum quidem Pontificem ab Apostolis vsque ad Lutherum nominare possunt, à cuius persona, vel doctrina nouiter inuenta, vel simili respectu, secta vlla exorta nouum nomen

omnia tempora eos distinxerunt, quæ vel noua dogmata ab Ecclesiæ doctrina aliena ipsi inuexerunt, vel ab aliis inuenta defenderunt.

men mutuauerit. Cum è contra Papæ omnes, eisque adhærentes, vsque in præsentem diem noti semper & ab aliis discreti fuerint, vno eodemque illustri illo, ac perpetuo nomine *Catholico* ab ipsis Apostolis in Symbolum relato, quo veræ Ecclesiæ filij ab hæreticis distinguũtur, vnde & à Patribus in eum finem frequenter [c] vrgetur, & ob eandem causam à Luthero [d] reiicitur. Hæc cum ita se habere perspiceret Lutherus, quando à nobis iam exijsset, sic de nobis loqui necesse haberet, vt intelligi posset, nec tamen præ malitia primo longo illo vsu trito cognomine *Catholico* vti vellet, nec denique Papam aliquam singularem proferre posset, à cuius nouiter inuenta doctrina aliud aliquando Christianis nomen impositum fuisset, quam prædictum illud (Catholici) quod vsque hodie durat, & tanquam nobis durat, & tanquam nobis proprium ab ipsis etiam [e] aduersariis adhibetur, & à quo sanctus Augustinus, alijque Patres, non leue veritatis

C. Cyrillus Hierosolymitanus cathec. 18. *Si ieris,* inquit, *in aliquam vrbem, non petas vbi sit Ecclesia, vel domus Dei, nam etiam hæretici se dicunt habere domum Dei, & Ecclesiam, sed petas vbi sit Catholica Ecclesia, id enim est proprium huius sanctæ Ecclesiæ matris omniũ nostrûm.* Quasi dicat, si hoc petas nullus hæreticus suam Ecclesiã ostendet.

Et S. Aug. dum ea recenset, contra ep. fundam. c. 4. quæ eum in Ecclesia cõtinebãt, inter cætera ait, *Tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tot hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur (Ecclesiam) nullus hæreticorum, vel Basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Et idem Augustinus libro de vera religione cap. 7. ait, *Tenenda est nobis Christiana religio, & eius Ecclesiæ communi quæ Catholica est, & Catholica nominatur non solum à suis, sed etiam ab omnibus inimicis.* Et Parianus epist. 1. ad Simpron. *Certe non est ab homine mutuatum, &c. Catholicum illud nec Marcionem, nec Appellem, nec Montanum sonat, & infra. Christianus mihi nomen est, Catholicus cognomen, illud me nuncupat, istud ostendit.*

D. In conuentu Altembergensi inter Theologos Comitis Palatini, & Ducis Vvittembergensis habito, cum ex vna parte allatum esset testimonium quoddam Lutheri, altera pars ob verbum *Catholicè*: illud reiecit, dicens, *Ista verba* (*Viz Catholicè intellecta*) *non sapiunt phrasim Lutheri.* Vide colloquium Altembergense in respons. ad accus. corrup. fol. 154. b. circa med. & ibid. de hypoth. 353. b. post med. dicunt, *Non est phrasis Lutheri quod aliquid Catholicè intelligi debeat.* Quam vero ipsi Catholici nomen Luthero displiceat, vel inde constat, quod in Symbolo Apostolorum Germanicè reddito, eiecto *Catholicam*, substituat eius loco *Christianam*. Quodque fecit Lutherus hoc & Lutherani faciunt (teste Fulcone) contra testamentum Rhemense in Act. 11. sect. 4. fine fol. 205. a. initio. Quod vero non probat Beza *Catholici vocabulum*, ex præfat. noui Testamenti 1695. dicati Principi Condiensi videri potest. Et Iacob Ministro in libro cui titulus *Rationes ex verbo Dei collecta, &c.* pag. 5. & 24. ante med. & 7. & 23. initio.

E. Vide Foxium in actis & monumentis pag. 613. ante med. vbi aduersarios nostros, *Protestantes*, & nostræ religionis homines, *Catholicos* vocat. Et Sleidanus lib. 7. fol. 96. b. post med. ait, *Lutherus, & alij de cœna Domini dissentiebant, quo Catholici gaudebant, cæteri autem contristabantur.* Et vide eundem lib. 10. initio, fol. 127. b. ante med. vbi de nostris ait *Catholici, &c.* Et Iacobus in libro cui titulus *Rationes è verbo Dei deprompta, &c.* de nobis ait, *Catholici hæreticè tenent, &c.* pag. 23. initio & infra, *Diœcesani Episcopi quando nobiscum agunt, plane cum Catholicis conuenire debent, in responsione sua, si se tueri velint, &c.* pag. 75. fine. Idem nomen *Catholici* nobis tribuit pag. 5. prope initium, & 24. post med. & 74. circa med. Et Wilkesius in libro inscripto, *Obedientia seu vnio Ecclesiastica*, pag. 29. post medium. Puritanos alloquens dicit, *Hoc pacto Catholicos nostras Ecclesias numerando omittere cogitis.* Et Dresserus homo Protestans in millenario b. pag. 214. ait, *Ob Theologorum etiam dissidium ad Catholicos defecit Staphilus.* Imo nomen *Catholicorum* nobis tribuit Humfredus, in vita Iuelli pag. 102. paulo post med.

ritatis [f] argumentum sumunt) post tot ab ortu [g] religionis nostræ sæcula, non ob necessitatem, sed* contumeliam, inauditum antè Papistæ nomen, adinuenit. Cum tamen hoc ipsum non vnum aliquem Papam singularem, aut nouiter inuentam doctrinam denotet, sed (quod nos ab omni hac de re opprobrio liberat) Papas æqualiter omnes, & vniuersorum in genere doctrinam demonstret: Cum inter in aduersarij non ob contumeliam, sed ob necessitatem & [h] distinctionem quô intelligi possent, varias suas sectas nuper exortas variis item nominibus [i] *Protestantium*, *Lutheranorum*,

F. Vide Cyrillum & Augustinum citatos immediatè ante in margine ad lit. c.

* Quandoquidem religionis nostræ professores, sub Catholicorum nomine diu ante noti fuerunt, nihil necesse fuit, Luthero aliud nomen inuenire, nisi ob contume-

Zuinglianorum, Caluinistarum, Sacramentariorum, &c. insignire necesse habuerint.

Neque simile est, quod nobis aduersarij obijcere solent, de [k] Acephalis, [l] friuolum enim hoc est, & extra rem. Sed & illa recriminatio [m] qua vti solent aduersarij, de variis nominibus

liam, vt olim Ariani Christianos *Homousianos*, aut *Athanasianos* vocarunt.
G. De religionis nostræ antiquitate longe ante Lutherum & prius quam nomen Papistæ inuentum esset, vide supra sect. 2. ad K.

H. Hinc Vvhitakerus in responsione ad Guilielmi Reinoldi præfationem pag. 44. prope finem, ait, *Distinctionis causa Protestantium nomine vti cogimur*. De subdiuisione autem Protestantium in Sacramentarios, Zuinglianos, Caluinistas, & Lutheranos, quod omnino necessaria sit, affirmat Conradus Schluselburg in catalogo hæreticorum libro 13. & vltimo de Intermistis pag. 866. circa medium his verbis, *Neque vero quando nostræ partis Theologi aduersarios suos Zuinglianos, Caluinianos, & Sacramentarios nominant, id criminandi, vel obtrectandi studio faciunt, vt nec vice versa, quando se, suæque sententiæ parastatas Lutheranos vocant, &c.* Grauerus in libro cui titulus *Absurda absurdorum, &c.* in præfat. h. 3. assignat rationem ob quam sui vocentur Lutherani, *Fit hoc solum* (inquit) *idcirco, vt distinguamur à Caluinianis, & Pontificiis, à quibus communi nomine, vel Christianorum, vel Catholicorum, vel orthodoxorum non possumus distingui, &c. Ita hac ratione nos distinguimur à Caluinianis, & Pontificiis, &c.* Et Hospinianus in hist. sacramentaria parte altera, cum variis illis nominibus Lutheranorum, Caluinistarum &c. distinctionis gratia vti cogatur, quia alioquin intelligi non posset, de qua secta l. quæretur, hanc facti sui rationem reddit, *Schismatica illa Lutheranorum, Zuinglianorum, Caluinistarum nomina horreo, cum tamen docendi causa illis nominibus in hac historia vtar.*

I. Sacramentariorum nomen vide apud Schluselburgum vbi supra, Kemnitium in examine parte 2. pag. 92. a. post medium. Hookerum lib. 5. Ecclesiasticæ policiæ pag. 178. circa medium: & Szegedinum in locis communibus pag. 184. post med. & nomen *Zuinglianorum* apud Sleidanum lib. 8 fol. 107. b. ante med. Et Bullingerum in fundamento firmo parte 1. pag. 5. & apud Edwinum Sandum equitem vide nomen *Caluinistarum*. In narratione religionis Occidentalium q. 4. & v 3. & nomen *Lutheranorum*, ibidem R. 4. & v. 3. & apud Sleidanum lib. 12. fol. 157. a. ante med. & Foxius in Apoc. cap. 12. pag. 352. fine, & Kemtium in examine parte 1. pag. 143. à prope initium: & apud Ministros Diœcesis Lincolniensis in epist. pag. 45. ante medium: & pag. 66. circa med. & Petrum Martyrem in epist. suis annexis locis communibus Anglice pag. 137. & 139. a. & Benedictum Morgenstern. qui in tractatu de Ecclesia sæpe ait, *Nos Lutherani, &c.* vide eundem in præfatione ante medium, & in eodem libro pagina 156. fine.

K. Fulco in confutatione Purgatorij pagina 388. prope finem, quò probet sectam aliquam seu hæresim introduci posse absque eo, quod origo eius, aut

initium constet, hoc affert exemplum, *Fuit (inquit) haresis eorum qui Acephali dicti sunt, eo quod caput illorum ignotum esset.*

O. Hoc plane friuolum est. Primo enim errat in occasione nominis, non enim ob eam causam quam ipse assignat, dicti sunt Acephali, sed à Seuero Acephalo Episcopo Antiochæno, qui caput eorum fuit; ipsi vero pars quædam Eutichianorum erant, quorum caput erat Eutiches. Qua de re vide Concilium secundum Nicænum pagina 62. tomo tertio: Et Nycephorum libro 16. capite 27. & libro 18. capite 45. Et vide authorem Protestantem Ioannem Pappum in epitome historiæ Ecclesiasticæ pag. 494. vbi ait, *Acephali nominabantur, non quod primus author erroris ignoraretur, sed quod, &c.* Vide Oliuerium Omerodum in descriptione Puritani impressa anno 1605. in Puritano Papismo ibi pag.12.in marg.ad d. Secundo licet primus eorum author assignari non posset, non sequeretur initium eorum ignotum esse, cum origo eorum alia via constare queat, qua semel cognita, primum authoris nomen non amplius inquiritur. Cum hoc solum ideo inquiratur, vt inde noui dogmatis author dignoscatur.

M. Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pagina 65. hac vtitur recriminatione, sed eam à nobis propulsat Fieldus de Ecclesia, libro secundo capite nono pagina 58. prope initium, *Notandum est* (inquit) *quod qui fidem Christianam profitentur, his temporibus nouissimis, eorum nonnunquam nominibus vocantur, qui illas Monastica obseruationis regulas instituerunt, quas ipsi sibi obseruandas proposuerunt, vt à sancto Benedicto Benedictini, & ab aliis alij.* Ingenue igitur fatetur, illam nominis nuncupationem, & mutationem, non ad fidem, sed ad mores, & religiosæ vitæ institutum pertinere, & paulo infra haud dissimilem aduersariorum obiectionem de Thomistis, Scotistis, &c. præoccupat, dicens, *Litigasse eos de ijs religionis dogmatibus, qua nondum ab Ecclesia definita essent.* Quia vero hæc ipsa nomina sic imposita, mutationem aliquam arguunt, & probant, & ita contra aduersarios militant. Fieldus vbi supra pagina 59. initio, cognomen illud Lutheranorum hisce verbis excusat, *Neque vero fieri poterat tanta mutatio, &c. vt non aliqua restaret memoria eorum per quos illa facta fuit.* Male igitur aduersarij Romanam Ecclesiam de maxima omnium mutatione accusant, cum ne minimum quidem noui nominis vestigium, quo illa innotescat, appareat.

minibus Benedictinorum, Franciscanorum, &c. duplici titulo deficit. Primò, quia mutatio illis nominibus significata, non est (quemadmodũ in illis aliis Arianorum, Lutheranorum, Caluinistarum) de rebus ad fidem pertinentibus, sed de moribus, & vitę genere, iuxta varias regulas instituendo, ratione cuius alij Benedictini dicti sunt, alij Franciscani &c. si-

Sicut olim in vet. Testam alij [n] Rechabitæ dicti sunt, [o] alij Nazaritæ. 2°. Hæc ipsa nomina Benedictinorũ, Franciscan. &c. nobis etiamnum firmam fidem faciunt, fuisse aliquando nouam illam religiose viuendi regulam, à [p] SS. Benedicto, & [q] Francisco introductam, sicut pari ratione noua hæc nomina Arianorum, Pelagianorum, Lutheranorum, &c. satis aperte ostendunt, factam fuisse innouationem in fide per Arianismum, Pelagianismum, Lutheranismum, ab Ario, Pelagio, Luthero primò inceptum. Nomina igitur illa Benedictinorum, Franciscanorum, &c. non tam impugnant, quam confirmant, & illustrant assertionem nostram, quantũ ad mutationem attinet, de qua nunc quæstio instituitur. Cum igitur vt ex prædictis patet, semper doctrinæ mutatio, noui etiam nominis impositionem coniunctam habuerit, in Romana autem Ecclesia ante Lutherum nulla vnquam talis facta fuerit, efficitur, Romanam Ecclesiam ante Lutherum nullo vnquã tempore fidei doctrinam mutasse. Hinc aduersarius noster Bunnius, quantumvis cautus, ne quid illi excidat, quod pro nobis faciat, confitetur tamen, ¶ Quod *Ecclesia Romana semper quodammodo in professione fidei permanserit, ex quo ab Apostolis fidem accepit, &c.* & quod *aliquo modo tam verbum, quàm sacramenta à Christo Domino tradita retinuerit* & conseruarit. *Quod sane* (inquit ille) *singulare Dei donum est, & manifestum opus* ✝ *Spiritus sancti, &c.*

N. Hierem. 35. 2. 5. 6.
O. Numerorum 6. 2. 5. 13.

P. De S. Benedicto vide Hanmeri Chron. annexũ Eusebio Anglice verso.
Q. De S. Francisco vide Pantaleonis Chronologiam pag. 98. initio.

¶ Vide Bunnium in Tract. pacificationis sect. 14. circa med. pag. 89.

suorum confessiones, & rationes allatas transiliendo, & vsque ad Apostolos per saltum perueniendo, dixerit, quod quicquid nos ex * historiis, & Patribus, & alijs authorum Protestantium testimoniis, per singula sæcula ab Apostolorum temporibus hactenus probauerimus, ¶ se tamen persuasum habere, scripturas sacras cum illa fide quam Ecclesia Romana nunc profitetur, in multis apertè pugnare: Huic respondetur, primo, miserimum esse sic principiũ petere. Nos enim hac quod ille supponit, *pernegamus, & in eo negando persistinus.*

Certo enim scimus, nullum aduersarios nostros à primo Genesis ad vltimum vsq; Apocalipsis, citare posse textum, qui pro illis contra nos faciat. *Secundo* cum ipsæ sacræ scripturæ (vt dictum est) t affirment, veræ Ecclesiæ Pastores semper affuturos, qui contra omnẽ falsæ doctrinæ innouationem insurgent, eáque palam arguent, hoc autem an re ipsa prę stiterint, cum res facti sit, nulla alia nobis via, quã humano testimonio innotescere possit, quæ per u historiam traditur, cuius authoritatem ipsi aduersarij * agnoscunt: hinc fit, quod ipsæ sacrę scripturę in hac re de qua nũc agitur, nos per historias, & Patres necessario iudicari debere decernant, quam viam si admitant aduersarij vincuntur, si recusent, in fugam vertuntur. Eorum autem præfractam audaciam, qui cum Romanæ Ecclesiæ innouationis notam inurere nequeant, cedere tamen

* Sic Vvhitakerus lib. 7. contra Duræum p. 478. ante med. ait. *Nobis sufficit ex Pontificiorum dogmatum & scripturarum collatione discrimen, & dissimilitudinem agnoscere, historicis liberum relinquimus scribere quid velint.*

¶ De hac re plura vide infra Tract. 2. cap. 1. sect. 1. initio in marg. ad p. q.

T. Vide supra Tr. 1. sec. 8. sub. 2. ad n. o. & infra Tract. 2. cap. 2. sect. 1. prope initium ad z. & a. b. c. d. e.

V. Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. pa. 472. ait. *Quicquid de Ecclesiæ*

QVOD CVM PROTESTANTES NVLLVM perspicuum mutatæ à Catholicis Christianæ Religionis exemplum proferre possint, solas scripturas ad hoc probandum prætendere, friuolum sit & vanum.

SECTIO DECIMA.

QVô iis veritas clarius illucescat, qui nescio qua specie mutationis, à Romana Ecclesia factæ (seu ab ipsis potius fictæ) seducti, & circuitu quodam retrogrado delusi, Patrũ authoritatem parui facientes, illud in genere pro concesso assumunt, quod Romana Ecclesia ab illa fidei integritate decesserit, quã ipsi in sacris literis contineri opinãtur: Licet hæc caligo mentibus eorum offusa, per ea quæ hactenus copiose * ea de re dicta sunt, satis discuti posse videatur, Cuiusvis tamen ęqui æstimatoris iudiciũ subire audimus, an non arrogantiæ absurdæ, præposteræ, indignæ, censendum sit, Romanam Ecclesiã sub solius scripturæ prętextu ita condemnàre. Idque ob alias etiam non minus claras, & graues rationes, quam quę hactenus allatæ sunt.

* Supra hoc eodem sect. 9. subd. 6. fine ad t. u. * & subd. 4 per totam.

I.

Primò quia ipsi aduersarij scripturas sacras, per quas Romanam Ecclesiam iam condem-

nare volunt, non aliũde, quam ab ipsa, & ex fide ipsius, integras, ac intemeratas, acceperũt. *Secundò* quia solam scripturam sanctam prætendere, versutia quadam singulari omnes nouatores solent, ad hoc, tanquam ad vltimũ refugium (quo lites prorogent, & sese ab omni iudicio finali eximant) confugientes. *Tertiò* quia ipsi, qui sic solam scripturam iactitant, nondum inter se, quænam canonicæ scripturę habendę sint, conuenerunt, neq; id vnquam ex solis scripturis diffinire poterunt, plurimique eorum, non infimę notę, vsque in præsentẽ diem varias scripturæ partes communiter ab ipsis etiam Protestantibus receptas, reiiciunt. *Quartò* in translatione eorum librorum Canonicorum, quos recipiunt, magnopere & magnis in rebus discordant. *Quintò* de sensu eorum dissentiunt, de quorum translatione conueniunt. Restat vt hęc singula probemus. Primum quidem patet, quia constat, & in confesso est, quod Ecclesiæ Protestantium [a] *inuisibilis* manserit, saltem mille annos continuos, ante Lutherũ, quodq; Catholica nostra (vel vt ipsi loquuntur Papistica) *toto illo tempore* [b] *præualuerit.* Nostra igitur Ecclesia, per tot sæculorum seriem, scripturas sanctas conseruauit, & à nobis, Protestantes, quas habent scripturas, acceperunt. Hoc agnoscunt [c] Downs [*] Vvhitgiftus, & ipse [†] Lutherus, id quod ad veri inuentionem plurimorum valere putat [§] Tertullianus.

A. Vide supra tract.1.sect. 8. subd.3. ad o.p.q & infra Tract.2. cap.1. prope initium ad o.

B. Vide infra tract. 1. sect. 8. subdiuisione 3. ad n. p. & k. l.

Secun-

C. Douus in exhortatione sua ad Anglos recusantes, &c. fine ait. *Tenemus Symbolum Apostolorum, Athanasij, Nicænum, Ephesinum, Constantinopolitanum & eadem quæ ab ipsis Biblia accepimus.*

* Vvhitakerus lib. de Ecclesia, &c. pag. 369. ante med. ait. *Cum scripturam, & Baptismum, &c. habeant Papistæ, atque hæc ad nos ab illis deuenerunt, &c.*

† Lutherus contra Anabaptistas, cuius verba citantur infra Tract. 2. cap. 3. sect. 11. ad y.

§ Tertullianus de Præscriptione cap. 19. ait, *Non ad scripturas prouocandum est, neque in his constituendum certamen, &c. Ordo rerum desiderat, illud prius proponi quod nunc solum disputandum est, quibus competit fides ipsa, cuius sint scripturæ à quo, per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina, &c.*

II.

Secundum vero manifestis præcedentium sæculorum exemplis ostenditur. Vt enim varias hæreses, quas affert * Vadianus, quibus scripturæ ad literam sumptæ, fauere videntur, omittam, solenne semper hæreticis fuit, sub solius scripturæ prætextu, ab omni se authoritate, iudicioque, vindicare. Id quod de suorum temporum hæreticis, d Tertullian. e Hieron. f Vincent. Lirinen. g & S. Aug. obseruarunt. Et eundem nunc ludū agere nostri temporis Nouatores, quis non videt? Sic h Cartvvrightus Puritanus Protestantium contra se argumenta deludit. Sic Beza * Sic † Brovvnistæ sic § Anabaptistæ effugiunt.

Nec

* Vadianus Aphorisim. de Euchar. &c. lib. 4 fol. 115. b & 116. a. b & 117 a. b. & 118 a. b. & 119. a. b. &c. hæc exempla fuse citat.

D. Verba Tertulliani citantur infra Tract. 2. cap. 1. sect. 1. initio ad †.

E. Vide Hieronymi verba ibidem ad *.

F. Vide verba Vincentij infra Tractatus secundo capite secundo sectione septima ad 11.

G. Augustin. lib. 1. contra Maximinum Arianum Episcopum, hæreticos inducit, sic prouocantes hominem Catholicum. *Si quid de diuinis scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæ vero voces, quæ extra scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur: Cum ipse Dominus moneat nos, & dicat; sine causa colunt me docentes mādata & præcepta hominum.* Et ibid. versus finem libri, hæreticus quidam sic loquitur, *Oro, & opto discipulus esse diuinarum scripturarum, &c. Si affirmaueris de diuinis scripturis, si alicubi scripti lectionem protuleris, nos diuinam*

diuinarum scripturarum inueniri discipuli optamus.

H. Vide hoc argumentum fuse tractatum à Bancrofto in recognitione, &c. contra Cartvvrightum cuius caput 27. illud solum subiectum tractat, & inscribitur *quomodo se gerant puritani erga Patres aliquos.* Et vide dicta Cartvvrighti citata infra Tract. 2. cap. 1. sect. 1. q. Et idem Cartvvrightus in 2. replica parte 1. pagina 509. paulo post med. *Concilij Nicani testimonium reiicit, dicens, Merito pro suspectis habemus, quaecunque de moribus & doctrina, illa tempora nobis tradiderunt, nisi firmis è sacra scriptura testimoniis comprobentur, &cet. Hoc vel ex ipso primo Concilio Nicæno monstratur, in quo plerique errores decreti, &c. præter impiam illum morem, qui omnes fere Ecclesias peruasit, de secundo nimirum matrimonio sacerdotibus* * *videri potest, ante illud Concilium prohibito.* Et ibid. pag. 484. post med. de eodem Concilio Nicæno addit, *Quod de consubstãtialitate Christi Saluatoris cum Patre traditũ, ex infallibili Dei verbo decreuit, merito cum omni reuerentia recipiendum est. Quod vero Doctores illi, quia in illo articulo orthodoxi sunt, in reliquis etiam tales haberi volunt, &c. nullo modo concedimus. Vt autem appareat quam necessario canonem hunc illius Concilij Nicani* (scilicet de Metropolitanis) *ad diuini verbi examen reuocemus, &c. Ex eodem Concilio constat, quod non liceret Clerico iam sacris initiato postea matrimonium contrahere, &c. Et Paphnutius ostendit hunc fuisse antiquum Ecclesiæ morem ac traditionem, cui tam ipse, quam Conciliũ illud totum acquieuerũt, &c. Quod si hoc minime definiri poterat, licet antiqua Ecclesiæ traditio esset, nec illud de Metropolitani poterit.*

* Bancroftus in recognitione, &c. pag. 219. fine ait, *Audiamus vt authoritatem suam sibi eleuet ipse Beza. Si quis* (*inquit*) *huic expositioni meæ testimonium quorundam Patrum antiquorum opponat, ad verbum Dei prouoco.* De quo Bancroftus sic censet, *Quam procaciter se gerit Beza erga Patres antiquos.*

† Brovvnistæ Amsterdamenses in Apologia impressa 1604. pag. 103. ad testimonia quæ affert Bilsonus è Patribus. *Sciat Bilsonus, adeoque doctores illi quos ipse allegat, quod nisi prælaturam suam ex verbo Dei probare possint, &c. quicquid à priscis temporibus & Patribus prætexunt, nullam plane apud nos authoritatem hac in re habebit.* Vide ibidem pag. 4. post med. & 98. fine & maxime pagina 99. & 100. vbi & contra Protestantes detortum illud S. August. aduersus Maximinum testimonium vsurpant, quod communiter Protestantes contra nos vrgere solent.

§ Hookerus in Ecclesiastica Politia in Præfatione pag. 38. circa med. de Anabaptistis asserit, *Dei verbum plerique eorum sic admirati sunt, vt contra se alia testimonia, quam ipsius scripturæ, non admitterent.*

Nec aliter se Socinus tuetur, dum errorem contra Christi deitatem statuere conatur, ita enim antagonistam suum Protestantem. Volanum alloquitur, [i] *Quid attinet tibi de illo*

i. Socinus

illo respondere, quod à Papistis mutuo accepisti? &c. Maxime cum nobis opponas perpetuum Ecclesiæ consensum? Egregie *sane contra vos hac in parte Hosius Papista disserit, vestro vos gladio sancians. Non minus perperam igitur contra nos vrgetis perpetuum* Eccl. *consensum, quam Papistæ eundē contra vos allegāt.* Et rursus eidem Volano respondet, his verbis,[k] *In hac* (de diuinitate Christi) *quæstione, nullum nobis alium magistrum, vel Interpretem proponimus, quam Spiritum sanctum, &c. Neque enim arbitramur, nos subiectos esse iudicio quorumlibet hominum quamlibet doctorum, quorumlibet Conciliorum quamlibet in spetie sanctorum, ac legitime congregatorum, alicuius Ecclesiæ quantumlibet perfectę, & vniuersalis. Ipse Volanus contra Iesuitas disputans, cogitur reijcere exempla, dicta, facta, Athanasij, Hieronymi, Augustini, Theodoreti, aliorumq; Patrū, quorum authoritatem nunc nobis, vt sacrosanctam obijcit. Hoc operę precium putaui referre, vt Volanus sibi ipse respondeat, qui toties contra nos Doctorum authoritatem, & Ecclesiæ consensum allegat.*

lib. de Christi natura contra Volanum pag. 2.

K. Tocinus ib. pag. 222.

Hinc factum est, vt Anglus ille Protestans anonimus, quendam è fratribus suis item protestantem, arguerit, dicens,[l] *In eo quod asseris fidem nostram verbo fidei tanquam fundamento niti debere, & hoc pacto nos scripturis alligas, iustam nobis occasionem ministras, existimandi, quod neque antiqui Patres, neque filij eorum, & successores, vobis in hac re consentiant, quod nescio quid absurdi paradoxi in se continere videtur.* Et hoc quidem tergiuersationis genus, nempe ad solas scripturas appellandi, ipsis Protestantibus nuper tantum mole-

L. Tractatus cui titulus, *Responsio breuis ad obiectiones contra descensionē Christi ad inferos.* Oxoniæ per Iosephum Barnesium pag. 1. post med:

stiæ peperit, vtpote discordiarum in dies inter eos gliscentium fomes, vt ipse [m] Beza, & [n] plerique suæ sectæ homines, ei tandem abrenuntiauerint, & sese definitiuæ externi iudicij sententiæ, iuxta saluberrimum Patrum [o] consilium, submiserint. Cui sententiæ accedit Sutcliffus nostras, cuius est illa vox, * *Falsum est nos nullos, præter ipsas scripturas, iudices admittere: semper enim ad legitimum Concilium generale appellamus, &c.*

III.

Tertium vero illud, quod scilicet Protestátes nequeant per scripturas, quænā verę Canonic scripturæ sint, discernere, & perse notum est & per ipsorummet confessioné ratum. [p] *Maximè interest scire, inquit Hookerus, quinam libri sacrosancti habendi sunt, quod quidem in confesso est, scripturam docere non posse.* Quod & ille plane ibi [q] demonstrat. Idem & Vvhitakrus his verbis agnoscit [r] *Quænam scripturæ Canonicæ sint, nobis fit notum, non testimonio Spiritus, qui cum priuatus sit, & secretus, ad alios docendum, aut refellendum, minus aptus est:* Sed (vt idem alibi [s] confitetur) *traditione*

M. Hookerus in præfatione librorum de politia Ecclesiastica sect. 6. p.28. fine, & 29. initio ait, Beza in lib. omnium quos edidit penultimo, se tandem tædere contentionum harum, & oppositionum profitetur, siue verbo fiant siue scripto, eo quod experientia didicerit, controuersias tales, rixas interminabiles generare, quare optat, vt in generali aliquo, & legitimo Ecclesiarū conuentu, contentiones huiusmodi terminentur. Quin & idem Beza in præfatione libri cui titulus *ad acta colloquij Montisbelgarti responsio*, parte 1. pag. 2. ait, *Hæc omnia vere doctorum, & orthodoxorum omnium Theologorum, ac præsertim liberæ sanctæ ac legitimæ Synodi iudicijs (si quando Dominus illam concesserit) submissa sunto.*

N. Hookerus in præfat. supradicta sect. 6. pag. 26. *Quam fœlicem sortiretur exitum disputatio, seu colloquium de religionis controuersiis habitum, nos nescimus, hoc tamen vnum sat scimus, tam natura & experientia, quam ipsa scriptura edocti, contentionibus istis tandem finem imponendum esse, definitiuæ alicuius iudicis sententiæ nos submittendo, cui neutra litigantium pars, sub quouis prætextu contradicat.* Et ibid. pag. 28. ante med. addit, *Voluntas Dei est, vt id faciant, quod definitiua aliqua, & iudiciaria sententia decreuerit, licet ipsis, a recto tramite plane deuiare videatur, &c. & alioquin semper confusio erit; nec spes vlla pacis consequendæ.* Vide plura huius generis apud

Cowellum in examinatione &c.pag.2.3.4.5. & Bilsonum in perpetuo regimine &c.pag.370. 372. 374.

O. Augustinus tom.7.contra Cresconium lib.10.ca.33.ait, *Scripturarum etiam in hoc à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate scriptura demonstrat.*

* Sutcliffus in examine libri Kellisoni impressi 1606.pag.42. initio & immediate post addit, *Interim Concilijs Nationalibus, & eorum Decretis contenti sumus.* Et ibidem pag. 12. fine ait. *Priuati homines generalis ac liberi Concilij decretis, & interim Ecclesijs suis Nationalibus se submittunt.*

P. Hookerus lib 1.policiæ Ecclesiasticæ sect.14.pag.86. ante med.

Q. Hookerus ibidem lib.2.sect.4.pag.102. *Non est (inquit) verbum Dei, quod nos reddit certos, aut reddere possit, quod recte faciamus, cum verbum Dei pro tali habeamus. Si enim vnus aliquis liber Canonicus cæteris testimonium perhiberet, quod Canonici essent, saltem ille ipse liber qui sic cæteris attestaretur, alium requireret, qui fidem suam tueretur. Neque quiescere vnquam daretur, quousque præter ipsam scripturam, aliud inueniremus, quo certi esse possemus, &c. Hoc autem aliud agnoscit ipse esse testimonium Ecclesiæ Dei* lib.3.sect.8.pag.146.fine, & lib.2.sect.7. pag 116.ante med.

R. Vvhitakerus aduersus Stapletonum lib.2.ca.6.pag 270. prope initium, & 357. Vide Hookerum in Ecclesiastica policia lib.3.sect.8. pag.147. circa med. vbi Vvhitakero astipulatur.

S. Vvhitakerus aduersus Stapleton. libro 2. capite 4. pagina 300. ante medium, & pag. 298. & pag.25. & contra Gulielmum Reinoldum pag. 44. circa medium.

ditione Ecclesiastica, quo argumento, inquit ille, *argui, & conuinci potest, quinam libri Canonici sunt, qui non.* Vnde [t] liber ille Protestantis nescio cuius, à Bullingero tantopere [u] laudatus, qui inscribitur, *Tractatus de authoritate scripturæ & Ecclesiæ, non dubitat cum* [x] *Augustino, &* [*] *Tertulliano asserere,* [y] *Euangelio non crederemus, nisi Ecclesia doceret, & testaretur, doctrinam hanc ab Apostolis esse traditam* Huius ratio in promptu est. Cum enim mox ab obitu Apostolorum multa [z] *scripta spuria* sub eorum nominib. supponerentur, qua alia via constare poterat, quam traditione Ecclesiastica; quænam vera essent scripta Apo-

T. Liber hic ex Latino Anglicus factus est à Ioanne Tomkinso, & typis excusus anno 1579.

V. Bullingerus in præfatione eiusdem.

X. Augustinus to.6.contra epist. fundamental. cap. 5. *Ego vero Euange-*

liô non crederem,nisi me Catholica Eccl. commioueret authoritas: & paulo infra, *cui libro (Actibus Apostolorũ) necesse est me credere,si credo Euangelio,quoniam vtramq; scripturã similiter mihi Catholica commẽdat authoritas.* Hæc tam aperta & clara sunt, vt Zuinglius tom. 1. fol. 135. ante med. in illam vocem erumpat, *Hic æquitatem vestram imploro, vt libere dicatis, an non hoc Augustini dictum videatur æquo esse audacius, aut ei imprudentius excidisse?*

* Tertullianus lib.1.de præscriptionibus cap. 6. ait, *Quid prædicauerint Apostoli, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quos ipsi condiderunt.*

Y. In libro prædicto à Bullingero dilaudato cap. 15. pag.11. & cap 16.pag.74. & 75.

Z. De his scriptis spuriis, vide Augustinum contra aduersarios legis & Prophet.lib.1.cap.10.& Euseb histor.lib. 6.cap.10. & lib.3.cap.5.& lib.3.cap.19.& 2.ad Thessal.2.2. Et vide Hamelmannum Protestantem de traditionibus Apostolicis,&c primæ partis lib.1.col.253.lin.10. & col.255.lin.43.

stolica, quæ non? Illæ autem scripturæ partes, quas plerique Protestantes reiiciunt, quia traditionem, Ecclesiæ non admittunt, notæ sunt. Viz a 2. Petri,2. & 3. Ioann. epist. ad Hebræos, epistola Iacobi, epist. Iudæ& Apocalypsis, quæ omnia ab eis inter apochripha numerantur, quasi non satis authentica, ideoque nihil in controuersia positum ex eis probari potest.

A. Vide hoc fusius infra tract.2.c.2.sect. 10.subd. 2. ad o. p.q.r.s.t. u.

IIII.

De quarto, nempe de Protestantium inter se circa scripturę translationem dissentionibus (ne singula huc spectantia recenseam, quæ infinita prope sunt) generatim tantum agam. Versio noui Testamenti per Lutherum, condemnatur ab Andrea * Osiandro, & Zuinglio, cuius verba infra b citantur. Et Lutherus

* Vide hac de re Lutherum in colloquiis mẽsalibus Germanicè fol.245.

B. Infra tract. 2. cap.2. sect.10. subdiuisione 2. ad *. proxime post u. Et Kikermanus in System. S.Theolog.libro 1. pag.188.circa med. ait, *Lutheri versio Germanica in veteri Testamento præsertim in Iob, & Prophetis, næuos suos habet, & non exiguos.* Quod vero Lutherus male verterit, vide plurima exempla infra citata tract.

tractatu secundo capite 2. sectione 10. subdiuisione 2. ad †. post v.

rus versiones item Zuinglianorum reijcit, quos *in Theologicis vocitat* c *stultos, asinos, Antichristos, deceptores, intellectus asinini homines.* Hinc factum est, vt cum Frosheuerus Zuinglianus bibliopola Tigurinus, sacros codices à Theologis illius loci versos, ad Lutherum mitteret, eos ille remiserit, ac reiecerit. Hoc Hospinianus, & d Lauatherus ambo protestantes testantur. Versionem Oecolampadij, & Theologorum Basiliensium, Beza reprobat, quin *& illam Basiliensium* e *in multis locis impiam, & à mente Spiritus sancti prorsus alienam censet.* Translatio Castalionis quam Humfredus f *diligenter examinatam, collatam, & politam vocat, & Conradus Gesnerus* g *longè omnibus omnium translationibus, quæ hactenus editæ sunt, excellere asserit* (cui & alij protestantes h consonant) Beza tamen i *sacrilega, impia, ethnica,* censetur.

De Caluini autem versione, sic censet doctus ille protestans Carolus Molinæus, K *Caluinus in sua harmonia, textum Euangelicum desultare facit sursum versum, vt res ipsa indicat, vim infert literæ Euangelicæ, & illam multis in locis transponit, & insuper addit litteræ.* De Bezæ versione (præterquam quod Selcucero Germano Academico Ienensi displicet) de eo Molinæus sic pronunciat, l *De facto mutat textum*: & ibidem

C. Vide Zuinglium vbi supra fol. 388. b. circa medi. & 389. & vide infra tract. 2. cap. 3. sect. 9. subd. 3. in vita Zuinglij in margine ad t. quomodo Zuinglius hæc verba (*Hoc est corpus meum*) transtulerit, *hoc significat corpus meum.*

* Hospinianus in historia sacramentaria parte altera fol. 183. b. fine.

D. Lauatherus in histor. sacramentaria pag. 32.

E. Beza in respons. ad defens. & respons. Castal. sic ait, *Est in multis impia, & à Spiritus sancti sententia prorsus discrepans.*

F. Humfredus de ratione interpret. libro primo pagina 62. 63. & 189.

G. Gesnerus in biblioth. Sebastiani Castalionis, de eo ait, *V[illegible]tit Biblia [illegible]*

ligenter ac summa fide, ad Hebraica, ac Græca exemplaria, &c. vt omnes omnium versiones hactenus editas longo post se interuallo reliquisse videatur.

H. Fredericus Furius ait, *Quid de Castalionis translatione dicam? An non hic omnes Interpretes quicumque libros sacros in Latina conuerterunt, ita vicit, vt soli ipsi prima merito deferri debeant?* Vide hæc verba in Sebastiani Castalionis defensione pag. penult. quæ est 236.

I. Vide Bezam in præfat. Testamenti 1556. & in annotat. in Matth. 3. & in 1. ad Corinth. 1. & Matth. 4. & Luc. 2. & in Act. 8. & 10. Adeo vt Castalio coactus sit Apologiam translationis suæ edere, in cuius præfatione sic queritur. *Nostram Bibliorum tum Latinam, tum Gallicam translationem, quidam non solum vt indoctam, sed etiam vt impiam, & multis in locis à diuina Spiritus sancti sententia discrepantem, explodunt.*

K. Molinæus in sua translatione Testamenti noui parte duodecima folio 110.

L. Idem ibidem parte 20. 30. 40. 64. 65. 66. 74. 99. Theodorus Beza Matth. 10. versu 10. & Luc. 9. 3. *De facto mutat textum, vt hos ita concilies &c.* Et vide eundem parte 8. 13. 14. 21. 23.

dem pleraque talis corruptionis exempla affert. Quin & [m] Castalio [n] *doctus ille Caluinista, linguarum peritissimus*: Bezam libro integro suggillat, & ait, *quo omnes errores eius* [o] *notarentur, magno volumine opus esse.* Quæ omnia graui illi, ac doctæ Majestatis vestræ censuræ consonant, qua ait, [p] *versionem Genouensem esse omnium pessimam*, & notas margini eiusdem inscriptas *partibus fauere, seditiosas, & falsas esse, &c.*

M. Castalio in translationum suarum defensione pagina 183. 184. 187. 188. 190. &c.

N. Osiander epitome hist. Ecclesiasticæ centur. 16. pagina 753. *Sebastianus Castalio vir apprime doctus, Caluinista tamen trium linguarum peritissimus &c.*

O. Castalio in translationis defensione pag. 170. prope finem ait, *Annotabo autem mea:*

Versio denique Anglicana, præterquam quod plurimos errores in sola Psalmorum traductione (de quibus eam puritani vehementer [r] accusant) contineat. Carleilus Interpretes illos arguit, [s] *Quod sensum deprauarint veritatē obfuscarint, simplices deceperint multis in locis scripturam à recto sensu detorserint, & plane monstrauerint, se tenebras magis quam lucem, falsum magis quam verum adamare.* Sed & Ministri Diœcesis Lincolniensis, pleno ore vociferantur, *Versio-*

omnes eius errores, nam opus esset nimis magno libro, &c.

P. In colloquio Hamptoniæ habito coram Regia sua Majestate pagina .46.

Q. Ibidem pag.47.initio, & Parkesius in Apologia trium testimoniorum pro descensu Christi ad inferos, in descensione primi testimonij fine ad ddd. Villettum sic alloquitur, *Quod ad Biblia Genouensia attinet, vtinam illis erroribus, quibus & textus & margo scatent, purgarentur, aut planè prohiberentur.*

R. Puritani in libello cui titulus, *Petitio excellentißimæ Reginæ Maiestati* exhibita pag.76.initio, *Quam habemus in rituali nostro Psalmorum versionem, addendo, subtrahendo, mutando, plus quam ducentis in locis ad Hebraica veritate dißidet.* Quare. ibidem *se plane dubitare profitentur, an tuta conscientia eidem subscribere poßint.* Ibid pag.75.fine.

S. Chrystophorus Carleilus libro, Quod Christus ad inferos non descenderit, pag.116. a.117. b.118. a.161.144. a. & Whitakerus in respons. ad Gulielmum Reinoldum anno 1585.pag.255.paulo ante med. *Quid Carleilus & alij contra quadam Bibliorum nostrorum loca scripserint, nihil refert. Quin aliqua emendari poßint, non negauerim.*

nem Anglicanam [t] *demere, &* [u] *addere textui, idque mutando, vel obfuscando Spiritus sancti sententiam:* [x] *imo eam absurdam vocant, & insulsam,* [y] *& mentem Spiritus sancti plurimis in locis peruertentem.* Vt non sine ratione dixerit Maiestas vestra, [z] *se nunquam hactenus vidisse Biblia in linguam vernaculam Anglicanam rite versa.* Atque hæc est aduersariorum circa versiones suas discordia concors, qua se mutuò (vt dixi) condemnant. De nostra autem quam Roma accepimus vulgata editione, ex secunda quadam, & magis matura deliberatione, aduersarij plane honorificum perhibent testimonium.

Licet enim Vvitakerus, nescio quo spiritu contradictionis percitus, eam vocet *Versionem*

T. In compendio libri quem ministri diœcesis Lincolniensis Regi exhibuerunt primo Decembris, &c. pag. 11. initio.

V. Ibidem pagina 11. fine, & 12. initio.

X. Ibidem pag.13.

Y. Ibidem pagina 13. fine & 14.initio, & Burgesius in Apologia sectione sexta, *Quomodo chirographo meo approbabo versionem illam, in qua tot omissiones, tot additiones inueniuntur, quibus sensus aliquando obfuscatur, aliquando peruertitur, quæ aliquando insulsa, aliquando contraria continet.* Hæc ille de vulgata An-

glicana versione. Quæ verba citat Covvellus in responso ad Burgesium pag. 93. ante med.

Z. In Colloquio Hamptoniensi coram Regia sua Majestate pagina 46.

nem [a] *cariosam, &c. multis erroribus, & omnis* [b] *generis corruptionibus refertam, qua nihil mendosius, aut næuis plenius &c. cæterarum* [c] *omnium corruptissimam.* Longe aliter tamen censet Beza, [d] *Vetus Interpres (inquit) videtur summa Religione sacros codices interpretatus.* Id quod & Hūfredus [e] agnoscit. Et alibi Beza inquit, [f] *Vulgatam editionem maxima ex parte amplector, & cæteris omnibus antepono.* Quam & sibi admodum placere Molinæus asserit, dicens, [g] *Ægerrime à vulgari consuetaque lectione recedo, quam etiam enixe defendere soleo.* I*mo vulgatam editionem se præferre dicit* [h] *Erasmi, Buceri, Bullingeri, Brentij, denique editioni Tigurinæ, Ioannis etiam Caluini, cæterisque omnibus.* His addi potest Eulogium illud, celebris & docti Protestantis [i] Conradi Pelicani. Cumque nos asseramus, [k] Hieronymum, rogatu Damasi Papæ, authorem seu correctorem fuisse vulgatæ editionis, quam tātopere [l] celebrant patres, Vvhitakerus, iudicio magis sobrio, & sedato, prioris sententiæ suæ acrimoniam temperans,

A. Vvhitakerus in responsione ad Gulielmum Reinoldum in præfationem pagina secunda fine & 26. initio.

B. Idem de sacra scriptura quæst. quinta capite vndecimo pag. 543. initio.

C. Vvhitakerus in responsione prædicta pag. 223. fine & vide pag. 218. fine.

D. Beza Annotationib. in cap. 1. Luc. versu 1.

E. Humfredus de ratione interpret. lib. 1. pag. 74. *Proprietati verborum satis videtur addictus vetus Interpres, & quidem nimis anxie, quod tamen interpretor religione quadam fecisse, non ignorantia.*

F. Beza in præfat. noui Testamenti anno 1556. *Vulgatam editionem maxima ex parte amplector, & cæteris omnibus antepono.*

G. Molinæus in noui Testamenti parte 30. *Aegerrimè à vulgari, consuetaque lectione recedo, quam etiam enixe defendere soleo.*

H. Vide Molinæum in Lucæ 17.

* Ibidem, *Etiam Ioannis Caluini, & omnibus alijs.*

I. Pellicanus in præfatione in Psalm. anno 1534. *Tanta dexteritate, eruditione, & fide Hebraica, quoad sensum, concordare deprehendimus vulgatam editionem, Psalterij,*

vt eruditissimam pariterque piissimam, & vere Prophetali spiritu fuisse Interpretem Græcum, & Latinum non dubitem, &c.

K. Hieronym. in Præfat. in nouum testamentum ad Damasum. *Nouum opus me facere cogis ex veteri, &c.* Et in Catalogo de scriptorib. Ecclesiast. cap.135. ipse de se ait. *Nouum Testamentum Græcæ fidei reddidi, vetus iuxta Hæbraicum transtuli.* Vide Bellarm. de verbo Dei libro 3. cap.9.

L. S. Hieronymus in præfat. psalterij ad Sophroniam quæ est epist. 134. *Certe confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de Hæbraica veritate mutasse, &c. Interroga quemlibet Hæbræorum, & liquido peruidebis, &cet.* Vide eundem in Prologo in libros Regum, & Sanctum Augustinũ de ciuitate Dei lib.18. cap.43. *Non defuit* (inquit) *nostris temporibus præsbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritissimus, qui non ex Græco, sed ex Hæbræo, in Latinum eloquium easdem scripturas conterterit, Cuius tamen literarum laborem Iudæi fatentur esse veracem.* Item vide August. epist. ad Hieronym. cap.3. Et vide Aurelium Cassiodorum lib.1. Instit. cap.12. & 21. Et Gregorium magnum lib.20. Moral. cap.23. & Isiod. lib.6. Etimolog. cap.5. & 7. & de diuinis officiis lib.1. cap.12. & Bedam in Martyrologio.

rans, inquit, [m] *S. Hieronymum veneror, Damasum laudo, opus ipsum pium esse fateor, & Ecclesiæ Dei vtile.* Sed & Covvellus, [n] *Vulgatæ editionis antiquitatem agnoscit, eamque aliis omnibus* [o] *anteferre minime dubitat* Cumque sub vulgatæ editionis nomine, plures circumferantur, concludit [p] *Versionem Ecclesiæ Anglicanæ, authoritate approbatam illam esse, quæ ad vulgatam proxime accedit, & Biblia Episcopalia dicuntur.* Quam fortis est veritas, quam sacra, & inuiolabilis? quæ [q] ad *confessionem extorquendam* (vt olim dixit S. Augustinus) *quovis equuleo & tormento efficatior* reperitur.

V.

Denique si quis singulas Protestantium inter se, de sensu scripturarum, quas etiã ipsimet pro sacrosanctis habent, & de quarum versio-

M. Vvhitakerus in respons. ad Guilielmum Reinoldum p241. paulo ante med.

N. Covvellus in respons. ad Ioan. Burgesium, &c. pag.94. ante med. *In vsu fuit in Ecclesia mille trecentis retro annis.*

O. Covvellus ibid. & Douus in persuasiua sua ad Anglos recusantes, &c. pag.19. De Editione vulgata ait: *Aequum esse censemus, vt eutaxiæ gratia in scholis & pulpitis vna editio latina in vsu sit, & quidem ob antiquitatem, vulgatam editionem cæteris omnibus præferrimus.*

P. Idem ibid. pag.91. prope finem.

Q. Aug. contra Donatistas post collat. cap.24.

versione conueniunt, dissensiones expendere voluerit; perinde fecerit, ac si vastis immensi Oceani fluctibus se committat. Liceat ergo nobis generalia quædam seligere, & varias scaturigines ab hoc solo fonte promanantes, quasi digito ostendere: magnas nimirum dissentiones [r] hinc exortas, & etiamnũ gliscentes inter doctos protestantes, acres inter eos indies renouatas Satyras, [s] ac reprehensiones, nec non & proscriptiones, quibus à suis se mutuò territoriis [t] exterminant, sed & [u] librorum polemicorum volumina prope dixerim infinita, in vtramque partem conscripta, Denique ipsorummet confessionem, & defensionem singulorum fere fidei nostræ [x] articulorum. Cum enim non ex cortice & littera scripturę sacrę, sed ex vero [y] sensu eiusdem, controuersiæ definiendæ sint, quid certi in Religionis dogmatibus statuere aduersarij possunt, qui nondum inter se de ipsa, scriptura, nedum de [z] scripturæ sensu, & sententia conuenerunt?

Ex dictis satis, vt opinor, liquet, quam vani sunt, & absurdi, qui cum nullum in Romana Ecclesia, ab Apostolorum tempore, mutationis exemplum proferre possint, aut nostris quibus contrarium probamus, rationibus respondere, omnia tamen argumenta nostra, & sæcula omnia transilientes, principium petunt, & sub nudo illo, incerto ac dubio solius scripturæ prætextu, RomanæEcclesiæ integritatem impugnare non cessant.

R. Vide infra Tract.3.sect.7. post med. ad n. o.†. & in nota marginali sub m. & fusius infra Trac.2.cap. 3. sect.5.subd.3. ad n. o. p. & deinceps.
S. Vide infra Tract.2.cap. 2. sect.10.subd.10 ad a.b.c.d.e.f.g
T. Vide ibid. ad literam i.
V. Vide Catalogum librorum, quibus Protestantes se mutuo impugnant, qui in fine huius libri habetur.
X. Vide infra Tract.3. sect.7. in marg. ad m.
Y. Ioannes Reinold. collatione cum Harto habita pag. 58.ante

med. *Non ex verbis sed sensu sacræ scripturæ, controuersiæ definiendæ sunt.* Et S. Hieronym. in epist. ad Galatas iuxta editionem editionem Parisiensem anni 168. Tom.3. col. 868. e. *Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed medulla, non in sermonum foliis sed in radice rationis.*

Z. Cum de scripturarum versione discordent aduersarij, & incerti sint, quomodo defendere possunt ex sola scriptura controuersias dirimendas esse? Neque enim indocti, & rudes, sine certa versione, certum scripturæ sensum quo solo controuersiæ dirimuntur, assequi possunt, vel ipso Vvhitakero Iudice, qui ait, *Hæbraicarum, & Græcarum literarum rudes, sæpe ac necessario hallucinantur.* Lib. de sacra scriptura pag.523. initio. Vnde quo talibus consulat, à scripturarũ collatione, ad specialem Spiritu sancti instinctum eos amandat, idem vbi supra pag.127. post med. cui & Antonius Vvottonus consonat in responso ad articulos Papistarum, &c. pag.20. prope finem vbi ait.

Protestans indoctus testimonio diuini Spiritus innititur, quo de veritate scripturarum in genere sit certior.

***

TRA.

stiæ peperit, vtpote discordiarum in dies inter eos glischentium fomes, vt ipse [m] Beza, & [n] plerique suæ sectæ homines, ei tandem abrenuntiauerint, & sese definitiuæ externi iudicij sententiæ, iuxta saluberrimum Patrum [o] consilium, submiserint. Cui sententiæ accedit Sutcliffus nostras, cuius est illa vox, * *Falsum est nos nullos, præter ipsas scripturas, iudices admittere: semper enim ad legitimum Concilium generale appellamus, &c.*

III.

Tertium vero illud, quod scilicet Protestãtes nequeant per scripturas, quænã verę Canonic scripturæ sint, discernere, & perse notum est & per ipsorummet confessionẽ ratum. [p] *Maximè interest scire, inquit Hookerus, quinam libri sacrosancti habendi sunt, quod quidem in confesso est, scripturam docere non posse.* Quod & ille plane ibi [q] demonstrat. Idem & Vvhitakrus his verbis agnoscit [r] *Quænam scripturæ Canonicæ sint, nobis fit notum, non testimonio Spiritus, qui cum priuatus sit, & secretus, ad alios docendum, aut refellendum, minus aptus est:* Sed (vt idem alibi [s] confitetur) *traditione*

M. Hookerus in præfatione librorum de politia Ecclesiastica sect. 6. p.28. fine, & 29. initio ait, Beza in lib. omnium quos edidit penultimo, se tandem tædere contentionum harum, & oppositionum profitetur, siue verbo fiant siue scripto, eo quod experientia didicerit, controuersias tales, rixas interminabiles generare, quare optat, vt in generali aliquo, & legitimo Ecclesiarũ conuentu, contentiones huiusmodi terminentur. Quin & idem Beza in præfatione libri cui titulus *ad acta colloquij Montisbelgarti responsio*, parte 1. pag. 2. ait, *Hæc omnia vere doctorum, & orthodoxorum omnium Theologorum, ac præsertim liberæ sanctæ ac legitimæ Synodi iudicijs (si quando Dominus illam concesserit) submissa sunto.*

N. Hookerus in præfat. supradicta sect. 6. pag. 26. *Quam fælicem sortiretur exitum disputatio, seu colloquium de religionis controuersiis habitum, nos nescimus, hoc tamen vnum sat scimus, tam natura & experientia, quam ipsa scriptura edocti, contentionibus istis tandem finem imponendum esse, definitiuæ alicuius iudicis sententiæ nos submittendo, cui neutra litigantium pars, sub quouis prætextu contradicat.* Et ibid. pag. 28. ante med. addit, *Voluntas Dei est, vt id faciant, quod definitiua aliqua, & iudiciaria sententia decreuerit, licet ipsis, à recto tramite plane deuiare videatur, &c. & alioquin semper confusio erit; nec spes vlla pacis consequendæ.* Vide plura huius generis apud

Cowellum in examinatione &c.pag.2.3.4.5. & Bilsonum in perpetuo regimine &c.pag.370.372.374.

O. Augustinus tom.7.contra Cresconium lib.10.ca.33.ait, *Scripturarum etiam in hoc à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, vt quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eandem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate scriptura demonstrat.*

* Sutcliffus in examine libri Kellisoni impressi 1606.pag.42. initio & immediate post addit, *Interim Concilijs Nationalibus, & eorum Decretis contenti sumus.* Et ibidem pag. 12. fine ait. *Priuati homines generalis ac liberi Concilij decretis, & interim Ecclesijs suis Nationalibus se submittunt.*

P. Hookerus lib 1.policiæ Ecclesiasticæ sect.14.pag.86. ante med.

Q. Hookerus ibidem lib.2.sect.4.pag.102. *Non est (inquit) verbum Dei, quod nos reddit certos, aut reddere possit, quod recte faciamus, cum verbum Dei pro tali habeamus. Si enim vnus aliquis liber Canonicus cæteris testimonium perhiberet, quod Canonici essent, saltem ille ipse liber qui sic cæteris attestaretur, alium requireret, qui fidem suam tueretur. Neque quiescere vnquam daretur, quousque præter ipsam scripturam, aliud inueniremus, quo certi esse possemus, &c. Hoc autem aliud agnoscit ipse esse testimonium Ecclesiæ Dei* lib.3.sect.8.pag.146.fine, & lib.2.sect.7. pag 116.ante med.

R. Vvhitakerus aduersus Stapletonum lib.2.ca.6.pag.270. prope initium, & 357. Vide Hookerum in Ecclesiastica politia lib.3.sect.8. pag.147. circa med. vbi Vvhitakero astipulatur.

S. Vvhitakerus aduersus Stapleton. libro 2. capite 4. pagina 300. ante medium, & pag. 298. & pag.25. & contra Gulielmum Reinoldum pag. 44. circa medium.

ditione Ecclesiastica, quo argumento, inquit ille, *argui, & conuinci potest, quinam libri Canonici sunt, qui non.* Vnde [t] liber ille Protestantis nescio cuius, à Bullingero tantopere [u] laudatus, qui inscribitur, *Tractatus de authoritate scripturæ & Ecclesiæ, non dubitat cum* [x] *Augustino, &* [*] *Tertulliano asserere,* [y] *Euangelio non crederemus, nisi Ecclesia doceret, & testaretur, doctrinam hanc ab Apostolis esse traditam* Huius ratio in promptu est. Cum enim mox ab obitu Apostolorum multa [z] *scripta spuria* sub eorum nominib. supponerentur, qua alia via constare poterat, quam traditione Ecclesiastica, quænam vera essent scripta Apo-

T. Liber hic ex Latino Anglicus factus est à Ioanne Tomkinso, & typis excusus anno 1579.

V. Bullingerus in præfatione eiusdem.

X. Augustinus to.6.contra epist. fundamental. cap. 5. *Ego vero Euange-*

lió non crederem,nisi me Catholicæ Eccl. commoueret authoritas: & paulo infra, *cui libro (Actibus Apostolorũ) necesse est me credere, si credo Euangelio, quoniam vtramq; scripturã similiter mihi Catholica commẽdat authoritas*. Hæc tam aperta & clara sunt, vt Zuinglius tom. 1. fol. 135. ante med. in illam vocem erumpat, *Hic æquitatem vestram imploro, vt libere dicatis, an non hoc Augustini dictum videatur æquo esse audacius, aut ei imprudentius excidisse?*

* Tertullianus lib.1.de præscriptionibus cap. 6. ait, *Quid prædicauerint Apostoli, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quos ipsi condiderunt.*

Y. In libro prædicto à Bullingero dilaudato cap. 15. pag.11. & cap 16.pag.74. &75.

Z. De his scriptis spuriis, vide Augustinum contra aduersarios legis & Prophet.lib.1.cap.10.& Euseb histor.lib. 6.cap.10. & lib.3.cap.5.& lib.3.cap.19.& 2.ad Thessal.2.2. Et vide Hamelmannum Protestantem de traditionibus Apostolicis,&c primæ partis lib.1.col.253.lin.10. & col.255.lin.43.

stolica, quæ non? Illæ autem scripturæ partes, quas plerique Protestantes reiiciunt, quia traditionem, Ecclesiæ non admittunt, notæ sunt. Viz a 2. Petri,2. & 3. Ioann. epist. ad Hebræos, epistola Iacobi, epist. Iudæ& Apocalypsis, quæ omnia ab eis inter apochripha numerantur, quasi non satis authentica, ideoque nihil in controuersia positum ex eis probari potest.

A. Vide hoc fusius infra tract.2.c.2.sect. 10.subd. 2. ad o. p.q.r.s.t. u.

IIII.

De quarto, nempe de Protestantium inter se circa scripturę translationem dissentionibus (ne singula huc spectantia recenseam, quæ infinita prope sunt) generatim tantum agam. Versio noui Testamenti per Lutherum, condemnatur ab Andrea * Osiandro, & Zuinglio, cuius verba infra b citantur. Et Lutherus

* Vide hac de re Lutherum in colloquiis mẽsalibus Germanicè fol.245.

B. Infra tract. 2. cap.2. sect.10. subdiuisione 2. ad *. proxime post u. Et Kikermanus in System. S.Theolog.libro 1. pag.188.circa med. ait, *Lutheri versio Germanica in veteri Testamento præsertim in Iob, & Prophetis, næuos suos habet, & non exiguos.* Quod vero Lutherus male verterit, vide plurima exempla infra citata tract.

tractatu secundo capite 2. sectione 10. subdiuisione 2. ad †. post v.

rus versiones item Zuinglianorum reijcit, quos *in Theologicis* vocitat c *stultos, asinos, Antichristos, deceptores, intellectus asinini homines.* Hinc factum est, vt cum Frosheuerus Zuinglianus bibliopola Tigurinus, sacros codices à Theologis illius loci versos, ad Lutherum mitteret, eos ille remiserit, ac reiecerit. Hoc Hospinianus, & d Lauatherus ambo protestantes testantur. Versionem Oecolampadij, & Theologorum Basiliensium, Beza reprobat, quin *& illam Basiliensium* e *in multis locis impiam, & à mente Spiritus sancti prorsus alienam censet.* Translatio Castalionis quam Humfredus f *diligenter examinatam, collatam, & politam vocat, & Conradus Gesnerus* g *longè omnibus omnium translationibus, quæ hactenus editæ sunt, excellere asserit* (cui & alij protestantes h consonant) Beza tamen i *sacrilega, impia, ethnica,* censetur.

De Caluini autem versione, sic censet doctus ille protestans Carolus Molinæus, K *Caluinus in sua harmonia, textum Euangelicum desultare facit sursum versum, vt res ipsa indicat, vim infert literæ Euangelicæ, & illam multis in locis transponit, & insuper addit litteræ.* De Bezæ versione (prçterquam quod Selceucero Germano Academico Ienensi displicet) de eo Molinæus sic pronunciat, l *De facto mutat textum*: & ibidem

C. Vide Zuinglium vbi supra fol. 388. b. circa medi. & 389. & vide infra tract. 2. cap. 3. sect. 9. subd. 3. in vita Zuinglij in margine ad t. quomodo Zuinglius hæc verba (*Hoc est corpus meum*) transtulerit, *hoc significat corpus meum.*

* Hospinianus in historia sacramentaria parte altera fol. 183. b. fine.

D. Lauatherus in histor. sacramentaria pag. 32.

E. Beza in respons. ad defens. & respons. Castal. sic ait, *Est in multis impia, & à Spiritus sancti sententia prorsus discrepans.*

F. Humfredus de ratione interpret. libro primo pagina 62. 63. & 189.

G. Gesnerus in biblioth. Sebastiani Castalionis, de eo ait, *Vertit Biblia* [illegible]

ligenter ac summa fide, ad Hebraica, ac Græca exemplaria, &c. vt omnes omnium versiones hactenus editas longo post se interuallo reliquisse videatur.

H. Fredericus Furius ait, *Quid de Castalionis translatione dicam? An non hic omnes Interpretes quicumque libros sacros in Latina conuerterunt, ita vicit, vt soli ipsi primæ merito deferri debeant?* Vide hæc verba in Sebastiani Castalionis defensione pag. penult. quæ est 236.

I. Vide Bezam in præfat. Testamenti 1556. & in annotat. in Matth. 3. & in 1. ad Corinth. 1. & Matth. 4. & Luc. 2. & in Act. 8. & 10. Adeo vt Castalio coactus sit Apologiam translationis suæ edere, in cuius præfatione sic queritur. *Nostram Bibliorum tum Latinam, tum Gallicam translationem, quidam non solum vt indoctam, sed etiam vt impiam, & multis in locis à diuina Spiritus sancti sententia discrepantem, explodunt.*

K. Molinæus in sua translatione Testamenti noui parte duodecima folio 110.

L. Idem ibidem parte 20. 30. 40. 64. 65. 66. 74. 99. Theodorus Beza Matth. 10. versu 10. & Luc. 9. 3. *De facto mutat textum, vt hos ita concilies &c.* Et vide eundem parte 8. 13. 14. 21. 23.

dem pleraque talis corruptionis exempla affert. Quin & [m] Castalio [n] *doctus ille Caluinista, linguarum peritissimus*: Bezam libro integro suggillat, & ait, *quo omnes errores eius* [o] *notarentur, magno volumine opus esse.* Quæ omnia graui illi, ac doctæ Majestatis vestræ censuræ consonant, qua ait, [p] *versionem Genouensem esse omnium pessimam*, & notas margini eiusdem inscriptas *partibus fauere, seditiosas, & falsas esse, &c.*

Versio denique Anglicana, præterquam quod plurimos errores in sola Psalmorum traductione (de quibus eam Puritani vehementer [r] accusant) contineat. Carleilus Interpretes illos arguit, [s] *Quod sensum deprauarint veritatē obfuscarint, simplices deceperint multis in locis scripturam à recto sensu detorserint, & plane monstrauerint, se tenebras magis quam lucem, falsum magis quam verum adamare.* Sed & Ministri Diœcesis Lincolniensis, pleno ore vociferantur, *Versio-*

M. Castalio in translationum suarum defensione pagina 183. 184. 187. 188. 190. &c.

N. Osiander epitome hist. Ecclesiasticæ centur. 16. pagina 753. *Sebastianus Castalio vir apprime doctus, Caluinista tamen trium linguarum peritissimus &c.*

O. Castalio in translationis defensione pag. 170. prope finem ait, *Annotabo autem nea:*

omnes eius errores, nam opus esset nimis magno libro, &c.

P. In colloquio Hamptoniæ habito coram Regia sua Majestate pagina .46.

Q. Ibidem pag.47.initio, & Parkesius in Apologia trium testimoniorum pro descensu Christi ad inferos, in descensione primi testimonij fine ad ddd. Vvillettum sic alloquitur, *Quod ad Biblia Genouensia attinet, vtinam illis erroribus, quibus & textus & margo scatent, purgarentur, aut planè prohiberentur.*

R. Puritani in libello cui titulus, *Petitio excellentissimæ Reginæ Maiestati* exhibita pag.76.initio, *Quam habemus in rituali nostro Psalmorum versionem, addendo, subtrahendo, mutando, plus quam ducentis in locis ad Hebraica veritate dissidet.* Quare. ibidem *se plane dubitare profitentur, an tuta conscientia eidem subscribere possint.* Ibid pag.75.fine.

S. Chrystophorus Carleilus libro, Quod Christus ad inferos non descenderit, pag.116. a.117. b.118. a.161.144. a. & Whitakerus in respons. ad Gulielmum Reinoldum anno 1585.pag.255. paulo ante med. *Quid Carleilus & alij contra quædam Bibliorum nostrorum loca scripserint, nihil refert. Quin aliqua emendari possint, non negauerim.*

nem Anglicanam [t] *demere, &* [u] *addere textui, idque mutando, vel obfuscando Spiritus sancti sententiam:* [x] *imo eam absurdam vocant, & insulsam,* [y] *& mentem Spiritus sancti plurimis in locis peruertentem.* Vt non sine ratione dixerit Maiestas vestra, [z] *se nunquam hactenus vidisse Biblia in linguam vernaculam Anglicanam rite versa.* Atque hæc est aduersariorum circa versiones suas discordia concors, qua se mutuò (vt dixi) condemnant. De nostra autem quam Roma accepimus vulgata editione, ex secunda quadam, & magis matura deliberatione, aduersarij plane honorificum perhibent testimonium.

T. In compendio libri quem ministri diœcesis Lincolniensis Regi exhibuerunt primo Decembris, &c. pag. 11. initio.

V. Ibidem pagina 11. fine, & 12. initio.

X. Ibidem pag.13.

Y. Ibidem pagina 13. fine & 14. initio, & Burgesius in Apologia sectione sexta, *Quomodo chirographo meo approbabo versionem illam, in qua tot omissiones, tot additiones inueniuntur, quibus sensus aliquando obfuscatur, aliquando peruertitur, quæ aliquando insulsa, aliquando contraria continet.* Hæc ille de vulgata An-

Licet enim Vvitakerus, nescio quo spiritu contradictionis percitus, eam vocet *Versionem*

vt eruditissimam pariterque piissimam, & vere Prophetali spiritu fuisse Interpretem Græcum, & Latinum non dubitem, &c.

K. Hieronym. in Præfat. in nouum testamentum ad Damasum. *Nouum opus me facere cogis ex veteri, &c.* Et in Catalogo de scriptorib. Ecclesiast. cap.135. ipse de se ait. *Nouum Testamentum Græcæ fidei reddidi, vetus iuxta Hæbraicum transtuli.* Vide Bellarm. de verbo Dei libro 3. cap.9.

L. S. Hieronymus in præfat. psalterij ad Sophroniam quæ est epist. 134. *Certe confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de Hæbraica veritate mutasse, &c. Interroga quemlibet Hæbræorum, & liquido peruidebis, &cet.* Vide eundem in Prologo in libros Regum, & Sanctum Augustinũ de ciuitate Dei lib.18. cap.43. *Non defuit* (inquit) *nostris temporibus præsbyter Hieronymus, homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritissimus, qui non ex Græco, sed ex Hæbræo, in Latinum eloquium easdem scripturas conterterit, Cuius tamen literarum laborem Iudæi fatentur esse veracem.* Item vide August. epist. ad Hieronym. cap.3. Et vide Aurelium Cassiodorum lib.1. Instit. cap.12. & 21. Et Gregorium magnum lib.20. Moral. cap.23. & Isiod. lib.6. Etimolog. cap.5. & 7. & de diuinis officiis lib.1. cap.12. & Bedam in Martyrologio.

rans, inquit, [m] *S. Hieronymum veneror, Damasum laudo, opus ipsum pium esse fateor, & Ecclesiæ Dei vtile.* Sed & Covvellus, [n] *Vulgatæ editionis antiquitatem agnoscit, eamque aliis omnibus* [o] *anteferre minime dubitat* Cumque sub vulgatæ editionis nomine, plures circumferantur, concludit [p] *Versionem Ecclesiæ Anglicanæ, authoritate approbatam illam esse, quæ ad vulgatam proximè accedit, & Biblia Episcopalia dicuntur.* Quam fortis est veritas, quam sacra, & inuiolabilis? quæ [q] ad *confessionem extorquendam* (vt olim dixit S. Augustinus) *quovis equuleo & tormento efficatior* reperitur.

V.

Denique si quis singulas Protestantium inter se, de sensu scripturarum, quas etiã ipsimet pro sacrosanctis habent, & de quarum versio-

M. Vvhitakerus in resp. ad Guilielmum Reinoldum p241. paulo ante med.

N. Covvellus in respons. ad Ioan. Burgesium, &c. pag.94. ante med. *In vsu fuit in Ecclesia mille trecentis retro annis.*

O. Covvellus ibid. & Douus in persuasiua sua ad Anglos recusantes, &c. pag.19. De Editione vulgata ait: *Aequum esse censemus, vt eutaxia gratia in scholis & pulpitis vna editio latina in vsu sit, & quidem ob antiquitatem, vulgatam editionem cæteris omnibus præferrimus.*

P. Idem ibid. pag.91. prope finem.

Q. Aug. contra Donatistas post collat. cap.24.

versione conueniunt, dissensiones expendere voluerit; perinde fecerit, ac si vastis immensi Oceani fluctibus se committat. Liceat ergo nobis generalia quædam seligere, & varias scaturigines ab hoc solo fonte promanantes, quasi digito ostendere: magnas nimirum dissentiones [r] hinc exortas, & etiamnũ gliscentes inter doctos protestantes, acres inter eos indies renouatas Satyras, [s] ac reprehensiones, nec non & proscriptiones, quibus à suis se mutuò territoriis [t] exterminant, sed & [u] librorum polemicorum volumina prope dixerim infinita, in vtramque partem conscripta, Denique ipsorummet confessionem, & defensionem singulorum fere fidei nostræ [x] articulorum. Cum enim non ex cortice & littera scripturę sacrę, sed ex vero [y] sensu eiusdem, controuersiæ definiendæ sint, quid certi in Religionis dogmatibus statuere aduersarij possunt, qui nondum inter se de ipsa, scriptura, nedum de [z] scripturæ sensu, & sententia conuenerunt?

Ex dictis satis, vt opinor, liquet, quam vani sunt, & absurdi, qui cum nullum in Romana Ecclesia, ab Apostolorum tempore, mutationis exemplum proferre possint, aut nostris quibus contrarium probamus, rationibus respondere, omnia tamen argumenta nostra, & sæcula omnia transilientes, principium petunt, & sub nudo illo, incerto ac dubio solius scripturæ prætextu, RomanæEcclesiæ integritatem impugnare non cessant.

QVO-

R. Vide infra Tract.3.sect.7. post med. ad n. o.†. & in nota marginali sub m. & fusius infra Trac.2.cap. 3. sect.5.subd.3. ad n. o. p. & deinceps.
S. Vide infra Tract.2.cap. 2. sect.10.subd.10 ad a.b.c.d.e.f.g
T. Vide ibid. ad literam i.
V. Vide Catalogum librorum, quibus Protestantes se mutuo impugnant, qui in fine huius libri habetur.
X. Vide infra Tract.3. sect.7. in marg. ad m.
Y. Ioannes Reinold. collatione cum Harto habita pag. 58. ante

med. *Non ex verbis sed sensu sacræ scripturæ, controuersiæ desiniendæ sunt.* Et S. Hieronym. in epist. ad Galatas iuxta editionem editionem Parisiensem anni 168. Tom.3. col. 868. e. *Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed medulla, non in sermonum foliis sed in radice rationis.*

Z. Cum de scripturarum versione discordent aduersarij, & incerti sint, quomodo defendere possunt ex sola scriptura controuersias dirimendas esse? Neque enim indocti, & rudes, sine certa versione, certum scripturæ sensum quo solo controuersiæ dirimuntur, assequi possunt, vel ipso Vvhitakero Iudice, qui ait, *Hæbraicarum, & Græcarum literarum rudes, sæpe ac necessario hallucinantur.* Lib. de sacra scriptura pag.523. initio. Vnde quo talibus consulat, à scripturarũ collatione, ad specialem Spiritu sancti instinctum eos amandat, idem vbi supra pag.127. post med. cui & Antonius Vvottonus consonat in responso ad articulos Papistarum, &c. pag.20. prope finem vbi ait. *Protestans indoctus testimonio diuini Spiritus innititur, quo de veritate scripturarum in genere sit certior.*

***

TRA.

TRACTATVS SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Quod vera Ecclesia iuxta Prophetarum oracula, sit futura vniuersalis, & plurimos Reges, & nationes Gentium ad Christi fidem conuersura.

SECTIO PRIMA.

QVONIAM nonnulli aduersariorum (Clementissime Rex) sub proscripto illo, ac toties à Patribus exploso † solius scripturæ protextu, (§ quem & Bæroensium exemplo obducunt) licentiam sibi sumunt argumenta omnia reiiciendi, quæ à miraculorū quantumvis credibilium, aut Patrum quamlibet antiquorum authoritate sumuntur, vt sic tandem semetipsos, immo & quemlibet è plebe (quod S. Hieronymus in sui temporis nouatoribus* condemnat) iudices constituāt, tam

† Tertullianus in aureo illo libello Præscriptionum aduersus hæreses quem scripsit cum adhuc Catholicus esset, & Rom. Ecclesiæ (quam tunc recte & integræ fidei fuisse ipsi aduersarij agnoscunt) adhæreret, vt constat cap. 30. 35. & 36. De disputatione è sola scriptura ait, *Nihil proficit congressio scripturarum, nisi plane, vt aut stomachi quis ineat euersionem, aut cerebri, &c.* Et ibid. cap. 19. addit, *Ergo non ad scripturas prouocandum est, neque in his constituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria est, &c.* Et rursus cap. 45. *Sed nunc quidem generaliter actū est à nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis, & necessariis præscriptionibus repellendas à collatione scripturarum, &c.* Vide supra Tract. 1. sect. 10. subd. 2. initio ad e.f.g.

§ Ad exemplum illud Bæroensium quod Fulco in respons. ad Testam. Rhem.

in Act.

in act.17.11.fol.217.a & alij passim Protest. vrgent, Bilsonus Superint. Vvinton. in recognitione passionum Christi, &c. pag. 84. recte respondet dum Iacob ministrum hoc idem allegantem sic alloquitur. *Quod dicis Boeroenses à Spiritusancto laudari, quòd non fidem adhibuerint eis quæ Paulus prædicabat, ad religionem spectantibus, quousq; ad scripturas illa exegissent, & perspexissent an veritas ita se haberet, quemadmodū ipse annuntiauerat: nō modo imprudenter & falsò asseris sed si Christianos nunc illo modo procedere velis, arrogantiam erga verbū Dei non ferendā spiras. Boeroenses enim ideo laudati sunt, quod cū nondū in Christū crederent, nec Paulū Apostolū adhuc agnoscerēt, prædicationi tamen eius auscultarent, & num vera diceret sedulò scripturas scrutarentur. Hoc si nunc in Pauli verba vel scripta vobis arrogetis, latū impietatis crimē incurritis. Pauli enim verba nobis fidelibus absque alio examine vel attestatione, eiusdem authoritatis sunt, cuius & reliqua scriptura sacra, eique non credere vsque dum examinemus, & doctrinæ eius veritatem perspiciamus, ipsissima infidelitas est, &c.*

* Hieron. in epist. ad Paulinum, *Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant, hāc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista verbosus, hāc vniuersi præsumunt lacerāt docent antequā discant.* Vnde & idem Hier. Tom. 3. contra Lucifer fine sic consulit. *Nec sibi blandiantur, si de scripturarū capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt, cum & diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturæ, non in legendo, sed in intelligendo consistant.*

tam P scripturæ quam Interpretum eiusdem, & omnia demum ad illum imaginariū sacræ scripturæ sensum reducant, quem ipsi vnum textum alteri cōferentes tanquam verum q colligunt: Quo equitas huius nostræ Apologiæ clarius illucescat, liceat nobis per Regiæ Maiestatis vestræ benignitatem, hoc iilis disputationis gratia cōcedere, & (cum aliū argumentandi modum non admittant) ex ipso sacræ scripturæ sensu, quem ipsimet, & suæ sectę omnes plerumque agnoscunt, duo quędam deducere, eaque ambo, non de hac aut il-

P. Lubbertus de principiis Christian. dogmat. lib. 6. cap. 13. p. 563. ante med. *Omnes publicos iudices vt interpretando errare posse ostendimus, ita in iudicando errare posse asserimus. Priuati iudices sunt singuli fideles. Hi etiam potestatem habent iudicandi de doctrinis, & interpretationibus,* & pag. 573. ante med. addit, *Deus dedit cuilibet fideli non tantum spiritum intelligendi sed etiam spiritum discernendi falsam doctrinā à vera.* Et Bilsonus in libro cui titulus, Discrimen obedientiæ Christianæ & Inobedientiæ Antichristianæ parte 2. pag. 353. ait, *Populus discernere debet, quis recta docet, priusquam credat.* Rursus, *Populus æstimator & Iudex est. Et hanc iudicandi potestatem ad vnumquemque priuatum hominem pertinere, asserit Brentius,* in Prologominis contra Petrumà Soto, & in cōfessione Vvittemberg. fol. 375. a initio vbi ait, *Rectores Ecclesiarum, & Pastores ouium Christi, potesta*

tem quidem habent docendi, sed oues debent ferre iudicium, vtrum illi vocem Christi vel alienorum proponant, &c. Quapropter decernant, constituant, ordinent, Papa, Episcopi, Concilia, &c. quicquid velint, non impediemus: sed penes nos qui oues Christi sumus & vocem eius audimus, erit iudicium, vtrum vera, & consentanea voci Pastoris nostri proponant, vel non, ac ipsi nobis credere, nostræ censuræ ac sententiæ subscribere, & obtemperare debent. Quæ vox ouisue sit an potius lupi pastorem aggredientis lector iudicet.

Q. Sanchius de sacra scriptura pag. 412. initio de expositoribus ait. *Eatenus illorum interpretationes amplectamur, quatenus eos analogiæ fidei, & aliis scripturis consentaneas esse videamus.* Et Cartvvrightus apud Vvhitgiftum in defensione, &c. pag. 111. paulo post med. *Caluini iudicium probat, sub hac tamen cautela, quatenus* (inquit ille) *Caluinus nostro iudicio cum scripturis concordat.* Et Brovvnistæ Amsterodamenses in Apologia sua impressa 1604. eandem sententiam sequuntur, dum pag. 5. confessionem fidei suæ Academiis exhibent, *In omnibus* (inquiunt illi) *nostro iudicio sacris scripturis consonam.* Sic & Angli Puritani apud Brigesium in defensione Regiminis pag. 1368. fine, *Sic paucis iam ante edidimus reformationem rerum Ecclesiasticarum, quam certo nobis persuademus cum verbo Dei per omnia conuenire.* Et Cartvvrightus in 2. replica parte 1. pag. 18. ait. *Quod authoritas sacræ scripturæ in rebus Theologicis præualere debeat, libenter agnosco, verum quod ab eorum hominum qui scripturas interpretati sunt authoritate optimum desumi possit argumentum ad dogmata fidei definienda, inauditum est præterquam à Papistis, quorum fortissima propugnacula sunt testimonia doctorum, &c. Nihil est hac assertione magis Papisticum, &c. plura in se cõtinet absurda quam verba.* Et Whitakerus de *sacra scriptura* pag. 529. post med. de indoctis ait, *Debent illi alios peritiores se adire, doctorum Interpretum Commentarios consulere, &c. sed videndum interim est, ne nimium illis tribuamus, &c. sed cautè semper, atque ita vt nostram interim libertatem retineamus.*

aut illa quęstione, sed de generalibus quibusdam, capitibus quæ particularia omnia comprehendét. Primũ erit de Ecclesia vniuersim sumpta, & de historiæ propheticæ, quæ eandem describit, adimpletione. *De qua* (teste Augustino) † *clarius locuti sunt Prophetæ, quam de Christo Domino, quia in spiritu videbant maiores circa eam contentiones nascituras.* Vbicumque enim Prophetarum oracula adimpleta esse constiterit, ibi veram Ecclesiã esse necesse est. Qua semel inuenta (vt recte Fieldus § statuit) omnes simul controuersiæ in genere dirimũtur. Secundũ vero de illo erit, quod tam Pastores, quam verbi, ac Sacramentorum administratio,

† Augustinus in psal. 30. concione 2 *Obscurius dixerũt Prophetæ de Christo, quam de Ecclesia, puto propterea quod videbant in spiritu, contra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos, ideoque illud vnde maiores lites fu-*

tura erant, planius prædictum est, apertius prophetatum est, &c. Idemque S. August. Tom. 2. epist. 48. ad Vincentium Rogatianum ait: *Quomodo autem confitemur ex diuinis literis accepisse nos Christum manifestum, si non inde & Ecclesiam manifestam?* Simile eiusdem S. Augustini dictum vide infra Tract. 2. cap. 2. sect. 2. initio in margine ad 12.

§ Fieldus in initio epist. qua librum suum Ecclesia antistiti Cantuariensi dicat. *Cum funestas Christiani orbis discordias, & infinitas prope de religione dissidentium & nescientium quid certi statuant, aut cui parti adhæreant dissentiones perpendo, &c. in illam plane sententiam impellor, vt nullam Theologiæ partem magis necessariam existimem, quam illam, quæ de vera Ecclesia dignoscenda tractat. Quum enim tot ac tam inexplicabiles sint hoc tempore de religione controuersiæ, vt pauci tempus, pauciores scientiam habeant, illas omnes penitius examinandi, quid aliud veritatis studiosis superest, quam sedulò, & sedulo indagare, quænam tandem sit illa in terris sanctorum hominum societas, illa Sponsa Christi, illa Dei viuentis Ecclesia, quæ est columna & firmamentum veritatis, vt illa semel inuenta communionem eius amplectantur, consilium sequantur, eius denique iudicio acquiescant?* Quibus quidem verbis, an scripturam sacram, an vero Ecclesiam controuersiarum omnium iudicem, ac diribitorem faciat, sensati Lectoris iudicium esto.

stratio, perpetuò in Ecclesia manebunt. Quoad primum, quod Ecclesia, à propagatione eiusdem, vsque in finem sæculi, * Catholica erit, & vniuersalis, sic prænuntiat Esaias, r *Minimus erit in mille, & paruulus in Gentem fortissimam.* Quib⁹ verbis Ecclesiam s mirũ in modum multiplicandam fore prędicit. Cui consonat & illud Saluatoris parabolicum de Ecclesia dictum. t *Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, &c.* Sed & idem Esaias de restauratione u Ecclesiæ, & amplitudine eiusdẽ loquens prædicit, x *Quod omnes Gentes ad eam fluent.* Et alibi expressius de multitudine Gentium ad Ecclesiam y confluentium, ait, z *Videbis & afflues mirabitur & dilatabitur cor tuũ, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentiũ venerit tibi.* a *Te Insulæ expectabunt.* b *Reges ministrabunt tibi, portæ tuæ aperientur iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium.*

* Ecclesiæ perpetuum, & vndique diffusam amplitudinem ex Prophetarum oraculis probat S. Aug. epist. 48. ad Vincent. & epist. 170. ad Seuerinũ & epist. 161. ad Honoratũ & in psal. 44. sub finẽ & epist. 165. ad Generosum.
R. Esaiæ 60. 22
S. Vide notas in marg. Bibliorum Anglice 1676. in Esaiæ 60. vers. vltimo
T. Math. 13. 31 & Marci 4. 31. & vide notas marginales Bibliorũ Anglicẽ

in Danielis 2. vers. 45. Non potuit ergo religio Christiana statim post Apostolos deficere, tunc enim magna fuisset in initio & postea parua, contra parabolam illam Saluatoris, qua assimilatur grano synapis, quod cum seminatur minimum est omnibus oleribus, de quo fusius S. Chrysost. Tom. 5. contra Gentes & in vita Sancti Babilæ martyris. Hæc autem similitudo tam male conuenit Protestantium Ecclesiæ, vt Mortonus in Apologia Catholica parte 1. pag. 31. initio plane contrarium asserens dicat, *Hic tam mirabilis (noui Testamenti) successus non ita perpetuo vniuersalis (fuit) sed fere Apostolicæ ætati proprius.*

V. Vide notas in margine Bibliorum Anglicè 1576. in cap. 2. Esaiæ vers. 2. ad lit. a. & c.

X. Esaiæ 2. 2.

Y. Vide Biblia Anglicè in cap. 60. Esaiæ.

Z. Esaiæ 60 5.

A. Esaiæ 60. 9.

B. Esaiæ 60. 10. 11. & vide psal. 102. 15. 22. & Esaiæ 62. 2.

Et *Reges earum adducantur.* [c] *Lac Gentium suges, & vbera Regum.* [d] *Erũt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* [*] *Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ.* Et in persona Christi dicitur. [e] *Angustus est mihi locus, fac mihi spacium vt habitẽ.* Et rursus ad Ecclesiam, [f] *dilata locũ tentorij tui & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & claues tuos consolida, ad dexteram enim & ad læuam penetrabis, & semen tuum Gentes hæreditabit & ciuitates desertas inhabitabit.* Denique de [g] custodibus & [h] Pastoribus Ecclesiæ, prædicit [i] quod *non tacebunt (seu non deerunt) sed indies* [k] *multiplicabuntur, vt ministrent ei,* idque nõ ex interuallo sed perpetuo, [l] *à mense (inquit) in mensem & à Sabatho in Sabathum.* Et quod, licet alij omnes Monachiæ deficerent, nẽpe Assiriorũ, Persarũ, Macedonũ & Romanorum

C. Esaiæ 60. 6.
D. Esaiæ 49. 23. & vide notas marginales Bibliorum Anglicè 1576. in Esaiæ 49. 23.
* Psalm. 2. 8.
E. Esaiæ 49. 20
F. Esaiæ 54. 2. 3. Et vide periochã quæ est Bibliorũ Anglicè illius capitis.
G. Esaiæ 62. 2
H. Vide Periocham Bibliorum Anglicè illius capitis 62. 6
I. Esaiæ 62. 6
K. Hieremiæ 33. 18. 21. 22. Quod autem hoc de Christi Ecclesia intelligatur, vide Periocham Bibliorum Anglicè 1576. & notas marginales ibidem in vers. 16. & psal. 45. 16. & ita iuxta vulgatam latinam editionem psalmi 44. 15. sic legimus.

Pro patribus tibi nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram, &c. Qui Psalmus vt habet periocha Bibliorum anni 1576. *miram declarat amplitudinem Ecclesiæ Christi in Gentibus.*

L. Esaiæ 66. 21. 23. Et quod hoc de Pastoribus Christi Ecclesiæ intelligatur, vide Biblia Anglica ibid.

* Vide epist. dedicatoriam ad Reginam Elizabetham prope finem præfixam Bibliis Anglicanis anno 1576.

norum, Hoc tamen Regnum (Ecclesiæ scilicet) *non traderetur populo alteri*, vel transferretur, vt cæteris accidit, [m] sed staret in æternum, *vt gloria* [n] *quædam æterna & gaudium à generatione in generationem.* Et quod pactum huius promissi Ecclesiæ factum, *non fieret* [o] *irritum*, ob peccatum aliquod filiorum eius, *sed æternum* † *maneret*, & certo certius [p] impleretur.

Hanc amplitudinem & perpetuitatem Christi Ecclesiæ, Regum, & Pastorum eiusdem, Oecolampadius ex Hieremia, sensum plane Catholicum secutus colligit, dum ait, [q] *Deus hic de æternitate regni Christi loquitur, &c. Habebit reges & Sacerdotes, idque in æternum, nec paucos, sed quasi stellas cœli præ multitudine.* Hinc vox illa grauis sane & docti Superintendentis Cantuariensis [r] *Ecclesia Christi per totum mundum diffundetur, nec potest nunc vno aliquo regno concludi, hoc enim* [s] *impossibile est.* Sed & Vvhitakerus de prædictis Prophetis, ait, [t] *Dei promissa de amplitudine & gloria Ecclesiæ, iam completa sunt, &c.* Cui consonat Enoch Claphamus [u] *Ecclesia* (inquit) *dilatare habet tentoria sua, & funiculos suos extēdere per totum terrarum orbem, ob quam causam Catholica dicitur*

M. Daniel. 2. 44.

N. Esaiæ 60. 15. 16.

O. Psalm. 89. 30. 31. 32. 33. 34.

† Vide Esaiæ 61. 8. & Psalm. 89. 28.

P. Hieremiæ 33. 20. 21. 25. qui locus ad Christum refertur per Biblia anni 1576.

Q. Oecolampadius in Hieremiam cap. 33.

R. Vvhitgiftus in defensione &c. pa. 465.

S. Vvhitgiftus vbi supra.

T. Vvhitakerus in responso ad Gulielmum Reinoldum, in præfat. pag. 37. ante med. & contra Duræum lib. 7. pag. 472. addit, *Quicquid de Ecclesiæ propagatione, amplitudine, gloria, veteres Prophetæ prædixerunt, id perfectum esse*

historia luculentissime testatur, ita vaticinijs Prophetarum Ecclesiasticam historiam suffragari, nulla controuersia est.

ca dicitur. Hinc Patres antiqui ex sacræ scripturæ authoritate nos admonent, tum vt eam doctrinam 2. amplectamur, quam Catholicam esse cognouerimus, tum vt eam 3. reijciamus, quam particularem ac priuatam esse animaduerterimus.

Iam

V. Enoch Claphanus in Antipharmacho schismatis p. 23. circa med.
2. Vincent. Lirin. contra hær. cap. 33. *Quid est deuita? Si quis (inquit) venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, quam doctrinam nisi Catholicam, & vniuersalem, & vnam eandemq; per singulas ætatum successiones manentem, & vsque in sæcula sine fine mansuram? &c.* & ib. paulo post med. addit, *Ille est verus & germanus Catholicus, qui &c. in fide fixus est, & stabilis permanes, quicquid vniuersaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognouerit, solum sibi tenendum credendumque cernit: Quicquid vero ab aliquo deinceps vno præter omnes, vel contra omnes sanctos nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potius, intelligat pertinere.* Et S. Augustinus tom. 2. epist. 170. ad Seuerinum, *Facile est tibi attendere & videre ciuitatem supra montem constitutam, & de qua Dominus ait in Euangelio, quod abscondi non possit. Ipsa est enim Ecclesia Catholica, vnde Grecè καθολικὴ appellatur, quod per totũ orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum Domini nostri Iesu Christi abscondi non potest.* Et to. 6. contra Gaudent. Donatist. lib. 3. cap. 1. ait, *Si vestra est Ecclesia Catholica, ostendite illam per vniuersam terram ramos suos copia vbertatis ostendere. Huic enim & Græco vocabulo Catholica nominatur, &c.* & tom. 2. epist. 165. sic concludit, *Has ergo promissiones tenenti si tibi Angelus de cælo diceret, dimitte Christianitatem orbis terræ, & tene partem Donati, anathema esse deberet, quia te à toto præcidere, & in partem contrudere conaretur, & alienare à promissis Dei.*

3. Sanctus August. tom. 9. de Symbolo lib. 4. cap. 10. *Quæcunque congregatio cuiuslibet hæresis, in angulis sedet, concubina est, non matrona,* & to. 4. quæst. Euang. lib. 1. q. 38. ait, *Constituta ergo authoritate Ecclesiæ, per orbem terrarum, clara atque manifesta, consequenter discipulos admonet (Christus) atque omnes fideles, qui in eum credere voluerint, ne schismaticis atque hæreticis credant, vnumquodque enim schisma, & vnaquaque hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum, partem aliquam tenens, aut obscuris atque occultis conuenticulis curiositatem hominum decipit, &c. Ad quod pertinet, quod ait, si quis vobis dixerit ecce hic est Christus, aut illis quod significat terrarum partes, & prouinciarum, aut in penetralibus, aut deserto, quod significat occulta conuenticula hæreticorum, &c.*

QVOD PRAEDICTA PROPHETARVM de Ecclesiæ amplitudine oracula, in Protestantium Ecclesia primis sexcentis à Christo annis non fuerint impleta.

SECTIO II.

IAM vero vbinam prædicta vaticinia impleta fuerint (quæ quidem adimpleta esse † nemini Christianorum dubitare fas est) in nostrane Catholica, an Protestantium Ecclesia, discutiamus. Et quo clarius excurrat oratio, totam Ecclesiæ ætatem, in tres quasi * periodos distinguamus. Prima erit à Christo vsque ad conuersionem Constantini primi Imperatoris Christiani, trecentos viginti plus minus annos continens. Secunda ab eo tempore vsque ad Bonifacium tertium pontificem Romanum, qui sedit anno Domini 607. quod est spacium annorum paulominus trecentorum. Tertia abinde vsque ad Lutherum, annorum circiter nongentorum. Quæ hac in re confitentur Theologi §. Vvittenbergenses silebo, & singula membra prædictæ diuisionis persequar. Et quoad primum quidem

† *Verbum meum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud*, Esaiæ 55.11. *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Matth. 24. Luc. 21. Marc. 13.

* De hac temporis distinctione, vide tractatum breuem annexum Crispino de statu Ecclesiæ &c.

§. In libro cui titulus *Disputationes 22. pro articulis Smalcadicis &c.* Habitæ in illustri Academia Vvittenbergensi authore & Preside Frederico Baldwino sacrosanctæ Theologiæ professore publico, ac doctore impressæ Vvitenbergæ 1606. disputatione 19. sect 44.45.46. De primis

Z. Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag.15. fine,& in replicatione ad Bristoum pag.375.
A. Cooperus vbi supra fol.126. anno 340.
B. Ibid.129.b. anno 368. & fol.131. a. anno 380.
C. Lucas Osiander in epitome centur. 4. pag.255. & pag. 449. 451. & centur. 5.pag.425. 431. fine,& centur.6.pag.91.fine,& Carion in chronico pag.281.282. 283.284.&c.
D. Hanc obiectionem facit Fentonus Concionator contra Alabastri Motiun.4.pag.21.fine, & 22.initio.
† Daniel Camierus in epistola Iesuitica parte altera pag. 49. paulo post initium, sic ait, *Arianorum enim venenum non portiunculam quandam, sed pene totum orbem contaminauerat.* Et vide Ioannem Pappum in epitome historiæ Ecclesiasticæ pag. 412. & 413.

Ecclesiæ amplitudinem, & vniuersalitatem trahere. Quod ad alios vero principes illorum temporum attinet, qui nec Apostatæ, neque Ariani fuerunt, licet tot numero fuissent,ac tanto spacio regnassent,vt prædicta vaticinia adimplesse videri possent (cum reuera nec tot fuerunt, nec in tantillo spacio esse potuerunt) probabile saltem est, eos non Protestantes, sed Catholicos fuisse. quod de primo illo ac optimo nostrate scilicet * Constantino primo Imperatore Christiano, & illius ætatis Ecclesia (quem * Majestas vestra pro exemplari sibi proponere non immerito videtur) opinati, multa sunt probabilia, & confessa quæ suadeant.

Constat

* Quod aliqui Philippum primum Imperatorem Christianum fuisse opinantur, id Fulco contra Bristoi motiua, &c. pag. 279. minime probabile putat.

* Videantur ipsa verba Regiæ suæ Majestatis in Colloquio Hamptoniensi, coram Episcopis & Clero,&c.pag. 69. post medium.

†. Centuriat. cent. 4. col. 408. lin. 54. *Christianos in templis nondum consecratis non conuenisse, clare indicat Athanasius in Apologia ad Constantium*. De Ecclesiarum autem consecratione, vide Concil. 5. Carthag. Can. 6. & Gelasium epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ Can. 27. Et Leonem epistola 88. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ & Concil. 1. Bracharense Can. 6. & Concil. 2. Spalense Canone 7.

K. Zozomenus histor. lib. 1. cap. 8. fine.

bernaculum secuti sunt. l *Accensas candelas interdiu in templis habuisse:* m *Reliquias sancta Andreæ, Lucæ, & Timothei, ad quas dæmones rugiebant, transtulisse:** *nec non & reliquias quasdam crucis ab Helena repertas, vt (crux) esset eius vrbis conseruatrix, Constantinopolim aduexisse:* n *Sub eo illo tum sæculo peregrinationes ad terram Sanctam frequentari cœpisse:* o *Sub eodem in Concilio Arelatensi sancitum esse, Assumi aliquem ad Sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuisset promissa conuersio:* p *Virgines Deo perpetuæ castitatis voto sacratas magno-*

L. Centuriatores cent. 4. col. 497. lin. 48. & col. 410. lin. 7. *Cereas candelas & lampades in locis in quibus conuenerunt Christiani, à Constantino ipso accensas interdiu fuisse Eusebius retulit.* Qua de re vide Concil. 4. Carthag. Can. 6. & Euseb. hist. lib. 6. cap. 8. ante med. & eundem de *vita Constantini*, lib. 4. c. 66. & Hier. contra Vigilantium cap. 3. & Paulinum qui natali 3. Fœlicis canit,

Clara coronantur densis altaria lichnis, &c.
Nocte dieque micant.

M. Hieron. contra Vigil. ante med. ait, *Constantinus Imp. sanctas reliquias Andreæ, Lucæ & Timoth. &c.* Et Bullingerus lib. de origine erroris impresso Tiguri 1539. fol. 67. b. circa med. ait, *Nimius est in eo S. Hieron. quod ait, Ad sanctas Andreæ reliquias rugiunt dæmones*, & ibid. hæc habet, *Dicit Hieron. quod si reliquias Sanctorum transferri, & in aureos loculos recondere non liceat, sacrilegus fuit, cum Constantino Archadius, omnes Episcopi, non solum sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vaso aureo portauerunt, &c.* & infert, *Nonnullis sanctis Dei hominibus Constantino diuo, Archadio sancto, &c. nominis gloriam illustrem obscurare, &c. testimonium illis perhibeo, quod studium Dei habent, non secundum scientiam, &c.*

* Centuriat. centur. 4. col. 1529. lin. 28.

N. Centuriat. cent. 4. col. 457. lin. 56. de peregrinationibus ad loca sacra, *Cœperunt hoc sæculo primum sub Constantino loca terræ sancta, &c. in pretio haberi, &c. Helena mater Imperatoris mulier superstitiosa illuc profecta adorandi causa, &c.* & Euseb. hist. lib. 6. cap. 9 de Alexandro quodam ait, *qui centum annos Constantinum præcessit, Alexander Hierosolymam tum voti tum locorum visitandorum causa properauit*, Vi-

Monachum in Solitudinibus Aegypti magna cum nominis & fama celebritate vitam degentem, Constantinus Imperator propter eius virtutis splendorem, sibi amicum fecit, literas honorifice scriptas ad eum misit, &c.

* Zozomenus hist. lib.1.cap. 13. prope initium de Antonio ait, *Erat ei cibus, panis solum & sal, potus autem aqua, & tempus prandij solis occasus. Sapenumero ad biduum, & amplius cibo abstinuit. Vigilabat semper fere integras noctes, & vsque dum lucesceret precari non destitit. Quod si quando somnum capiebat, illum super paruam storeã cæpit, non raro autem humi iacens, ipsa terra pro cubili vsus est.* Hæc agnoscit Osiander in Epitome centur.4.pag.100.& addit, *Vestimentum eius (vt alij referunt) interius erat cilicium, exterius vero animalis pellis, &c. Ad montem sublimem habitaculum suum constituit, & cet. Erat autem cellula in qua habitabat Antonius non plus mensura per quadrum tenens, quam qua homo dormiens extendi poterat, &c.*

T. Osiander in Epitome centur. 4. cap.2. pag. 100. paulò post med. ait, *Vita Antonij non caret multiplici superstitione.* Plura vide ibidem pag. 102. post med. & vide centuriat.cent.4.col.1313.lin.45. Vide *Monasticam eius vitam* apud centur. cent.4.col.1315.lib. 44.& *miracula eius* ibid.col.493.l.20. quæ quidẽ plurima fuerunt, & de vita eius S.Athanasius integrum volumen composuit, teste Socrate hist li.cap.17. initio.

2. Euseb.de vita Constantini lib.2.cap.14.de eo ait: *Ab omni licentia, & vitæ ratione luxu diffluente sese vocauit, inedia & corporis afflictione sese coercuit, &c.*

3. Chrysostomus in epist.2 Cor.homil.26.versus finem. *Nam & ipse qui purpuram indutus est, accedit illa amplexus sepulchra, & fastu deposito, stat Sanctos supplicaturus, vt pro se ad Deum intercedant.* Et idem repetit ad populum Antiochen. homil.66.versus finem.

V. Euseb.*de vita Constantini* lib.3.cap.2.id quod Abbas contra Bishoppum pag. 168.agnoscit,& rectè vertit Anglicè.

X. Euseb.in Oratione de laudibus Constantini ante med. *Constantinus triumphale signum honorat.* Zozomenus hist. lib.1. cap.8.fine de Constantino ait, *Sanctæ Cruci plurimum tribuit honoris, tum propter subsidia in bello contra hostes gerendo ex eius virtute sibi allata; tum propter diuinam sibi de ea oblatam visionem.* Vide ibid. cap. 4.& Prudentius in Apotheosi. *Vexillumq; Crucis summus Dominator adorat.* Adeo vt Szegedinus in speculo Pontif. pag. 229. dicat, *Crux honorari cæpit tempore Constantini.* Idẽ fecit Convvaldus Rex Scotiæ, qui intra primos sexcentos annos vixit, teste Holinshedo in Chronico Scotiæ iuxta primam editionem 1577. pag. 136. & iuxta posteriorem editionem pag.107. a.lin. 69.

Y. Zozomenus hist.lib.1.cap.8. vt supra ad x. & Euseb.de vita Constantini lib. 2. cap.7. ait. *Iam in qua parte illud Crucis vexillum visum fuit, hostes fugam capere, victores persequi, qua re intellecta Imperator sicubi partem aliquam sui exercitus languentem cernebat, ibi saluatoris illud vexillum tanquam quoddam subsidium, ad victoriam obtinendam locauit, cuius adiumentis extemplo parta est victoria, quippe dimicantium vires diuina quadam potentia fuere admodum confirmatæ.*

Z. Vide Euseb de vita Constantini lib.1.cap.25.& lib.2.cap.3.& lib.3.cap.48.

A. Zozomen hist.lib.1.cap.9.post med.ait, *Iussit Constant. &c. vt Concil. decisiones firmæ & immutabiles existerent.*

B. Euseb. *de vita Constant.* lib.3. cap.10. fine ait, *Cum parua quadam sella ex auro fabricata illi esset loco posita, non prius consedit, quam Episcopi id innuissent.* Et Theo-

quos Constantinus magnus præ cæteris præferebat, tribuens Romano Primatum ante omnes.

6. Ibid.pag. 34. fine addit, *Ex eo apparet fatale fuisse vt Constantinus daret potestatem bestiæ, quam statim Iulius exercuit, nam etiam Constantinus ferebat arma Draconis in insignijs suis, &c. Ita vt ipse sit Draco qui dedit potestatem bestiæ, & typus Draconis serpentis antiqui, qui bestiæ potestatem dedit. Apoc. 13. 2.*

D. Centuriat. cent. 4. col. 653. lin. 26. *Ferunt Acesium dixisse, ad pænitentiam quidem admoneri (homines) spem vero remißionis non Sacerdotibus, sed ab ipso Deo expectare, qui poßit & potestatem habeat remittere peccata. Cum hæc dixisset Acesius, subiunxit Imperator, Pone scalem, ô Acesi, & solus ascende in cœlum.* Socrates lib. 1. cap. 10. Hunc Nouatianorum errorem consultant Ambros. & Pacianus infra citati Tract. 11. paulo post med. in marg. ad lit. x.

§ Vbi supra.

7. Euseb. de vita Constantini lib. 4. cap. 44.

* Per incruenta illa sacrificia & misticas consecrationes quandoquidem à concionibus & precibus expresso distinguuntur, nihil aliud intelligi potest, quã Eucharistiæ celebratio, id quod Abbas contra Bishopum in epistola Maiestati vestræ dicata pag. 183. ante med. & 184. paulo post med. agnoscit. Illæ autem externæ oblationes Eucharistiæ per multos Sacerdotes factæ, ab Eusebio dicũtur, *Incruenta Sacrificia* vt ab illo cruento per Christum in Cruce facto distinguantur, quoad modum saltem offerẽdi, in quem sensum eodem *Incruenti Sacrificij* termino passim vtuntur Patres, Nempe Chrysost. in psal. 95. Athanasius supracitatus Tract. 1. sect. 3 sub. 3. ad * post h. in margine. Cyrillus Alex. in Interpretatione Anathematismi 11. Nazianzen. oratione funebri in Basilium & oratione prima in Iulianum at-que hos ob eam causam perstringit Caluinus in epist. ad Hæbræos capite. 9. versu 26. pagina 946. fine b & 497. a initio:

secrationibus, diuinum numen placabant, supplices Deo preces pro communi pace, pro Ecclesia Dei ipsoque Imperatore offerebant, 8. Cum extremus vitæ eius terminus appropinquaret (tunc enim in finem vsque vitę differre Baptismum Christiani solebant) *errata sua arcanorum misteriorum efficaci & salutaris Lauacri initiatione † expreßisse, & in ipsa Martyrum æde eadem, errata confessum* 9. *supplicem se Deo obtulisse*: 10. *Exinde manuum per precationem impositione dignum habitum fuisse:* c *Post mortem denique preces pro anima eius fusas, & misticum sacrificium* t *oblatum esse.*

His igitur *incruentis sacrificijs* si addamus *quod diuinum numen placabant* (quæ sunt ipsissima Eusebij verba in eodem loco) plane inueniemus, nõ tantum sacrificium, sed etiã sacrificium propriatorium, idque pro mortuis (sicut pro anima Constantini fiebat) offerendum.

Iam vero quod id illius sęculi doctrinam

bethæ, prope initium, sic habent. *Redit hic Constantenus, iam ad te adferens statum eius Ecclesiæ, quæ suo tempore totum orbem suo splendore illustrauit, &c.* paulo post. *Nõ dubitamus Constantini Britanici Ecclesiasticas res tuæ Maiestati iucundissimas atque acceptissimas fore.*

H. Centur. 4. col. 287. lin. 16. Illius Tractatus Titulus est. *Inclinatio doctrinæ, complectens peculiares, & incommodas opiniones, stipulas, & errores Doctorum.*

accusant. Nempe. i *De libero arbitrio,* k *de Iustificatione ex operibus,* l *de merito operum,* m *de confessione peccatorum Sacerdoti facienda,* * *& pænitentia iniuncta,* §. *de absolutione per manuum impositionem,* ¶ *quod dixerint pænitentiam secundam esse tabulam, post naufragium,* ❡ *de errore in doctrina pænitentiæ,* † *de Traditionibus non scriptis,* n *de Inuocatione Sanctorum,* o *de Purgatorio,* p *quod altaria asseruerint (sic dicta* * *quia sacrificium in iis offerretur)* 13. *signo Crucis consecrata, &* 14. *Chrismate delibuta,* 15. *quæ etiam sedes corporis & sanguinis Christi appellarentur,* * *de reali præsentia corporis Christi in Eucharistia,* q etiam per *Transubstantiationem,* 16. *De Prouida sollicitudine ne qua Eucharistiæ particula in terram*

I. Cent. 4. col. 291 lin. 7. aiunt, *Patres omnes fere huius ætatis de libero arbitrio confusè loquuntur.* Et mox recitant & reiiciũt dicta quędam Lactantij, Athanasij, Basilij, Nazian. Epiphanij, Hieronymi, &c.

K. Centur. 4. col. 292. & 293. sub Titulo *de Iustificatione & bonis operibus.*

L. Ibid. col. 293. Per totam & lin. 59. vbi concludunt *Iam cogitet pius lector, quam procul hæc ætas in hoc articulo de Apostolorum doctrina desciuerit.* Vide Osiandrum centur. 4. pag. 102. post medium pag. 506. ante medium & 520. circa medium & 430. ante medium & pag. 70. prope finem.

M. Centur. 4. col. 254. lin. 54. *Ad hoc Presbiterum aliquem &c. deputarunt, ad quem qui deliquerunt accedẽtes quæ gessissent confiterentur &c. ea lege confitentes absoluebat, vt a se, ipsi pænas commissorũ exigerẽt.* vide ibid col. 426. lin. 10. & vide supra ad 9.

* *De iniuncta pænitentia* vt supra & centur. 4. col. 834. lin. 14. & col. 808. lin. 56.

§ Centur. 4. col. 425. vt supra & col. 429. lin. 60. referunt *reconciliationem per manus impositionem.* Et vide ibid. col. 878. lin. 5. & lin. 16.

¶ Centur 4. col. 1243. lin, 33. vide Instit. Caluini lib. 4. cap. 19. sect. 17.

❡ Cent. 4. col. 294. lin. 1. *Pænitentiã hæc ætas vt fere & superiores neq; recte definijt, neque partes eius satis explicauit,* & c. col. 231. lin. 12. *doctrinam pænitentiæ, & cætera satis tenuiter & frigide, & cætera. vt in superioribus sæculis tractatam videas ab ac ætate.*

N. Vide cent. 4. *sub titulo de Inuocatione Sanctorum* & col. 196. 197. citantur & reiiciũtur dicta quædam Basilij, Ambrosij, Prudentij, Ephrem. Athan. Sed & plerósque Patres huius ætatis & præcedentium condemnatos videas Tract. 1. sect.3. subd. 7.

O Centur. 4. col. 304. sub Titulo de Purgatorio, dicta Sancti Hieronymi & Lactantij reiiciuntur, & vide supra Tractatu 1. sectione 7. subdiuis. 6. per totam.

P Centur. 4. col. 409. lin. 15. *Aras in templis fuisse, id quoq; huius sæculi historiæ testantur, & cæt. Verum hæc etiam consuetudo à Iudaica in Ecclesiam Christi promanauit*, & cætera, vide supra Tractatu 1. sectione 3. subd. 5 6. 7. 10. 11.

* Nazianzen. in Iulianum sic habet, *Altaria à purissimo & incruento sacrificio nomen habentia.* Vide Augustinum *de ciuitate Dei* lib. 22. cap. 10. *Erigimus Altaria in quibus vni Deo sacrificemus, &c.* Et Gildas de excidio Britanniæ cap. 26 vocat, *Altare Sacrificij cælestis sedem.* Vide supra Tractatus 1. sectione 3. sub. 3.

13. Augustinus serm. 19. de Sanctis. *Crucis charactere Basilicæ dedicantur, Altaria consecrantur.* De consecratione Altarium vide Gregorium Nissænum de sancto Baptismale & concil. 2. Spalense can. 7. & concil. 1. Bracar. can. 37. & concil. 1. Hippon. can 5. dinstinct. 1. cap. Altaria & concil. 3. Aurelianense can. 15. & Aug. de temp. serm. 255.

14. Concil. Agathense can. 14 *Altare placuit non solum vnctione Chrismatis, sed etiã sacerdotali benedictione sacrari, in quo nobis diuina sacrificia consecrantur*, & ante hos omnes Dionysius Areopagita de Ecclesia Hierarchia cap. 4. ait: *Diuini Altaris consecrationem sanctissimorum misterium lex sanctissimi vnguenti castissimis infusionibus perficit.*

15 Centuri. cent. 4 col. 409 lin. 26. & Petrus Martyr in locis communib. parte 4. pagina 226. a initio Optatum sugillat, quod dixerit, *Quid est Altare nisi sedes corporis & sanguinis Christi? cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat.* Et Gildas de excidio Britanniæ cap. 26. vocat *Altare sacrificij cœlestis sedem.* Et Ambr. l. 5. *de Sacram.* ait, *Quid est enim Altare nisi forma corporis Christi?* & libro 4. cap. 2 fine ait, *forma corporis Altare est, & corpus Christi est in Altari.* Et Hesichius *in Leuiticum* libro 2 cap. 8. *Est autem locus sanctus Altare, ibi enim sanctus sanctorum requiescit.*

* Vt Sanctus Ambrosius & Cyrillus *realem corporis Christi in Eucharistia præsentiam* docuerunt vide Tractatu primo sectione 3. subdiuisione secundo ad 4. 5.

Q. Testimonia Transubstantiationis è Patribus citant Centur. cent. 4. col. 209. lin. 3. & lin. 40. & col. 985. lin. 30. & vide supra Tract. 1. sect. 3. subdiuis. 2 ad 1. 2. 3. 6. 11

16 Cyrillus Hierosolimitanus qui hoc sæculo vixit Cathec. 5. pope finem ait, *Ne quid eius tibi excidat caue.* Et Fulco in respons. ad Sanderum & replica ad Bristoum *superstitiosum præceptum vocat*, pag. 687. Sãctus August. lib. 50. homil 26 ait, *Quanta solicitudine obseruamus quando nobis corpus ministratur, vt nihil de ipso in terram cadat*: Tertul. in libro de corona multis, *Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur.* Orig. homil. 15. in Exod. *Nostis qui diuinis misterijs interesse consuestis, quomodo cum suscipitis corpus Domini cum omni cautela & veneratione obseruatis, ne ex eo parum quid decidat.*

terram decideret, maiori certe quam circa aquam Baptismi adhiberi solet, 17. *De Eucharistiæ reseruatione*,* *de Adoratione eiusdem*, *& præscripta forma* † *inuocandi dū Eucharistia eleuaretur, quod non nisi* ¶ *ieiuni*, *&* ʒ *casti Eucharistiam sumerent*, 18. *quòd Eucharistia Deo offertur in sacrificium propitiatorium* §. *tam pro viuis*, *r quam pro defunctis.*

Eucharistiam

17 De Eucharistiæ reseruatione Centuriat.centur.4 col.427.lin.45 & col.430. lin. 2. vide supra Tract.1.sect.3. subdiuis.2.ad 14.15.16.17.18. 19.20.21.22.

* Kemnitius parte 2. Examinis pag. 92.pleraque Ambros. August. Nazianz. (qui omnes hoc sæculo vixit) dicta citat, quibus Eucharistiæ adorationem asserunt, & Caluinistas perstringit, quod eam negent, quos ob eam causam, *Sacramentarios* appellat.*Cumque S. Gregorius Nazianzenus oratione 11. sororem suam morbo laborantem desperatis omnibus aliis auxiliis, ad Altare procumbentem, eumque qui super ips. honoratur, cum ingenti clamore inuocantem (ô res admiranda) statim se morbo liberatam sensisse.* Fulco in respons. Stapletonum de successione Ecclesiastica pag. 230. circa hoc dictum egregie nugatur, & tandem dicere cogitur, *Eucharistia in Altari non fuit, abea adorata, quamvis in magna reuerentia, & fortasse non sine superstitione habita esset.* Et Sanctus Ambrosius in oratione præparatoria ad Missam, tam aperte hac de re loquitur, vt Centuriat. cent.4.col.430.lin.25. de illis D. Ambrosij verbis sic censeant, *Continent adorationem panis in Sacramento.* Haud aliter Parkinsus in Problemate, &c. pag 21. initio & Crispinus lib. de Ecclesia pag.87. fine. Has tamen preces Ambrosij esse agnoscit Bilsonus *in vero discrimine*, &c. parte 4. pag. 622. circa med.

† Sanctus Basilius *de Spiritu Sancto* capite 27. sic habet. *Inuocationis verba, dum ostenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis quis scripto reliquit?* vbi inter Traditiones non scriptas illam formam verborum qua Eucharistia eleuata adoratur numerat. Quibus quidem verbis non nisi futile responsum adhibet Fulco in Triplicatione contra Bristoum pagina 685. post medium.

¶ Vide supra Tractatu primo sectione tertia subdiuis. 2 in margine ad 32. & 33.

ʒ Vide supra Tractatu 1. sectione 3. subdiuisione 2. in margine ad 35. & 36. Et idem confitetur Osiander in Epitome Centuriatores pagina 180 fine.

18 Vide Patres supra citatos de hac eadem quæstione Tract. 1. sect. 3 subdiuisione 3. post 12. ad * ʒ § & g h. & infra Tract. 3. sect. 1. in margine sub T. quorum aliqui ante Constantinum, alii cum eo, alii proxime post eum vixerunt: Vide hoc supra Tract.1.sect.3.subdiuis.3. ad * post h de plerisque Patribus confessum per Andræam Crastouium eruditum Caluinistā. Et Sanctus Basilius in liturgia sic orat, *vt digni simus offerre tibi rationabile istud, & incruentum sacrificium, pro nostris peccatis, & populi ignorantia.* Et Cyprian. de cæna Domini. *Quotiescumque his verbis & hac fide actum est, panis iste substantialis, &*

Calix solemni benedictione sacratus ad totius hominis vitam & salutem proficit, simul medicamentum & Holocaustum existens, ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates.

R. Hospinianus hist. sacramentaria lib.2.p.167 initio de Cyrillo Hierosolim. qui in initio huius sæculi vixit, *Dicit Cyrillus pro sui iam temporis recepta consuetudine, sacrificium Altaris maximum iuuamen esse animarum.* Tam receptum tunc temporis fuit, *Eucharistiam esse Sacrificium.* Vide eiusdem hac de re sententiam Cathachesi 5. mistagogica. Et vide dictum Ambrosii, quod reiiciunt cent. cent. 4. col.295. lin.3. & Cypr. & Tertul. centur.3. col.138. lin.56. & 139. lin. 6. Et Osiandr. de Tertul. centur.3. pag.10. Sanctus etiam August. lib.9. confess. cap.12 ait, *Sacrificium pretij nostri pro matre sua iam mortua oblatam esse.* Et Enchirid. cap. 110. *Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel Eleemosinæ in Ecclesia fiunt.* Vbi & ait, *Hæc pro valde bonis gratiarum actiones esse, & pro non valde malis propitiationes esse.* Et alibi scilicet de verbis Apostoli serm.34. alias 32. ait, *Hoc à Patribus traditum vniuersa obseruata Ecclesia, vt pro eis qui in corpus & sanguinis Christi Communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis id quoque offerri commemoretur.* Quem Augustini locum notat & reiicit Hutterus libro de Sacrificio Missatico pag.525. fine. Vide vt hanc esse Augustini, & multorum aliorum Patrum sententiam, aduersarii supra Tract. primo sect.3. subd.4 ad k & infra Tract.3. sect 18. in marg. sub lit. t. Et vide Bullingerum in Decad. Anglicè pag.1082. a post med.

s. Sic eam vocat Cypr. lib.2. epist.3. & S. August. de ciuit. Dei l.16. cap.22. & l.17. c.5. & capite 20 & libro 18. cap.33. & in psalm.33. conc.2. Idem fatetur Andreas Crascouius lib.1. *de opificio Missæ* pag.28. & pag.58. & 102. & 171.

s *Eucharistiam sacrificium esse secundum ordinem Melchisedech*, Tunc *datam licentiam Diaconis, vt eam* 19. *distribuerent, sed, non vt offerrent,* Adeo inter se tunc temporis hæc duo diuersa habebantur, distribuere scilicet, & eandem offerre. Tunc etiam *Eucharistia vocabatur* 20. *viaticum morientium*, & 21. *velamina sancta dicebãtur ex consortio Corporis & sanguinis Domini*, 22. & *vasa sacra, quæ non solum* laici sed etiam subdiaconi, *tangere prohibebantur*, 23. *Tunc Calices sacri sub* Sacer*dotum custodia* erant, 24. & *Sacrarium in quod Subdiaconis ingredi non licebat*, 25. *Tunc aqua cum vino Crucis Baptismo*, 27. *Abrenũtiatio, exorcismus, inunctio, trina immersio*, cum plerisque id

Vide Fulconem contra Hesximum pag.100. circa me. 4.subd.11.ad 2.3.

19. Centur.4.col.662.lin.2.& col.703.lin.36.& col.705.lin.31.

20. Centur.4.col.878.lin.12. & 13.

21. Hieronymus in epistola ad Theophilum Alexandrinum ante libros paschales.

22. Centur.4.col.835.lin. 46. & Osiander in epitome cent. 4. pag.391. initio. Et vide Concil. Agathense Can.66. & Concilium Laodicense Can. 21. & Concilium primum Brachar. Can.38.& Gregorium Nyssenum in oratione de Baptismo, *Altare hoc sanctum cui assistimus, &c. quoniam Dei cultui consecratum, atque dedicatum est, ac benedictionem accepit, &c. non amplius ab omnibus sed à solis Sacerdotibus contrectatur.* Vide Nazianzenum oratione de se ipso contra Arianos initio.

23. Centur.4.col.490.linea 57.

24. Centur.4.col.835.lin.45.Concil. Laodicense can.21.*Non oportet Subdiaconos licentiam habere Sacrarium ingredi, & contingere vasa dominica* Vide mentionem huius Sacrarij in Concil. 4. Carthag. Can. 36. & Concil. Agathen. Can.66. & S. Ambros.lib.1 offic.cap.50.quem citant Centuriat. centur. 4. col. 409. lin. 40. Vide Osiandrum in epitome Centur. 5. pag. 393. initio, vbi hunc morem redarguit.

25. Centur.4.col.480.lin.35.&col.428.lin. 40. & col.429.lin.3. & col.868. lin.32. & col. 871. lin. 48. vide supra tract.1.sect. 3. subdiuisione secunda ad 26. 27. 28.

26. Centur.4. col. 421. lin.46. Vide supra tract 1.sectione tertia subdiuisione 8.ad 3.

27. Vide hoc fuse centur.4.col.417.418.& 419.

id generis cœremonijs, in Baptismo adhiberi solebant, 28. tunc Christiani credebant, *quod infantes sine baptismo morientes non saluarentur*: 29. vnde & *Laicis tunc permissum est in casu necessitatis baptisare*. 30. *Tunc remissionem peccatorum per Baptismum (non significari tantum) sed & vere dari credebatur.* 31. Sed & hęc sequentia tunc in vsu fuerunt, *Aquæ baptismatis benedictio*, 32. *baptizatorum ex chrismate confirmatio*, 33. *Chrisma in pixide seruatum*, 34. *consecratio chrismatis per solum Episcopum*, 35. *solennis reliquiarum sanctarum translatio*, 36. *earundem cultus religiosus*, 37 *Reliquiæ sub altari positæ*,

28. Centur. 4. col. 139. vide supra tract. 1. sect. 3. subd.8.ad 7. 8.

29. Centur.4. col. 415. lin. 25. & supra tract. 1. sect.3.subd.8. ad 9.

30. Centur. col.1160. lin.53. & col. 1161. lin. 2. & col.1243. lin.29.& col.

c. 1. sect. 3. subdiuisione 8. ad 2. *.

31. Centur.4 ... lin.44. & supra tract.1. sect.3. subd.8. ad 5. proxime post 3. & sanctus Ambrosius de misteriis initiatis, cap.3. post med. ait, *Aqua cum fuerit misterio crucis consecrata.* Sanctus Augustinus de Sanctis serm.19. *Crucis misterio fons regenerationis consecratur, &c. & aquam ex signo crucis sanctificari,* asserit in Euangelium Ioannis tract.118.

32. Centur.4. pag.423. lin.4. & col.837. lin.20. & col.478. lin.17. vbi dicitur Baptizati ab Episcopis signabantur & chrismate inungebantur, vide ibidem, lin.27. & supra tract.1. sect 3. subd.8. ad t. u. x.

33. Vide Centur.4.420. lin.10. vbi hæc habent, *Chrisma in ampulla conseruari solitum indicat Optatus.*

34. Centur.4. col.865. lin.43. & col.503. lin.8. & col 1274. lin.44. & col.869. lin.14. *de consecratione Chrismatis per Episcopum:* Vide Concil. primum Bracharense Can.37. & Concil. Rom. sub Siluestro Can.5. & Concil.2. Carthag. Can.3. & 3. Carthag. Can.36. & Concil.4. Carthag. Can.36. & Conc. Vasense Can.3. Concil.1. Toletan. Canon.20. & Concil.2. Hispalense Can.7. & Damasum epist.4. de Corepiscopis, & Leonem epist.88. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, & Innocentium epist. ad Decentium cap.3. & ante hos omnes Dionysium Areopagitam de Ecclesiastica hierarchia cap.4. non longe à fine.

35. Centur.4. col.456. lin.33. & col.457. per totam & 482. lin.44. & col.1446. lin.17. vide supra in principio huius sect. ad lit. m. & apud Kemnitium 2. parte examinis pag.10.a.

36. Centur.4. col.602. lin.44. & 1250. lin.45. & col.457. lin.49. & Kemnitiũ vbi sup. Et S. Hier. con. Vigil. c.3. ait, *Hanc receptam esse non vnius vrbis, sed totius orbis doctrinam.*

37. Vide Zozomenum hist. lib.5. cap.8. Ambros. epist.85. ad sororem. Hieron. contra Vigilantium cap.3. Augustin. de ciuit. Dei lib.22. cap.8. & serm.11. de Sanctis, & Concil.5. Carthag. Can.14. & Concil. African. Can.50.

38. *Peregrinatio ad easdem, & ad alia loca sancta,* 39. *Ægrotorum per easdem curationes,* adeo certe, vt Vvitaker. 40. eas non negauerit, 41. *Imagines in Ecclesia positæ,* 42. *Luminaria interdiu accensa,* *Anachoretæ,* 43. *Heremitæ,* 44. *Abbates,* 45. *Monachi,* 46. *Castitas ex voto,* 47. *Paupertas volũtaria,* 48. *abstinẽtia à vino, carne, & aliis cibis eiusmodi,* 49. *Claustra*

38. Kemnitius exam. parte 4. pag. 10. b. ante med. ait, *Suscipiebãt etiam peregrinationes ad loca, vbi reliquias miraculis celebres & claras audiebant.* Vide Osiand. centur. 4. pag. 393. post med. & Cent.4. col.457. lin.57.

39. Kemnitius exam. parte 4. pag.10.a. post medium, *Apud S. Aug. in translatione reliquiarũ Stephani mulier cæca illuminata est, & aliquãdo quadam miracula ad reliquias edebantur, &c.* Vide Centuriat. centur.4. col.457. lin.47. *Si Ambrosio credimus, ægri qui vestes Sanctorum manu contigissent, sanabantur, obsessi liberabantur, &c.*

Vide plura similia exempla apud Augustinum de ciuit. Dei lib.22. cap.8.

40. Vvhitakerus contra Duræum lib.10.pag.866. *Nec illa miracula vana fuisse puto, quæ in Martyrum monumentis facta narrantur.*

41. Centur.4 col.409.lin.42 plura huius rei exempla citantur.

42. Centur.4.col.410.lin.11. Vide supra hac eadem sect,ad l.

43. Centur.4.col.470.lin.20.sub titulo *de haremitis*, & col.474.lin.5.de *Anachoretis*, de quibus sic inquiunt, *Anachoretæ soli habitant per deserta, & ab eo quod procul ab hominibus recesserunt, nuncupantur.*

44. Centur.4.col.488.lin.27.vide Concilium Agathense Can. 38.

45. Centur. 4. col.500.lin.39. & col. 501.lin.46. sub titulo de Monachis & 465.

46. Centur.4.col.500.lin.52.& col.501. lin.48. & col.466.lin.19. & in Concil. Calced. Can. 16.hæc habentur, *Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter Monachus, non licere eis iungi nuptiis, &c.* Quare hoc Concilium à Vvhitakero reijcitur contra Campianum pag. 62. & ab Osiandro centur. 5.pagina 359. in Canon. 15. 16.

47. Centur. 4. col. 30. lin. 29. & 39. & col. 464. lin. 58. vbi hæc habentur, *Apparet Monasticen professuros facultates suas prius distribuisse. Oportet* (inquit) *Basilius, Monachum ante omnia, id vitæ genus amplecti, vt nihil possideat*: Vide Augustinum epistola 89.ad Hilarium, quæstione quarta, & vide supra tract.1. sectione 1.ad e f.

48. Centur 4.col.471.lin.23. *De Monachis* dicitur, *Nec pane, nec obsoniis vescentes, neque vinum bibentes*, col.474.lin.15.de eisdem ibidem, *Alij à volucribus abstinent, vtuntur ouis, & piscibus: alij etiam à piscibus abstinent, caseo vescuntur; alij autem neque caseum sumunt, iam vero adhuc alij etiam à pane abstinent, &c.* & col. 475. lin.42. *viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ solo sale condiuntur*: & vide Socratem hist. lib.4.c.18. prope initium, & Euagrium hist.lib.1.c.21.& Epiphan.hær.vlt.prope finem.

49. Hac de re vide Osiandrum in epitome cent.4.pag.100. fine, & pag. 440. & Euagrium hist.1.cap.21.paulo post initium, vbi sic ait, *Se separatim in ædiculis concludunt, quæ tantillum habent altitudinis latitudinisque, vt in illis neque corpore erecto consistere, neque se liberè inclinare possent.* Simile habet Zozomenus hist. lib. 3. cap.13. *Cellarum Monasticarum*, mentionem facit Concil. Agathense Can.38. Zozomenus hist.lib.6.cap.31 initio, Palladius in hist. Lausaica cap.21. & 36. & 43. & 69. & 109. Theodoret. in Theophil.cap.2.3.4.9.15. & Euagrius hist.lib.5.cap.21. & libro 6.capite 22.*Narrat de Simone quodam Stilita qui supra columnam mansit*, Vide centur.4.col.465.lin.19. *vbi idem ex Nazianzeno citatur.*

stra Religiosorum in ædiculis & cellis, 50. Austeritas vitæ eorum nudis pedibus euntium, humi dormientium, &c. 52. Cucullus, 51 Cingulum, 53. reliquusque Religiosorum habitus, 54 certa eorum & admiranda miracula, 55. Virgines castitatem vouentes, 56. Mona-

50. Centur. 4.474.lin.22. *Multi etiam humi dormiunt, alij neque calciamenta induunt, alij saccum gestant ve-*

cultum: Idem vide in Epiphanio hær. vltima fine. Vide centur.4.col.465.lin.19. vbi ex Nazianz. refertur *eos nudis pedibus* incedere solitos.

51. Centur.4.col.472.lin.20. & apud Zozomenum lib.3.cap.13.ante med. & sanctum Ambrosium serm.94.

52. Ambrosius vbi supra: & apud centuriat.centur.4.col.482. mentio fit *Zonæ circa lumbos*.

53. Centuriat.centur.4.col.471.lin.49. *Tiaris laneis capita tegunt, quas purpureis maculis veluti punctis obsignari præcepit*: & apud Zozomen.hist,lib.3.cap.13.ante medium mentio fit *humeralis*. Vide sanctum Hieronymum epist. 4.ad Rusticum monachum & Cassianum libro 1. de *institutione cœnobiorum*, Sanctum Gregor. lib.2. dial.cap.1.

54. Centur. 4. col.495. lin. 18. *Fuerunt inter Monachos seu heremitas hac ætate viri donis miraculorum celebres, vt Antonius eiusque discipuli, Macharius, Isidorus, Heraclides, &c.* Et vide centur.4.col.1445.lin.3.& col.467. lin. 28. & infra tract. 2. cap.3.sect.7.subd.1. ad i.

55. Centur.4.col.467. lin. 27. *Basilium in Ponti vrbibus monasteria construere, & virgines castitatem vouere instituisse.* Ruffinus narrat libro secundo cap.9 .& ibid. lin.48. de virginibus Europæ dicitur, *Virginitatis votum apud eum sexum commune fuisse Ambrosius indicat*. Vide ibidem lin.8.& col.706.lin.57.& col.483.lin.25. & col.847.lin.49.& col.301.lin.1.& 54.& pro sæculis præcedentibus, vide centur.3.col.140.lin.27.& vide supra in initio præsentis sectionis ad p. & supra tractatu 1.sect.3.subd.1.

56. Vide centur.4.col.467.sub titulo *de monasterijs virginum*, lin.28.& 36.& col.476.lin.34.& col.1355.lin.58.& col.137.lin.11.& Osiand.in epit.centur. 4. p. 507. initio: & pag.503.fine.

57. Osiander epit. cent. 4. pag.503.fine ait, *Trium (monasteriorum) quæ virginum erat, Paula fuit gubernatrix.* Qua de re vide Centur. cent. 4.col. 1335. lin. 38. & col.125. lin. 30. *Erat in eadem vrbe Publia nobilissima fœmina, cœtus virginum, quæ castitatem profitebantur, magistra.* Vide Theodoret. lib.

steria virginum, 57. *Abbatissa, seu fœmina virginum castitatem vouentium magistra,* 59. *velamen,* 59. *habitus earundem religiosus* , & quod caput est 60. *earundem cõsecratio,*61. *Monachorum consecrationes, &* 62. *Monasteriorum benedictiones,* 63. *nuptiæ in Quadragesima celebrari prohibitæ,*64. *Ieiunium Quadragesimale obseruatum abstinendo à carnibus* , 65. *aliaque ieiunia superstitiosa* , *puta feriæ quartę & sextæ* , *illaque per omnes* 66. *nationes seruata, excepta tamen* (*vt nunc fit,* 67. *die natiuitatis Domini* , *si is in quartam feriam aut prosabbathum incidisset* , 68. *sponsi & sponsæ* , *dum nuptiæ celebrarentur à Sacerdote benedictio,* 69. *ritus funerum superstitiosi, puta* 70. *cereorum*

de die

tertio capite decimoseptimo prope initium.

58. Centur.4.col.468.lin.18.*Potest ex eodem libro animaduerti, quæ ratio tum fuerit velandi virgines. Primo enim velabantur in templo, ad altare, in die Paschæ, solenni conuentu, candelis accensis, &c.* Vide ibid. lin 27. & col.867.lin.2. Ante hæc tempora Tertul. Tractatum scripsit *de velandis virginibus.*

59. *De habitu religiosarum fœminarum.* Vide cent.4 col.874.lin.28 & co.879 lin. 37. & Palladium in histor. Lausaica cap 41 Hieronym epist.15.ad Marcellam, & epist.22.ad Eustochium, & in vita Hilarionis, & Concil.4. Carthag. can.11 & 104.

60. De consecratione virginum expressa mentio habetur centur 4. col.865. lin 44.col.869.lin.15 & col.874.lin.27. & S. Ambros. libro 3. de virginibus sic ait, *Dicite quantas Alexandrina, totiusque Orientis & Africana Ecclesia, quotannis consecrare consueuerint? pauciores hic homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur.*

61. Centur.4.col.466.lin.42 sub titulo de *consecratione Monachi.*

62. Concil. Calced can 24 inquit, *Quæ semel consecrata sunt monasteria, cum iudicio sui Episcopi maneant perpetua, &c. Nec vlterius posse ea fieri secularia habitacula decreuimus.* Huius autem Concilij honorifica mentio fit, centur.4.col.855. lin.1.& col.697 lin.18 & col.515 lin 1.

63. Cent.4.col 453 lin. 29. *Nuptias celebrari in Quadragesima Concilium Laodicenum interdixit*, can.52. & vide col.837. lin 33.

64. Centur.col.4.441.sub titulo *Quadragesima* lin 55. sic habetur, *Ieiunatum esse à carnibus, & vino indicat Nyssenus:* & vide col.837.lin.25. & vide supra tract.1.sectione 3.subd.11.

65. Cent.4.col.440.lin 26. *Ieiunia obseruasse ac religiosius quidem seu superstitiosius quam superioribus seculis huius ætatis Christianos, testantur historiæ.*

66. Centur.4.col.440 lin.39. sic habetur, Epiphanius hær.75. *Ieiunium feriæ quartæ & sextæ seu presabbatho in omnium orbis terrarum regionibus in Ecclesia constitutum esse asserit, vsque ad horam nonam, eiusque constitutionis authoritatem ad Apostolos refert.*

67. Centur 4. col.441.lin.51 scribunt, *Diem natalis Domini à ieiunio liberum haberi etiamsi in quartum aut prosabathum incidat.*

68 Cent 4.col 453.lin. 33 & col.874 lin 37.& col,482. lin.28 & vide Concil.4. Carthag.can 13.

69. Cent.4.col 453.lin.48 *Ritus & cæremoniæ funebres hoc seculo superstitione crescente, tum ex Ethnico, tum ex Iudaismo cumulatæ sunt.*

70. Cent 4.col 454.lin 13.& lin 23 & lin 28 *Solebant & cerei præferri funeri inter deducendum, &c. Et Sacerdotes lampades cereosque præferebant funeri.*

de die accensio, 71. *Sepulchra floribus strata*, 72. *dies quadragesimus post obitum, & anniuersarius, sacer & celebris, ob defuncti memoriam*, 73. *Pro defunctis oratio*, 74. *eaque ex traditione Apostolorum orta* 75 *orare versus Orientem*, 76. *orare stando die dominico*,

71. Centur. 4.col.455 lin 14.

72 Col 455 lin. 26. *Celebris ob defuncti memoriã*

fuit dies quadragesimus post obitum. Et centur.3.col.138.lin.57. citant Tertul. dicentem, *Oblationes pro defunctis pro natalitiis annua die facimus*. Vide etiam Centur.3. col.139 lin.4.& replicat Bristoi ad Fulconem anno 1589.pag.54.

73. Centur.4.col.454. lin.26. *Turba frequens omnis generis hominum secuta est, ac preces cum fletu pro anima Imperatoris fudit*. Simile habetur col 456.lin.24 Quod & in vsu fuisse sæculo priori testantur centur.3.col 139.lin.6. Vide supra tract.1. sectione 1.subd.4.ad 2 3 4.5.&c.

74. Vide supra tract.1.sect.3.sub.4.ad K.

75. Cent.4 col 452. lin.13 *vultu conuerso ad Orientem orasse Christianos author est Basilius de Spiritu sancto* cap. 27. & ibi pleraque alia eiusdem generis testimonia citant.

76. Centur.4.col.432.lin.68.& col.433 lin.8.& col.663 lin 8.& centuriat.3.col. 135 lin 4. Et vide Osiandrum cent.4 pag.131.circa med.

tempore Paschatis & Pentecostis, 77. *horæ canonicæ* * *de nocte recitatæ*, † *præscripta orationis formula*, 78. *Litaniæ*, 79. *preces numeratæ lapillis, seu (vt nunc fit dum recitatur Rosarium) globulis precarijs*, 80. *Crucis adoratio*, 81. *superstitiosa de signo crucis opinio*, * *mos frontem signo crucis signandi*, 82. *vim cruci inesse sacramenta consecrandi, dæmones pellendi, incantationes dissoluendi, &c.* 83. *magna miracula per signum crucis facta*, 84. *Diaconi, Subdiaconi, Acoluthi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarij*, 85. *proprij ritus eosdem ordinandi*, 86. *Sacerdotes non à populo electi (vt fieri oportere prætendunt* 87. *Puritani) sed ab Episcopis* (vt modo in Catholica nostra fit) *ordinati*, 88. *cum ieiunio*, & 89. *manuum impositione*, 90. *qua & gratia conferri credebatur*, 91. *vnde & Sacramentum habebatur*, 92. *Vnctio*

77. Centur.4. col.433 lin.28. & cent.3.col. 134.lin.45.

* Centur.4. col.459.lin 18. *Quin & de nocte ad preces surrexerunt*, &c. & vide col.411.lin.52.& col.434 lin. 24.

† Centur.4 col.433.lin.42. & 53.

78 Centur. 4.col.433.lin. 43.& col.414.linea 1 & col.411. lin.39.

79. Cēt.4 col. 1329.lin.24. & Osiander epitome cent 4 pagina 454 & Zozomenus histor. libro 6. capite 29. post medium, sic narrat, *In dies singulos trecentas orationes Deo velut tributum quoddam reddidit, ac ne per imprudentiam in numero erraret, trecentis lapillis in sinum coniectis, ad singulas preces, singulos inde eiecit lapillos; consumptis igitur lapillis, constabat sibi orationes lapillis numero pares absse expletas esse*. Similia exempla numerantium preces habentur apud Palladium historia Lausaica cap.24 & 25.

80. Fulco contra Heskinsium Sanderum &c. pag. 657. circa medium ait, *Refert Paulinus crucem ab Episcopo Hierosolymitano (annuatim) in Paschate produci solere, vt à populo adoraretur*: Idem fatetur Parkinsius in Problem. &c. pagina 83. vide Euagrij historiam libro quarto capite 25. Et Danæus in primæ partis altera parte ad Bellarminum 5. controuersiæ responsione pagina 1415. initio, ait, *Cyrillum & plerosque alios Patres plane superstitiosos fuisse, & adoratione crucis obcæcatos*. Vide in initio huius sect. ad x.

81. *Ambrosius multa commemorat superstitiosa de cruce inuenta.* Centur. 4. col. 302. lin. 1. & lin. 13. inquiunt, *Ephram crucis signationi nimium videtur tribuere.* Fulco contra Heskinum, Sanderum &c. pagina 657. circa medium, ait, *Ruffinum & Cyrillum superstitiosa de signo crucis opinione imbutos esse*: Et centur. 4. col. 459. lin. 31. *Ad omnem incessum crucis signo frontem consignarunt.* Imo & cent. 3. col. 121. lin. 52. dicunt *Crucis imaginem seu in locis publicorum congressuum seu domi priuatim Christianos habuisse indicare videtur Tertul.* Vide col. 140. lin. 57.

* Osiander in epitome, &c. 326. ante medium ait, *Iulianus metu perculsus, illico ex consuetudine Christianismi, frontem Cruce signat, ibi dæmones subito disparent.*

82. Burgesius apud Covvellum in responsione breui ijdem Burghesio facta pagina 130. ante medium, circa opinionem Patrum antiquorum de cruce, (excepta solùm adoratione de qua paulo supra ad 80. egimus) ait, *Nihil cruci in Baptismo, aut extra Baptismum à rigidissimis Papistis ascribitur, quod non Patres eodem tenore asseuerauerint. Si ergo vsum eius secundum Patres antiquos probemus, existimandum est, animam armari cum corpus cruce signatur, & crucem vim habere consecrandi sacramenta, arcendi dæmones, incantationes, &c.* In cuius testimonium in margine citat plerosque Patres huic saltem quarto sæculo æquales. Vide ibidem pagina 136. post medium. Sed & Puritani in tractatu quodam breui de signo crucis, &c. edito Amsterodamæ per I. H. anno 1604. in octauo pagina 21. fine, hæc verba habent, *Patres nobis crucem tradiderunt tanquam virtutem habentem non modo nos benedicendi, vt cum de facto nos eadem signamus, sed & dæmones expellendi, & superbenedicta sacramenta consecrandi.* In quem finem ibidem citant dicta Tertulliani, Hieronymi, Lactancij, Cypriani, & Augustini. Vide Centuriatores centur. 4. 302. linea 11. & 27. & colon. 1493. linea 19. & Tertullianum ad vxorem libro secundo capite quinto Chrysostomum in Matthæum homilia quinquagesima quinta paulo post medium: Augustinum de Sanctis sermone 19. & in Ioanne tract. 118. fine, Lactantium libro 4. cap. 27. Athanasium de Incarnatione verbi & e vita sancti Antonij. Origenem homil. 6. in Exod. cap. 15. Ignatium epist. ad Philippenses.

83. Covvellus in responsione ad Burgesium de priscis temporibus ait, *Nemo negauerit Deum post mortem filij sui, pœnitentiam suam, in miraculis per hoc vile signum tanquam instrumentum factis (obstupescente terrarum orbe) manifestasse.* Vide supra in principio huius sectionis ad y. Et vide hæc miracula partim à Theodoreto citata historia libro quinto capite vigesimoprimo post medium: Et Epiphanio hær. 30. ante medium: Hieronymo in vita Hilarionis versus finem: Et Palladio in historia Lausaica capite primo fine: & Theodoreto in Theophilo cap. 13. & 9. & capite 2. Eusebio in oratione de laudibus Constantini ante med. iuxta editionem Christophersoni impressam Coloniæ 1581. pagina 299. post

medium, & 300. post medium.

84. Centur.4.col.873.fine,& 874.initio,& vide vt hos minores ordines recenseat antiquissimus Cornelius apud Eusebium hist.lib.6.cap.35. & Ignatius sancti Ioannis discipulus epistola ad Antiochenses prope finem, eorundem mentionem facit.

85. Ibid.& vide Concil.4.Carthag.can.4.5.6.7.8.

86. Centuriat. quarta col. 435. lin. 2. *Constitutiones Concilij Laodiceni Ordinationes iudicio multitudinis fieri prohibuerunt.* Et paulo post, *Ac pro ijs apud eum Episcopum penes quem ius esset ordinandi, precabantur, quemadmodum ex epistola quarta Basilij, & Gregorij, eiusdemque ad Cesarienses 30. apparet:* & centur. 4. col.489.lin.60.*Ordinatio Ministrorum propria erat Episcopi, &c.*

87. Vide Cartvvrightum in defensione Vvhitgifti pagina 192. post medium, & 215. ante medium, & 196. ante medium: vide librum ritualem Ecclesiæ Scotiæ impressum Ruppellæ 1596.

88. Vide Leonem epist. 87. ad Episcopos Africanos ante med. & epist.81.ad Dioscorum Alexandrinum.

89. Centuriat. 4. col. 435. *Recitat Theodoretus rursus & alios ritus, &c. vt genibus flexis ad sacram mensam assistere, & in frequenti populi conuentu manus imponere, qui ritus inde ab Apostolis ipsis in omnium locorum Ecclesijs diutissime hæsit.*

90. Quod ad huius sæculi doctores attinet, sanctus Gregorius Nyssenus qui hac ætate vixit, de eo qui sacris ordinibus initiatur, inquit, in sermone de sancto baptismate vltimæ editionis anno 1605. Parisijs col.3.prope medium, *Cum nihil vel corpore vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet, ille sit, qui erat, inuisibili quadam vi, ac gratia, inuisibilem animam in melius transformatam gerens, &c.* Et sanctus Ambrosius in prima ad Corinthios capite duodecimo ait, *In loco ordinis officij Ecclesiastici positus, gratiam habet qualisuis sit, non vtique propriam, sed ordinis, per efficaciam Spiritus sancti:* Vide eundem de dignitate Sacerdotali capite quarto, & sanctum Augustinum in quæstionibus veteris & noui Testamenti quæstione 95. Gratiam autem in ordinatione conferri fatetur Hookerus, Ecclesiasticæ Politiæ libro quinto sectione 77. pagina 230. prope finem, & Bilsonus libro *De perpetuo regimine Christi Ecclesiæ, &c.* pagina 109.

91. Sanctus Augustinus tom.7.contra epist.Parmen.lib.2.cap.13.de Baptismo & Ordine,ait, *Si enim vtrumque Sacramentum est (quod nemo dubitat) &c. neutri Sacramento iniuria facienda est:* & rursum, *Vtrumque enim Sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur.* Quandoquidem ordinem conferat cum Baptismo, signum est quod nomen Sacramenti proprie acceperit. Vide eundem Augustinum de Baptismo contra Donatistas libro primo capite primo. Cyprianus etiam qui ante sæculum quartum vixit, in sermone de ablutione pedum initio, mentionem facit Baptismi, & aliorum Sacramentorum, & in eadem serie cum cæteris ponit *Ordines sacros.* Vnde & Kemnitius examen. parte secunda pagina septima b. post medium, fatetur eam fuisse huius authoris sententiam, at hunc sermonem negat esse Cypriani: quod subterfugium iam ante tractatum primum sectione tertia subdiuisione 2.ad.7. præclusimus.

92. *Vnctio Sacerdotis*, 93. *vestimenta Ecclesiastica in genere*, 94. *& in particulari Alba*, 95. *Stola (quæ & Orarium dicebatur)* 96. *Vestimentum, quod Dalmatica dicebatur*, * *Pluuiale aureum*, † *Petalon Pontificale, (seu Mitra) à S. Ioanne Apostolo gestatū.* Ioannes Reinoldus amplius agnoscit, scilicet *in Liturgiis*, 97. sub nomine Basilij & Chrisostomi, mentionem fieri *Amictus, Cinguli, Casulæ, Manipuli, Et quòd* 98. *Sacerdotibus post susceptos ordines vxores ducere non liceret*, 99. *Nec Bigamus Præsbiter fieri posset.* Fuerunt etiam ætate Constantini (inquiunt Centur.) 100. *Templorum exornationes superbæ & superstitiosæ, Rom. Ecclesiæ in Missa celebranda insolentia, quam in nullis præterquam in sacris locis faciendam esse tunc temporis Concilium Romanū sub Syluestro constituit* 101. *Tunc negatum est Imperatoribus in causis Ecclesiasticis iudicium ferre:* 102. *Ecclesia super Petrum ædificata dicebatur*, 103. *Primatus Petri agnoscebatur*, * *idemque iure diuino à Petro in successo-*

92. Pacianus epist. 3. ad Sympronianum. *Sacerdos appellatur vnctus.* Huius etiā vnctionis mentio fit apud Dionysiū Areopagitam de Ecclesiastica Hierarchia cap. 4. Euseb. hist. lib. 10. cap. 4. iuxta Christophersonum. Cyprianus in serm. de Chrismate, initio, quē ideo reiicit Kemnitius Examen. parte 2. pag. 247. a. ante med. & Greg. lib. 4. in lib. Regum cap. 5.

93. Centur. 4. col. 504. lin. 7. *Meminit Athan. Vestimentorum Ecclesiasticorum, ornamentorumque & vtensilium.*

94 Centur. 4. col. 876. lin. 16. Et in Chrisost. homil. 60. ad populum & in Lyturgia, & in Math. homil. 83. & in Concil. 4. Carthag. Can. 41. & in Hieronymo lib. 1. aduersus Pelagianos cap. 9.

95 Centur. 4. col. 835. lin. 48. & 51. Et Conc. Aurelianense can. 16. & Conc. Laodicenum Canone 22. 23. & Sanctus Ambrosius in oratione de obitu fratris Satiri.

96 *Dalmaticam* tempore Cypriani in vsu fuisse fatetur Vvhitgiftus in defensione, &c. pag. 269. post med. & pagina 270. citat Petrum Martyrem pro eadem opinione. Eiusdem mentionem facit author quæstionum veteris & noui Testamenti quæst. 46. Extant apud Aug. Tom. 4. quod vero hic author Aug. fuerit antiquior. Vide ibid. quæst. 44.

* Vide Cartvvrightum apud Vvhitgiftum in defensione pagina 268. & Vvhitgift. ibidem pag. 269. qui ad hæc probanda citat Theodoretum hist. libro 2. cap. 27. sub initio.

† Petrus Martyr in Epist. annexis locis suis communibus Anglicè pag. 129.

a prope finem & Vvhitgift. in defens.&c. pag. 264. paulo ante med.& 268. circa medium & pag.269. post med. probat Cyprianum *illud induisse.*

97 Ioannes Reinoldus in collatione pag.598. post med. & de vestimentis Ecclesiasticis vide Euseb. hist. lib.10. cap.4. initio.

98 Centur.4.col.616. citatur Canon. primus Conc. Neocesareæ *Præsbyter si vxorem duxerit, illum ab ordine suo deponi debere.* Idem vide cent.4.col.486. lin.58 & col.303. lin.18 & col.704. lin 21. & col.1293. lin.5. & 17. & vide supra Tract. 1. sectione 3. subdiuisione 1. ad g h &cet. & Tractatu primo sectione septimo Exemplo 3. ad f g h i.

99 Centur.4.col.847. lin 47 ait, *Decretum est Bigamis Ordinationem ad Sacerdotium non esse conferendam.* Idem centur.4.col.303. lin.10. & col.877. lin.40. & col. 1293. lin.25. Fulco in retentiua contra Bristoum & in animaduersione ad Petram Sanderi pag.164. initio: *Tempore Hieronymi Bigamo Sacerdotiũ non concessum agnoscit.* Idem vide de sæculo præcedenti Cent.3. col. 85. lin. 6. & col.86 lin. 7. Idem habet Cartvvrightus in 2. replica parte 1. pag. 509. post med.

100 Centur.4.col.497. lin.50.

101 Centur.4.col.549. lin.26. *Intempestiue etiam sibi Imperatores interdum iudiciũ de causis fidei sumebant, quod Athan. in Constantio reprehendit, & Ambrosius in Valentiniano, & Athanasius in epist. ad solitariam vitam agentes, citat Hosium Imperatorem Constantium sic alloquentem, Desine quæso, & memineris te mortalem esse, reformida diem iudicij, serua te in illum diem purum, ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea à nobis disce. Tibi Deus Imperium, Quæ sunt Ecclesiæ, nobis concredidit. Caue ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* Rursus ibidẽ, *Quis enim videns eum in discernendo principem se facere Episcoporum, & præsidere iudicijs Ecclesiasticis, non merito dicat, illum, eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est?* Simile habet Ambrosius epistola 32 post med. & 33. quod & à Cartvvrighto apud Vvhitgiftũ in defens. pag.700. Simile habet Zozomenus lib.6. hist. cap.7. initio & conc.3 Carthag. can. 9.

201 mentur.4.col.555. lin.30. *Hilarius minus commodè de Petro Apostolo loquitur quòd ædificationem Ecclesiæ subiacet, & fit eius fundamentum.* Et col.557. lin.45. *Hier. minus commode de Petro loquitur, quod Dominus super eum fundauerit Ecclesiam.* Simile ex Naziazeno vide centur.4 col.558 lin.54. Vide ibidem col.1250 lin. 2 Idem expressius habent Tertul. Cypr. Origines supra citati tract. 1. sect 3. sub. 10. initio ad 8. 9. 10.

103 Vide vt Primatum Petri afferant plerique huius sæculi Patres centur. 4 col. 556. lin 15. & col. 551 lin 31. & col. 1074. lin. 13 Hoc idem fusius tractatur Tract.1. sect.3. subdiu 10 ad 5.6 7.12.

* Centuriat. 5 col. 1274 lin. 32 Hæc de Gelasio qui anno 480. vixit referunt, *Romanam Ecclesiam iure diuino contendit (Gelasius) esse omnium primam in epist. ad Brut. &c.* cap 11. Et Gelasius in decretis cum 70 Episcopis initio ait: *Romana Ecclesia nullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesijs prælata est, sed Euangelica voce Domini Primatum obtinuit, Tu es Petrus inquiens & super hanc Petram, &c.*

104 Bucerus in præparatio-

successorem eius scilicet 104. *Rom. Pontificem deriuatus. Unde & Rom. Sedem ob eam causam Patres*

riis ad Concilium ait, *Plane fatemur quod apud antiquos Ecclesiæ Patres, Romana Ecclesia supra alias principatum obtinuit, quippe quæ Petri Cathedram habeat, & Pontifices illi fere semper Petri successores habiti sunt.* Et Osiander centur. 4. pag. 294. circa med. De concilio Sardicensi (quod appellationes ad Sedem Rom. decreuerat) loquens, ait, *Inueteratus, communis, & de manu traditus fuit error, quod Petrus fuerit Romæ primus Episcopus, ideo hunc honorem habendum censuit Successori Petri, iuxta communem opinionem, &c.* Et S. Chrysostomus lib. 2. de Sacerdotio cap. 1. S. Petrum *Apostolorum Principem vocat, & reliquos Apostolos longe præcellere affirmat.* Et addit, *Quanam de causa ille idem (Christus) sanguinem effudit suum? Certe vt oues eas acquireret quarum curam tum Petro tum Petri successoribus committebat.* Et S. Leo (ad quem inter cæteros controuersiarum iudices Iuellus nostras appellauit) vt testantur Centuriat. cent. 5. col. 1262. lin. 30. *Multum laborat Primatum Petro præ cæteris Apostolis datum esse, & inde ortum habere Rom. Ecclesiæ Primatum.* Quod de Leone fatetur Ioannes Reinoldus, in collatione pag. 42. & 43. Idem de plerisque aliis Patribus testatur Fulco supra Tract. 1. sect. 3. subdiu. 10. ad 22. quod & ibid. in marg. ad 45. fusius declaratur. Adeo vt hunc Primatum sic ab Apostolo Petro acceptum tulerit Damasus (citatus à Theodoreto libro 5. hist. capite 10.) *Qui Episcopos Orientales filios suos ob debitam reuerentiam Sedi Apostolicæ exhibitam laudauit*, vt testantur & reprehendunt Centur. cent. 4. col. 551. lin. 37. Et Concil. Mileuitanum in epist. ad Innocentium Papam apud August. epist. 92. sic Innocentium alloquitur, *Quia te Dominus gratiæ suæ præcipuo munere in Sede Apostolica collocauit, &c. arbitramur authoritati Sanctitatis tuæ de sanctarum scripturarum authoritate depromptæ, facilius eos esse cessuros.* Vide Centur. 5. col. 775. linea 13. vbi hæc verba habentur, *Galla Placidia in epist. ad Pulcheriam & Valentinianus in epist. ad Theodosium. Nimiũ Romano Episcopo propter beatũ Petrum, & vrbis amplitudinem tribuunt.* Vide Fulconem in retentiua, &c. pag. 285. fine.

antiqui 105. Sedem Petri appellarunt & 106. Petri Cathedram, 107. quam & festo quodam proprio præ alijs Ecclesijs omnibus decorarunt, & 108. vt in publica Missæ Liturgia oratio pro Papa fieret, decreuerunt,

105. Prosper de ingratis sic ait.

Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput mundi, quicquid non possidet armis,
Relligione tenet, &c.

Quod quidem dictum sic Danæum pupugit, vt Prosperum *ob id Papæ parasitum*, nominaret & hoc eius pronuntiatum falsum esse assereret, in responso ad Bellarm. parte 1. pag. 594. circa med. Et Fulco in retentiua, &c. pag. 278. *Prosperum Sedi Romanæ nimium fauere ait.* Sed & S. August. in psalm. contra partem Donati sic habet, *Numerate Sacerdotes ab ipsa Petri Sede, &c. Ipsa est Petra, quam non vincunt superba Inferorum Portæ.* Vide verba S. Leonis supra Tract. 1. sect. 3.

subdiu.10.ad 45. & Petrus Chrysologus in epist. ad Eutichen ait, *Hortamur te frater honorabilis, vt his quæ à beatissimo Papa Romanæ Ciuitatis præscripta sunt obediēter attendas, quoniam beatus Petrus, qui in propria sede viuit, & præsidet præstat quærentibus fidei veritatem.*

106 Centurit. ob hoc accusant & reprehendunt S. Cyprianum supra Tract. 1.sect.3.subdiu.10. ad 87. Sanctus autem Hieron. sic Damasum alloquitur, ep. 57. *Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri communione consocior, super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio, quicunque extra hanc donum agnum comederit, prophanus est, &c. Quicunque tecum non colligit, spargit.* Et Optatus lib.2. contra Donatistas sic ait, *Negari non potest, scire te, in vrbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem collatam esse, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est, in qua vna Cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, vt iam scismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret, ergo Cathedra vnica est, &c.* Rursum, *Igitur de dotibus supradictis Cathedra est prima, quam probauimus per Petrum nostram esse.* Et S. August. epist.162. prope initium ait, *In Ecclesia Romana semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus.* Vide dictum Iulij sa-Tract.1. sect.3.subd.10. ad †. immediate ante 79.

107 Vide supra Tract. 1.sect.3.subd. 10. ad 41.

108 Concilium Vasense Can.6. *In omnibus Missis &c. Et hoc nobis iustum visum est vt nomen Domini Papæ quicumque Sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.* Hoc referunt & reprehendunt Centuriatores cent. 5. col. 775. lin. 7. Estque tam antiquum hoc Concil. vt Canon. 2. eiusdem citetur in Conc. 2. Arelatensi Can.28. vt testantur Centuriat. cent.4. col.706. lin.34.

runt, 109. Cum plerisque aliis Primatus Rom. Pontificis ex illa Constantini ætate notis & confessis testimoniis.

Et plerique sane Protestantes, cum in hac tāta luce latitare se posse desperent, in apertum vltro prodeunt, & dicunt, *Helenam* 110. *Constantini matrem, superstitione occæcatam fuisse, & Ecclesiam visibilem illius temporis Antichristianam & Papisticā.* Religionem vero nostrā Catholicam contra has aduersariorum calumnias eadem prorsus ratione defendere possumus, qua Maiestas vestra serenissima, rectè sane, ac religiosè, vsū Crucis, qui tempore Cōstantini frequēs fuisse noscitur, contra Puritanos tuetur, dum eos sic alloquitur. 112 *An ad eas iā redigimur angustias,* vt

109. Vide supra Tract. 1. sect.3. subdiuis. 10. ad 56. 57. 58. ac deinceps vsque ad 79.

110 Centur. 4.col.458 lin.5.

111. Napper. infra citatus sec. 4 post med. ad q. r. s. t. & alij quos vide supra hac eadē sect. ad 4.5. 6. post c & *. post f. Hinc Guliel. Leighus Principis nostri

Capellanus in libro cui Titulus, *Magnæ Britanniæ liberatio*, ait, *Papæ anno Christi trecentesimo* (ergo & toto illo tempore de quo nunc *quæritur*) *diaboli fuerunt.* Szegedinus in locis communibus pag. 397. circa med. *de Syluestro, Marco Iulio, &c.* (Qui tempore Constantini Romæ sederunt) *pronuntiat, quod fuerint mitrati Episcopi, & licet non pessimi, traditionibus tamen suis, ac decretis, Antichristo magno, sedem parauerunt.* Et Fulco in replica ad Bristoum pag. 2. ait, *Numquam mihi animus fuit agnoscendi Constantinum Iouinianum, Valentinianum, &cæt. tales esse, quales optarem. Etenim tam in religione eorum quam moribus, multa inueniuntur, quæ vtinam verbo Dei magis consentanea fuissent.*

Constantinum (S. Helenã dicimus nos) eiusdẽ *superstitionis insimulemus? Sane si tunc in vsu Crux fuit, cur nunc auferri debeat rationẽ nullam video.* Quare & maiestatis vestræ excellentiam iisdẽ verbis quibus olim Cẽturiatores in casu nõ dissimili Elizabethã nuper Angliæ Reginã allocuti sunt, cõpellare nobis liceat. 113. *Deberi Maiestati vestræ videtur iste labor, qui eã ætatẽ describit, qua Constãtinus ille magnus habenis Romani Imperij potitus, de vniuersa Ecclesia Christi, optime meritus est, æternùmque nomen accepit. Cum enim ille, vt tradunt historiæ, in Britannia, & Britannica stirpe natus sit, idque Regnũ eximia pietate, & virtute gubernauerit, redit hic Constãtinus iam ad te, offerens statum eius Ecclesiæ, quæ suo tempore totum orbem suo splendore illustrauit. Ferrum & æs triplex circa pectus eum habere necesse est, quem non maiorum suorum res piæ fœliciter ac cum eximia laude gestæ afficiant. Cũ autem tua maiestas omnib. bonis literis sit exculta, non dubitamus Constãtini Britãnici Ecclesiasticas rẽs tuæ maiestati iucũdissimas atq; acceptissimas fore. Nostrũ certe studiũ, atq; voluntatẽ speramus, maiestatem tuã pro pietate tua, & animi celsitudine improbaturam non esse.* Ex dictis satis constat, quod si prædicta Prophetarum vaticinia de tot Regum, & Regnorum Gentilium ad fi-

112. In collatione Hamptoniensi pag. 69. post med.

113. Centur. in epistola dedicatoria Centuriæ quartæ, ad Elizabetham Angliæ Reginam.

dem Christi conuersionem in trecentis illis post Constantinum adimpleta concedamus (quod tamen verum non est) id non à Protestantica Ecclesia, quæ tunc nulla fuit, sed à Catholica nostra & in ea prestitum fuisse.

QVOD A SEXCENTIS A CHRISTO ANNIS *ad nostram vsque ætatem, prædictæ Prophetiæ, in Protestantica Ecclesia impletæ non sint, cum tamen in Catholica adimpletæ fuerint.*

SECTIO IIII.

QVòd prædicta Prophetarum oracula, in sexcentis proximis à Christo annis minime impleta fuerint, hactenus ostendimus: tertiã iam propositæ diuisionis partem aggrediamur, quæ reliquum tempus à Bonifacio vsq; ad Lutherũ, mille nimirum sequentes ad nostrum vsque sęculum annos, continet. In quo quidem spatio, ea quæ de Ecclesiæ amplitudine, & Regum & Pastorum late patenti gubernatione prædicta sunt, manifestò impleta esse apparet. Hoc vero nõ per aliã, nec in alia, sed per Ecclesiam nostram Catholicam, & in ea, præstitum esse, & per se satis manifestum est, & ab ipsis aduersariis * nostris concessum,

* Ioannes Pappus Epito.

hist. Ecclesiasticæ cap. de Conuersionibus Gentium pag. 89. 91. 92. 93. 99. 100. 106. 107. &c. Et Cent. varias diuersarũ Gentium conuersiones à tempore Greg. 1. & Bonifacij 3. per Catholicam Romanam Ecclesiam factas recensent, nempe *Germaniæ* Cent. 8. cap. 2. col. 20. *vandalorum*. Cent. 9. c. 2. col. 15. *Bulgarorum*, *Sclauorum*, *Polonorum*, *Dacorum*, *Morauiorum*, Centur. 9. cap. 2. col. 18. & aliorũ multorum Regum & Regnorum Centur. 10. cap. 2. col. 18. & 19. & magnæ partis *Hungariæ* Cent. 11. cap. 2. col. 27. & *Noruegiæ*, Centur. 12. Osiander vero protestans Eccles. hist. Epit. cent. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. Multarum nationum conuersiones à Catholica Ecclesia nostra factas, à tempore Gregorij primi & Bonifacij 3. refert, verbi gratia *Dacorum* pag. 16. initio & 94. fine. *Morauiorum* pag. 16. fine. *Polonorum* pag. 36. post med. *Sclauorum & Bulgarorum* ibid. *Hunnorum* pag. 37. initio. *Normannorum*, pag. 72. post med. *Bohemorum* pag. 77. fine. *Sueuorum* pag. 21. circa med. & post med. *Noruegiorum*, *Liuonorum*, *& Saxonum*, pag. 86. circa med. *Vagariorum* pag. 104. circa med. *Rugiorum & Tuscanorum* pag. 99. post med. *Standiæ* pag. 111. circa med. *Maioricæ* pag. 341. circa med. *Tunis in Africa* pag. 377. fine, & multarũ aliarũ nationum pa. 342. ante med. Similia habet idem author Centur. 7. pag. 73. 168. & cent. 8. pag. 43. 112. 121. & 127. Sed & plurimarum aliarum nationum conuersiones in India tam Orientali quàm Occidentali & Africa hac nostra ætate factas refert & Symon Lythus Protestans, in responsione altera, ad alteram Gretseri Apologiam pag. 331. vbi inter cętera hęc habet. *Iesuitarum seges, & cet. paucorum annorum spatio non contenta Europæ finibus, Asiã, Affricã, Americã suis Idolis compleuit.* Has vero omnes conuersiones à Catholica nostra Ecclesia factas esse, tam manifestum est, Vt Whitaker. lib. de Ecclesia contra Bellarminum pag. 336. ante med. dicat, *Illas conuersiones tam multarũ gentium post tempora Gregor. de quibus hîc Bellarminus loquitur, non puras & integras fuisse, sed corruptas.* Et Danæus in respons. ad disput. Bellarm. parte 1. pag. 780. ait, *Propagatio autem illa, quam Gregorius primus, Zacharias, & alij Gregorij fecerunt, fuit inebriatio meretricis mundo facta, de qua est* Apocalips. 17. versu quarto & 8. 1 vers. 3.

adeo vt id alia ratione probare nihil sit necesse. Hinc voces illæ aduersariorum, *anno 605.*[n] *dũ in Cathedra Papali sederet Bonifacius tertius, vicit falsitas, tunc orbis Christianus Antichristianis fæcibus, detestanda superstitione, ac traditionibus Papalibus obrutus est, tunc vniuersalis illa decessio à S. Paulo prædicta, accidit.* Huic consonat Parkinsus. [o] *Nos* (inquit) *asserimus, per multa sæcula generalem quãdam Apostasiam orbem vniuersum inquinasse, nostrãque Ecclesiam tunc mundo visibilem non fuisse,*[p] Item

N. Vide Symonem de Voyon in Catalogo doctorum, &cæt. in epist. ad lectorem post med.

O. Parkinsus in Epitome Symboli pag. 400.

P. Idem vbi supra pag. 307. & Vvhitgiftus in defensione responsionis contra admonitionem pagina 442. post medium de anno Domini 659. loquens, ait, *Haud facile adduco Concilium aliquod huius sæculi, ad rem aliquam in controuersia positam, probandam.*

totos nongentos annos hæresis Papistica per vniuersum mundum sese diffudit.

Cum igitur in confesso sit (vt iam dictum 2. est) Prophetias illas de Regum & Regnorum gentilium conuersione, per sexcentos post Christum, & ante Bonifacium tertium, annos, non fuisse impletas, nosque iã exempla 3. protulerimus, quod post illud tempus impleri cæperunt, & impleta sunt, tot Regibus & Reginis, vti dictum est, per nostrã Ecclesiam ad Christum conuersis: eo tandem audaciæ peruenerunt aduersarij, vt dicant, (quod & animi & aures Christianorũ meritò abhorrere debent) vbi potissimum prædicta vaticinia impleri cæperunt, & per amplissimã illam tot Regum & Regnorum ad Christum accessionem completa sunt, ibi misterium † *Antichristi fuisse operatum.* Hinc illa Vvhitakeri vox supradicta, 4. *conuersiones illæ tam multarum Gentium post tempora Gregorij, non puræ, & integræ fuere, sed corruptæ*: quas etiam Danęus & 5 Hutterus

2. Supra Tract. 2. cap. 1. sect. 2. & 3.

3. Supra hac eadem sect. in marg. ad *.

† Fuleo in responso ad Pseudocatholicum pag. 27. circa med. *Papæ omnes à Bonifacio 3.* (sedit ille anno Domini 605). *blasphemi hæretici, & Antichristiani fuerunt,*. Idem habent Vvhitakerus, & Povvellus supracitati tract. 1. sect. 3. ad * ante 23. subdiuisione 10.

4. Vide Whitakerum supracitatum in initio huius sectionis in margine ad *.

5. Hutter.*ipsam inebriationem meretricis de qua Apocal.* 17.v.4.*&* 18.v.3. vocare sunt ausi. Hoc pacto gloriosam Christi Ecclesiæ dilatationem oraculis Prophetarum prænuntiatam, & de facto à tempore Gregorij primi, & Bonifacij tertij completam, falso & infami 6. *Apostasiæ Antichristianæ*, nomine nuncupantes. 7. *Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer!* Ecquis Christianus Ecclesiæ Christi propagationem Antichristianam dixerit? aut dicentem æquo animo feret? Hiccine nouæ doctrinæ terminus est ac meta? 8. *Qui habet aures audiendi audiat*, & ab ijs qui huiusmodi euomunt blasphemias sedulo sibi caueat.

Neque verò luculenta illa * Fulconis & Napperi, tam de tempore hoc, quam de trecentis illis proximis post Constantinum annis testimonia, omittenda sunt. q *Regnum Papale* (inquit Napperus) *à Siluestro Papa & Imperatore Constantino, ad mille ducentos sexaginta annos, in omnes Christianos potestatem exercuit*, r *toto illo tempore à Constantino vsque ad nostram ætatem, annis videlicet mille ducentis sexaginta, Papa & clerus eius externam visibilem Christianorum Ecclesiam occupauit*, circa

5. Vide verba Danæi ibid. & Hutteri (fuit is doctor & publicus professor Ecclesiæ Vvittembergensis) de sacrificio Missatico, pag. 377. fine ait, *Libenter concedo idolomaniam Pôtificiã, cuius neruus est sacrificium Missaticum, totum pene terrarũ orbem inuasisse, præsertim superiori proximo millenario. Sed & inde euidentissime colligo, Missam illam tuam fuisse illud poculum, quo Antichristus Romanus, omnes Reges terræ & vniuersum pene terrarum orbem infecit & fascinauit.*

6. Vide supra hac eadem sectione ad n. o. p. †.

7 Hieremiæ 2. 12.

8. Mathæi 13. 9.

* Fulco contra Stapletonum & Martialem pag. 25. paulo post medium ait quosdam Protestantes scripsisse, *Papam multis annorum centurijs mundum occæcasse, quosdam quidem mille, quosdam* 1200. *quosdam nongentos, &c.*

Q. Napperus in Apocalypsin pag. 45. versus finem.

R. Idem ibid. pag. 145. col. 3.

[s] *Circa annum Domini 300.aut 316. Regnum Papale initium sumpsit, longè latèque exinde dominans, idque absque notabili aliqua contradictione totos mille ducentos sexaginta annos*, [t] *vera Christi* Ecclesia *sine dubio interim latitante* [u] *& inuisibili permanente.* Huic [x] consonat Brochardus. Imo Napperus vltra progressus, non dubitauit asserere, *quod* [y] *toto secundo, ac tertio post Christum sæculo, vera Dei* Ecclesia *&* Euangelij *lumen, ab ipso Antichristo Romano obfuscatum fuerit.* Sebastianus autem Francus ipsam metam attigit, qui omnia ab ipsis Apostolis sæcula comprehendens, ait, [z] *Statim post Apostolos, omnia susque deque versa sunt, &c. & sine dubio operante Antichristo, externa* Ecclesia, *vna cum fide & sacramentis, statim ab Apostolorũ temporibus disparuerunt: nec mille his quadringentis annis* Ecclesia *visibilis vsquã fuit.* Tantum abest vt hactenus in Protestantiũ Ecclesia, vel ex sua ipsorum confessione, vaticinia illa de tot Regibus & regnis Gentilium ad fidem Christi conuertendis, impleta fuerint, quæ tamen in Catholica Ecclesia nostra adimpleta fuisse, illi ipsi negare nequeunt.

In

S. Idem ibidem pag. 68. versus finem.

T. Ibidem pag. 191. initio.

V. Ibidem pag. 161. col. 3. circa medium, & pag. 156. & 188. & 237. paulo post med. & 28. fine.

X. Brocardus in Apoc. folio 110. a & fol. 123. b

Y. Napperus vbi supra pag. 191.

Z. Sebastianus Francus in epist. de Abrogandis in vniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis. Et Fulco in respõso ad Pseudocatholicũ pag. 35. post med. ait, *Vera Ecclesia mox ab Apostolorum temporibus elanguit.* Idem affirmant alij supra citati tractatu 1. sect. 3. subdiuisione decima quarta, ad 9. 10. 12. 13. 15. 16.

QVOD OB NON IMPLETA PRÆDICTA vaticinia in Protestantium Ecclesia, Iudæi illis meritò insultare possint, & quod ex illa occasione Castalio in fide hæsitauerit, & Bernardinus Ochinus, & alij, in apertam apostasiam lapsi sint.

SECTIO QVINTA.

IN his ita explicatis, & confessis persistimus (Rex Serenissime) & Majestatis vestræ doctum, æquúmque iudicium ad litem hanc inter nos & aduersarios nostros definiendam requirimus. An scilicet prædicta vaticinia (quæ * impleta esse, nemini Christianorum dubitare fas est) in Catholica nostra Ecclesia, an Protestantica sint adimpleta. Interim dicant, quæso, nobis aduersarij, quomodo ante Lutherum vera esse ostendent, ea, quæ sacræ literæ (vt eas [a] Oecolampadius & plerique ipsorum authores interpretantur) *de æterno Christi regno & copiosa Regum illi seruientium multitudine, prædixerunt?* Et quęnam tandem sunt illa regna, quæ toto illo spatio Protestantes ab ethnicæ impietatis tenebris ad Christianæ fidei lumen perduxerunt? Aut quomodo Ecclesia Protestantium Synagogam Iudæorum 2. *numero, & amplitudine excellere iure dici queat,* (quod tanquam Ecclesiæ Christi proprium 3. Oecolam-

* Quid enim aliud esset quã Prophetas de crimine falsi accusare, si quis diceret, quæ illi prænuntiarunt non fore vel iam fuisse completa? Hoc est enim dicere, eos non esse Prophetas, sed Pseudoprophetas. Vnde Aug. de vnitate Ecclesiæ c. 9. tom. 7. & Douus tract. de Atheismo pag. 43. dicunt, *Atheismũ*

peret, sic discurrit, *Papæ & Iudæorum Synagoga plures amicos & maiorem pacem obtinuerunt in hoc sæculo nequam, quam vera Christi Ecclesia vnquam habuit.* Quæ quidem sententia Prophetarum vaticiniis plane contraria est. Illi enim ruinam Synagogæ, Ecclesiæ vero Christi propagationem, progressum,& miram amplitudinem prædixerunt. Et Cælius Secundus Curio de amplitudine regni Dei libro 1.pagina 65. initio, sic ait, *Quod vero de Iudæorum huius temporis paucitate ais, miror te hominem multarum rerum vsu peritum, atque in historiæ lectione versatum, ignorare,&c. Sunt enim qui affirmant non pauciores ex Hispaniis, quam ex Aegypto duce Moyse commigrasse. Occuparunt enim amplißimas in Oriente oras, & insulas, omitto veteres Armeniæ, Ponti, Asiæ, deinde Aegypti, Arabiæ, Africæ, Europæque Incolas, quos recensere nemo queat.* Fusius de his agunt Centuriatores 14.cap.cuiusque Centuriæ, cuius semper titulus est, *de rebus Iudaicis.* Et in initio cap.15. vbi qualibet centuria ostenditur, Iudæos, per multas nationes, vrbes & oppida dispersos semper fuisse.

6. Petrus Martyr in locis communibus Anglice parte 2. pag. 599. initio, ait, *Iudæi vsque in hunc diem manent, & licet grauiter afflicti, & miseranda captiuitate in plurima loca dispersi, religionem tamen suam tenent. Non antiqui Trojani, Hunni, aut Vandali, tam fortiter durarunt,&c. Sed & Origines suas, & historias verißime scriptas tenent: & cum vndique dispersi sint, nihilominus ritus suos custodiunt, quod quidem non nisi singulari Dei in eos prouidentia factū esse merito quis existimet.* Quod si Dei bonitas & prouidentia in dispersos & reprobos Iudæos, post iam destructam Synagogam, tam admirabilis appareat; Nonne ea in noui Testamenti Ecclesiam (quæ teste S. Paulo ad Hebr.8.vers.6. *in melioribus repromissionibus sancita est*) magis recere debet? Vide Petrum Martyrem vbi supra pag. 328.b. fine, & 329.a. initio.

prædicta Prophetarum oracula fuisse ante Lutherum impleta, ac per consequens, Christum Dominum verum fuisse Messiam, de quo illi merito dubitare viderentur, si tam multas Prophetarum suarum de Messia eiusque Ecclesia prædictiones, tot sæculis quot ante Lutherum fluxerunt, minime impletas fuisse cernerent.

Neque vero Iudæis solummodo id quod diximus, scandalum esse poterit,& lapis offensionis, nonnullis etiam primariis Protestantibus fuit offendiculo. Pauca quædam exempla afferam. Silebo tamen in quantas se angustias redigerunt, [b] primarij quidam authores Protestantes, hac de re cum Iudæis differentes.

B. Caluin. in Daniel. capite

2. & Luther.tom. 7. Vvittembergæ anno 1558. libro de Iudæis, &c. Lutherus enim eo in loco vt Iudæis fidem Christianam persuadeat, pleraq; Prophetarum oracula profert de Messiæ aduentu, & omnibus nota Ecclesiæ Christi & regni eius vsque ad finem mundi duratione, quæ quidem oracula, inquit ille, non in Iudæorum Synagoga impleta fuerunt, quæ iam diu dispersa fuit, & in gloria iacuit, sed in Ecclesia Christi, quæ totis mille quingentis proxime elapsis annis conspicua mansit, & toto terrarum orbe celebris. Ibidem folio 187. a. initio, & circa med. & 209. a. ante med. & 210. b. paulo ante & post med. Vnde & pergit, atque eos sic vrget, *Deinde locus Aggæi ad nullum quadrat alium, nam nullus potest ostēdi, inde à tempore Aggæi, qua posset vlla apparenti specie appellari omniū Gentium gaudium, ac consolatio, præterquā ille solus Dominus noster Iesus Christus, in illo gentes nunc 1500. annis habent consolationem, gaudium & desiderium, vt res ipsa est præ oculis.* Lutherus ib. fol. 215. a. rursum, *Etsi Iudæis non vellet promissum seruare, propter peccata eorū, tamen ideo Dauidem non falleret, cui hæc promisit, sicut in Psalm. 86. canit, cum nunc solium corporale Dauidis, annis mille quingentis iam dirutum, & euersum iaceat, quod tamen Deus promisit fore firmum, immotum & æternum &c.* Ibidem fol. 220. b, paulo ante medium. Rursum, *Deinde quomodo hoc quadrabit, legem ipsorum esse duraturam in æternum, cum iam annis plus 1500. Sacerdotium, Templum, regnum, cultus, omnia deleta & funditus euersa iaceant? &c. supra modum, & vehementer ridiculum est, quod nos Gentes persuadere Iudæi volunt, ad suam intermortuam absoletam legem, quæ nunc per annos 1500 antiquata, & abolita est, &c.* Hæc Lutherus fol. 221. a. initio, & paulo post medium. Quæ quidem omnia à Luthero contra Iudæos allata, ob prædicta Prophetarum oracula in antiquata illa eorum Synagoga non impleta, totidem verbis contra Ecclesiam Christi retorqueri possent, si quæ aduersarij de horrenda illa eiusdē per tot sæcula defectione narrant, vera essent. Tunc enim Ecclesia Christi minus conspicua fuisset, quam eodem tempore ipsa Iudæorum Synagoga. De quo plura vide hoc eodem cap. sect. 4. ad n. o. p. t. u. y. z. & sect. 5. in margine ad 6.

Sebastianus igitur Castalio * Professor Basiliensis, doctus imprimis Caluinista, & plurimum ab [c] Humfredo nostro & aliis laudatus, cum nonnulla ex prædictis vaticiniis de Regum conuersione, & fœlici Ecclesiæ statu, ac duratione citasset, & quomodo in Ecclesia Protestantica impleta fuissent inquisijsset, admodum perplexus, ad nuper defunctum Dominum nostrum Regem Edoardum sextum, sic scribit, [d] *Equidem aut hæc futura esse fatendum est, aut iam fuisse, aut Deus accusandus mendacij. Quod si quis fuisse dicat, quæram ab eo quando? Si*

* Osiand. in epitome centur. 16 pag. 753. initio ait, *Sebastianus Castalio, vir apprimè doctus, Caluinista tamen, linguarum peritissimus, &c.* Et Pantaleon in Chronologia pag. 125. in Catalogo *Patrum ac luminum Ecclesiæ* eum collocat, & addit ibidem pro

dicat

talibus *Gulielmus Farellus, Petrus Viretus, & Sebastianus Castalio, cognoscuntur.* Vide Humfredum in vita Iuelli editione Londini anno 1573. pag. 265. circa med. qui Castalionem laudat, eumque cum Luthero, Zuinglio, aliisque primariis Protestantibus connumerat.

C. Castalionem laudat Humfredus de ratione interpretat. libro primo pag. 62. 63. & 189. Et Gesnerus in bibliotheca Sebastiani Castalionis. Et Fredericus Furius citatus à Sebastiano Castalione defensione suarum translationum pag. 236.

D. Sebastianus Castalio in præfat. magnorum Bibliorum Latinorum quæ Edoardo sexto dedicauit, *Equidem aut hæc futura, &c.* vt in textu.

dicat tempore Apostolorum, quæram cur nec vndiquaque perfecta fuerit, & tam cito exoleuerit Dei cognitio ac pietas, quæ & æterna, & vndis maris abundantior fuerat promissa? Aperte sane insinuans, vel pandens potius, hunc periculosum scrupulum, & quod peius est, eundem haud soluit, sed dubium & indeterminatum relinquit. Addit enim [e] *Quo magis libros scripturæ considero, eo minus præstitum hactenus video: vtcumque oracula illa intelligas.* Verum multo magis deplorandus est Dauid ille Georgius Hollandus, qui multis annis * Basiliæ Protestanticam religionem professus, & magno in pretio ibidem habitus, tandem impius Apostata, Christum Dominum seductorem fuisse blasphemauit, & secreto multos in eundem pertraxit errorem. Primum autem huius Apostatiæ suæ initium inde sumpsit, [f] *Si Christi, inquit, & Apostolorum doctrina vera & perfecta fuisset, Ecclesia quam ipsi plantarunt mansisset, &c. Nunc autem constat, quod Antichristus doctrinam Apostolorum subuertit, & Ecclesiam ab ipsis ædificatam supplantauit, vt in Papatu patet, doctrina igitur Apostolorum falsa fuit, & imperfecta. Hæc nefarius ille Apostata.*

E. Castalio vbi supra.

* Osiander in epitome &c. Cētur. 16. parte 2. p. 647. paulo post medium. De Dauide Georgio inquit, *Vtebatur enim publico vir Dei ministerio Basiliensi, Egentibus eleemosynam subministrabat, ægrotos consolabatur, &c.*

F. Historia Georgij

Dauidis Antuerpiæ 1558. in octauo. Theologi autem Basilienses historiam hanc ediderunt. Hæc eadem clarius tradit tractatus ille Protestantis anonimi, cui titulus, *Apocalypsis insignium aliquot hæresiarcharum, &c. excusus Lugduni Batauorum* 1608.fol.4.membro octauo.

In hanc eandem causam referri potest 7. illius insigniter eruditi viri Bernardini Ochini lapsus, quem Sleidanus 8. tantopere laudat, quem 9. Bullingerus tanti fecit, 10. Cuius sermones ob excellentiam Anglicè versi sunt, de quo est illud Ioannis Balæi encomium 11. *Deum immortalem, quales illi duo senes peregrini, quos in vrbem vestram recepistis* (*Tigurini*) *Petrus Martyr; & Bernardinus Ochinus? Quæ duo luminaria? Quorum alterum si aliæ haberent Ecclesiæ magno thesauro & ornamento ditatæ, & beatæ viderentur. Fœlix Anglia dum hæc paria habuit, misera dum amisit, &c.* Dubitat 12. Caluinus quemnam *ex tota Italia* Bernardino Ochino, *& Petro Martyri conferat.* Hunc igitur tam insignem, tam eruditum, tanta virtute præditum virum, cui parem Italia non habuit, hoc tantum lumen, cuius præsentia beatam reddidit Angliam, absentia miseram, hunc (inquam) Bernardinum, prædictus scrupulus vacillare fecit, ac tandem perdidit, 13. *Cum perpenderem* (inquit) *quomodo Christus summa potentia, sapientia, ac bonitate, suam fundasset*

7. Ita eum laudat Iosias Simlerus in vita Petri Martyris ante medium.

8. Sleidanus libro decimonono anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo prope finem, *Bernardinus Ochinus Senensis qui summæ fuit apud Italos authoritatis, ob eloquentiam & opinionem virtutis, relicto vitæ genere Monastico, ad puriorem doctrinam se conuertit, & principio Geneuam, inde profectus Augustam, Conciones aliquot suas euulgauit, &c.*

9. Iosias Simlerus in vita Bullingeri fol. vigesimo octauo, anno 1555.

10. Inscriptionem habent, *Quatuordecim sermones Bernardini Ochini de Prædestinatione & electione Dei Anglice* versi per a. c.

11. Balæus in præfat. in Act. Rom. Pontificis versus finem, sic Tigurinos alloquitur, &c. vt in textu.

12. Caluin. lib. de scandalis extant in tract. Theolog. &c. pag. 111. b.

13. Bernardinus Ochinus in Præfat. suorum Dialogorum.

fundasset, ac firmasset Ecclesiam, sanguine lauasset, Spiritu dotasset, & rursus viderem, quod eadem funditus euersa esset, Non potui non mirari, & causam inuestigãs inueni fuisse Papas. Hoc igitur phantasmate primo inflatus, quod Papa Ecclesiam Christi euerterat, deinde circumcisionem, & poligamiam, docuit in cuius posterioris defensioné scripsit Italice dialogos 14. *quos latinos fecit* (inquit Beza) *bonus ille vir Sebastianus Castalio.* Tandem vero Christi diuinitatem abnegans, impurus Apostata 15. factus est. Quemadmodũ & Adam Neuserus 16. Caluinista doctus & primarius Pastor Heidelbergensis, ex ministro Turca factus, Constantinopoli circumcisus est.

Aliud exemplum de Allemanuo Redemontano ést notatu dignissimum 17. *Allemannus hic antea Bezæ familiarissimus, & strenuus Caluinista, Religioni Christianę longum vale dixit, & factus est Apostata, & blasphemus.* Eo nimirum opinionis errore decept⁹, quod dum prędicta vaticinia de amplitudine Regni Christi, in suę Relig. Ecclesia nondũ essent impleta, Messiá nondũ venisse sibi persuaderet. Plura Caluinistarũ apostatantiũ exépla proferri 18. posset. Neq; id mirum videri debet, cum ipse Caluinus, passim in scriptis suis, huius Apostasiæ semina sparserit, de quo non modo Catholici, sed & pleriq; 19. Protestantes illum accusant.

14. Beza de Poligamia pag. 4. initio.

15. Beza vbi supra. Vide Conradum Schlusselburg. in Theologia Caluinistica li. 1. fol. 9. b. ante med.

16. Osiander in Epitome &c Centur. 16. parte 2. pag. 818 fine & Cõradus Sclusselburg. in Theolog. Caluinistarum lib. 1. Act. 2. fol. 9. b. circa med. *Adam Neuserus olim Heidelbergensis Ecclesiæ primarius Pastor, ex Zuinglianismo per Arianismum ad Mahometanismum, cum aliis non paucis Caluinistis progressus est.* Vide Conradum Schlusselburgum in Theolog. Caluinistarum act. 2 fol. 10. in fine. *Vbi Turcas bene sperare & sentire de Caluinistis asserit.*

17. Verba sunt Conradi Schlusselburg. vbi supra fol.9.& 10.paulo post med. Idem asserit Beza epist. 65.pag.308.

18. Vide Schlusselburg. vbi supra fol 9.b. & Osiander Epit. Centur. 16. pag. 207. 208. 209. de Apostatis aliarum nationum. Nec inter nostrates defuerunt qui Christum verum Deum esse negarunt, quales temporibus Elizabethæ duo combusti sunt, teste Rogero in libro cui Titulus doctrina Catholica Ecclesiæ Anglicanæ impresso, anno 1607. art.2. pag.9. paulo post med. Alius autem ob eundem errorem carceri Londinensi dicto (Catehouse) mancipatus est. Sed & Foxius in Actis & monumentis pag.1538.initio narrat Ioannem Careleßium dum à fratribus suis concaptiuis de dissentionibus quę inter eos tunc gliscebāt, interrogaretur (pag.1532. circa med.) confessum esse *duos è fratribus, Christi diuinitatem negasse.* Cuius sceleris ita eundem Ioannem puduit, vt diceret *Deum immortalem, iam video plane vos id resciire, quod ego omnium rerum maxime vos nescire cuperem*, pag 1534. a. initio.

19. In Catalogo Francofurtiensi anni 1516.mentio fit libri à Protestante quodā Germanicè edito(qui & recusus est)sub hoc titulo, *Demonstratio è verbo Dei quod Calainistæ nō sint Christiani sed Iudæi & Mahometani baptizati.* Huius mentionē facit Hospinianus hist.Sacramentaria,parte altera fol 391·quod secundo impressus sit anno 1591. authore Ioanne Modestino. Doctus vero ille Ioannes Schutz in libro 50. causarum cap. 48.asserit, *Mahometismum, Arianismum, Caluinismum, fratres & sorores esse, seu tres caligas ex eodem panno confectas.*

20. Titulus eius libri est, *Caluinus Iudaizans, hoc est Iudaicæ Glossæ, & corruptelæ, quibus Ioannes Caluinus illustrißimæ scripturæ sacræ loca, & testimonia de gloriosa Trinitate Deitate Christi, & Spiritus Sancti &c. detestandum in modum corrūpere nō exhorruit. Addita est corruptelarum confutatio, per Aegidium Humnium sacræ Theologiæ doctorem, & professorem in Aca-*

Huius imprimis argumenti extat integrum Volumen,cui Titulus, 20. *Caluinus Iudaizans* &c. editum à celebri illo , & erudito Protestante, Ægidio *Hunnio doctore & primario Professore Vvittembergensi, & in Conuentu Ratisbonensi Potestantium* 21. *Antisignano.* Neque vero hæc eo animo à me scripta existimari velim, tanquam aduersariis insultare, aut inuidiam eis quoquo modo accersere cuperem(quam suspitionem,vel priuati cuiusquam ægre ferrem) quin potius vt in iustam defensionem nostram, his exemplis æquo lectori manifestum facerem,odium illud inueteratum,& plusquā Vatinianum, quo aduersarij, opinionis errore misere decepti , Ecclesiam nostram ac Religionem impugnant, qui cum satis videant,

Pro-

demiæ Vvittenbergensi anno 1595. In eo libro plerasque sacræ scripturæ testimonia (quæ hic inserere nihil necesse est) sanctæ Trinitatis fidem astruentia, vt à Patribus exponi & vrgeri solent, Caluinus eleuare in alium sensum detorquens. & Patrum authoritatem contemnens, conatur. Hunnius pag. 49. 50. 59. Hæc Caluini vestigia secuti eius discipuli, dum cætera scripturæ loca Trinitatem asserentia deprauare non sunt veriti, in barathrum tandem Apostasiæ delapsi sunt. Quæ huius generis affert Hunnius, & multa sunt, & grauia. Plura autem hac de re vide infra Tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiuisione 13. §. 3. fine ad *. proxime post q.

21. *Colloquium Ratisbonæ habitum Nouembri 1601. excusum Lauingæ anno 1602.* Ibid. pag. 23. apparet quindecim doctos Protestantes illi disputationi ineundæ deputatos esse, solum autem Hunnium totam fere suarum partium molem sustinuisse.

Prophetarum de vera Christi Ecclesia prædictiones, in sua non esse impletas, inhorrendã Apostasiam se præcipitare, & Religionem Christianam penitus deserere, quam Ecclesiã nostram (in qua oracula illa manifeste impleta esse reperiuntur) agnoscendo, eidem adhærere maluerunt. Atque hęc quidem pauca de eo prædicta oracula, de Regni Christi amplitudine, in Protestantium Ecclesia non fuerint impleta, & quam graue inde periculum & præiudicium Religioni eorum inde redundet, dicta sint.

Hic

CONFVTATIO EORVM QVÆ *Protestantes afferunt in Excusationem quod prædicta vaticinia in sua ipsorum Ecclesia non fuerint adimpleta.*

SECTIO SEXTA.

HIc dissimulare non possumus quin Maiestati vestræ graui iudicio subiiciamus, subterfugia illa potius quam responsa, quibus aduersarij in magnas sane angustias redacti, se suamque Ecclesiam tueri conantur. Quidam enim illorum amplitudinem illam Ecclesiæ à Prophetis prædictam, non nisi post g Euãgelium à Luthero promulgatum futuram esse, contendunt. Sed tam longa illa ab aduentu Christi vsque ad Lutherum intercapedo, manifestum * pacti diuini, Ecclesiæ suæ amplitudinem, eamque continuam promittentis, violationem includit. Secundo huic interpretationi doctiores Protestantes h contradicunt, qui volunt Prophetias predictas antè impletas esse. Neque vero euentus aliquis à tempore Lutheri eas adimpleuit, cum ne vnum quidem Regnum hactenus à Luthero vel suis à Paganismo ad Christi fidem sit conuersum. Denique nullus Christianus sine horrore

g. Author libri qui inscritur, *Antichristus sine prognostica finis mũdi pag.12. fine ait, Spiritus qui annuntiat futura non operatur nisi eunte Euangelio, quod sub finem ex confesso Lutherus primus inuexit.* Et pag.13. post med. addit. *Non manifestatur autem Pseudoprophetarum surre-*

ctio, nisi Euangelio: quod inde à primitiuo Apostolorum Euangelio ante Lutherum, vt diximus, nunquam iuit. Ne quis autem Hussiticum Euangelium pertinere huc putet, id prohibet, quod Christus Euangeliũ edicit, quod sub finẽ vniuersum orbem esset iturum. Porro Hussiticum Euangelium tantum Bohemis venit, signo ergo esse este non potest. Nam commune orbis Euangelium signo esse voluit, non illud vnius Gentis, Lutheri Euangelium per orbem volat, tam voce quam prelo, &c.

* De pacto hoc vide supra Tract. 2. cap. 1. sect. 1. ad o.

H. Whitaker. contra Duræum lib. 7. pag. 472. *Quicquid de Ecclesiæ propagatione, amplitudine, gloria veteres Prophetæ prædixerunt, id prefectum esse, historia luculentissime testatur, &c.*

horrore cogitare poterit nos tot ante Lutherũ sæculis, his contra Iudæos armis caruisse: aut quod Deus quæ in Ecclesię iuuentute seu media ætate distulerit, ea in ¶ Senecta eiusdem & senio præstare voluerit.

II.

Secundò alij cum respondere obiectioni supradictæ deberent, difficultatem noua quadam instantia augent. Aiunt enim Apostolũ prædicere § Decessionem futuram. Respondeo primo non dicere Apostolum (sic enim plurimis aliis scripturæ † locis contradiceret) decessionem hanc tot sæculis duraturã, quot nunc in quæstione versantur. Secũdò decessio hæc non est (Patres appello & ipsos Protestantes) ab Ecclesia de qua. * Gloriosa dicta sunt sed à *Romano potius* † *Imperio, quod tunc* k *quidem viguit ac floruit*, tandem vero * *interibit*, idque non pro parte, sed iuxta ipsius scripturæ textum, l auferetur. m Quod de Ecclesia dicere (inquit Vvhitakerus) *prophana hæresis esset.*

¶ *In hac mundi Senecta, post tenebras, lucem Euangelij exoriri & prælucere voluit Deus.* Sic Protestantes apud Osiandrum Centur. 16. post med. pag. 872. & Povvellus libro de Antichristo pag. 324 ait, *Hoc igitur extremo mundi senio, vbi iubar lucidissimi illius Luciferi splendescere capit, &c. opere laboreque magni illius reformatoris Lutheri, &c.* Et Schelto libro de secundo Christi aduentu fol. 5. b. post med. ait, *Senescente iam mundo, &c.*

§. 2. ad Thess. 2. 3

† Vide loca scripturæ supra citata Tract. 2. cap. 1. sect. 1. ad k. l. m. n. o. & infra Tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad t. u. x. y. z. a. b. c. &c

* Psalm. 86. 1.

1. Ambrос. in hunc locum & Tertul. de resurrectione carnis & in Apoc. cap. 32. & Augustinus de Ciuitate Dei lib.20.cap.19. & Hieron. quæst. 11. ad Algasiam. Cyrillus Cathachesi 15. Lactantius lib. 7. cap. 15. Vide Chrysostomum in 2. ad Thessal. cap. 2. homil. 4. vbi ait, *Quando Romanum imperium de medio sublatum fuerit, tunc ille (Antichristus) veniet.* Hæc opinio Patribus antiquis tã communis est, vt ob eandem eos perstringit Caluinus, in 2. ad Thessal. 2. Et Iustus Molitor de Ecclesia militante pag. 110. Et Schelto in lib. de secundo Christi aduentu, qui ob excellentiam Anglicè versus est, idem de Patribus affirmat fol.21. a. ante med. *Paulus* (inquit) *docet, non prius reuelandum Antichristum, nisi vetus illud quod vsque modo ducat imperium Romanum destruatur.* In quem sensum pleraque Hier. Tertul. Lactantij testimonia citat. Cui sententiæ accedit Bullingerus, in Præfatione sermonum in Apoc. paulo ante med. qui etiam Hieron. & Tertul. allegat. Vide hac de re plura supra Tract.1. sect.9. subdiu. 3. proxime post 16. ad †. §.

K. 2. ad Thessal. 2. 7.

* Vide Dresserum in Millenario 5. pag. 92. fine & 93. initio.

L. 2. ad Thessal. 2. 7.

M. Whitakerus in respons. ad Gulielmum Reinoldum in respons. ad Præfat. pag. 33. *Credimus Ecclesiam Christi nunquam interituram, & prophanam hæresim existimamus, asserere, quod Catholica Christi Ecclesia, vnquam in terris perierit. Hæc enim assertio ipsum fidei fundamentum subuertit.*

III.

Tertiò alij idem peccatũ peccant, loco enim responsionis, obiectionem afferunt. Sic Fulco, Sanctus Ioannes (inquit ille) [n] prædicit quod (ob Antichristi persecutionem) *mulier fugiet in solitudinem, vt ibi longo tempore maneat.* Sed qui hunc textum ac præcedentem sic vrgent, non tam respondere dubio proposito, quam prædictis Prophetarum oraculis contradicere videntur, nouumque Testamentũ veteri opponere. Adde primò, per hanc fugã in solitudinẽ non significari corporalem aliquam è mundo fugam, vt clarius patebit, per ea quæ infra 2. fusius de Ecclesia dicentur, sed spiritualem tantũ secessum, & cordis abstractionem à voluptatibus mundi, eiusdemque

N. Hunc locum Apoc.12.6 Fulco in respõs. ad Pseudocatolicum pag. 16 ante med.

2. Infra Tract. 2. cap.1. sect.1. versus finem.

ad cœlestia cogitanda suspensionem, quemadmodum recte 3. *Bullingerus fugam de Babilone intelligi debere contendit.* Porro S. Ioannes prędicit,* *serpentē antiquū, qui est diabolus & satanas ligandū per annos mille, vt non seducat amplius Gentes, donec consumentur mille anni, nec vsq; ad illud* ¶ *tempus soluetur.* Ait enim S. Ioannes Apoc. 20. 7. *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo.* qui quidem numerus licet indefinitus sit, & † plures forte annos significet, quam exprimantur, pauciores tamen haudquaquam significare potest. Aduersarij igitur qui contendunt Antichristum venisse, & Ecclesiā in solitudinē coegisse, adeovt nō amplius mūdo conspicua fuerit (sic enim ipsi volūt) tot sæculis intra mille primos post Christum annos, tam ipsis scripturis sacris, quam ¶ gregalium suorum interpretionibus plane contradicunt.

3. Bullingerus in Apoc. serm. 78. fol. 246. a. circa med. *Non docuerunt Prophetæ filios Israel vt è Babilone corporaliter locum mutando discederent, &c. voluerunt quidem vt fugerent non tamen corporum absentia, sed morum dissimilitudine, &c. Hæc est enim fuga eorum vt ab impietate sese cohibeant & abstineant, &c.*

* Apoc. 20.2.

¶ Vvillettus in Synopsi pag. 106. putat hos mille annos finem accepisse anno Domini 1294. Foxius autem in Apoc. cap. 11. pag. 245. circa med. sentit hos mille annos terminasse anno 1300. Vide ibid. pag. 346. fine & 347. fine. Vide Hospinianum *in historia Sacramentaria* lib. 4. cap. 2. pag. 295. ante med. & in epistola dedicatoria ante med. Et Bullingerus in Apoc. serm. 87. fol. 267. b. fine ait, *Euangelium prædicatum est non clam sed manifeste, non curte ac perparce, sed palam per spatium mille annorum, neque à paucis sed ab omnibus Gentibus receptum est.* Hinc Ioan. Baleus *tanquam ab ipso Textu hāc consequentiam colligit, Papatum non nisi post mille annos incepisse.* Libro de Imagine vtriusque Ecclesiæ Londini per Thomam Eastum fol. T. iij. & ggg. ij. & ggg. iij.

Deni-

† Mille anni totum Noui Testamenti tempus significat vsque ad Antichristū, qui Deo permittente mundum modico tempore seducet. Vnde quod Apoc. 20. 7. dicitur. *Consummatio mille annorum* Math. 24. 3. & 14. dicitur, *Consummatio mundi.*

¶ Plerique aduersariorum è scripturis sacris colligunt. *Antichristum nondum venisse.* Sic Vicelius libro de singularitate Antichristi. Zanchius in epist. Pauli ad Phillippenses, Colloss. Thessal. pag. 245. a. Franciscus Lambertus quem Bullingerus in Apoc. serm. 62. fol. 202. b. *virum pium, & insigniter eruditum* no-

minat. Huius testimonium quod Antichristus nondum venit, vide in libro cui Titulus *Antichristus siue Prognostica finis mundi* impresso Basileæ pag. 74. 75. 79 Alios authores Protest. vide apud Downum serm. de secundo Christi aduentu, &c. versus finem vbi ait, *Alii qui Protestantes nimium modesti, dubitant num Antichristus iam reuelatus sit annó.* Vide Acta & monumenta Foxij impressa anno 1576 pag. 739. Et vide supra tract. 1. sect. 6. subd. 3. prope finem in marg. ad †. post 18. Et Puritani Protestantibus improperant, quod teneant, *Papam non esse Antichristum.*

Denique hæc verba (*vt ibi longo tempore maneat*) in quibus maxima huius obiectionis vis posita est, à Fulcone addita textui sacræ scripturæ, sua ipsius propria sunt, ex oscitantia, vel alia quavis fraude veteratoria consuta textui, qui in se nihil habet quod fugam hanc (dato quod localis esse debeat, & intra mille illos annos euenire) tam longo tempore cótra tot alia oracula prædicta, duraturam esse probet, videlicet postremis 1300. vel nongentis annis, sed potius vt ipse textus expresse ait, [o] *modico tempore*, nempe [p] mille ducentis sexaginta diebus, vel vt alibi aliis verbis idem exprimitur, [q] *ad tempus, & tempora, & dimidium temporis*: vel denique vt alibi aliter enunciatur, [r] *quadraginta duobus mensibus.* Quibus quidem loquendi formulis quantumlibet variis, non nisi vnam, & eandem veritaté explicat, & inculcat Spiritus sanctus, spatium videlicet triū annorum, vt ex consensu [s] aduersariorum [t] expositione Patrum, & imprimis docti illius [u] Hieronimi Zanchij interpretatione cóstat. Quo quidem temporis interuallo persecutionis Antichristi æstus (vt illi autumant) duraturus prædicitur.

O Apoc. 12. 12 & 17. 10. & 20. 3. Foxius in Apoc. cap. 11. pag. 239. sic ait, *Neque enim fieri potest vt longum tempus eodem modico tempore figuratur, modico enim tempore modicum tempus designatur.* Qui & ibid. citat Franciscum Lambertum & Dauidem Chitræum. Et vide pag. 347. & 348. Et Baleum de Imagine vtriusque Ecclesiæ per Eastuan fol. T. iij. *Imo ipse Christus Dominus, Regnū Antichristi non nisi breue futurum esse satis ostēdit, cum ait, Mat. 24. 22. propter electos breuiabuntur dies illi.*

Quar-

Aduersarij vero nostri, dum Bonifacium tertium, qui sedit anno Domini 607. & suos exinde successores, Antichristos esse statuunt, De quo vide supra tract. 1.sect. 3.subd. 10.in margine ad * post 22.& tract. 1.sect.8. initio ad c. Hi mundum vniuersum seductum asserunt anno 607. vel etiam ante (de quo supra tract. 2. cap.1.sect.4.initio ad n.o.p.) Itaque isti scriptura tam frequenter & manifeste reclamante, tempus illud quo Satan mille annos ligandus prædicitur, in modicum vertere, & è contra modicum illud spatium persecutionis Antichristi sæpius in sacra scriptura & diuersimode expressum, in longum interuallum mille annorum & amplius protendere non erubescunt. Quo nihil peruersius fieri potest. Cum & ipse Downhamus tractatu de Antichristo lib. 2. cap.8.pag. 20.prope finem clara veritate conuictus fateatur, ex ipso sacræ scripturæ textu euidenter colligi, *quod modicum tempus, quo soluendus est Antichristus, tunc initium sumet, quando mille anni, quibus ligandus est Satanas finem sortientur.*

P. Apocalypsis 12.16.

Q. Daniel.12.7.& Apoc.12.14.

R. Apoc.11.2. & 13.5.

S. Dentonus in libro cui titulus *Ruina Romæ*, seu expositio in Apocalypsin pagina 134.

T. Augustinus de ciuit. Dei libro 20. cap. 23. & Hieronymus in Daniel. cap. 7.& Cyrillus catechesi 25.& Iren. lib. 5. fine & alij. Hinc Foxius in Apoc.pag. 345.post med. ait, *Docti sanctique interpretes, plerique fere omnes, quos hactenus videre contigit, nihil hic certi statuunt, nisi quod tempus, tempora, & dimidium temporis, ad tres duntaxat annos & semialterum restringunt.* Vide ibidem pag.362. prope finem, & Bullingerus in ser.16.in Apoc.in cap.11.fol.142.a. ante med. vel inuitus & sibi contradicens ita fatetur, *Sine dubio interpretes fere omnes, huic textui innitentes, regno Antichristi, & sæuissimæ persecutioni eius, non nisi tres annos cum dimidio tribuerunt, & cæt.*

V. Zanchius in epistola Pauli ad Philippenses, & Thessalonicenses, Colossenses pag. 245. a.

Quartò alij protestantes, qui Antichristi persecutionem tribus annis cum medio minime terminandum esse contendunt, sed amplius ei spatium temporis assignant, vt [x] Fordus, & [y] Foxius, per quemlibet mensem Sabbathum annorum intelligunt, vnde ratione subducta ex 42. mensibus fient anni 294. qui quidem (vt ipsi autumant) à prima Ecclesiæ primitiuæ persecutione inceperunt, & circa finem tertij à Christo sæculi desierunt. Hæc sane expositio nobis vel maxime fauet, & præ-

X. Fordus in Apoc.cap.13. v. 5. pag.97. ante medium, *Menses isti 42. designant paululum id temporis, quod diabolo concessum erat, supra cap.12. vide licet tempus [illegible]*

cutionis illius, quæ durauit vsque ad Constantinum magnum. Supputandi sunt enim prorsus, sicut sanctissimus Pater Ioannes Foxius intellexit, nempe per Sabbatha annorum. Quomodo menses 42. efficiunt annos 294. quibus à vicesimo anno imperij Constantini, (qui idem fuit annus Christi 329. subductis, liquido constabit Prophetiam istam statim post mortem impleri Christi incepisse.

Y. Foxius in Apoc. pag. 346. fine, & 365. ante med. suam hac de re sententiam proferens, eam tanquam per reuelationem sibi traditam asserit, *Arcano quodam* (inquit ille) *admonitionis sibilo, sine voce tamen &c.* Cui consonat Downhamus de Antichristo cap. 8. pag. 77. fine, & Bullingerus in Apoc. in cap. 12. serm. 52. fol. 161. b. qui fugam hanc Ecclesiæ in desertum interpretatur, *Decessum Apostolorum è Iudæa ad desertum Gentilium, inter quos Ecclesia magnopere dilatata est.*

dictiones illas de amplitudine Christi; tunc temporis non fuisse impletas (id quod nos dicimus) confirmant. Sed qui hanc sententiam sequuntur aduersarij ostendere tenentur, (in quo præsens quæstio vertitur) quando oracula illa in sæculis sequentibus sint adimpleta.

Atque hisce paucis Serenissimæ Majestati vestræ clarè ostendimus. Primò, quod iuxta sensum scripturæ sacrę ab ipsis Protestantibus probatum, Ecclesia Christi ab ortu suo, multorum Regum & regnorum Gentilium conuersione amplificanda prænuntiabatur. Secundò, in confesso esse, multos Reges & regna Gentilium iam inde à Constantino nostro primo Imperatore Christiano, vsque ad Lutherum, per Ecclesiæ nostræ Catholicæ ministerium ad fidem Christi perductos esse: quodque Ecclesia nostra in illo florenti statu manserit, totis mille ducentis sexaginta annis, (vt verbis 1. Napperi vtar) *longe lateque regnans*, &c. Tertiò, tantum abfuisse vt Protestantium Ecclesia tale aliquid præstiterit, vt è contra, *eam toto illo tempore latuisse*, 2. *& inuisibilem mansisse* ipsimet Protestantes fateantur, Qui quidem

* Supra tract. 2. cap. 1. sect. 4. in margine initio ad *.

1. Supra tractatus 2. cap. 1. sect. 4. ad q. r. s.

2. Vt supra ibidem ad n. o. & q. r. s. t. u.

scrupulus Castalionem tam male torsit, vt inde factus sit 3. in fide dubius, & 4. Dauid Georgius, & alij, ob eandem causam in apertam apostasiam sint prolapsi.

3. Sup. tract. 2. cap. 1. sect. 5. d. e.
4. Ibidem ad 13. 15. 17.

CAPVT SECVNDVM.

QVOD PASTORES, ET PER ILLOS verbi prædicatio, & Sacramentorum administratio in vera Ecclesia perpetuò manebunt.

SECTIO PRIMA.

IAm verò secundum è duobus propositis Majestatis vestræ graui iudicio subijciemus, atque ex illo scripturæ sensu, quem ipsi Protestantes admittunt, perpetuam ac visibilem verbi Dei, & sacramentorum administrationem à Christo Domino in Ecclesia tanquam necessarium, & ordinarium salutis medium institutam esse monstrabimus. Quamuis enim Deus per se electos suos vocare, iustificare, & in gratia confirmare, nullo alio velut instrumento mediante potuisset: De facto tamen (vel ipso ¶ Caluino iudice) id non alio modo ordinario, quam per Ecclesiæ ministerium facere decreuit. Vt igitur à verbi prędicatione exordiamur, testatur Apostolus, primo z *quod*

¶ Vide Caluini Institut. lib. 4. cap. 1. sectione 5. initio, vbi inter cætera

hæc habet, *Videmus vt Deus, qui posset momento suos perficere, noluit tamen eos adolescere in virilem ætatem, nisi educatione Ecclesiæ. Videmus modum exprimi, &c.*

Z. Ad Ephesios 4.11.12.13.

Christus in Ecclesia sua constituit Pastores, & Doctores, ad consummationem Sanctorum, & c. donec occurramus omnes in vnitatem fidei: id est iuxta aduersariorum expositionem [a] *in æternum.* Vnde & ijdem affirmant,[b] *Ecclesiam nunquam carere posse Pastoribus, & Doctoribus.* Imo quod amplius est, *Christum Dominum* [c] *non passurum Ecclesiam aliquam particularem carere villico qui eam curet,* quodque futuri sint in Ecclesia *Pastores & Doctores,* [d] *vsque ad consummationem sæculi, à Christo vsque ad Lutherum* (inquit [e] Fulco) cui & plurimi alij [f] Protestantes astipulantur.

Secundò, quod hi [g] *Vigiles seu Pastores* [h] *non silebunt,* [i] testatur Spiritus sanctus per os Isaiæ,[k] & ipsius Apostoli, nec negant aduersarij. Asserit enim Fulco [l] *veritatem in mundo non nisi eorum ministerio conseruari posse.* Vnde & Geneuenses [m] *ministerium verbi inter essentiales Ecclesiæ notas collocant.* Nec dubitauit Deeringus affirmare [n] *ex Euangelij prædicatione salutem oriri, & ex eiusdem defectu perditionem:* [o] *& sublata prædicatione fidem tolli.* In cuius assertionis confirmationem plurima scripturæ loca congerit. Tertiò, sacræ

A. Fulco cõtra Testamentum Rhemense in Ephes. 4. sectione 4. fol. 335. a. initio. Caluin. instit. impressis Geneuæ 1550. cap. 8. de fide sect. 37. 38. pag. 233. 234. Melancthon in locis communibus edit. 1561. cap. de Ecclesia.

B. Caluinus vbi supra, & Vvhitakerus de Ecclesia contra Bellarm. pag. 281. 285.

C. Fulco cõtra Heskinum, Sanderum, &c. pag. 539. prope finem.

D. Fulco ibidem pag. 536. paulo post medium. Sparkus in respons. ad Ioannem de Albines pag. 11. prope initium, *Semper habuit Ecclesia Christi, & in finem vsque habitura est, perpetua serie sibi per omnes ætates succedentes aliquos, qui veritatem alijs plene annuntiabunt, quique in diebus suis sicut lucerna super candelabrum posita lucebunt.*

E. Fulco ibid. pag. 560. initio.

F. Confessio Heluetica in harmonia confessionum pag. 33. 7. & Bertramus de Loque tract. de Ecclesia pag. 79. 26.

G. Esaiæ

G. Esaiæ 6.
H. Notæ marginales Bibl. Anglice 1576. in Esaiæ 62. 6.
I. Esaiæ 62. 6.
K. Rom. 10. 14. *Quomodo credent quem non audierunt, quomodo verò audient sine prædicante?*
L. Fulco in respons. ad Pseudocath. pag. 100. initio.
M. Propositiones & axiomata in Academia Geneuensi defensa pag. 845. circa medium.
N. Deeringus in lectione in epist. ad Heb. cap. 3. lect. 15. post initium.
O. Ibidem cap. 3. lect. 16. fine. Et Cartwrightus replica. 2. parte 1. pag. 300. circa med. ait, *Perire populum vbi sunt lectores, nisi etiam adsint prædicatores, & quod ex sola lectione communiter non nascatur fides nec salus prouenit.*

sacræ scripturæ * prædicunt, confitentur aduersarij, & ipsa rei natura loquitur (alioquin enim non essent veri Pastores) quod aliqui saltem ipsorum p *Falsa dogmata suborta impugnabunt, & palam arguent.* q *Cumque religio Christiana à Deo sit, non obstante quouis terrore humano id præstabunt, alioquin enim* (inquit r Deeringus) *honorem Dei in Angulis & locis tantum desertis abscondèrent. Cum*, teste Apostolo, * *ore confeßio fiat ad salutem.*

Iam vero de perpetua sacramentorum administratione, sine qua (inquit † Augustinus) Ecclesia consistere nequit, agamus. Primò, sacra scriptura docet, quod in Ecclesia s *mors Domini annunciabitur donec veniat.* Secundò, docent Puritani, t *futuros esse in Ecclesia Pastores, & Doctores vsque ad consummationem sæculi, qui verbum Dei & sacramenta hominibus porrigent,* u *quare verbi & sacramentorum ministerium absolutè necessaria esse ad salutem tenent.* His astipulantur Protestantes, vnde illa Vvhitakeri vox de verbi & sacramentorum administratione, x *si adsint Ecclesiam constituunt, & tollunt si absint.* Huic

* Prouerb. 1. 20. & 8. 2. 3. & 9. 3. 4.
P. Fulco in responsione ad Pseudocath. pag. 11. initio, & 92. ante med.
Q. Deeringus vbi supra in cap. 2. vers. 12. lect. 10. circa med. & cap. 3. lect. 12. fine.
R. Deeringus ibid.
* Rom. 10. 10.
† S. Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 19. c. 11. *In nullum nomen Religionis seu verum seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum consortio colligentur.*
S. 1. Cor. 11. 26.
T. Beza serm. in Cantic. An-

glice pagina septuagesima nona, & octogesima.
V. Vide recognitionem sanctæ disciplinæ prætensæ per Bancroftum pag. 440. 441.
X. Vvhitakerus contra Duræum lib.3. pag.249. ante med.

Y. Vvillettus in Synopsi p.71.
Z. Idem vbi sup. pa. 69. Vide Fielium mox infra citatum ad lit. c. in margine.
A. Lobechius Lutheranus & publicus Professor Rostochij in disputat. Theolog. pag. 213. sect. 44. de his ait, *Tam arcto & indiuisibili nexu inter se copulata sunt, vt in cœtu vocatorum alterum sine altero esse non possit; & negato vno, alterum quoque negare necesse sit.*
† Iacob libro cui titulus rationes è verbo Dei petitæ, &c. pag. 11. communem Protestantium, & Puritanorum doctrinam tradens ait, *Hæc est descriptio visibilis Ecclesiæ, quæ ex publica authoritate in Anglia docetur* art. 10. videlicet, *Visibilis Ecclesia est cœtus fidelium, inter quos verbum Dei prædicatur, & sacramenta administrantur, &c.* Similem definitionem habet Vvillettus in Synopsi Papismi pag. 54. circa medium, *Quomodo autem verbum Dei prædicari & sacramenta administrari, nisi in cœtu visibili possunt?*
B. Vvhitakerus contra Duræum lib. 3. pag. 260. *Hæ sunt Ecclesiæ proprietates essentiales.* Vide eundem in Apologia, &c. pag. 81. Et Cowellum in examinatio-

Huic consonat Vvillettus, [y] *Hæ notæ*, inquit, *abesse ab* ECCLESIA *non possunt, neque enim amplius* ECCLESIA *est, si has notas non habeat. Addit,* [z] *Harum notarum defectus nullitatem facit* ECCLESIÆ. Quibus duobus in hac parte cæteri [a] Lutherani suffragantur. Ex dictis perpetua Ecclesiæ visibilitas † necessario deducitur. Tertiò, *has notas* ECCLESIÆ *essentiales esse* dicunt [b] aduersarij, ob eam nimirum causam, [c] quia *his vera* ECCLESIA *à falsis discernenda sit, vt homines salutis suæ studiosi, vbinam vera sit Ecclesia, & cui potissimum cœtui hominum se adiungere debeant, intelligant.* Hinc est quod ECCLESIA militans in scriptura sacra describitur, non misera aliqua & pusilla paucorum egenum factio, sed ampla * & copiosa multorum congregatio, eaque non obscura & latens, sed vt ¶ *Ciuitas super montem posita, quæ abscondi non potest:* vel *vt mons* 2. *præparatus in vertice montium, & exaltatus super omnes colles*, id est, 3. *in loco eminenti situs, vbi discerni, ab omnibus ac videri possit. Omnes* (inquit Propheta) 4. *cognoscent quod hoc sit semen cui benedixit Dominus: Ratione formæ externæ,*

ne, &c. pagina vigesimaprima ante medium, & pagina quinta fine.

C. Hiperius in Methodo Theologica pag. 548. & pag. 552. & Amandus Polanus in partit Theolog. pag. 304. ante med.

* Cælius Secundus Curio librum composuit de amplitudine regni Dei, quem Beza in epist. Theolog. epist. 46. pag. 232. circa med. laudat. In eo vide lib. 1. pag. 5. 14. 24. & lib. 2. pag. 135. 148. 167. 183. 232. 233. 243. 246. & lib. 1. pag. 96. 97. 100. 106. 108. 115. 117. 120. 128. 131. vbi obiectionibus quæ in contrarium fieri solent respondet.

§. Math. 5. 15. Esaiæ 2. 2. Sic hos textus interpretatur Humfredus infra in margine sub lit. e. & sanctus Augustinus tom. 6. contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 13. *Propter hos enim motus paruulorum qui possunt seduci ab hominibus à manifestatione claritatis Ecclesiæ, Dominus quoque prouidens ait, Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta.* Et tom. 7. contra literas Petiliani lib. 2. cap. 32. addit, *Hinc fit vt Ecclesia vera neminem lateat, vnde est illud quod in Euangelio ipse dicit, Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta. Ideoque in eodem Psalmo connectitur, in sole posuit tabernaculum suum, id est in manifestatione.*

2. Esaiæ 22. & Mich. 4. 2.

3. In marg. Bibliorum Anglice 1576. ad cap. Esaiæ. 2. 1. In

næ, inquit ille, [d] *semper sensibilis, & conspicua erit.* Estque hæc veritas tam clara, vt ipsi aduersarij [e] ex scripturis perpetuam *Ecclesiæ visibilitatem astruant,* 5. *nec alium in vitam æternam ingressum, quam per eam concedant.*

6. Neque

D. Bartholomæus Kixermanus in systema Theolog. p. 408. initio ait, *Noui Testamenti Ecclesia ratione notarum, & formæ externæ semper debet esse sensibilis, seu conspicua, vt nimirum reliquæ Gentes quæ adhuc extra Ecclesiam sunt, scire possint cuinam Ecclesiæ sese debeant aggregare. id quod de Ecclesia noui Testamenti Esaias capite 61. ab initio magnificis verbis prædixit.* Et Hyperius in Method. Theolog. pag. 552. prope finem ait, *Profecto nisi hæc signa externa, ac vera Ecclesia sensibus deprehenderetur, qui scire posset homo, cuinam cœtui salutis consequendæ gratia adhærendum sibi foret?* Et Petrus Martyr in epist. annexis locis communibus Anglice pag. 153. a. circa med. *dum quædam commemorat in quibus se cum Catholicis conuenire profitetur, ait, Neque nos inuisibilem constituimus Ecclesiam, sed congregationes definimus, quibus fideles sese tutò committere posse intelligant.* Et paulo ante dixerat, *hanc opinionem sibi suisque cum Catholicis esse communem.*

4. Esaiæ 61. 9. *Et scient in Gentibus semen eorum & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Quid apertius dici potest ad Ecclesiæ visibilitatem astruendam?

E. Enoch Clapham in Antidoto schismatis pag. 18. post multa scripturarum testimonia aliasque probationes nonnullas, tandem concludens ait, *Non modo antiqui omnes, sed etiam omnes nostræ ætatis eruditi, Ecclesiam semper visibilem esse tenuerunt,* vt Fieldus lib. 1. de Ecclesia cap. 10. pag. 19. ait, *Persona eorum ex quibus*

constat Ecclesiæ visibiles sunt, professio eorum etiam prophanis & impijs nota est, neque hoc modo Ecclesia inuisibilis esse potest, &c. cum aliis pluribus in eundem sensum, & pag.21.circa med.addit, *Verum quidem est, frustra laborare Bellarm. vt probet Ecclesiam esse & semper fuisse visibilem, idque non ex paucis quibusdam huic inde dispersis Christianis collectam, absque ministerio, & sacramentorum vsu, hoc enim totum illi vltro damus, licet aliqui forte aliter opinati sunt.* Nec minus disertè Melancthon Ecclesiam visibilem esse contendit, idque è scripturis colligi asserit, in locis communibus edit.1561.cap.de Ecclesia, pag.354. initio, dum ait, *Quotiescunque de Ecclesia cogitamus*, &c. vt infra ad 6. Quod cum ex plurimis scripturæ locis probasset, ait, Hæc & similia sacræ scripturæ loca, *non de Idæa Platonica, sed de visibili Ecclesia loquuntur.* Vide ibid.pag.360.post med. Vide eundem Melancthonem in præfat. libri qui inscribitur, *Corpus doctrinæ Christianæ in Ecclesijs Saxon. & Misnicis Electoris, Saxonici*, impressi Lipsiæ anno 1561. & in Concil. Theolog. parte 1.pag. 512.& parte 2.pag 201.& 394. Et vide Humfredum Iesuitismi parte 2 rat.3.pag. 240. vbi hæc habet, *Declaratum est nos Ecclesiam non in aëre collocare, sed in terra; nos Ecclesiam confiteri, esse oppidum supra montem positum, quod abscondi non potest Matth. 5. Montem excelsum domus Dei cunctis collibus editiorem, ad quem omnes Gentes cōfluent. Esaiæ 2. &c. Cur ergo anxie & curiose probant, quod nunquam est à nobis negatum? &c.* Et ibid.241.initio, ait, *Visibilis est propter exercitia pietatis, quæ videntur ab omnibus in Ecclesia, nam dum ministri docent, discunt alij, illi sacramenta administrant, hi communicant, &c. Qui ista non videt, talpa est cæcior. Visibilis est, quia notæ sunt insignes & conspicuæ, &c.* & pag.242.initio sic ait, *Non enim clancularij secessus, &c. Conuocationes sunt Christianæ.* & pag. 281. fine de Ecclesia militante, de qua non solum controuersia vertitur, inquit, *Oportere Ecclesiam esse conspicuam, conclusio est clarissima.*

5. Caluinus institut. lib.4.cap.1.sect.4. *Verum nunc quia de visibili Ecclesia disserere propositum est, discamus vel vno matris elogio, quam vtilis sit nobis eius cognitio, imo necessaria, quando non alius est in vitam ingressus nisi nos ipsa concipiat vtero, nisi pariat, &c. Denique sub custodia, & gubernatione sua nos tueatur, donec exuti carne mortali, &c. Adde quod extra eius gremium nulla est speranda peccatorum remissio.*

6. Neque salutem vllam in secreto aliquo cœtu sperandam esse putant, quin imo phantasticam illam latentis, inuisibilis Ecclesiæ opinionem [f] vt portentosam, & [g] scripturis sacris contrariam explodendam censent. A qua Saluator noster (vt ipsi interpretantur) nos abstinere præcepit, dum ait, 2. *Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralibus nolite credere.* Quin & 3. *breui illo tempore* quo ob

6. Melancthon in locis communibus edit.1561.cap. de Ecclesia pag. 354.initio, *Cum de Ecclesia sermo est, illam cœtum hominum congregatorum. co-*

gitemus, quæ est Ecclesia visibilis, nec somniemus electos alibi inueniendos, quam in hac societate visibili, &c. nec vlla alia Ecclesia inuisibilis imaginationem nostram subeat. Sciendum autem est, ministerium Euangelij publicum esse oportere. Et Humfredus Iesuitismi parte secunda pag.242. initio ait, *Secreta conuenticula non sunt conuocatio Christiana, &c. quia hæc communio Sanctorum publica testificatio est Christianitatis.* Et Iustus Molitor de Ecclesia militante, &c. contra Bellarm. pag. 36. sect. 4. ait, *Hæc inuisibilis Ecclesia electorum in illa visibili Ecclesia latet, nec extra eam inueniri potest, sicut recte dicitur extra Ecclesiam, nempe visibilem, non est salus, &c.* Vide plura ibid. pag. 38. sectione 10.

F. Melancthon in Consiliis Theologorum parte 2. *Necesse est fateri visibilem esse Ecclesiam, &c. Quo spectat hæc portentosa oratio, qua negat esse vllam visibilem Ecclesiam?* pag 393. fine & 394. initio.

G. Enoch Claphamus in Antidoto scismatis pag. 17. *Quod contra omnem scripturam sacram est, Ecclesiam per aliquot sæcula non fuisse visibilem asserunt: quæ assertio est contra psal.72.3.17. Esaiæ 59. 21.*

2 Math.24.26. Enoch Clapham. Vbi supra pag.23. *Christianos exire vetat ad solitaria illa & angularia Euangelia* Math.24.23.24.26. Et S. August. Tom. 4. quæst. Euang. lib.1. quæst. 38: *Constituta ergo authoritate Ecclesiæ per orbem terrarum clara atque manifesta, consequenter discipulos admonet, & qui in eum credere voluerint, ne Scismaticis atque hæreticis credant: Vnum quodque enim scisma, & vnaquæque hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum, partem aliquam retinens, aut obscuris atque occultis conuenticulis curiositatem hominum decipit. Ad quod pertinet quod ait, Si quis vobis dixerit ecce hic est Christus, aut illic, quod significat terrarum partes, & prouinciarum, aut in penetralibus aut in deserto, quod significat obscura, & occulta conuenticula hæreticorum, &c.* Vide eundem contra Faustum Manichæum lib.13. cap.13.

3. Apoc. 12.12.& 17.10.& 20.3.

Antichristi persecutionem *in desertum* 4. *cogetur*, eam etiam tunc visibilem futuram autumant. Vnde & Fulco vtcunque hac in re strictus ac rigidus censor, tamen ipsa scriptura conuictus fatetur. 5. *Veram Ecclesiam licet obfuscatam, & ab Antichristo in desertum pulsam, per orbem nihilominus dispergendam fore.* 6. *Quodque tempore Antichristi non in aliquẽ mundi angulũ detrudenda sit, sed semper per multas Gentes diffundetur, nec obscura latebit* (inquit Bullingerus) *sed celebris, & illustris erit.*

4. Apoc. 12.6. *Hoc breue tempus fugæ, vt ex testimoniis sequentibus colligitur, non localem aliquam fugam significat, à conspectu mundi, sed tantummodo spiritualem quendam cordis secessum, quo Ecclesia contemplationi vacabit.* De quo vide Bullingerũ

Atque hoc ipsa scripturæ sacræ litera plane conuincit, quæ non modo *mulieri fugam in de-*

supra Tract.2. cap.1.sect.6.ad 3.post n.

5. Fulco contra Testamentum Rhemense in 2. ad Thessal.2.cap. sectione 5. fol. 354. b. fine.

6. Fulco ibid. fol. 355. a. initio. Similia habet Whitakerus resp. ad Guilielmi Reinoldi Præfat. pag. 34. & 37. & Foxius in Apoc. pag. 349.

* Bullingerus in Apoc. fol. 200. a. & b. cuius verba citantur infra in Marg. Tract.2.cap.2.sect.11.subd.1. fine ad figuram 3.

sertum 7. 1260. *diebus* describit, sed & verbi Dei prædicationem totidem dierum numero 8. definit, quæ quidem prędicatio æque latè patebit, ac ipsa persecutio. *Nempe* † *sedentibus super terram, & super omnem Gentem, & Tribum, & populum, dicens timete Dominum & date illi honorem, &c.* Atque huic interpretationi suffragantur aduersarij. 9. *Ministri Dei* (inquit Szegedinus) *toto illo tempore prædicabunt, quo Antichristus ciuitatem sanctam calcabit.* Et Giffordus 10. *Hi duo testes non definitè pro solis duobus accipiendi sunt, sed indefinitè pro illis omnibus, qui Antichristum impugnabunt, qui quidem toto tẽpore regni Antichristi prædicabunt.* In quam sententiam plurimorum aliorum Protestantium testimonia 11. afferri possent.

Perpetua

7. Apoc.12.6.
8. Apoc.11.3.

† Apoc.14.6.7 & idem asseritur Apoc.20. 7. 8. vbi de eis qui Ecclesiam persequentur, dicitur, *quorum numerus est sicut arena maris, & ascenderunt super latitudinem terræ & circuierunt castra Sanctorum & ciuitatem dilectam.* Plane significans, tam persecutores, quam eos, qui ob Christi nomen persecutionem patientur, æque longe lateque dispergendos esse, nempe *super latitudinem terræ.* Vide vt huic interpretationi consonet S. Augustinus *de Ciuitate Dei* lib.20.cap.11.

9. Szegedinus in tabulis analiticis pag. 368.

10. Giffordus in Apoc. serm. 21. pag. 191. fine & Povvellus de Antichristo lib.1. pag.114. *Dicimus ergo per hosce duos testes intelligi quosvis constantes, ac fideles testes, qui licet numero multi sunt, tamen duo dicuntur quia comparatè, &c.*

11. Vide Fulconem contra Testamentum Rhemense fol.475.b.sect.4.& Bullingerum in Apoc. in cap. 11. fol. 142. b. post med.

QVOD PROTESTANTES QVO *probent prædictas notas suæ Ecclesiæ perpetuo affuisse, promiscue tam Catholicos, quam hæreticos vt membra suæ Ecclesiæ numerare solent.*

SECTIO SECVNDA.

PERPETVA hæc & visibilis verbi & Sacramentorum administratio, è confesso sacræ scripturæ sensu petita, & sine qua vera Ecclesia consistere nequit, tanti momenti est, vt S. Aug. vel hanc notam solam ex scripturis citare, & vrgere non dubitauerit, tanquam certum signũ 12. *quo paruuli liquidam, discernentes ab erroribus veritatem*, Ecclesiam teneant (seu agnoscant.) Nunc igitur quomodò ea in Ecclesia nostra semper manserit, paucis expendamus. Qua in re cum aduersarios vrgemus, nihil illis familiarius, quam in defensionem suam omnia priorum temporum exempla scrutari, & quoslibet enumerare (sępe etiam falso) qui Papam quovis modo in vno aliquo fidei, vel morum articulo impugnauerit. Huiusmodi autem omnes licet alioquin in fidei doctrina Protestantes ex diametro oppositi essent, ab aduersariis nostris præ inopia in Catalogo suæ

12. Augustin. Tom. 6. contra Faustum Manichæum lib. 13 cap. 13. Neophitum sic interrogãtem introducit. *Quo ergo signo manifesto adhuc paruulus, & non valens liquidam discernere à tot erroribus veritatem, quo manifesto iudicio teneb[o] Ecclesiam Christi in quem iam credere*

tanta rerum ante prædictarum manifestatione compellor? Cui sic respondet S. August. *Sequitur Propheta, & tanquam motus animi eius ordinatissimè excipiens, docet eum Ecclesiam Christi ipsam esse prædictamque omnibus eminet, & apparet, &c. Propter hos enim paruulorum motus qui possunt seduci ab hominibus à manifestatione claritatis Ecclesiæ, Dominus quoque prouidens ait, Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta, quia vtique sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra, vt non audiantur illi qui ad religionum scissuras traducunt, dicentes, hic est Christus, ecce illic, partes enim ostendunt, dicentes ecce hic, ecce illic, cum illa ciuitas supra montem sit. Quem montem? Nisi eum qui secundum Prophetiam Danielis ex paruulo lapide creuit, & factus est mons magnus, ita vt impleret vniuersam terram?*

suæ Ecclesiæ doctorum promiscuè reponuntur. Sic verbi gratia * Ioannes de Rupe Scissa, Guilielmus de sancto Amore, & Petrus Bloix, eo quod mores cleri arguerent, inter Protestantes recensentur: Ob quam eandem solam causam ¶ Guilielmus Occam, Ioannes Scotus, & Ioannes Gandauensis, in eodem albo ponuntur. Immerito etiam hoc suo nigro carbone notāt [h] Alcuinū Archiepiscopū Cantuariensem, venerabilis Bedæ discipulum, propter opinionem illi falso impositam, contra realem corporis Christi in Eucharistia præsentiam, cum eum ab hoc errore prorsus abhorruisse, scripta eius luce clarius [i] ostendant.

Imò aliqui Protestantes [k] venerabilem Bedam suis aggregare non dubitarunt, licet alij verius, & candidius eundem reiiciant, tanquā Papistam insignem, [l] vtpote *eos omnes articulos tenentem, quibus hodie Protestantes à Papa dissentiunt.* Quin & Petrum Lumbardum magistrum sententiarum (si Deo placet) [m] inter docto-

* Vide infra Tract.2. cap.2. sect.7. versus finem in marg. ad 2. de Ioanne de Rupe Scissa & Guilielmo de S. Amore. De Petro vero Blesensi (quem Gabriel Povvellus in considerat. &c. pag. 52. initio sibi vendicat) Vide Osiandrū Centur. 12. pag. 281. post med. vbi sic ait. *Petrus Blesensis, &c. principum Prælatorum religiosorum & priuatorum peccata grauiter arguit &c. non tamen Pontificios errores refutauit.* Hiccine ergo Protestans censendus erit?

¶ De Guilielmo Occamo vide acta & monumenta edita 1596. pag. 358. a. lin. 88. & de Scoto ibid. pag. 130. b. lin. 8. & Osiandrum Centur. 9. pag. 44. & de Ioanne Gandauensi

nensi ibid. pag.3'8. a. lin. 88.
H. Sic Sparcus in respons. ad Ioannem de Albines pag. 64. prope finem & Symon de Voyon in Catalogo doctorum Ecclesiæ Dei in tabula numero 11.
I. Alicuinus lib. de diuinis officiis cap. de missa ait, *Consulens Deus infirmitati nostræ, qui non solemus carnes crudas manducare, & sanguinem bibere, facit vt in pristina remaneant forma duo illa munera, & est in veritate corpus Christi, & sanguis.*
K. Humfredus Iesuitismi parte secunda rat. 3. pag. 326. initio & Symon de Voyon vbi supra in tabula numero 107.
L. Luc. Osiander Epit. Centur. 8. pagina 58. initio vide hoc supra Tract.1. sect.1. in marg. ad g.
M. Symon Pauli in methodo aliquot locorum doctrin. & cætera, tradita Rostochij fol. 12. b.

doctores & restauratores cœlestis disciplinæ reponunt, & cum [n] Husso & Luthero collocant, cum is tam celebris fuerit Catholicus, vt eum Foxius [o] *firmam columnam Papismi* nuncupauerit. Simili iniuria Illiricus † Ioannem Gersonem, Thomam Aquinatem, & plerosque alios scholasticos, de quorum in fide Catholica integritate dubitare nefas est, † in Catalogum testium Protestantium reponit. His adde * S. Bernardum, Erasmum. Picum Mirandulanum aliosque haud dubio Catholicos, quos iniuste sibi vendicant aduersarij.

Fieldus autem primarius 2. quidam Protestans in eas redigitur angustias, vt totam illam Catholicorum turbam, qui in aduentu Lutheri orbem vniuersum occupauit (paucis quibusdã demptis quos particularẽ factione vocãt) taquã suæ sectæ 3. sequacẽ, nõ minus iniuste, quã audacter vendicet: cũ tamẽ tot Protestãtes iam supra citati, Ecclesiã suã tunc temporis 4. *plane inuisibilem & incognitam fuisse* fateãtur. Nec Catholicos solum, sed etiam manifestos hæreticos, ad suorum numerum au-

M. Symon Pauli ibi. fol. 15. b. & Hiperius in methodo Theolog. in Præfat. p. 2. fine & 2. circa & med.
O. Acta & monumenta pag. 41. b. circa med.
†. Vide hos & alios plerosque in tabula Alphabetica Catal. testiũ veritatis per Illiricum. Et Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 12. pag. 85. *Cameracẽsem, Picum, Sauonarolam, Gersonem, & inumerabiles alios Prælatos, & Ecclesiæ Dei duces vocat.*
* Giffordus serm. in Apoc.

pag. 195. post med. *Ioannem Picum de Mirandula*, & Symon de Voyon in Commentario in Catalogum, &c. pag. 126. *S. Bernardum* vendicat. Et Gabriel Povvellus in consideratione petitionis Papistarũ & Ioannes Reinoldus de Ecclesiæ Rom. Idololatria lib. 1. cap. 2. sect. 3. p. 73. *Erasmum tanquam de Ecclesia Dei bene meritum laudat*. Necnon & Foxius in Actis & monumentis 1596. in protestatione facta Ecclesiæ Anglicanæ ¶. iiij. *Laurentium Vallam & Picum Mirandulanum pro suis habet*. Et Humfredus in vita Iuelli 1573. pag. 264. *Erasmum, Lutherum, Zuinglium, &c.* eodem ordine ponit, dicens, *Erasmum pene prætereieram, celebris gloriæ magnique nominis virum, Oecolampadij amicum, eiusdem vrbis socium, religionis assertorem, &c. qui piè Christũ inuocans in veracius fide obiit.* Et idem Foxius in Calendario suo. *Erasmum & Picum Mirandulam recenset* cum tamen Erasmus lib. 16. epist. 11. de se expresse dicat. *Christum agnosco, Lutherum non agnosco, Romanam Ecclesiam agnosco.*

2. Vnus fuit ex iis qui colloquio Hamptonensi interfuerunt, coram magnæ Britanniæ Rege habito mense Ianuarij anno 1603. vt in narratione eiusdem patet pag. 11. fine.

3. Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 6. pag. 72. *Absurdum est, & friuolum, quærere à nobis vbi nam Ecclesia nostra esset ante Lutherum. Respondemus enim ibi tunc fuisse vbi nunc est. Si autem interrogent, quæ nam illa fuerit? Respondemus fuisse notam illam, & conspicuam toti mundo Ecclesiam, in qua aui nostri & proaui vixerunt, & mortui sunt, in qua Lutherus, cæterique baptizati sunt, &c. nec falsa illa dogmata & errores, quæ nunc à quibusdam defenduntur, à nobis autem damnantur, illius Ecclesiæ doctrina fuerunt.* Pari fronte libro 3. cap. 8. pag. 76. post med. sic pergit. *Credimus omnes totius mundi Ecclesias, in quibus maiores nostri vixerunt, & mortui sunt, veras Dei Ecclesias (intelligit autem Protestanticas) fuisse, in quibus certa animarũ salus inueniri potuit, qui autem dãnandos illos errores docuerunt, amplexi sunt & crediderunt, quos nunc Romanistæ contra nos asserũt, paucorum tantũmodo factio fuit, &c.* Quis ad tam incredibilem audaciam non obstupescat? Nonne Missa (in qua tot religonis nostræ misteria continentur) tanquã publica omniũ Ecclesiarũ liturgia, tunc temporis celebrabatur? An vlla vsquam alia religionis facies videbatur, quam quæ etiã nunc est religionis nostræ Catholicæ? An vllibi tunc religionis Protestanticæ mentio vlla fuit? Quid mirum si Patres antiquos iniusto titulo & reluctantes ad se attrahere conentur aduersarij, qui de iis quorũ tam recens est memoria, vt ab huius sæculi hominibus conuinci possit eos fuisse Catholicos, tam inaniter ne dicam impudenter gloriantur?

4. Quod Protestantium Ecclesia tunc temporis inuisibilis fuerit, nec monstrari poterat, communi voce fatentur Ioannes Regius, Iuellus, Parkinsus, & alii plurimi infra citati Tract. 2. cap. 2. sect. 11. subdiu. 3. ad ¶. e. *. f. g. h. k. qui Fieldo os obstruere merito poterant, ne contrarium assereret. Sed durum telum necessitas, neque enim aliter euitare poterat absurdum illud paradoxum quo quidam dicunt, *Ecclesiã suam tunc quidẽ fuisse, sed inuisibilem*, quod tamen plurimi Protestantes iique primarij negarunt, quos supra citaui Tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad e. f. g. Sicut è contra Ecclesiam suam tunc inuisibilem esse dixerunt, id affirmarunt quia illam Feldi assertionem (nempe Ecclesiam suam tunc conspicuam fuisse inter falsissimum esse, sciuerunt. Ita non sine summo periculo)

breuia ista & loca vadosa nauigant aduersarij,& in Scillam incidunt dum Charibdim vitare volunt, alij aliis aperte contradicentes.

gendum attrahere sibi solent, verbi gratia † Petrum Abailardum p Almericum, q Albigenses, * aliosque plurimos ob hæresim infames, quorum aliquos ipse Iuellus (vt alios taceam) præ pudore reiicit, ac de iis diserte ait, r *non sunt nostri.*

Thomas autem Mortonus modernus non infimæ notæ sectarius, impios etiam Arianos, aliosque indescriminatim hæreticos, suis aggregare 1. non dubitat. Foxius autem Ioannem de 2. Vesalia, qui hæresi Grecorũ de processu Spiritussancti 3. infectus est, & tandem errores omnes Romanæ Ecclesiæ contrarios 4. abiurauit. Sed & astipulante Povvello, Rogerum Onleium, 5. (alias * Bullinbrookum) qui Regem suum arte magica consumere 6. machinatus est, & obeam caussam morti adiudicamus ad furcam Tiburn dictam 7. suspensus, & in partes dissectus est, 8. & Dominam Eleonorã Cobham eiusdem proditionis

†. Symondus in Apoc. pag. 142. inter cæteros Protestãtes etiam Abailardum numerat, cuius hæreses execrabiles referuntur in lib. epist. Zuinglij & Oecolampadij pag. 710. & 716. & à Centur. centur. 12. col. 848. 849.

P. Foxius Actis & monumentis pag. 70. a. ante med. & in protestatione eiusdem ad vniuersam Angliæ Ecclesiam quæ habetur in principio act. & monument. anno 1596.

Q. Sparkus contra Ioann. de Albines pag. 58. ante med. Fulco contra Stapletonũ de successione Ecclesiæ pag. 112. & 271. initio & contra Testamentum Rhemense in Apoc. 12. vers. 10. sect. 2. fol. 477. a. circa med. & Hubbertus de Ecclesia lib. 5. cap. 2. pag. 268. Buckleius in Apologia edita anno 1602. pag. 17. post med. Abbas in secunda parte defensionis Catholici reformati anno 1607. pag 55. Crispinus de statu Ecclesiæ pagina 350. ante medium. Quod vero hi execrabiles hæretici fuerint, vide apud Osiandrum Centur. 13. pag. 329. & apud Cæsarium Eisterc. 5. Destinct. Dial. & Luxemb. hær. Albig. & infra Tract. 2. cap. 2. sect. 3. subdiu. 5. in margine ad figuram 2.

* De Petro Bruis & Henricianis, seu Apostolicis. Vide Catalogum testium veritatis editum anno 1597. Tom. 2. pagina 561. & 562. & Symondum in Apocalips. 143.

¶. Vide alios infra Tract. 2. cap. 1. sect. 3. subd. 5. in marg. ad lit. o.

R. Iuellus in defens. Apologiæ p.48. Errores autem Almarici vide infra Trac. 2.cap.2.sect.3.sub.5.in marg. ad o. & apud Crispinum *de statu Ecclesiæ* pag. 349. post med. & Cæsarium in Dial. 5.& Gaguinum li.6. hist. Franciæ & Gersonem Tract.3. in Mathæum & Paulum Emilium lib.6.hist. Galliæ & Genebrardum in Chronico anno 1208.

1. Mortonus Tract. de Regno Israel & Ecclesiæ lib. de Ecclesia ad Elizabethã Angliæ Reginam pag. 94. sic ait, *Arianorum Ecclesiæ habendæ sunt Ecclesiæ Dei, eo quod fundamentum Euangelij teneant, quæ est fides in Christo Iesu Dei filio & seruatore mundi.* Et ibidem pagina 91. ante medium addit, *vbicumque societas aliqua hominum Deum verum in Christo adorat, substantiam religionis Christianæ profitetur, id est fidem in Iesu Christo Dei filio & mundi Saluatore* (id quod Ariani iuxta allegatũ iam ipsius testimonium faciunt) *ibi vera Ecclesia st, non obstante alia corruptione quacumque.* Et ibid. pag. 8. sect.4. circa med. illius autem sectionis Titulus est, *Quod hæretici sunt membra Catholicæ Ecclesiæ.* In prædictæ doctrinæ suæ confirmationem addit. *Qui Iesum Christum mundi Saluatorem esse profitentur, &c. licet indirecte per morum improbitatem, vel doctrinæ hæresim professionem suam denegent, Christiani tamen æstimandi sunt, & vera Ecclesiæ membra.* Plura vide ibid. pag.11.initio. Ariani igitur, aliique hæretici iuxta Mortonum (vt suis ipsius verbis vtar) *sunt Ecclesia Dei: vera Ecclesia: veræ Ecclesiæ membra.* Qua quidem opinione concessa perfacile erit Protestantibus per omnium sæculorum decursum Ecclesiam visibilem ostendere, sed misera illa inopia est, quæ ad tam turpia cogit.

2. Foxius in Actis & Monumentis pag. 369. b. paulo ante medium, & Illiricus in catalogo testium pag. 976. fine, & 978.initio. Fieldus autem Græcorum Ecclesiam circa processionem Spiritussancti errantem iustificare volens lib.3. cap.5. pag.70.initio ait, *Nullo modo apparet Græcorum Ecclesias hærese vel damnabili aliquo scismate infectas esse.* Et ibid. pag. 70. ante med. addit, *Nos non audemus fastu Romano, tam celebres Ecclesias* (scilicet Græcorum) *tanquam detestandæ hæresis aut scismatis reas condemnare, &c.* & pag. 220. circa med. idem repetit. Hęc in gratiam Græcorum Fieldus, ea ratione commotus, quod Pontificis Romani primatum impugnent. Quod enim à Protestantibus in religione plane dissentiant, & cum Catholicis in plerisque fidei articulis consentiant, iam supra monstrauimus, Tractatu primo sectione septima subdiuisione vltima in margine sub figura 11.

3. Foxius in actis & monumentis pag.398. b. ante med. & paulo post med.

4. Acta & monumenta pag. 369. circa med.

5. Acta & monumenta pag. 371. a. *eum equitem auratum Onleium* nuncupat, & in margine eum tamquam martyrem pro fide, igni traditum depingit, & in Calendario nomen eius literis rubris ad 11. diem Februarij insignit. Vide Povvellum de Antichristo, in Præfat. ad Academiam Oxoniensem pag.44.

* Acta & monumenta anno 1596. pag. 646. a. lin. 48

6. Stous in Annalibus pag. 618. initio.

7. Idem ibid. 619.

8. Act. & monumenta pagina 371. b. paulo post initium & in Kalendario primam inter confessores eam locat ad 12. diem Februarij. Vide Povvellum vbi supra pagina 44.

prodirionis 9. ream, imo & maleficij & artis magicæ 10 conuictam, ad suorum numerum complendum (tanta bonorum inopia laborat) accersit. Illiricus verò, & alij, in testium suorum catalogo, vel ipsum * Machiauellum non recusant. Sed hæc & alia eiusdem generis leuia exempla, Majestati vestræ obtrudere nolumus, illos alios potius expendamus, quibus aduersarij potissimum nituntur, nimirum Vvaldonem, Vvickleffum, Hussum, eorumque sequaces, & videamus num vel illi verbi ac Sacramentorum administrationem in Ecclesia Protestantica vel pro suis saltem sæculis tueri poterint. Si enim hi nihil causæ aduersariorum præsidij afferant, multo certè minus ab illis aliis sperandum erit.

9. Stous ibid. pag. 618. prope finem.

10. Stous ibidem 619 & vide magnum chronicum Holinshedi editionis postremæ volumine 3. pag. 622. b. lin. 71. pag. 623. a. lin. 3.

* Illiricus in cathalogo testium veritatis pag. 993. post medium, & iuxta aliam editionem auctam à Caluinistis editam anno 1597. tom. 2. pag. 892. post medium.

QVOD VVALDO, QVI VIXIT CIRCA *ann. Dom.* 1218. *non fuerit Religione Protestans, & per consequens ille cum sequacibus suis, perpetuam verbi & Sacramentorum administrationem in Protestantium Ecclesia, ne pro suo quidem tempore satis probare poterit.*

SECTIO TERTIA.

VALDO hic cum (teste Foxio) *Catholicus & Laicus iam esset* [s] *prædiues quidem mercator Lugdunensis, sed* [t] *adeo indoctus, vt mercede conduceret eruditos quosdam viros, qui in vsum suum sacras*

S. Act. & monument. pagina 628. b. circa medium.

T. Ibid. imo

aliqui e suis tam rudes fuere, vt illum sancti Ioannis 1. textum (*sui eum non receperunt*) sic exponerent, *sues eum non receperunt*, ex actis & monumentis pag 45. b. circa med. Hoc exemplum & alia id generis, vide in catalogo testium veritatis pag.725.initio. Sed & Lutherus quem citat Ioachimus Camerarius de fratrum Orthodoxorum Ecclesijs,&c. pag. 275. ante med. de Vvaldensibus ait, *Illud apud eos vitij harebat, ideo quod dum vitare voluerunt spineta & paludes Sophistarum, & Monachorum, prorsus ab omnibus studijs artium abstinuerunt.* Et paulo ante de ijsdem ait, *Nonnulli vero ex ipsis ne vidissent quidem sacra Biblia vnquam.*

scripturas aliosque authores in linguam vulgarem transferrent, hoc modo instructus [u] *sui temporis* Religionem *cum infaillibili Dei verbo conferre cœpit. Ab eo,* inquit idem auctor, [x] *initium sumpsit doctrina, & nomen eorum qui Vvaldenses nuncupantur, anno Domini* [y] 1218.

II.

Cum Apostolus apertè dicat ad Rom. 10. 16. *quomódo prædicabunt nisi mittantur.* Vvaldo hic vocationem nullam, nullam ab homine missionem habuisse cognoscitur. Catholica enim nostra Ecclesia, cum & facta sua condemnauit, tantum abfuit vt authoritatem illi vllam contulerit, alia vero Ecclesia, quæ eum mitteret, tunc temporis ¶ nulla fuit. Vnde ipse, suique sequaces, vocationem omnem contempserunt, asserentes *quod etiam* * *Laici, & fœminæ consecrare possent, & prædicare.* Iam verò extraordinaria vocatio, quàm quilibet Sectarius sibi arrogare potest, quamque frustra hac nostra ætate in Anglia Puritani quidam † prætenderunt, vel ipsorum grauiorum Protestantium iudicio, semper sibi adiuncta [z] *miracula* habuit,

V. Act. & monumentis vbi supra.

X. Ibid. pag. 41. paulo ante med.

Y. Ibid. pag. 628.b. vel vt idē pag.41. b. circa med. ait circa annum Domini 1160.

¶ Vide hic tractatus 2. cap. 2. sect.3.ad ¶ prope finem.

* Illiricus in catal. testium pag. 730. 731. 732.740.745. & Osiand.in epit. centur. 9. 10.11. &c. pag.287. fine, & 440.

† De Hackseto, Ardingtono, Vvigintono, &c. qui frustra extraordinariam vocationem prętenderunt, vide librum cui titulus *Coniurationes ob reformationem prætensam*, pagina 63. ante medium, & 64. & 102. & 60. & 28. & 33.

Z. Amandus Polanus in partitionibus Theologicis lib.1. pag 308. *Ministro-*

rum extraordinariè vocatorum etiam dona extraordinaria fuere, nempe donum prophetandi, miracula edendi, &c. Et Musculus locis communibus pag.394.ait, *Vocatio quæ immediatè est à Christo, iam in vsu non est, vt erat. Habebat olim sua signa vnde recognosci poterat, quemadmodum meminit Marcus Euangelista cap. vltimo dicens, prædicauerunt, &c. sequentibus signis, &c.* Et Henoch Claphamus in Antidoto Schismatis pag.25.initio, ex hoc capite arguit Brownæum, quod *cum miraculis careret extraordinariam sibi vocationem assumpsisset.* Et Lutherus in locis communibus classe 4.cap.20.pag.38.huiusmodi consilium dat, *Hoc explores* (inquit) *an vocationem suam probare possint: Neque enim Deus vnquam aliquem misit, nisi vel per hominem vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem filium.* Et Lutherus tom.5. Ien.fol.491.ait. *Vnde venis? Quis te misit? &c. vbi sigilla quod ab hominibus missus sis? Vbi sunt miracula, quæ te à Deo missum esse testantur?* Quin etiam Lutherus Senatum Milhousiensem contra Munsterum instigans, ait, *Si dicat se à Deo, & eius Spiritu missum esse, quemadmodum Apostoli, probet hoc signis, & miraculis editis, vel nolite ferre vt concionetur. Nam vbicunque Deus ordinariam viam mutare vult, ibi semper miracula facit.* Luther.tom.3.Ien.Germanicè fol.455.b.& 456.a. Et de hac re vide Sleidanum lib.3.anno 25.& Sigwartus in 23.disput. Theolog. &c. pag. 207. sect.8.ait, *Hæc vocatio semper extraordinaria quædam & diuina dona commitantia habet, quæ sunt tanquam sigilla doctrinæ, &c. cuiusmodi fuere miracula &c.* Et Sarauia in defensione tract.&c. contra respons. Bezæ cap.2.pag.38.ante med.ait, *Ea vero quæ proxima à Deo est vocatio, nunquam sine externo aut aliquo visibili signo, aut visione, facta legitur.* Et vide eundem in lib.de diuersis gradibus ministrorum Angliçè cap. 2. pag.7. & Fennerum in sacra Theolog.pag.119.b. & Bullingerum contra Anabaptistas lib.3.cap.7. vbi eos ita alloquitur, *Quod si dicatis vos instar Apostolorum peculiarem vocationem habere, probate eam signis & miraculis, hoc autem nunquam facietis, ideoque vocatio vestra nihili, imo perniciosa est Ecclesiæ Christi.* Hoc testimonium in hunc eundem finem citat Thomas Bellus, in Regimine Ecclesiæ pa.137. initio.

habuit, tanquam certa signa quod a Deo esset, qualia Vvaldo nulla patrauit, & ab erroribus §. immunitatem, in quos tamen Vvaldonem * turpiter lapsum esse in confesso est, sed & extraordinaria vocatio ab Apostolorum tẽpore (vt doctiores Protestantes opinantur) a cessauit, nec iam à quoquam expectanda venit, cum ea nulla noui Testamenti authoritate nitatur.

Cum

§. Piscator in volum. 1. Thessal. Theolog. loco 23. pa.364. initio ait, *Quos Deus per se vocat immediatè, eos singularibus donis solet instruere, vt diuinitus missos esse constet, atque hi soli testimonium habent, quod in doctrina errare non possint.* Idem asserit Ioannes Balæus in exam.recitat.select.pag.386.initio, & Lubbertus de principiis Christiani dogmat. pag.562.initio, & Amandus Polanus in partitionibus Theolog.li.1. p.308.

* Errores Vualdensium, vide hac eadem sect. subdiuisione tertia.

A. Musculus vbi supra, & Lobechius in disput. Theologica pag. 358. fine, & 359. initio, *Immediatam porro vocationem cum mediato ab Apostolis permutatam esse scriptura testatur, &c. credimus immediatæ vocationis vsum à Deo in hoc mundo nullum amplius futurum: nullam quippe de eo dedit promissionem, nullum mandatum.* Et Sarauia de diuersis ministrorum gradibus pag. 9. initio, *vocat missionem extraordinariam, angulum anfractuosum, ex quo qui eam defendunt, haud facile se extricare possunt.* Vide Cowellum in defensione Hookeri pag. 86. fin. & 87. initio. Vide Sarauiam in defensione tract. &c. contra defens. Bezæ pag. 306. 307. & ibidem 73. circa med. ait, *Sed speciem illam extraordinariæ vocationis ad Ecclesiæ ministerium, &c. cum nullo testimonio scripturarum, nec exemplo certo doceatur, non admitto, Est enim periculi plena, & noui malique exempli, &c. ea sola fretus nemo ministerio Ecclesiastico se ingerere debet.* Vide ibid. pag. 35. 36. 38. &c. Adeo vt pag. 59. & 60. & 74. Bezam arguat quod in Colloquio Poissiaco cum de vocatione sua à Catholicis interrogaretur, responderit, eam *extraordinariam esse*, vide infra tract. 2. cap. 2. sect. 6. ante med. in marg. ad y.

Cum igitur Vualdo (vt & alij Protestantes agnoscunt) ipse sibi prædicandi officium [b] assumpserit, cum merè laicus esset, & omni missionis authoritate destitutus, quomodo iurisdictionem aliis conferre poterat? Quare cum ipse, suiq; omnes, legitima potestate Ecclesiastica caruerint, meritò pro [c] intrusis habendi sunt, nec magis consecrare, vel alia sacramenta rite administrare poterant, (solo Baptismo excepto, quem etiam [d] laici in causa necessitatis conferre possunt) quam nouum mundum fabricare, vt in simili casu loquitur * Cartvvrightus. Desinant igitur Protestantes, Vualdonis exemplo, suam verbi & Sacramentorum administrationem asserere.

B. Symon de Voion in tract. super catalog. Doctorum &c. pag. 132. & Osiand. in epit. centur. 9. 10. 11. &c. pag. 237. initio.

C. *Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, Hebr. 4. 5. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Rom. 10. 15. *Qui non intrat per ostium in ouile, sed aliunde ascendit, ille fur est*, Ioan. 10.

* Cartwrightus in 2. replica. parte 2. pag. 142. ait, *Sacramenta administrare honor quidam in Ecclesia est, quem nemo sibi assumere potest, nisi qui à Deo vocatur, vt Aaron.* Alia eius dicta vide ibid. pag. 128. & pag. 141. initio.

D. Baptizare posse laicos in necessitate, ex Patribus testatur Caluinus lib. 4. institut.

Tertiò,

institut. cap.15. sect. 20. *Multis ab hinc sæculis adeoque ex ipso fere Ecclesiæ exordio, vsu receptum fuit, vt in periculo mortis laici baptizarent, si minister in tempore non adesset.* Idem defendit Vvhitgiftus contra Cartwrightum pag. 518. pag. 519. ante medium, & alij plerique Protestantes.

III.

Tertiò, (vt realem Christi * in Eucharistia præsentiam, & alia Catholica dogmata † quæ plurima tenuit, omittam) doctrina illa Protestantium iustificari hominem per solam fidem, quam ipsi tanquam [e] *Ecclesiæ suæ animam* [f] *& omnium dogmatum primum amplectuntur*, quod quidē dogma Lutherus (teste Foxio) [g] *primus in lucem protulit, quippe quod diu ante latuerat*, tam fuit Vvaldoni incognitum, nostrum vero de merito ex operibus eidem tam persuasum, (quod quidem Protestantes [h] *cor, vitam, animam Papismi* vocant) *vt omnia* [i] *reliquerit, vt pauper Christum sequi posset, & Euangelicam perfectionem*, quod quidem vel maxime [k] Papisticum esse censent aduersarij. Vvaldo igitur, & sui sequaces, * ordo quidam fuit fratrum mendicantium, & ob eam causam [l] dicti sunt *pauperes de Lugduno*, [m] *genus quoddam vitæ Monasticæ profitentes* (inquit Humfredus) in quo adeo profecerunt, vt postea ab Innocentio tertio * illius nominis Papa, sui ordinis confirmationem petierint quidem, sed non obtinuerint.

Quartò,

* Caluinus in epist. 244. pag. 450. *Non satis disertè, vel enucliate de hoc misterio locuti sunt Vvaldenses, &c. formulam vero confessionis, quæ sine discrimine in vnum fasciculum damnationis omnes inuoluit, qui præcisè non fatentur panem præsentissime esse Christi corpus, (hic recitamus eorum verba) an fas sit Christiano homini, videritis, nos certe non putamus.*

† Vide infra hac eadem sectione subd. 5. in marg. ad r.

E. Charcus in disputatione habita in Turre Londinensi cū Reuerendiss. Patre Edmundo Campiano quarto die Aug. 1. D. iiij

F. Confessio Bohemiæ in harmonia confessionum.

G. Act. & monumentis pag. 402. a. circa medium.

H. Penry contra Somum pag. 293.

I. Humfredus Iesuitismi parte 2. rat. 3. pag. 270. & Foxius Actis & monumentis pag. 928. b. fine.

K. Fulco contra Testamentum Rhemense in Matth. 19. sect. 9. fol. 38. b. & Parkinsius in Cathologo reformato pag. 241. & Caluin. institut. libro quarto cap. 13. sect. 13.
* Pantaleon in Chron. pag. 94.
L. Acta & monumenta pag. 41. & 619.
M. Humfredus Iesuitismi parte 2. pag. 270.
* Vrspergensis eorum coetaneus in chronico anno 1212. *Vidimus tunc temporis pauperes quosdam de Lugduno Romæ ad sedem Apostolicam, &c. petierunt isti, vt ordo eorum à Sede Apostolica confirmaretur, dicentes se vitam Apostolicam velle agere, & nihil quicquam possidere &c. Sed cum Papa superstitiosa quædam in conuersatione eorum videret, obiecit, &c.*

IIII.

Quartò, Vualdenses plerosque crassos errores defenderunt, 2. *Omnia enim iudicia in causa sanguinis abrogarunt*: 3. *Sabbathum negarunt*, Vnde & 4. *Insabbatistæ dicti sunt.* Item 5. *Laicis tam fœminis quam viris consecrandi potestatem tribuerunt, & prædicandi.* 6. Item *asseruerunt clericis non licere aliquid proprij possidere.* 7. Item *Paræciarum distinctionem nullam esse debere vel* Ecclesiarum: 8. *Templum muris circundatum horrei instar æstimarunt:* 9. *scripturas contra Ecclesias manufactás allegarunt:* 10. *iuramentum in nullo casu licitum esse dixerunt:* 11. *Sacramentum Matrimonij non probarunt*, 12. *sed ipsos etiam coniugatos qui sine spe prolis coirent, mortaliter peccare censuerunt*: 13. *quęcunque supra ventrem, osculis, tactu, verbis, mamillarum compressione fierent, &c. tanquam ex charitate non petulantia facta interpretabantur*: 14. *nec Sacerdotem, nec Magistratum ciuilem, mortalis peccati reum vlla amplius dignitate* præ di-

2. Vide Guidonem & sanctum Antoninum de Vvaldensibus & Æneam Siluium in historia Bohemica de Waldensium dogmatibus, & Luxenburgum in hæresi pauperum de Lugduno.

3. Illiricus in catalog. testium veritatis pag. 748. prope initium.

4. Act. & monument. pagina 41. b. Vide Symonem de Voion in comment. in catalogo Doctorum Ecclesiæ pagina 134.

5. Illiricus in catalogo testium veritatis pag. 751. fine, & 745. ante med. 730. circa med. 732. initio, & 740. ante med.

6. Illiricus ibid. 729. & 747. & 760.

7. Illiricus pagina 729.
8. Ibidem pagina 749. & 735. & 760.
9. Ibidem pagina 749.
10. Ibidem pagina 735. & 756. & 752.
11. Ibidem pagina 731. & 743.
12. Ibidem.
13. Ibidem 746. de incontinentia autem eorum, vide Cooperi Dictionarium ad verbum Bohemia, editionis anni 1578.
14. Illiricus in Catalogo pag. 760. & 740. & Osiand. cent. 9. 10. 11. &c. pag. 440. In hoc tam turpiter errarunt Vvaldenses, vt Foxius in actis & monumentis, vbi verba Æneæ Siluij dogmata Vvaldensium referentis describit, cum ad hoc perueniat, illud supprimit sub & cætera, cum vero eiusdem Æneæ verba reddat Anglice, illud penitus omittit, nec ponit vel ipsum & cætera.

præditum esse, aut vllam eis obedientiam deberi asserebant. 15. *Principes & Iudices sustulerunt* 16. *cantum Ecclesiasticum infernalem clamorem nuncuparunt.* Et ne singula recenseam, *licere fidem dissimulare docuerunt. Vnde & ipsi Catholicorum Ecclesias dissimulantes* 17. *adierunt, & ficto animo oblationes fecerunt, confessi sunt, & Eucharistiam receperunt.* Hinc factum est, vt errores suos diu celarent, & sectam suam longe lateque propagarent, priusquam quales essent appareret. Vt minime mirum videatur, inquit * Vvelshus, si aliqui dissimulatione eorum occæcati, nec dogmata eorum, vel mores satis experti, eosdem laudarunt. Horum autem dissimulationem Illiricus, 18. aliique nonnulli aduersariorum meritò reprehendunt.

Quinto,

15. Illiricus in catalogo pag. 735. & 755.
16. Ibidem pag. 730.
17. Ibid. pag. 734.
*. Vvelshus in replica. contra Brownum Sacerdotem pagina 188. & alij citant Rainerium authorem Catholicum, sic de Vvaldensibus scribentem, *Magnam sanctitatis speciem præ se ferebant, de Deo recte sentiebant, & omnes Symboli articulos credebant. &c.* de hoc vero authore ibidem addit, quod *eodem tempore vixerit, & sæpe examinationi eorum interfuerit.* Quod si dicimus, eos & de Deo recte sensisse, quemadmodum plerique hæretici fecerunt, imo & singulos symboli articulos pariter credidisse, quod & nonnullis hæreticis accidit (Vvaldensium enim hæreses nec deitati, nec articulis symboli aduersantur) non tamen propterea ab erroribus supradictis excusari possunt. Imo ipse Rainerius, qui eo tempore vixit, & eosdem examinauit, qui & laudabile illud, quantum ad Deum & symboli articulos

attinet, testimonium illis perhibuit, errores tamen illos in textu prædictos, & alios nonnullos ipsis imputat, illumque Illiricus in catalogo pag. 724. & 725. authorem eorum quę ipse narrat, citat, vnde eius testimonium probare videtur. 18. Illiricus ibidem pag. 721. ante med. *Non est quidem id omnino probandum, quòd in multis locis diu sine vlla publica professione fuerunt. Hinc factum est, vt alij Protestantes à Vvaldensibus se segregarent.* Qua de re hæc habet Ioachimus Camerarius de fratrum orthodoxorum Ecclesijs in Bohemia, Polonia, &c. pagina 273. *Sed hoc docere possumus cum nostris Ecclesijs illos Vvaldenses nunquam coaluisse, neque nostros vnquam cum his se coniungere voluisse, & duobus quidem de causis, sicut in Annalibus nostris legimus. Primum enim offendebãtur nostri in Vvaldensibus, quod nulla extare vellent doctrinæ, & fidei suæ testimonia, atque ita occultare veritatem viderentur. Secundo quod Missa pontificia, quam idololatricam esse scirent, & profiterentur, pacis tamen causa, & tranquillitatis, vterentur. Atque ita hac in parte cum Pontificijs colludentes, scandalo essent alijs. His enim duabus de causis, non tantum non coniunxerunt se nostri cum his, sed cum conscientia etiam bona se non posse hoc facere, semper iudicarunt.* Vide ibidem pag. 105. ante medium.

V.

Quintò, si Protestantes neque suis authoribus, quos iam citauimus, qui illo tempore vixerunt, nec aliis historicis qui prædictos, & alios plerosque graues eorum errores referunt, fidem adhibere velint, cur non etiam pari iure Petrum de Bruis, Almaricũ, Albigenses, Apostolicos, seu Henricianos, qui omnes illa ætate vixerunt, & varias [n] Protestantium opiniones: non minus quam ipsi Vvaldenses, tenuerunt, ab hęresis nota vindicabunt? quos tamẽ docti protestantes reiiciunt, & [o] pro hæreticis nec iniuria habent, propter alia dogmata absurdissima, de quibus ab illorum temporum historicis accusantur.

N. *Petrus Bruis negauit transubstantiationem, Missam, orationẽ pro defunctis, cœlibatum Sacerdotum & Monachorum, crucis venerationem, cantum Ecclesiasticum, &c.* ex Osiand. centur. 12. pag. 282. 283. & vide catalogum testium veritatis, anno 1597. tom. 2. pag. 561. & 562. Almaricus autem negauit *Realem Christi præsentiam in Eucharistia, & thurificationem in Ecclesia adhiberi solitam, & docuit quemcunque fidelem credere debere se saluandum eadem fidei certitudine qua reliquos Christianæ fidei articulos, &c.* ex Vincentio in Speculo historiali, Bernardo Luxemburgo de hæresibus: & Osiandro centur. 13. pagina tricentesima vigesimaseptima. Idem *imagines abstulit* ex Foxio in Actis & monumentis fol. 17. pagina 1. col. 1. ante medium. Item

Aut

transubstantiationem, Altaria, orationes ad Sanctos fusas, ex Mori tabula pag.174. Et Pantaleone in Chronologia pag. 98. *Albigenses negarunt orationem pro defunctis, Purgatorium, Confessionem, extremam unctionem, Papæ Primatum, Imagines, Indulgentias, cæremonias, traditiones*, ex Foxio in Act. & monumentis fol. 71. pag. 2. col. 2. post med. & Cæsario Hesterbachio lib. 5. cap. 21. & Sancto Antonino 4. parte Titulo 11. cap. 7. *Apostolici seu Henriciani Cruces demoliti sunt, realem Christi præsentiam in Eucharistia & Missæ sacrificium, dies festos, Chrismatis & Olei consecrationem, Purgatorium, orationem ad Sanctos, & pro defunctis, &c. negarunt.* Vide Petrum Cluniacensem lib. contra hæreses, &c. Sanctum Bernardum serm. 66. in Cantic. & Bernardum Bonæuallensem in vita Sancti Bernardi libro 2. cap. 5. Osiand. in Epitome, &c. Centur. 12. pag. 291. ante med. & Pantaleonem in Chronograh. pag. 92. & Symondum in Apoc. pag. 143.

O. Apostolicos pro hæreticis habet Fulco, in retentiua contra Bristoum, &c. pag. 124. Et Osiander in Epit. Cent. 12. pag. 291. ante med. Vvottonus in defensione Parkinsi pag. 469. initio. Iuellus autem in defensione Apologiæ pag. 48. Almaricum, Albigenses, & Apostolicos, inter hæreticos ponit, & diserte ait, *nostri non sunt.* Petrus autem de Bruis inter hæreticos numeratur per Osiandrum Centur. 22. pag. 282. 283. Varios autem Almarici errores recensent Centuriat. centur. 9. 10. 11. &c. pag. 326. & Apostolicorum errores refert idem Osiander ibidem pag. 291. ante med. Albigensium errores ab Osiand. relatos vide infra hac eadem sectione in marg. ad figuram 2. & Petri de Bruis in Osiandro Centur. 12. pag. 282. & 283. & supra Tract. 2. cap. 2. sect. 2. in margine ad q. r. Et Hospiniamus in hist. sacramentaria lib. 4. pag. 361. post medium ait, *Henricus quidam cum Petro Bruis circa annum Domini 1140. docere cœpit, semel tantum in ipsa vltima Domini cœna Apostolicis Christi corpus vere datum sub specie panis, deinceps autem meram deceptionem esse, quod Sacerdotum ministerio dicitur aut creditur. Testis est & refutator huius erroris Petrus Cluniacensis, qui eodem tempore floruit in Tractatu de Sacrificiis.* De hac plura vide in libro cui Titulus Petri Cluniacensis contra Henricianorum & Petri Brusianorum hæreses epistolæ duæ, quibus adduntur S. Bernardi sermones tres, epistolæ nouem, in quarto, Ingolstadij, anno 1546. fol. 34. & 54. b. Alios horum & Apostolicorũ errores contra Matrimonium, Baptismum, Ecclesias, &c. Vide ibidem fol. 7. a. & 34. b. & 546. & apud Sanctum Bernardum serm. 66. qui & ibid. citantur fol. 115. 118. 119. & epist. 240. S. Bernardi ad Hildephonsum, quæ ibi extat fol. 126. 127. Et epist. 241. quæ est ad Tolosanos extat ibid. fol. 127. & 128. De his autem omnibus vide Centuriat. centur. 12. cap. 5. & centur 13. cap. item 5.

Aut cur non pari ratione posteri excusabũt Barroum, Brovvnum, Hackettum, &c. sed & * reformatas Ecclesias Poloniæ, & Transiluaniæ Arianismo infectas, nec non & Anabaptistas, Libertinos, Svvenkfeldianos, & alios eiusdem notæ P hæreticos, omnes quidem à Protestãtibus † oriundos, qui & hodie

* Quod reformatæ Ecclesiæ Poloniæ, & Transiluaniæ alioquin Protestantes, Arianismo infectæ sint, vide Hookerum

in Ecclesiastica policia lib.4.pag.183.prope finem & Bezam in epist. Theol.ep. 16. pag.122. post med.& Osiand. in Epitome Centur. 16. pag. 208. post med. Et Iunium in examine enuntiationum & argumentationū quas Gratianus Prosper, & cæt.adduxit &c. excus. Lugduni Batauorum anno 1596. & vide eiusdem Gratiani Prosperi librum qui Arianismum defendit cui Titulus, *Instrumentum doctrinarum Aristotelicum in vsum Christianarum scolarum per Gratianum, Prosperum Losci anno 1586.*

P. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag.62.ante med.

†. Beza epist. Theolog. epist.81.ante med.pag.359. Dum has hæreses recenset, assertores eorum vocat *domesticos hostes* vtpote à Protestantibus oriundos. Et Winkelmannus in Apoc.pag. 233. fine ait, *Anabaptistæ, Trinitarij, Libertini, exierunt è nobis.*

plerosque eorūdem errores defendunt? Aut qua fronte Protestantes illorum temporum authores tanquam testes producunt, quod Vvaldenses quędam dogmata cum Protestā tibus communia habuerint? Si enim in vno fide digni sint, cur non & in aliis? Constat autem illius sæculi scriptores, eas opiniones omnes condemnasse, in quibus Vvaldenses ab Ecclesia Romana tunc temporis dissenserunt: cum tamē minime diuinare potuerint, quænam dogmata nos postea amplecti, quæ contra improbare vellemus. Atque hoc quidem exemplo Albigensiū confirmatur, quorum errores plerique 2. Protestantes referūt, & eorum authores pro hæreticis * habent. Vixerunt autem isti eadem ætate, qua Vvaldenses, & eiusdem sectæ pars quædam 3. fuerunt, teste Fulcone, & alijs, qui ob eam causam eosdem tanquam Ecclesiæ suæ membra sibi ¶ vendicant. Dicti sunt autem Albigenses, 4. à loco in quo vixerunt, sicut & Hugonotæ

2. Osiander in Centur.13. lib.1. cap. 4. pag. 329. initio ait, *Exorta est hæresis Albigensium &c. Dogmata hæc illis tribuuntur. Duo esse principia Deum videlicet bonum & Deum malum, hoc est diabolum, qui omnia corpora creet, bonum autem Deum creare animas: &c. Baptismum abijciunt, Ire in Ecclesias,*

vel in eis orare, nihil prodesse asserunt, &c. Matrimonia damnabant, promiscuos concubitus eosque nefarios sanctos ducebant, corporum resurrectionem negabant, &c. Quod Christus non fuerit verus homo, nec vere comederit &c.
Mox addit. *Hæ propositiones cum sint absurdæ, impiæ, & hæreticæ, &c. cum Albigenses admonitiones non admitterent, sed in erroribus & sceleribus persisterent, adhortante Pontifice Romano Magistratus politicus collecto exercitu, duabus vicibus aliquot millia Albigensium trucidarunt multi etiam capitibus truncati, & cremati leguntur, qui hinc inde sunt deprehensi. Fuit enim Albigensis furor Anabaptisticus, qualis anno 1534. nostro sæculo Anabaptistarum Monasteriensium erat.* Horum etiam errores notat Cooperus, in Dictionario verbo Albigenses anno 1578. Vide Centuriatores centur.13.cap.5. col.554.555 & 556.& Marbecum in locis communibus pa.22. Quomodo ergo Buckleius in Apologia religionis pag. 17. post med.& Abbas in 2. parte defensionis Catholici reformati anno 1607.pag.55.circa med.& Foxius & Crispinus istos sic occisos in Catalogo Martyrum Protestantium reponunt? Quemadmodum & Tractatus ille inscriptus Lugubris narratio de excidio Vvaldensium & Albigensium per Ioachinum Camerarium in historica narratione fratrum Orthodoxorum, &c. quæ incipit pag.303. Denique Povvellus de Antichristo pag.315. post med.

* Iuellus in defensione Apologiæ pag. 48. Albigenses reiicit & alios ibidem nominatos his verbis, *Non sunt nostri.* Osiander Cent. 13. pag. 329. Diserte ait, *Dogmata eorum absurda, impia, hæretica fuerunt, in erroribus suis & impietate persstiterunt, vnde & eos furore Anabaptistico percitos esse autumant.* Sed & Pantaleon in Chronographia pag.98. eos *inter hæreticos* recenset, vt & Marbekius in locis communibus pag. 22.

3. Ioannes Morus in Tabula historica impressa anno 1593.pag.173.anno Domini 194. sic habet, *Albigenses Tolosæ fuere Vvaldenses, dicti tamen sunt Albigenses ab Oppido Albingia, vbi maxima pars eorum mansit.* Et Fulco de successione Ecclesiastica contra Stapletonium pag.332. ante med. de Vvaldensibus ait, *Iam dixi à Papistarum vulgo hoc nomen illis inditum, vt alias dicti sunt pauperes de Lugduno, Leonistæ, Albigenses, & quicquid placuit Antichristi scurris.* Et ibidem pag.333.circa med. sic ait, *Quæ Antoninus & Mathæus Paris de Albigensibus quos eosdem esse cum Vvaldensibus illa Archiepiscoporum epistola probat, &c.* Et vide ibidem pag. 359. post med. Et Sparkus in responsione ad Ioannē de Albines pagina 58. de Vvaldensibus ait, *Vestri illos vocant Vvaldenses, Albigenses, Pauperes de Lugduno, &c. diuersa illis nomina & nuncupationes pro locorum & temporum in quibus vixerunt diuersitate imponentes. Licet eandem omnes religionem amplexi fuerint.* Idem asserit Ioachinus Camerarius de Fratrum Orthodoxorum Ecclesijs, &cæt. pagina septima fine & pagina 9. & 11. & Abbas contra rationes Hilli pag. 57. ante med. *Leonistæ seu pauperes de Lugduno, Vvaldenses, Albigenses idem fuerunt sed diuersimode nuncupati à Synagoga Romana ob diuersas rationes.*

¶. Vide supra Tractatu secundo capite secundo sectione 2. fine in margine ad literam q.

4. Ioachinus Camerarius de fratrum Orthodoxorum Ecclesijs pagina 412. *Illud constat Albigenses nuncupatos esse ab Oppido Albi, & cætera.* Sparkus vbi supra & Symon de Voyon in defensione Catalogi doctorum Ec-

clesiæ pag. 138. initio ait, *Inhabitant Prouinciam, Tolosæ, & Albi.* Vide Morum immediate ante ad 3. *Illo Sanctus Bernardus ad illorum errores confutandos profectus est.* Qua de re vide Catalogum testium veritatis anno 1597. Tractatu 2. libro 15. pag. 560. circa med.

notæ Galliæ, & Puritani Angliæ & Scotiæ eandem sub diuerso nomine pro diuersitate nationum, religionem profitentur. His adde seditiosam doctrinam * & tumultus Vvaldensium, quos Protestantes recentiores dânant, de quibus q Melancthon, & r alij Protestantes mentionem faciunt, etiam tunc, cû iam ab ipso Luthero eorum s dogmata in multis correcta fuissent.

Ex dictis constat, primo Vvaldonem & sequaces suos, initio Catholicos fuisse, nec alterius Ecclesiæ quam Catholicæ nostræ professores: Vnde & Protestantes dicunt ¶ *Vvaldonem quasi è densis tenebris illuxisse & primum ac paruum Christianæ Religionis reformandæ initium dedisse.*

* Vide Osiandrum in Epitome, &c. Centur. 16. pag. 715.

Q. Melancthon in Consil. Theolog. 2. parte 2. pagina 152. ante med. in epistola ad amicum quendam qui Communionem infantibus dederat, sic ait, *Gaudeo te de summa doctrina nobiscû conuenire, Vvaldenses scio dissimiles esse, & quidem nimis morose defendunt quædam, de quibus aliquando cum iis rixatus sum, quædam nolunt absoluere lapsos, qui ad pœnitentiam redeunt, negant coniugium suis Sacerdotibus, &c.*

R. Benedictus Morgenstern. in Tract. de Ecclesia pag. 79. paulo post med. ait, *Dici autem possunt noui Vvaldenses (ex seipsis nati) vel participantes, quia partem capiunt à Papistis, partem à Sacramentarijs, partem meliorem à Lutheranis, vel Fratres (quo nomine valde gaudēt) sed falsi vel labis, certè ignorantiæ, quia lucē doctrinæ diuinitus accensam hoc sæculo superciliosè neglexerunt, & errores crassissimos etiam ab ipso Luthero anno 1523. monstratos, &c. clam scriptis apud suos mordicus defenderunt, id quod demum post obitum Lutheri innotuisse D. D. Ioannes Hederseus scribit, &cet.* Et ibid. pag. 124. sic eos alloquitur, *Antichristi institutum de numero Sacramentorum confirmatis, licet id quidem sæpius in alijs articulis, fecistis, vt in doctrina de cœlibatu, votis, sacra scriptura, bonis operibus, Iustificatione, Baptismo paruulorum, nec non de Purgatorio,* & vide ibid. pag. 154. & 226. fine. Selnecceri testimonium de falsis Vvaldensium dogmatibus & crassis eorum erroribus nec ferendis. Et in libro de religione Moscouitarum Russorum & Tartarorum pag. 96. Lascicius author Protestans ait, *eos clerum suum sorte eligere, persuasi Deum moderatorem sortis futurum.*

S. Laconici Antisturmij spongia aduersus Lambert. Danæi Anti-Osiandrum pag. 35.

pag.35.initio, *eos à Luthero in nonnullis emendatos esse scribit.*
§ Crispinus Tract. de statu Ecclesiæ pag. 338.

dedisse. Secundo quod mere * Laicus fuerit, & omni legitima vocatione destitutus. Tertiò quod Catholicam de Iustificatione & aliis nonnullis articulis fidem tenuerit. Quartò quod ille cum suis plerosque crassos errores defenderit. Submissè igitur Maiestatis vestræ doctum iudicium compellamus, num Vualdensium exemplo satis probari possit, Protestantes perpetuo verbum & Sacramenta, vel ab anno * 1218. in quo Vualdo primum exortus est, administrasse.

* Osiander in Epitome Cent.9.10.11.12. &c. pa. 287. initio ait, *Petrus Vualdēsis vir pietate, eruditione, & sapientia conspicuus, Laicus tamen.*

* Vide supra Tract.2.cap.2. sect.3. & sect.1. ad x. y.

IDEM DE VVICKLEFFO ET sequacibus eius (Vixit is anno 1370.) ostenditur.

SECTIO QVARTA.

IOANNES autem Vvickleffus natione Anglus, [t] (vixit ille teste Foxio anno 1371.) tantum abfuit, vt membrum fuerit alicuius Ecclesiæ, in qua Protestantes verbum & Sacramenta perpetuò administrauerint, vt ne vestigium quidem vllum talis Ecclesiæ vspiā tunc tēporis apparuerit: vt ex [u] Foxio, & aliis, satis colligi potest. *Ipse vero Vvicclessus Sacerdos Catholicus fuit, Luttervvor-*

T. Act. & monument. pag. 85.

V. Foxius ibid. sic ait. *Totus proculdubio mundus in deplorando ac misero statu fuit, & densæ tenebræ & ignorantia veritatis totā terram obum-*

brarat cum Ioannes Vviccleffus emicuit tanquam stella matutina in medio nebulæ, &c. Idem vero in Act. & monument. edit. 1596. pag.391. b. lin.60. ait: *Tempore tenebrarum horribilium cum ne minima quidem puræ doctrinæ scintilla relicta videretur, Vviccleffus diuina plane prouidentia exortus est, per quem Dominus mundum è somno excitare & quasi resuscitare voluit &* Crispinus de statu Ecclesiæ 408. *Ioannes Vviccleffus tanquam è profunda nocte doctrinam filij Dei haurire cœpit.* Humfredus in vita Iuelli impressa Londini 1573. pag.263 ante med. *Ioannes Vviccleffus noster hisce nouissimis temporibus huius Euangelij tubicen fere primus, &c.* Osiander in Epitome Centur.6.10.11. pag. 439. post med. ait. *Libri Vvicclessi non per omnia sunt puri, non enim habuit tum cataneos, qui potuissent eum (sicubi longius extra metas progressus fuisset) fraterne admonere.*

thi oppidi Comitatus Lecestrensis in Anglia[x] *Parochus*, & vt Stous in annalibus Antistiti Cantuariensi dicatis, summatim narrat, [y] *primo in Ecclesiasticos inuehi cœpit, quia nimirum Archiepiscopus Cantuariensis eum beneficio quodam Ecclesiastico priuauerat.* Et ex hac occasione, ab Ecclesia in qua prius fuerat se segregans, [z] *ille cum discipulis suis nudis pedibus, vili veste pulla & talari indutus incedebat, &* [a] *visus est omnia bona temporalia ob amorem cœlestium contemnere, se Fratribus mendicantibus associans, laudans paupertatem eorum, & perfectionem extollens.* Catholica tamen dogmata quæ prius imbiberat, retinuit, Viz 2. *vsum aquæ benedictæ, 3. venerationem Imaginum & reliquiarum, 4. Sanctæ Mariæ virginis Dominæ nostræ intercessionem, 5. habitum & tonsuram sacerdotalem, 6. ritus ac cæremonias Missæ, 7. extremam vnctionem, Denique 8. septem Sacramenta*, & pleraque alia religionis capita, quæ nunc in controuersiam vocantur.

X. Stous in Annalibus anno 1592. pag. 464. initio.
Y. Idem ibid. pag.425.
Z. Idem vbi supra.
A. Idem ibid. pag.426.
2. Vviccleffus de blasphemia cap.17. mētionem facit *aquæ benedictæ*, ad quam probandā ait, *Habuerunt Christi discipuli potestatē corpora tam rationabilia quam irrationabilia consecrandi.*
3. Vviccleffus de Eucharistia cap.9. *Adoramus Imagines vnde vt signa, &c. Conceditur ergo quod reliquiæ, Imagines, & sacramanta,*

II.

Secundò multa opinionum monstra & detestandos errores defendit, verbi gratia, *quod*[b] *si Episcopus aut Sacerdos mortalis peccati reus fuerit, nō*

sunt cum prudentia adoranda. Et in Decalogo super primo mandato cap.15.ait, *Introductæ sunt Imagines in Ecclesiam, vt sint libri Laicorum, & signa recordatiua singulis Christianis, vt adorent debite sanctos Dei.*

4. Vvickleffus in serm. de Assumptione Mariæ ait, *Hic videtur mihi quod impossibile est nos præmiari, sine Mariæ suffragio, &c.*

5. Vvickleffus in Tract. de gradationibus scolasticis cap.3. de ijs ait, *Sunt docta implicite, in sua specie,* vel suo principio, *Item, supposita quacumque tali cæremonia virtuosa, vel licita, sunt docta per appositionem in suo principio.*

6. Vvickleffus de Apostasia cap. 18. hæc refert, & approbat, & Ioannes Pozibranus (hæreticus qui tempore Vvikleffi vicinus fuit) in professione fidei, cap.26. ait, *Ioannes Vvickleffus libro de Apostasia cap.18. approbat totum ritum Missæ, à principio fere vsque ad finem, &c.*

7 Vvickleffus de cap.1. prioris ad Cor. *Vnctio extrema est medicina ad sanandum peccatum, vt patet Iacobi* 5. & ibid. addit, *fit cum oleo Oliuæ ab Episcopo consecrato.*

8. Vvickleffus in Postila super 15. cap. Marci, *Omnia septem sacramenta* commemorat, & in Postilla super 1. Cor. 1. addit, *Quædam sacramenta, &c. per se promulgauit (Christus) vt Baptismum, Eucharistiam, Ordinem, & Pœnitentiam: Quædam autem per Apostolos, vt confirmationem, & extremam Vnctionem, &c.*

B. Foxius in act. & monument. pag. 96. a. art. 4. b. art. 15. Osiander Epit. Centur. 9.10.11. & pa. 452. art. 4.

cõfert ordines, nõ consecrat nõ baptizat. Quod Ecclesiasticis non liceat [c] *tẽporalia possidere, vel omnino aliquid* [d] *proprij habere, sed* [e] *mendicare debeant.* * *Iuramenta legitima condemnauit*, in quo Anabaptismum sapere visus est (*teste Osiandro*) ¶ *Omnia absoluta necessitate euenire docuit*, quod plane stoicum est. Doctrina autem Protestantium de sola fide iustificante, adeo illi incognita fuit, vt Vvaldensis eius coætaneus testetur, cum in contrariam partem peccasse, [f] *Humana merita in sensu Pelagiano extollendo.* Hinc est quod Melancthon: de Vvickleffo plane pronuntiat. [g] *Certe non intellexit, nec tenuit iustitiam fidei.* Imo addit, [h] *plures alios errores in ipso deprehendi, ex quibus quis facile iudicare poterit, quo spiritu afflatus fuerit.*

C. Act. & monument. p.96. a. fine & 93. b. art. 12. Et Osiander vbi supra pag. 458. art. 36.

D. Melãcthon in epist. ad Fredericum Myconium extat in lib. epist. Zuinglij & Oecolãpadij pag. 622. *Contendit Præsbyteris non licere vt possideant quicquam proprium.*

E. Melãcthon in locis cõmunibus Titulo de potestate Ecclesiastica seu de clauibus. *Illa Vvickleffica su-*

III.

Deniq; (vt alia id genus dogmata sua omit-

perstitio pernitiosa & seditiosa est qua adigit ministros Ecclesiarum ad mendicitatem & negat eis licere proprium tenere.

* Osiander vbi supra pag. 459. art. 43.

¶ Osiander Cent. 15. p. 457. prope initium, vide Lutherum de seruo arbitrio edit. 1603. p. 195. & 130. & assertionibus damnatis per Leonem 10. art. 36. Vide hac de re Lutherũ infra citatũ tract. 2. c. 3. sect. 10. sub. 14. initio in marg. ad a. b.

F. Vvaldensis Tom. 3. cap. 7. 8. 9.

G. Melancthon epist. ad Fredericum Miconium quæ extat inter epist. Zuinglij & Oecolampadij pag. 622. ait, *Prorsus non intellexit nec tenuit (Vviccleffus) fidei iustitiam.* Vide hoc dictum allegatum ab Hospiniano in historia sacramentaria parte 2. fol. 115. a. initio.

H. Melancthon ibid.

III.

Deniq; (vt alia id genus dogmata sua omittam) seditiosam illam (sic eam vocat [i] Meláẽthon) & omné rebellionis incentricem doctrinam tenuit, [k] *Magistratum ciuilem nullius authoritatis esse, si mortalis peccati reus fuerit, &* ¶ *Plebem pro libitu suo Principes peccantes corrigere posse.* Quam doctrinā dum in praxim reducere vellent, [l] *nonnulli Vviccleffianæ scolæ discipuli* (teste Stovvo) *ad valuas Ecclesiarum Londini scedulas affixerunt, quibus significarũt, centũ mille armatorũ contra illos dimicare paratos esse, qui illam sectam minime probarent.* Hinc factum est vt eques Veteracastrensis [m] Vvicclefi discipulus, [n] *Cuius viribus & ingenio cęteri socij sui nitebantur,* [o] *in apertā rebellionem contra Regem suum proruperit,* [p] *inito cum alijs fœdere, vt cum Rege & suis in cāpis S. Egidij Londini manus consererent. Quo tempore quadraginta illius sectæ, armis accincti,* [q] *capti sunt &* [r] *eorum triginta septem audita causa condemnati sunt & vltimo supplicio affecti. Et ipse eques Ioannes ob coniurationem illam in prædicto Sancti Egidij campo, tandem morte mulctatus fuit qui in ipso mortis articulo tam*

I. Melāẽthon ibidem ait, *de Domino ciuili sophistice & plane seditiose rixatur*, idem refert Hospinianus in hist. sacram. parte altera fol. 115. a.

K. Osiander in Epit. hist. cent. 9. 10. 11. 12. pag. 454. fine art. 15. & conc. Cõstāt. sess. 8. art. 15. & Melancthon in disputatione de iure magistratuũ de eo sic ait, *Insaniit Vviccleffusqui sēsit impios nullum Dominiũ habere.* Et in cõmentariis ad politica Aristotelis addit. *Miras tragœdias excitauit Vviccleffus, qui contendit eos qui non habent Spiritũ sanctũ amittere Dominium, & colligit.*

multas sophisticas rationes ad confirmandum hoc dogma, &c. recitabimus quædam argumenta Vviccleffi, &c.

¶ Osiander in epit. centur.9.10.11.&c.pag.455. art.17.
L. Stous in Annalib.pag.550.
M. Act.& monumentis pag.268.b & Stous in Annal.pag.550.
N. Stous ibid.& Foxius in Actis,&c.pag.173.a.& b. *Vbi innuit Rempublicam ob metum eorum turbatam fuisse, & ob eam causam Parliamentum Leicestriæ conuocatum esse, quod* (inquit ille) *consultius factum fuit, quam si Londini habitum fuisset, ob periculum quod oriri poterat à Barrone Cobham & socijs. Quare in eo Parliamento decretum est, Sectarios illos non modo hæreticos, sed & perduelles habendos esse.*
O. Stous vbi supra pag. 566. Quomodo perduellionis conuictus sit habetur in Archiuis: & refert Foxius in actis & monumentis impressis anno 1596. pag. 1296. & pag. 529. b. licet ibi ex leuibus quibusdam coniecturis pro more suo illius registri fidem eleuare conetur.
P. Stous ibidem pag. 551. prope initium, vide plura apud Holinshedum in magno chronico postremæ editionis volumine 3. pag. 454.a.lin.63.64.&c. & b. lin.10.11.12.13.&c.
Q. Stous ibid.pag.551.circa med. & Holinshedus vbi supra pag. 544.
R. Ibid.pag. 551. prope finem.

phantastice vanus fuit, vt [s] *coram illustrium virorum multitudine Thomam Erpingamum equitem, (quem omnium mortalium vltimum allocutus est) adiuraret, vt si eum die tertia à mortuis resurgentem videret, procuraret, vt secta sua religionem suam pacifice exercere permitteretur.* Ex hac autem supradicti equitis historia, è Stovvi Annalibus Superintendenti Cantuariensi dicatis recitata, satis intelligi potest, quanta inopia laborauerit Foxius, qui ad visibilis Ecclesiæ suæ continuam successionem astruendam, hunc equitem tam solenni apotheosi in Acta & monumenta sua retulerit, *tanquam* [t] *fortem ac validum martyrem, ob veram Christi Euangelij professionem occisum.*

S. Stous ibid 572.fine.

T. Act. & monum. pag. 261.b. vbi hic titulus habetur, *historia equitis Veteracastrensis.* Vide Downhamum de Antichristo pag. 41.

IIII.

Et his quidem paucis (pluribus aliis * omissis) ostendimus, primò, Vvicclеffum antequam nouas spargere doctrinas inceperit, Catholi-

* Ioachimus

cum Sacerdotem fuisse, neque tunc temporis vllum Protestantium Ecclesiam vspiam apparuisse, cuius membrum esse possit. Secundò etiam post decessionem suam plerosque fidei Catholicæ articulos tenuisse. Tertiò eundem nonnullos crassos & detestandos errores defendisse. quartò & vltimo doctrinam eius coniurationes promouere, & sequaces eius tanquam insignes perduelles conuictos fuisse. Hic igitur Majestatis vestræ iudicium imploramus, num ille & sequaces eius, continuam verbi & Sacramentorum administrationem in Protestantium Ecclesia, ab illo saltem tempore quo primum apparere cœperunt, & deinceps, satis probare possint.

Idem

Vadianus Zuinglianus Tugurinus de Antichristo lib. 5. pa. 168. a. circa medium de Vviccleffo hæc habet, *In nonnullis fœde lapsus est, garrire magis solet, quam sobrium Theologum decebat.* Et Pantaleon in chronologia pag. 119. ante med. *Vviccleffum pro hæretico habet.* Et inter hæreticos eum connumerat his verbis, *Ioannes Vviccleffus cum Lollardis in Anglia suam hæresim prædicat, &c.* Et Mathias Hoë in Tractatibus duobus tract. 1. de disputatione pag. 27. Vviccleffistas & Hussistas inter hæreticos reponit, quos *& monstra monstrosissima vocat.* Ex Foxio autem constat, *Vviccleff um fidem suam dissimulare solere ad persecutionem declinandam.* Vnde act. & monument pag. 95. hæc habet, *Vviccleffus ab aduersarijs impetitus, coactus est alia vice doctrinæ suæ rationem reddere. Ille autem vt res tulit, rigorem declinauit, & verbis ambiguis respondit, &c.* anno. 1381. & pag. 91. a. versus finem inquit, *Vviccleffum sæpius palinodiam cecinisse*, vbi eum sic loquentem introducit. *Atque hic iterum sicut ante, reuoco & retracto, &c Hac ratione* (inquit Foxius ibidem anno 1377. *Vviccleffus sese è laqueis Episcopi eripuit:* & pag. 846. traditur Vviccleffum in epistola quadam sua ad Ioannem Episcopum Lincolniensem *Retractasse illam opinionem suam, qua corpus Christi in Eucharistia, & in Missa præsens esse negabat, & in eo articulo sese Ecclesiæ Romanæ conformasse:* & pa. 98. b. post med. & 99. a. *Apparet Vviccleffum anno 1384. id est non totis tribus ante mortem annis, epistola ad Papam Vrbanum scripta se purgasse, vbi & Pontificem Romanum Christi in terris Vicarium esse agnoscit, & alia pleraque id genus per dissimulationem scribit. Hac Vafritia sua eos qui in eum animaduertere parati erant sæpius delusit.* Vnde teste Foxio pag. 98. a. paulo ante med. *Licentia ei data est Paræciam suam Luttherworthi cuius rector erat, repetendi, vbi & pacifice* (inquit ille) *obdormiuit in Domino, in ipso S. Siluestri festo anno 1387.*

IDEM DE IOANNE HVS, QVI VIXIT anno 1400. & sequacibus suis ostenditur.

SECTIO V.

DE Ioanne Hus pauca dicere sufficiet. Is circa annum u 1405. in quæstionem venit, quod communionem sub vtraque specie Laicis, porrigi vrgeret, (quod tamen inter x adiaphora ponunt Protestantes) & seditiosam illam Vviccleffi doctrinam, y *Nullus est Dominus ciuilis, nullus est Prelatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali, defenderet.* In cæteris articulis fidem Catholicam tenuit, verbi gratia, z *Septem Sacramenta,* a *transubstantiationē,* b *Primatum Papæ,* c *Missam & ritu Catholico initiatus,* d *Missam quoad vixit celebrauit,* & in reliquis omnibus tam probe Catholicus fuit, vt Lutherus dicat, e *Papistæ, Ioannem Hus, cum is, ne latum quidem vnguem à Papismo discederet, combusserunt. Eadem enim docuit quæ Papistæ, solum vitia eorum & morum improbitatem redarguit, contra Papam nihil peccauit.* Idem

V. Symon de Voion in commentar. super catalogum Doctorum Ecclesiæ pag. 159.

X. Ita sentit Melancthon in centur. epist. Theolog. pag. 252. initio, & Protestantes plerique qui eandē sequuntur sententiam à Iuello citantur, nec confutātur in replica. pag. 160. & 106. & vide Lutherum supra citatum tract. 2. ca. sectione 14. in margine ad signum † ante g. ad §. 4.

Y. Act. & monument. pag. 230 b. art. 1. & 2. Quod de Husso agnoscit Osiand. in epit. cent. 15. pag 469. paulo post med. vbi illud Vviccleffi & Hussi dogma recenset, *Nullus est Dominus ciuilis, &c.* & addit, *Hæc propositio defendi non potest, sed passus est Ioannes Hus hac in parte aliquid humani, vt supra demonstrauimus.*

Z. Act. & monum. pag. 116. a. fine & b. initio.

A. Ibid. pag. 209. a. fine, & b. initio & post med. & pag. 197. b. fine.

B. Iacob in Apologia Ecclesiæ & Ministerij Anglicani pag. 13. ante med. &

Act. & monum. pag. 227. b. art. 7 & 8. & pag. 216. art. 11. & Lutherus in assertionibus articulo 30. ait; *Ioannes Hus non repugnare videtur Monarchiæ Papæ*: Et ibid. paulo ante dixerit, *Non parum detulit Romano idolo.*

C. Lutherus in colloq. Germanico cap. de Missa ait, *Missa priuata multos sanctos decepit à tempore Gregorij per annos* 800. *Ioannes Hus eodem rete captus fuit.*

D. Iacob vbi supra, & Vldericus Reichentalus ciuis Constantiensis qui illo tempore vixit, idem testatur, in histor. Teuton. de Concilio Constantiensi.

E. Lutherus in colloquiis Germanicis cap. de Antichristo.

Idem de Ioanne Hus, Hieronymus Pragensis [f] contemporaneus eius, & plenius Ioannes Foxius, locupletes sane testes, tradunt, quorum posterior, Papam sugillat, quod eum comburi procurauerit, hisce verbis, [g] *Quid quæso docuit vel defendit in Concilio Ioannes Hus, in quo non cum Papistis superstitiose consentire videretur? Quid de trāsubstantiatione statuit fides Pontificia, quod non ipse pariter cum ijsdem Pontificijs confirmauit? Quis Missas illo religiosius celebrauit? Aut vota sacerdotalis cœlibatus castius obseruauit? Adde quod in dogmate Catholicorum de libero arbitrio, de prædestinatione, de fide formata, de iustificationis causa, de meritis bonorum operum, quid aliter sensit ille, quam quod Romæ docetur? Quam ille vnquam statuam, aut Diui imaginem eiecit è Templo suo Bethleem? &c. Agedum, quid igitur illum commeruisse dicemus, in quo non ipse pariter cum Romana Sede aut condemnandus sit, aut cum eadem absoluendus?* Et de Bohemis discipulis Ioannis Hus, addit ibidem Foxius [h] *Cum interrogarentur in quibus à Romana Ecclesia dissentirent,* [i] *hos solum 4. articulos* [k] *protulerunt. Primò necessarium esse cuilibet Christiano ad salutem sub vtraque specie communicare. Secundò, Omne dominium ciuile Clero prohibitum esse. Tertiò, omnibus omni in loco verbum Dei prædicare licere. Quartò, non licere publica peccata tolerare,*

F. Foxius in Apoc. cap. 11. p. 287. post med. ait, Hieron. laudans Ioan. Hussium ait, *Nihil illum aduersus Ecclesiæ statum commeruisse tantum abusus clericorum superbiam fastum ac pompam Prælatorum ferre minus potuisse.*

G. Idem ibid. pag. 200. post med. ait, *Hussum & Hieron. vt hæreticos traducunt, quid ita obsecro? &c. Addo aliquid amplius, Si hæreticus est qui à placitis Romanæ Ecclesiæ deflexit, Quid vnquā docuit &c. vt in textu.*

H. Foxius Act. & monum. pag. 260. b. ante medium.

I. Ibidem circa med.

K. Idem ibid. cui consonat Dresserus in

millenario sexto pagina ducentesima quinquagesima quinta post medium.

tolerare, ad maiora mala vitanda. In cæteris igitur omnibus Catholicam plane doctrinam retinuerunt. Atq; hæc quidem pauca de Ioan. Hus & suis dicta sufficiãt; qui cum non fuerint Protestanticæ Ecclesię mẽbra, nullo modo in eadẽ verbi & sacramentorum administrationẽ suffulcire poterunt. Quod cum per se manifestum sit, Majestatis vestrę iudicium hęc appellare nolumus. Illam verò Foxij seu audaciam, seu testium inopiam satis mirari nequeo, qui non modo ipsum Ioannem Hus [l] tanquam *sanctissimum martyrem* in fastis reposuerit, sed & [m] barbarum illum tumultum [n] discipulorum suorum magistri mortem [o] *vindicare* volentium, & in eum finem cum exercitu [p] 40000. armatorum contra [q] Regem suum in Bohemia rebellantium, indigno illo [r] *propugnandi Euangelij* titulo cohonestare, ac posteris commendare non est veritus.

Hactenus

L. Act. & monument. pa. 190. b ante med. & pag. 241. b. post med. & Downhamus de Antichristo pagina 40. fine.
M. De eorum immanitate, vide Foxiũ act. & monum. p. 253.
N. Ibidem pag. 250.
O. Ib. p. 251. a.

P. Ibidem.
Q. Foxius in Act. & monum. pag. 252. a. ante med. de ijs ait, *mox rebellarunt.* Et Osiander in epit. centur. 9. 10. 11. &c. pag. 472. circa med. ait, *Cum Bohemi de exustis duobus martyribus Ioanne Hus; & Hieronymo Pragensi certiores facti essent, vehementer exasperati sunt, à Magistratu politico aliquot Templa extorserunt, in quibus Conciones ab Hussiacis Ministris audiuerunt, & sacramenta perceperunt, postea progressu temporis monasteria quædam & templa pontificia destruxerunt, Sacerdotes quosdam Pontificios trucidarunt, denique multa designarunt, quæ Hussus si in viuis adhuc fuisset, minime approbasset, &c.*
R. Actis & Monumentis pag. 258. a.

QVOD ETIAMSI VVALDO, VVICKLEFFVS, & Hussus aliquando Protestantes fuissent, eorum tamen exempla hoc in casu non sufficerent.

SECTIO SEXTA.

HACTENVS Vvaldonem, Vvicclefsum, Hussum, Protestantes non fuisse satis (vt opinor) manifestè demonstrauimus, nunc autem dato, quod vere Protestantes fuissent, Majestatis vestræ æquum iudicium compellamus, an continuam verbi ac Sacramentorum administrationem in Protestantium Ecclesia pro illorum saltem tempore fuisse, ex illis probari poterit. Mihi quidem ne id fiat, duo impedire videntur.

Primò, quia ne vnus quidem illorum in primo suo ortu Religionem Protestantium, sed omnes, vt ex dictis patet, fidem Catholicam sine dubio amplexi, & professi sunt, sicut & Arius, Macedonius, Nestorius, Pelagius, Eutiches, alijque illis antiquiores Sectarij, qui initio quidem Catholici fuerunt, sed postea nouis opinionibus adinuẽtis, [f] *è nobis exierunt*: qua quidem nota, tam scriptura sacra, quam ipsi [t] Protestantes falsos prophetas discernendos esse statuunt. Prædicti igitur illi Vvaldo, Vvicclessus, Hussus, in prima sua origine, si-

S. 1. Ioannis 2. 19. Act. 15. 24. Iud. versu 19. T. Alisonus in confutatione Brownismi pag.

prima initio, & Henoch Claphamus in Canticum Canticorum anno 1602. fol. f. 3.b. & Pantaleon in epistola nuncupatoria præfixa Chronographiæ ait, *Tertium locum aßignauimus hæreticis, qui exiuerunt de electo Dei populo, & non erant ex illo.* Et Osiander in historia Ecclesiastica Centur. prima. libro tertio capite primo pag. 78. hęc verba habet, *Nota, hæretici ex Eccl sia progrediuntur.* Vide infra tractatu secundo capite secundo, sectione 12. ad 3. 4. & infra tract. 1. sect. 9. subd. 4. per totam.

ne dubio Catholici, dato quod postea Protestantes fuissent, non tam perpetuam verbi & Sacramentorum in Protestantica Ecclesia administrationem, quam eiusdem Ecclesiæ ante illorum tempora non existentiam, certo probabunt. Secundò,[u] *Non satis est,* inquit Lutherus, *vt quis verbum Dei & doctrinæ puritatem habeat, sed oportet vt vocationis suæ certus sit. Qui enim absque illa intrat, certe non alio fine id facit, quam vt occidat. &c.* Cui & sacra scriptura concinit, 2. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur,* 3. *Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron,* 4. *Qui non intrat per ostium, sed aliunde ascendit fur est.* Et quia tritum illud subterfugium extraordinariæ vocationis, satis iam supra x refutatum est, illamque Doctores Protestantes, tam Lutherani, quam Puritani reiiciunt, Ordinaria igitur vocatio & quæ per homines fit missio, tá * antiquorum Patrum,

V. Lutherus in epistola ad Gal. cap. 1. & Cartvvrigtus in 2. replica parte 2. pag. 141. initio ait, *Non magis nunc poterit Pastor aliquis absque mißione in particulari aliqua Ecclesia prædicare, quam tunc potuit Apostolus in mūdo vniuerso &c.* & addit, *quamuis quis verba scripturæ pronuntiare poßit, absque mißione, tamen prædicare non licet,* & vide defensionem Vvhitgifti pag. 520.

2. Rom. 10. 15.
3. Hebr. 5. 4.
4. Ioannis 10. 1.

X. Vide supra tractatu secundo, capite secundo, sect. 3. subdiuisione secunda in margine ad z. & a.

* Cyprianus lib. de simplicitate Prælat. *Ij sunt qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege consti-*

tunt, qui nemine Episcopatum dante, Episcopi nomen sibi assumunt. Et idem ep. 6. li. 1. ad Magnum, *Nouatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Euangelica & Apostolica traditione contempta nemini succedens, à se ipso ordinatus, & habere namque aut tenere Ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in Ecclesia non est.* Et paulo post, *Nemini succedens, & à se ipso incipiens, alienus fit & prophanus.* Sic & Tertullianus hæreticos sui temporis vrget de præscriptionibus cap. 31. *Edant origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successionem, &c.* Et Optatus libro secundo contra Parmenianum eodem modo Donatistas premit, *Vestræ* (inquit) *cathedræ vos originem ostendite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare. Missus est Victor ex Africa Romam, erat ibi filius sine Patre, sequens sine antecedente.* Haud aliter S. Aug. qu. in nouum & vetus Testamentum quæst 100. de hæreticis ait, *Ordinem ab Apostolo Petro cœptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium Episcoporum seruatum, perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, &c.*

patrum, quam [y] ipsorum Protestantium iudicio necessario statuenda est, 5. sine qua nemo sub quocunque 6. necessitatis prætextu, publicá verbi ac Sacramentorũ administrationé in se suscipere debet. Hinc Bilsonus Vvinton. cui Sarauia protestãs (& veteres illi patres, Ireneus & Cyprianus suffragantur) sic scribit [z] *Potestas clauium, & manuum impositio, primo Apostolis data sunt, nec vllam Apostolicæ potestatis partẽ habere possunt, qui Apostolicæ successionis ne speciem quidem habent, &c. Quare* [a] *Pastores potestatem & munus verbum Dei & Sacramenta administrandi in Apostolis acceperunt, & ab ijsdem deriuarunt.* Exempla autem illa [b] Adesij & Frumentij Laicorum (quæ Puritani aliqui, non minus contra patres & suos ipsorum authores, quam contra supradicta vrgent) qui amplam Indiæ regionem conuerterunt: Item, fæminæ cuiusdem captiuæ, cuius pietate Iberi conuersi sunt,

Y. Lutherus in ep. ad Galat. folio 10. a. circa medium, *Deus nos hodie vocat ad ministerium verbi sui, vocatione mediata, quæ fit per medium, id post per hominem, &c. Ea vocatio durauit vsque ad nostra tempora, & durabit vsque ad finem mundi.* Et Piscator volum. 1. Thesium Theologorum pag. 405. med. ait, *Post tempora autem Apostolorum, vocauit & adhuc vocat, & ad finem vsque mundi vocaturus est Pastores, Doctores, & Presbyteros per Ecclesiam, &c.* Vide Covvellum in defensione Hookeri pag.

86. fine & 87. initio & examen, &c. pag. 131. & 106. & vide supra tract.2. cap. 2.sect.5. subdiu.2. in marg. ad a.

5. Hac de re vide Cartvvrightum supracitatum tract.2.cap.2.sect.3. subdiu. 2. in margine ad *.

6. Vide eundem Cartvvrightum in 2. replica parte 2.pag 128. *Nemini (inquit) licet sibi honorem assumere, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quæ vnquam maior sacrificandi necessitas accidere potuit, quā cū Saul sacrificare præsumpsit?* Samuel 1.13.11. &c. *Quanta ibidem necessitas Oziam ad Arcam sustentandam impellere videbatur? Quia tamen in casu munera ingesserunt non vocati, prætium tulerunt præsumptionis.*

Z. Bilsonus de perpetuo Christi Ecclesiæ regimine cap.9.pag.111. ante med. & Sarauia in defensione tract.de diuersis Ministrorum gradibus pag. 10. *Episcopos & Episcoporum successionem qua vnus vni à temporibus Apostolorum semper & vbique successit, &c. in dubium reuocare quo magis cogito, eo magis magisque vsque ad stuporem admiror.* Et vide Covvellum in Examine aliquorum quæ in Ecclesia Anglicana in vsu sunt pagina 106. Antiquus autem ille Iræneus libro 4. capite 43. prope finem sic ait, *Quapropter ijs qui in Ecclesia sunt Presbyteris obedire oportet, ijs qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt: reliquos vero qui absistunt à principali successione, quocunque loco colliguntur, suspectos habere, &c.* Et vide eundem Iræneum lib.5.cap.3 & prærallegatum S. Cyprianum lib. 1. epist. 6. quem citant & reiiciunt Centuriat. centur.3.c.4. col.85. lin. 8. his verbis. *Habet Cyprianus alias opiniones periculosas, vt quod Pastoratum ad ordinariam successionem alligat, lib. primo epistola 6.*

A. Ibidem pag.111. post med. & Covvellus in examine pag.97.& 106.

B. His exemplis contrarium asserere conatur Fulco contra Testamentum Rhemense in Rom.10.fol.255 paulo post med.

sunt, [c] nihil quicquam contra prædicta valent.

Quod si Catholica nostra vera Ecclesia sit, & verū ius habeat hanc quo verbū & sacramenta administrantur, potestatē conferendi, quā & de facto * Husso & Vvickleffo, &c. cōtulit, quāmq; validam fuisse ipsi aduersarij agnoscunt, cur eandem tanquam falsam & Antichristianam tam atrociter accusant & maligne calumniantur? Si enim (vt ipsi dicunt) Papa Antichristus sit, & Ecclesia nostra Antichristiana, tunc sequitur necessario, quod ipsi inferunt, [d] *non esse in Babylone* (hanc ipsi no-

C. Licet Ædesius & Frumentius populo illi fidem Catholicam intimarunt, quod & Laici facere possunt, non tamen verbum Dei aut sacramenta administrarunt, quoad vsq; *Frumentius Alexandriam ad Athanasium profectus, ab illo Episcopus initia-*

tus esset, teste Theodoreto hist. libro 1. cap. 23.iuxta editionem Chrystopher. Neque vero fœminam illam verbum Dei aut sacramenta administrasse fertur, sed cum ex miraculis quæ Regem & Reginam curando, patrarat, Deum verũ, quem colebat illi genti notum fecisset, & Templum illi extrui procurasset. *Postquam ædificium perfectum fuit* (inquit Theod. lib.1.hist.cap.24.) *& tectum ei impositum & soli sacerdotes desiderabantur, præstabilis illa mulier, hanc rem facile expediuit. Nam persuasit Regi, vt legatos ad Imperatorem Romanum mitteret, postularetque vt sibi doctor aliquis veræ in Deum pietatis mitteretur, &c. Tum virum fidei, doctrinæ, & piæ vitæ ornamentis eximie decoratum, atque adeo ad Episcopatus gradum euectum, Præconem diuinæ cognitionis Iberum Genti cum Donis quam plurimis misit.* Exemplũ autem Frumentij hoc eodem modo interpretatur Sarauia in defensione Tract. &c.contra responsionem Bezæ cap.2.pag.46.ante med. Quoad factum autem illius piæ fœminæ, Cartvvrightus apud Vvhitgiftum in defensione pag. 506. circa med. sic ait. *Quod fœmina sub cuiusquam necessitatis prætextu, etiam tunc cum nemo alius inueniretur qui prædicare possit, aut velit in Ecclesia Euangeliũ annuntiare permittatur, nouum dogma videtur, & Anabaptistis fauens, &c.* Idem defendit in 2. replica pag 121. post med.

* Vvitakerus contra Duræum lib. 9. pag. 820. sic Duræum alloquitur, *Fuit Lutherus vestro etiam ritu Præsbyter atque doctor, &c. & talem fuisse Zuinglium, Bucerum, Oecolampadium, aliosque innumerabiles constat, &c.* Vide Ioannem Regium in lib. Apologetico, &c. pag.122. ante med.& pag. 121. Et Brigesius Oxoniensis in defensione Regiminis, &c. p.1276.post med.tanti facit Ministrorum Protestantium à Catholicis acceptam missionem, vt de Catholicis Episcopis eorumque vocatione dicat, in hæc verba, *Si fratres nostri eos (Catholicos Episcopos) non nisi Laicos habere velint, tunc neque nos neque illi veri ministri erimus, sed meri Laici. Quis enim nos ministros constituit, nisi aut Episcopi Catholici, aut qui à talibus initiati sunt? nisi forte plebem ministros facere posse autument, &c.*

D. Propositiones & Axiomata disputata in Academia Geneuensi pag. 245. circa med. & Gabriel Povvellus in animaduersionibus suis ad quasdam rationes Papistarum, &c pag. 71. *Ordinatio Papistica mera prophanatio est, &c. In Papatu nulla est vera vocatio Ecclesiastica, &c.* Vide Sutcliffum in responsione ad supplicationem Sacerdotum sect.19. & Fulconem in responso ad Pseudocatholicum p.50. circa med. vbi sic ait Catholicos alloquitur, *Nolite errare, nos Episcopos vestros & sacerdotes Diaconos nõ nisi mere Laicos esse putamus, nimiaq; audacia nos ordines vestros, tanquam legitimos approbare præsumitis.* Et p. 1.ante med. rationem reddit, Cur Protestantes Papistarum Baptismum, non autem ordines eorum probent. Vide Vvhitakerum contra Duræum lib.9. pag. 811. initio & Fulconem in retentiua, &c.pag. post med. vbi sic ait, *Toto corde abrenuntiamus, abhorremus, detestamur & conspuimus, fœdos vestros, & Antichristianos ordines.* Et Beza apud Sarauiam in defensione Tract. &c. contra responsionem Bezæ pag. 56. circa med. ait, *Papisticæ ordinationes nihil aliud sunt, quam fœdissima Romani prostibuli nundinatio, &c.*

stram interpretantur Ecclesiam) ordinem aliquem sacrum seu vocationem legitimam, sed solum

ſolum vſurpatam quandam authoritaté. Cui enim non abſurdũvideatur, Chriſti miniſtros ab Antichriſto poteſtatem ſumere? Sic enim non modo Vvaldo ille Laicus, & qui ab ipſo deſcendunt (quod & ſupra [e] de ijs alia ratione probatur) ſed etiam Hus, Vvickleffus & ipſe Lutherus, qui non aliam, quam à noſtra Eccleſia acceptam vocationem habuerũt: Imo & quotquot deinceps ab illis deſcenderunt, omni hactenus vocatione legitima caruerunt. [f] *Vera enim ordinationis ſucceſsio* (inquiũt aduerſarij) *interrupta fuit.* Atque hæc quidem tam neceſſaria perſonarum ſucceſſio, & vocatio adeo manifeſtè Proteſtãtium Eccleſiæ defuiſſe cernitur, vt plerique eorum qui (teſte Sadello) [g] *doctrinam Eccleſiæ veram eſſe agnoſcunt, & ſuper expreſſo Dei verbo fundatam, tamen Miniſtros ſuos omni vocatione legitima deſtitutos eſſe, contẽdunt, vtpote qui nullam habent ſucceſſionem legitimã, quam ſolis Pontificijs concedunt.* Atque hanc opinionem mordicus tuentur adeo vt Sadeel [h] peculiarem hac de re contra eos tractatum ediderit.

Atque

E. Supra tract. 2.cap.2. ſect.3. prope initium ſect.1.ad 5. & ſect.2.*.z.b.

F. Laſcicius de Ruſſorum, Moſcouitarum, & Tartarorum, religione pag. 23. citat Caluinum dicentem *Quia Papæ tyrãni de abrupta fuit vera ordinationis ſeries nouo ſubſidio nũc opus eſt, &c. Atq; omnino extraordinarium fuit hoc munus, quod Dominus nobis iniunxit, &c.* Itaq; ad vocationem extraordinariam cõfugiunt. Et Beza cum in colloquio Poſſaico de vocatione ſua & ſociorum quæſtio proponeretur, *illam extraordinariam eſſe dixit.* Qua de re vide Sarauiam in defenſione tract. contra reſponſum Bezæ pag.56. fine & 60.poſt med. & 74.fine. Vide teſtimonium Bezæ infra Tract.2.cap.2.ſect. 11. ſubdiuiſione 3. ad ¶. ante g. & Falco contra Stapletonum & Martialem pag. 2. poſt med. ait, *Proteſtantes qui his nouiſsimis diebus Euangelium prædicarunt, extraordinariam vocationem ſortiti ſunt.*

G. Antonius Sadellus lib. cui Titulus, de rebus grauiſſimis controuerſis diſputationes Theologicæ pag.719. ante med. ſic ait, *Hoc ipſa rei veritas ab illis obtinuit, veram atque expreſſo Dei verbo fundatam eſſe eam doctrinam, quam Eccleſiæ noſtræ amplexæ ſunt, ſed affirmant miniſtros eſſe apud nos legitima vocatione deſtitutos, cum non habeant perpetuam ac viſibilem ab Apoſtolis ad hæc vſque tempora ſucceſsionem, eamque ſolis Pontificijs attribuunt, ac propterea nobis illos in hac quæſtione ſolent anteferre.*

H. Illius Tractatus inscriptio sic habet, *De legitima vocatione Pastorum Ecclesiæ reformatæ, aduersus eos qui in hoc tantum capite, se ab Ecclesia reformata dissentire profitentur.* Incipit autem pag.719. libri citati.

Atque hæc quidem hactenus de quęstione illa dicta sint, an Vvaldo, Vvicklessus, Hussus, Lutherus, legitimā vocationem habuerint, verbum & Sacramenta in Ecclesia Protestantium administrandi. Hac enim si caruerint, tum dato quod meri Protestātes fuissent, nec vnquam ab Ecclesia Catholica apostatassent, sed ab initio dogmata Protestantium professi fuissent (quod tamen aliter se habere sat scimus) ob defectum tamen ordinis, & legitimæ vocationis, sine qua* nemo sibi verbi & sacramentorum administrationem (vt omnes confitentur assumere debet) plane apparet, tot iam sæculis elapsis Ecclesiam Protestantium verbi & Sacramentorum administratione caruisse, sine qua ex ipsorum [1] predicta & sacrę scripturę consona confessione, Ecclesia consistere nequit.

* Vide supra tract.2. cap.2. sect.6. ad u.2..3. 4. & sect.3. in marg.ad *.

I. Vide supra Tract. 2. cap. 2. sect.1. ante med. ad x.y.z.

QVOD NEC BERTRAMVS, NEC Berengarius, nec alij Vvaldone antiquiores, vel pro suo tempore verbi & Sacramentorum in Protestantium Ecclesia administrationem satis propugnare possint.

SECTIO VII.

De Vvaldone, Vviccleffo, Husso, quorum potissimum exemplis aduersarij nitūtur, satis vt opinor, fuse disseruimus. Idem de alijs prioribus sæculis ostēdere

dere minus erit necessarium, tum quia defectus verbi & sacramentorum, vel pro tempore Vvaldonis, Vvickleffi, & Hussi, imo vel vnius cuiuspiam eorum, Ecclesiam Protestātium tunc nullam fuisse satis probat, Cū hæc ex ipsorum * confessione (vt iam diximus) in vera Ecclesia semper manere debeant: tum quia parem defectum in prioribus etiam sæculis, ijdem ipsi aduersarij egregie testantur. Aliquid tamen prædictæ aduersariorum k confessioni addendum est. Plerique igitur Protestantes, & ij quidem doctiores & in dictis suis & scriptis Cautiores, agnoscunt, *quod ab anno saltem Incarnationis* [l] *607. Religio Papistica vndique præualuerit,* [m] *& Papæ omnes à Bonifacio 3. Antichristi fuerint, & quod ab eo tempore eorū Ecclesia,* [n] *in desertum fugerit, vt ibi longo tempore maneret scilicet inuisibilis.* Vvaldo autem qui Vvickleffo, & Husso longe fuit antiquior, ortus est circa annum Domini [o] 1218. adeo vt ab anno 607 vsque ad ipsum, sexcenti amplius anni interfluxerint, quo toto tempore non minus quam à tempore Vvaldonis, aduersariis probare incumbit, verbi & sacramētorum administrationem in sua ipsorum Ecclesiæ viguisse.

Toto enim illo sexcentorum annorum interuallo vt supradictum est, * ne vnum quidē exemplum proferre possunt, alicuius in toto orbe terrarum Regni, ciuitatis, aut Oppidi, imo nec alicuius vspiam mortalis, qui eorum religionem professus sit, aut Sacramenta ce-

* Vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad t. u. & ibid. x. y. z. b. c.
K Vide supra tract. 2. c. 2. sect. 4. ad q. r. s. &c.
L. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 36. prope initium, & Gabriel Povvellus examine rationum à Papistis exhibitarū, &c. pag. 105. fine. Concedo (inquit) ab anno Christi 605. religionis Papisticæ professores valde visibiles esse & cōspicuos. Vide supra tract. 1. sect. 2. initio pag. 5. ad k & Tract. 2. cap. 1. sect. 4. paulo post initium ad n. o. & tract. 1. sect. 8. initio in marg. ad c.
M Fulco ibid. p. 27. circa med. Idem totidem verbis asserit

Vvhitakerus & alij sup. Tract.1.sect.8.initio ad c. & Tract.1.sect.3. subdiuisione 10. ad *. proxime post 22.

N. Fulco ibid.pag.16. post med.

O. Act.& mon. pag.628.b.ante med.

*. Hinc Ioachimus Camerarius libro de fratrum Orthodoxum Ecclesijs pag. 273. de Vvaldensibus ait. *Neque dubitamus antiquissimos hos veritatis Christianæ à Pontificijs corruptelis vindices esse & assertores, quorum doctrina & exemplis excitati sunt posteri.*

lebrauerit. Hoc vt manifestius fiat, vltro demus aduersarijs, tam apocriphā illam, & supposititiā epistolam Basileæ editam, ad Sacerdotum coniugia comprobanda sub nomine Vlrici Episcopi Augustani ad Nicolaum Papam genuinam esse (quæ tamen non satis apte temporibus diuisa fuit, p Nicolaus enim iā mortuus erat antequā Vlricus natus esset) quàm librum illum licet forte antiquiorem, non minus tamen adulterinū & q mendacem sub nomine * Caroli Magni contra imagines scriptum germanum esse. Quum tamen Imperator ille non solum r Iconomachis inimicus, sed & Romanæ Ecclesiæ (vt ipsi Protestantes s confitentur amicissimus fuerit: Quin & librum illum de Eucharistia nuper ab Oecolāpadio sub Bertrami nomine non sine fuci ¶ suspitione editum, illum eundem antiquum esse supponamus; quem Bertramus de corpore & sanguine Domini ad Carolum Caluum scripsisse fertur: Item, quod liber ille non t anceps sit, sed directe contra realem corporis Christi in Eucharistia præsentiā militet, quod tamen Centuriatores u pernegāt: Concedamus denique Berengarium Archidiaconem Andegauensem transubstantiationem negasse, & nunquam errorem illum re-

P. Nicolaus enim primus, ad quem illa epistola inscribitur, initiatus est Pontifex anno 858. seditq; nouem annis duobus mensibus, viginti diebus, mortuus est autem teste Onuphrio in lib. de Romanis Pōtificib. anno 867. Vide Anastasium Bibliothecarium de vitis Romanorum Pontificū, &c. Moguntiæ anno 1602. pag. 305. fine, & 328. initio & Pantaleon Chron. pag 70. Vlricus

autem creatus est Pontifex Augustanus anno 924. (Vide Vrspergensem & Citræum in Chronicis suis & Pantal. in Chron. pag.75.) sedit autem 50. annos & mortuus est anno 973. Beuther. lib. Fastorum pag. 209. Vide Pantaleonem in Chronographia pag.75.& Osiandrum Epitome hist. Ecclesiast.cent.9. 10.11.12.&c. pag.99.fine,& 100. ante med.

Q. Constat hoc ex rescripto Adriani ad Carolum quod extat Tom.3.Concil. & ex multis aliis quæ citat Iuo,librum illum ab aliquo hæretico Iconoclasta suppositum esse.

* De eo Caluinus lib. 1. Institut. cap. 11. sect.14. *Extat refutatorius liber sub Caroli Magni nomine, quem ex dictione colligere licet eodem fuisse tempore compositum.*

R Ionas Aurelianensis qui illa ætate vixit, lib.1.pro Imaginibus,asserit *Claudium Taurinensem, qui sacras Imagines impugnauit, numquam ausum esse opinionem suam tempore Caroli Magni propalare.* Et Paulus Æmilius lib.2.hist. Franciæ refert, *Carolum Magnum duodecim Episcopos Romam misisse ad Concilium à Papa Stephano ibidem conuocatum,à quo abrogata est Constantini Cæsaris Græca Synodus contra Imagines.* Hac de re vide Centuriatores centur.8.cap.9.col.570.lin.29. & Cooperus nuper Superintendens Lincolniensis in Chron. fol.174.b. circa med. refert *Episcopos quosdam ab Adriano ad Carolum missos,qui Concilium in Gallia contra Iconoclastas tenuerunt, &c.*

S. Vide hac de re Lucam Osiandrum,&c. in Epitome Centur.8.pagina 101. circa med. & Cooperi Chron. fol 173. a. post med. & 195. b. ante med. Foxius in Apoc. pag. 436. & Crispinus lib. de statu Ecclesiæ pag. 221. & 226. Et Hospinianus in epistola dedicatoria histor. sacrament. circa medium ait. *Imperator* (Carolus Magnus) *non solum publicis edictis mandauit, vt cæremoniæ & ritus itemque Missa latina Romanæ Ecclesiæ,aliaque decreta placita & instituta Romani Pontificis per totum Imperium obseruarentur, sed ipsemet etiam carceribus ac varijs suppliciorum generibus ad hoc ipsum cogebat Ecclesias.* Improbabile est igitur hunc libro edito Ecclesię Romanæ doctrinam de Imaginum veneratione impugnasse.

§ Pantaleon in Chronologio pag. 65. cum Bertramum & cætera eius opera commemoret, de hoc tamen libro vel dogmate ne verbum quidem dicit.

T Tam perplexus est iste liber & ambiguus,& verbis illis *figura,spiritualis,ministerium*, cum tali restrictione vtitur, & simul tam diserte realem corporis Christi sub speciebus panis præsentiam asserit,vt testimonium eius in contrarium recte adduci nequeat.

V. Contur. 9. cap. 4. col. 212. sic habetur. *Transubstantiationis semina habet Bertramus.*

uocasse, cum tamen eum [x] palinodiam cecinisse constet: item,quod ab alijs omnibus erroribus immunis fuerit, de quibus eum Oecolampadius, aliique Protestantes [y] accusant in quorum retractatione constanter mansit, & sincerus & vere Catholicus mortuus est:

X. Act. & monument. pag.13. a

Y. Oecolampadius lib. ep. Oecolampadij & Zuinglij lib.3. & pag.

710. fine ait, *Berengarius nonnulla affirmabat aduersus coniugium & Baptismum paruulorum* & pag. 711. *Deinde etiam Berengarius parum candide incessisse deprehenditur* & pag. 812. initio, *damnata est Berengarij opinio nimirum sacerdotio Christiano minus tribuens.* Vide Papirium Massonium in annalibus Francorum lib. 3. in Hugone & Roberto, vbi fertur, *Berengarium cum suis gratiam Baptismi negasse, aut quod homines mortalis peccati rei eiusdem vnquam remissionem consequi possent*, prętereа *matrimonio inimicum fuisse.* Et Crispin. de statu Ecclesiæ pag. 289. ait, *Quamvis Berengarius verum diceret, odio tamen contra Lanfrancum & Rogerium & inani quadam gloria percitus est, &c. Cæteris suis dogmatibus quædam contra nuptias & paruulorum Baptismum adiunxit, &c. Ita fit plerumque cum sine timore Domini causam Euangelij promouere satagimus.*

Nihil tamen hæc omnia, cæteraque id generis, si quæ afferri possunt, Protestantium causam promouebunt. Nec enim exempla hæc vltra se extendunt, quam ad vnum aliquem locum, vel tempus sexcentorum illorum annorum, imo plerumque non nisi ad vnum aliquem hominem Catholicum, qui singularem aliquam Religionis Protestantium opinionem secutus (cum in cæteris interim articulis Catholicus esset) quare non aliud quam paucorum inconstantiam & vanitaté ostendunt. Id quod satis animaduertit Fulco, qui de religionis suæ in tempore prædicto successione interrogatus, sexcentos illos inter Bonifacium & Vvaldonem annos transiliens, & prædicta exempla omnia omittens, in Vvicleffo principium sistit, sic inquiens: z *Non negabitis (opinor) Vviccleffum nostrum fuisse.* Bertramum autem aliosque nonnullos qui imagines & cœlibatum sacerdotum impugnarũt, commemorat ille quidem, sed pro suis vendicare non audet. Sic enim de ipsis ait, a *Licet hi, alijque nonnulli his similes, aliquam illius veritatis partem arripuerint, quam & nos hoc tempore defendimus, ne tamen causemini eos non nisi in vno aut altero*

z. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 34. paulo ante med. quod autem his nouissimis temporibus Vvickleff. primus Protestãs fuerit, vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 4.

initio in margine ad u. & Philippus Mornæus tract. de Ecclesia Anglice verso, & excusso anno 1606. c. 11. p 377. cum alios recenseret, Vvicleffum tacet, quem ob prædictos forsitan errores reiicit, quos eum tenuisse probauimus, tract. 2. cap. 2. sect. 4. subd. 2. & 3. *Primi Ecclesiæ reformatores* (inquit ille) *Hussus, Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus, aliique à quibus nostri descendunt, &c. Huius vero reformationis nostræ primum ætate* (vt ille putat) *ineptæ, indicem fuisse interpretatur stellam illam nouam nostro seculo in cœlis apparentem, qualis* (inquit) *ab initio mundi nunquam visa est præterquam in Christi Domini natiuitate. Hanc autem quid quæso aliud portendere existimabimus, quam nouam Christi in mundo per verbum eius prædicatum, annuntiationem?* Tantum abest id à Vvaldone, Vvicleffo, &c. primo præstitum fuerit.

A. Fulco ibidem.

2. Napper. in Apoc. c. 20. p. 230. *Per totos mille annos à diebus Siluestri Papæ eius nominis primi* (vixit autem is anno Domini 320. vsque ad Bonifacium 8. *nemo fuit qui cum Romana Ecclesia contenderet. Ab eo autem tempore acri quadam contentione inter Romanum imperium & Mahometanum gliscente, subito palam & aperte aliqui veræ religionis professores irruperunt, nempe Ioannes de Rupescissa, & Gulielmus de Sancto Amore, anno 1260. &c. Vvicleffus anno 1390. Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis anno 1415.* His ergo Bertramum, & Vlricum, cæterosque ante Bonifacium 8. inter suos non numerat. Quod ad Ioannem de Rupescissa attinet, vixit is, non anno Domini 1260. vt ait Napperus, sed anno 1340. teste Foxio actis & monumentis vltimæ editionis pag. 359. col. a. qui & ibidem refert, *Eum quod Clerum de inormibus suis peccatis, & officio neglecto arguerit, in vincula coniectum esse.* Alioquin enim Catholicus fuit, & Religionis Protestantium plane ignorus. Gulielmus etiam de Sancto Amore, vt refert idem Foxius ibidem pag. 287. lin. 60. & Crispinus de statu Ecclesiæ pag. 359. *Ideò in ius vocatus est, quod fratres religiosos impugnaret, eorumque hypocrisim redargueret.* Vnde & Pantaleon in chronologia pag. 102. sic de illo scribit, *Gulielmus de Sancto Amore Monachos ex eleemosyna in otio viuentes, non saluari scribens, à Papa hæreticus censetur.* Simile de eo refert Osiand. cent. 13. pag. 367. ante med. & fusius Vadianus de Eucharistia lib. 5. fol. 167. b. post med. Quod vero Protestans fuerit nullibi mentio habetur. Sed cum alia non habeant, hisce friuolis exemplis vti coguntur Protestantes, vt ementitam Ecclesiæ suæ successionem quoque modo coram imperitis tueantur.

articulo nobis consensisse, eos silentio prætermitto. Prædicta igitur exempla etiamsi vera essent, cum quæstionem præsentem non attingant, probare nequeunt protestantes sexcentis illis à Bonifacio tertio vsque ad Vvaldonem annis, verbum & Sacramenta administrasse. Id quod 2. Napperus quantumlibet acris aduersarius, plenius agnoscit. Sed & Anto-

nius Vvottonus, cum Ecclesiæ Protestantium inuisibilitas per mille annos continuos illi obijceretur, nec haberet quod responderet, mira quadam vafricie quæstionem reuerberat, & nobis illud confutandum relinquit, quod ille cum suis affirmant ac proinde probare deberent. Sic enim nos alloquitur, † *Dicetis, ostendite nobis vbinam fides ac religio vestra edocta fuerit? Jmo vero probate vos nullibi edoctam fuisse? Et quid si id monstrari nequeat? scimus tamen ex articulis Symboli fuisse semper Ecclesiam, in qua hanc quam profitemur Religionem teneri necesse est.* O circulos. *Nobis vero absurdum non est veram Ecclesiam abscondi, quin hoc vobis impugnare incumbit, quod cum feceritis * adductis in medium registris, responsum feretis.* Ecquid dici possit clarius, quo omnibus innotesceret, non posse eos probare Ecclesiam suam tot iam sæculis prædictis visibilem fuisse? Quo plenius autem constet, neque Hussum, Vviccleffum, Vvaldonem, neque quemuis alium infra 600. annos illos inter Bonifacium tertium & Vvaldonem intermedios, Ecclesiæ Protestantium adhæsisse, coronidis vice adiungam, summam eorum, quæ doctos Protestantes hac de re confessos esse, iam supra demonstrauimus.

Imprimis autem Parkinsius sic ait, 3. *Nos dicimus quod ante Lutheri tempora, per multa sæcula generalis*

† Vvottonus in responsione ad libellum quendam Papisticum pag. 11. & Fulco de Successione Ecclesiastica &c. pag. 89. circa medium, *Ecclesiam etiam in deserto latentem esse tamen Catholicam, hoc est per orbem terrarum dispersam, cum vtrumque scriptura euidenter doceret, factis confirmatum putabam:* & ibidem pagina nonagesima prima medium, *Sed proferre me iubes toto orbe latitantes electos, vah quam iniquum postulas, vt quos latuisse contendo, eosdem in lucem protraherem.*

* Non fiunt tabulæ seu registra rerũ non existentium, Ecclesia vero Protestantium tunc nusquam erat, vt minime mirum sit, si nullibi eius mentio fiat.

3 Parkinsius in expositione Symboli pag. 400. Simile habet in Catholico reformato pag. 329.

generalis quædam Apostasia totum terrarum orbem inundarit, neque nostra Ecclesia vspiam tunc mundo visibilis fuerit. Cuius rei rationem his verbis reddit, 4. *Totos nongentos annos hæresis Papistica per vniuersum orbem grassata est.* Fulconem taceo ingenuè confitentem, 5. *Ecclesiam suam post annum Domini 607. inuisibilem mansisse.* Sed & Napperus iam supra citatus agnoscit, 6. *Papam cum Clero eius externam visibilem Ecclesiam annos 1260. possedisse,* 7. *vera Dei Ecclesia sine dubio toto illo tempore latente, ac inuisibili manente.* Haud aliter 8. Sebastianus Francus, 9. *Absque omni dubio* (inquit) *opera Antichristi factum est, vt Ecclesia Christi externa, vna cum fide & Sacramentis mox ab Apostolorum transitu euanuerit: nec per mille quadringentos annos Ecclesia vsquam visibilis fuerit.* Præmissis rite perpensis, nempe Catholicæ nostræ Ecclesiæ veneranda canitie, & Nouatorum chimeræ vanitate, antiqui illius & sancti Patris 10. Vincentij Lyrinensis verbis admonere libet huius

4. Parkinsius ibid. pag. 307.
5. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 16. ante med.
6. Napperus in Apoc. pag. 145. col. 3. fine.
7. Ibid. pag. 191. initio.
8. Ibid. pag. 161. & pag. 156. & 237. & 23.
9. Sebastianus Francus in epistola de abrogandis inuniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis.
10. Vincentius Lyrinensis contra hæreses sub initio, *Quid promittunt nisi nouam ignoratamque doctrinam? Audies enim quosdam ipsorum dicere, Venite, ô insipientes, & miseri, qui vulgò Catholici vocitamini, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante sæculis latuit, nuper vero reuelata & ostensa est, &c. Nonne hæc verba sunt illius meretricis? &c.* Ad Catholicum vero sic ille, *Depositum custodi. Quid est depositum? id est quod tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod acceptum, non quod excogitasti, rem non ingenij sed doctrinæ, non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis,* & pag. 670. addit, *Hoc apud omnes hæreses quasi solenne est ac legitimum, vt semper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant. Contra vero Catholicorum hoc fere proprium, deposita Sanctorum Patrum & commissa seruare, damnare prophanas nouitates, &c.*

ius temporis Catholicos, ne malesuadis Nouatorum velut blandientium Syrenum incantationibus acquiescant: quantumlibet eas 11. dulcisonis scripturæ sacræ testimonijs temperent.

11. Vincentius ibidem ait, *Hic fortasse aliquis interroget, An & hæretici diuinæ scripturæ testimonijs vtantur? vtuntur plane & vehementer quidem. Nam videas eos volare per singula quæque sanctæ legis volumina, &c. Nihil vnquam pene de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adumbrare conentur, sed tanto magis cauendi & pertimescendi sunt.* Et ibid. paulo post, *At si quis interroget quempiam hæreticorum sibi talia persuadentem, vnde probas, vnde doces, quod Ecclesiæ Catholicæ vniuersalem & antiquam fidem dimittere debeam? Statim ille, scriptum est enim, & continuo mille testimonia, mille exempla, mille authoritates parat, de lege, Apostolis, & Prophetis, &c.*

CONFVTATIO ILLORVM PROTESTANTIVM, *qui dicunt Ecclesiæ suæ verbi & Sacramentorum administrationem, toto illo tempore fuisse quidem, sed tamen inuisibilem & incognitam mansisse: Et solutio tritæ illius obiectionis, de Elia qui se solum relictum ingemuit.*

SECTIO OCTAVA.

PROTESTANTIBVS in eas quas diximus angustias redactis, succenturiatum qualecunque subsidium affert Antonius Sadeellus dicens, b *Quamuis Ecclesiæ suæ Pastores & Doctores, imo & verbi & Sacramentorum administratores tot simul*

B. Sadeellus de rebus gra-

ussimis controuersiis disputat: &c. pag. 783. prope initium.

simul sæculis incognita fuerint, vt dictum est absque omni tamen dubio toto illo tempore fuerunt, sicut & septem illa fidelium millia c Eliæ incognita fuerunt, cum se solum relictum d quereretur, fuerũt tamen illo ipso tempore & manserunt. Hic Majestatis vestræ patientiam imploramus, dum hoc vltimum perditæ causæ refugium precludimus. Vt igitur allegata discutiamus, & simul breuitati consulamus, dicimus.*

C. Tertiò Regum 19. 18.
D. Ibid. versu 10.

I.

Primò esto septem illa millia tunc temporis Eliæ incognita fuissent; non sequitur tamen (quod præsens quæstio postulat) vt cæteros etiam omnes illius ætatis latuerint. Non probat igitur illud exemplum, quod omnes fideles vnius sæculi, multo minus tot sæculorum, quot in casu nostro numeramus, vel vni Eliæ, nedum orbi vniuerso absconditi fuerint. Cũ ne minima quidem memoria, aut vestigium vllũ appareat, vnius alicuius, in vna aliqua Prouincia, qui vel vna saltem vice, verbum & sacramenta toto illo tempore Protestantium ritu administrauerit.

* Hæc obiectio alijs duobus modis dilui potest. Non valet enim argumentum à Synagoga ad Ecclesiam, cum hæc teste Apostolo ad Hebræos 8. 6. *melioribus promissis stabilita sit*. Licet igitur Eliæ tempore sic defecisset Ecclesia fidelium, vt inuisibilis esset (quod tamen verum non est) non inde sequitur, quod post Christi aduentum id fieri possit. Secundò, illa vox Eliæ, quantumcunque extendatur, non de alijs certe quam de Iudæis intelligi potest.

II.

Secundò, Illud Eliæ exemplum, nobis potius fauet, & aduersarijs aduersatur, quare illud aut ob inscitiam non intelligunt, aut ex malitia male applicant. Constat enim (vt

* Cartvvirgthi

Præter hos autem fuerunt alij nonnulli fideles Gentiles, vt exemplo Melchisedec, Iob, &c. patet. Qua de re vide supra Tract. 2. cap. 1. sect. 5. prope initium ad 3. Hi igitur illo ipso tempore visibilem Ecclesiæ cultum exercere potuissent.

H. Illius Tractatus inscriptio sic habet, *De legitima vocatione Pastorum Ecclesiæ reformatæ, aduersus eos qui in hoc tantum capite, se ab Ecclesia reformata dissentire profitentur.* Incipit autem pag.719. libri citati.

Atque hæc quidem hactenus de quęstione illa dicta sint, an Vvaldo, Vvickleffus, Hussus, Lutherus, legitimã vocationem habuerint, verbum & Sacramenta in Ecclesia Protestantium administrandi. Hac enim si caruerint, tum dato quod meri Protestãtes fuissent, nec vnquam ab Ecclesia Catholica apostatassent, sed ab initio dogmata Protestantium professi fuissent (quod tamen aliter se habere sat scimus) ob defectum tamen ordinis, & legitimæ vocationis, sine qua* nemo sibi verbi & sacramentorum administrationem (vt omnes confitentur assumere debet) plane apparet, tot iam sæculis elapsis Ecclesiam Protestantium verbi & Sacramentorum administratione caruisse, sine qua ex ipsorum [i] prędicta & sacrę scripturę consona confessione, Ecclesia consistere nequit.

* Vide supra tract.2. cap.2. sect.6. ad u.2.3.4. & sect.3. in marg. ad *.

I. Vide supra Tract.2. cap.2. sect.1. ante med. ad x.y.z.

QVOD NEC BERTRAMVS, NEC *Berengarius, nec alij Vvaldone antiquiores, vel pro suo tempore verbi & Sacramentorum in Protestantium Eccclesia administrationem satis propugnare possint.*

SECTIO VII.

DE Vvaldone, Vviccleffo, Husso, quorum potissimum exemplis aduersarij nitũtur, satis vt opinor, fuse disseruimus. Idem de alijs prioribus sæculis ostẽdere

dere minus erit necessarium, tum quia defectus verbi & sacramentorum, vel pro tempore Vvaldonis, Vvickleffi, & Hussi, imo vel vnius cuiuspiam eorum, Ecclesiam Protestãtium tunc nullam fuisse satis probat, Cũ hæc ex ipsorum * confessione (vt iam diximus) in vera Ecclesia semper manere debeant: tum quia parem defectum in prioribus etiam sæculis, ijdem ipsi aduersarij egregie testantur. Aliquid tamen prædictæ aduersariorum k confessioni addendum est. Plerique igitur Protestantes, & ij quidem doctiores & in dictis suis & scriptis Cautiores, agnoscunt, *quod ab anno saltem Incarnationis* l *607. Religio Papistica vndique præualuerit,* m *& Papæ omnes à Bonifacio 3. Antichristi fuerint, & quod ab eo tempore eorũ Ecclesia,* n *in desertum fugerit, vt ibi longo tempore maneret scilicet inuisibilis.* Vvaldo autem qui Vvickleffo, & Husso longe fuit antiquior, ortus est circa annum Domini o 1218. adeo vt ab anno 607 vsque ad ipsum, sexcenti amplius anni interfluxerint, quo toto tempore non minus quam à tempore Vvaldonis, aduersariis probare incumbit, verbi & sacramẽtorum administrationem in sua ipsorum Ecclesiæ viguisse.

Toto enim illo sexcentorum annorum interuallo vt supradictum est, * ne vnum quidẽ exemplum proferre possunt, alicuius in toto orbe terrarum Regni, ciuitatis, aut Oppidi, imo nec alicuius vspiam mortalis, qui eorum religionem professus sit, aut Sacramenta ce-

* Vide supra tract. 2. cap.2. sect.1. ad t. u. & ibid. x. y. z. b. c.
K Vide supra tract.2.c.2. sect. 4. ad q. r. s. &c.
L. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 36. prope initium, & Gabriel Povvellus examinationum à Papistis exhibitarũ, &c. pag. 105. fine. Concedo (inquit) ab anno Christi 605. religionis Papisticæ professores valde visibiles esse & cõspicuos. Vide supra tract.1. sect. 2. initio pag. 5. ad k & Tract.2. cap. 1. sect. 4. paulo post initium ad n. o. & tract. 1. sect. 8. initio in marg. ad c.
M Fulco ibid. p.27. circa med. Idem totidem verbis asserit

Vvhitakerus & alij sup. Tract.1.sect.8.initio ad c. & Tract.1.sect.3. subdiuisione 10. ad *. proxime post 22.
N. Fulco ibid. pag.16. post med.
O. Act.& mon. pag.628.b.ante med.
*. Hinc Ioachimus Camerarius libro de fratrum Orthodoxum Ecclesijs pag. 273. de Vvaldensibus ait. *Neque dubitamus antiquissimos hos veritatis Christianæ à Pontificijs corruptelis vindices esse & assertores, quorum doctrina & exemplis excitati sunt posteri.*

lebrauerit. Hoc vt manifestius fiat, vltro demus aduersarijs, tam apocriphã illam, & suppositititiã epistolam Basileæ editam, ad Sacerdotum coniugia comprobanda sub nomine Vlrici Episcopi Augustani ad Nicolaum Papam genuinam esse (quæ tamen non satis apte temporibus diuisa fuit, P Nicolaus enim iã mortuus erat antequã Vlricus natus esset) quàm librum illum licet forte antiquiorem, non minus tamen adulterinũ & q mendacem sub nomine * Caroli Magni contra imagines scriptum germanum esse. Quum tamen Imperator ille non solum r Iconomachis inimicus, sed & Romanæ Ecclesiæ (vt ipsi Protestantes s confitentur amicissimus fuerit: Quin & librum illum de Eucharistia nuper ab Oecolãpadio sub Bertrami nomine non sine fuci ¶ suspitione editum, illum eundem antiquum esse supponamus; quem Bertramus de corpore & sanguine Domini ad Carolum Caluum scripsisse fertur: Item, quod liber ille non t anceps sit, sed directe contra realem corporis Christi in Eucharistia præsentiã militet, quod tamen Centuriatores u pernegãt: Concedamus denique Berengarium Archidiaconem Andegauensem transubstantiationem negasse, & nunquam errorem illum re-

P. Nicolaus enim primus. ad quem illa epistola inscribitur, initiatus est Pontifex anno 858. seditq; nouem annis duobus mensibus, viginti diebus, mortuus est autem teste Onuphrio in lib. de Romanis Põtificib. anno 867. Vide Anastasium Bibliothecarium de vitis Romanorum Pontificũ, &c. Moguntiæ anno 1602. pag. 305. fine, & 328. initio & Pantaleon Chron. pag 70. Vlricus

uocasse

autem creatus est Pontifex Augustanus anno 924. (Vide Vrspergensem & Citræum in Chronicis suis & Pantal. in Chron. pag.75.) sedit autem 50. annos & mortuus est anno 973. Beuther. lib. Fastorum pag. 209. Vide Pantaleonem in Chronographia pag.75.& Osiandrum Epitome hist. Ecclesiast.cent.9. 10.11.12.&c. pag.99.fine,& 100. ante med.

Q. Constat hoc ex rescripto Adriani ad Carolum quod extat Tom.3.Concil. & ex multis aliis quæ citat Iuo, librum illum ab aliquo hæretico Iconoclasta suppositum esse.

* De eo Caluinus lib. 1. Institut. cap. 11. sect.14. *Extat refutatorius liber sub Caroli Magni nomine, quem ex dictione colligere licet eodem fuisse tempore compositum.*

R Ionas Aurelianensis qui illa ætate vixit, lib.1.pro Imaginibus, asserit *Clavdium Taurinensem, qui sacras Imagines impugnauit, numquam ausum esse opinionem suam tempore Caroli Magni propalare.* Et Paulus Æmilius lib.2.hist. Franciæ refert, *Carolum Magnum duodecim Episcopos Romam misisse ad Concilium à Papa Stephano ibidem conuocatum, à quo abrogata est Constantini Cæsaris Græca Synodus contra Imagines.* Hac de re vide Centuriatores centur.8.cap.9.col.570.lin.29. & Cooperus nuper Superintendens Lincolniensis in Chron. fol.174.b. circa med. refert *Episcopos quosdam ab Adriano ad Carolum missos, qui Concilium in Gallia contra Iconoclastas tenuerunt, &c.*

S. Vide hac de re Lucam Osiandrum, &c. in Epitome Centur.8.pagina 101. circa med. & Cooperi Chron. fol. 173. a. post med. & 195. b. ante med. Foxius in Apoc. pag. 436. & Crispinus lib. de statu Ecclesiæ pag.221. & 226. Et Hospinianus in epistola dedicatoria histor. sacrament. circa medium ait. *Imperator* (Carolus Magnus) *non solum publicis edictis mandauit, vt cæremoniæ & ritus itemque Missa latina Romanæ Ecclesiæ, aliaque decreta placita & instituta Romani Pontificis per totum Imperium obseruarentur, sed ipsemet etiam carceribus ac varijs suppliciorum generibus ad hoc ipsum cogebat Ecclesias.* Improbabile est igitur hunc libro edito Ecclesiç Romanæ doctrinam de Imaginum veneratione impugnasse.

§ Pantaleon in Chronologio pag. 65. cum Bertramum & cætera eius opera commemoret, de hoc tamen libro vel dogmate ne verbum quidem dicit.

T Tam perplexus est iste liber & ambiguus, & verbis illis *figura, spiritualis, ministerium*, cum tali restrictione vtitur, & simul tam diserte realem corporis Christi sub speciebus panis præsentiam asserit, vt testimonium eius in contrarium recte adduci nequeat.

V. Contur. 9. cap. 4. col. 212. sic habetur. *Transubstantiationis semina habet Bertramus.*

uocasse, cum tamen eum [x] palinodiam cecinisse constet : item, quod ab alijs omnibus erroribus immunis fuerit, de quibus eum Oecolampadius, aliique Protestantes [y] accusant in quorum retractatione constanter mansit, & sincerus & vere Catholicus mortuus est:

X. Act. & monument. pag.13. a

Y. Oecolampadius lib. ep. Oecolampadij & Zuinglij lib.3. & pag.

710. fine ait, *Berengarius nonnulla affirmabat aduersus coniugium & Baptismum paruulorum &* pag. 711. *Deinde etiam Berengarius parum candide incessisse deprehenditur* & pag. 812. initio, *damnata est Berengarij opinio nimirum sacerdotio Christiano minus tribuens.* Vide Papirium Massonium in annalibus Francorum lib. 3. in Hugone & Roberto, vbi fertur, *Berengarium cum suis gratiam Baptismi negasse, aut quod homines mortalis peccati rei eiusdem vnquam remissionem consequi possent*, preterea *matrimonio inimicum fuisse.* Et Crispin. de statu Ecclesiæ pag. 289. ait, *Quamvis Berengarius verum diceret, odio tamen contra Lanfrancum & Rogerium & inani quadam gloria percitus est, &c. Cæteris suis dogmatibus quædam contra nuptias & paruulorum Baptismum adiunxit, &c. Ita fit plerumque cum sine timore Domini causam Euangelij promouere satagimus.*

Nihil tamen hæc omnia, cæteraque id generis, si quæ afferri possunt, Protestantium causam promouebunt. Nec enim exempla hæc vltra se extendunt, quam ad vnum aliquem locum, vel tempus sexcentorum illorum annorum, imo plerumque non nisi ad vnum aliquem hominem Catholicum, qui singularem aliquam Religionis Protestantium opinionem secutus (cum in cæteris interim articulis Catholicus esset) quare non aliud quam paucorum inconstantiam & vanitaté ostendunt. Id quod satis animaduertit Fulco, qui de religionis suæ in tempore prædicto successione interrogatus, sexcentos illos inter Bonifacium & Vvaldonem annos transiliens, & prædicta exempla omnia omittens, in Vvickleffo principium sistit, sic inquiens: [z] *Non negabitis (opinor) Vviccleffum nostrum fuisse.* Bertramum autem aliosque nonnullos qui imagines & cœlibatum sacerdotum impugnarũt, commemorat ille quidem, sed pro suis vendicare non audet. Sic enim de ipsis ait, [a] *Licet hi, alijque nonnulli his similes, aliquam illius veritatis partem arripuerint, quam & nos hoc tempore defendimus, ne tamen causemini eos non nisi in vno aut altero*

Z. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 34. paulo ante med. quod autem his nouissimis temporibus Vvickleff. primus Protestãs fuerit, vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 4.

initio in margine ad u. & Philippus Mornæus tract. de Ecclesia Anglice verso, & excusso anno 1606.c.11.p 377.cum alios recenseret, Vvicleffum tacet, quem ob prædictos forsitan errores reiicit, quos eum tenuisse probauimus, tract. 2. cap. 2.sect.4.subd.2.& 3. *Primi Ecclesiæ reformatores* (inquit ille) *Hussus, Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus, aliique à quibus nostri descendunt, &c. Huius vero reformationis nostræ primum ætate* (vt ille putat) *ineptæ, indicem fuisse interpretatur stellam illam nouam nostro sæculo in cœlis apparentem, qualis* (inquit) *ab initio mundi nunquam visa est præterquam in Christi Domini natiuitate. Hanc autem quid quæso aliud portendere existimabimus, quam nouam Christi in mundo per verbum eius prædicatum, annuntiationem?* Tantum abest id à Vvaldone, Vvicleffo, &c. primo præstitum fuerit.

A. Fulco ibidem.

2. Napper. in Apoc.c.20. p. 230. *Per totos mille annos à diebus Siluestri Papæ eius minis primi* (vixit autem is anno Domini 320. vsque ad Bonifacium 8. *nemo fuit qui cum Romana Ecclesia contenderet. Ab eo autem tempore acri quadam contentione inter Romanum imperium & Mahometanum gliscente, subito palam & aperte aliqui veræ religionis professores irruperunt, nempe Ioannes de Rupescissa, & Gulielmus de Sancto Amore, anno 1260. &c. Vvicleffus anno 1390. Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis anno* 1415. His ergo Bertramum, & Vlricum, cæterosque ante Bonifacium 8. inter suos non numerat. Quod ad Ioannem de Rupescissa attinet, vixit is, non anno Domini 1260. vt ait Napperus, sed anno 1340. teste Foxio actis & monumentis vltimæ editionis pag. 359. col. a. qui & ibidem refert, *Eum quod Clerum de inormibus suis peccatis, & officio neglecto arguerit, in vincula coniectum esse.* Alioquin enim Catholicus fuit, & Religionis Protestantium plane ignorus. Gulielmus etiam de Sancto Amore, vt refert idem Foxius ibidem pag.287. lin. 60. & Crispinus de statu Ecclesiæ pag.359. *Ideò in ius vocatus est, quod fratres religiosos impugnaret, eorumque hypocrisim redargueret.* Vnde & Pantaleon in chronologia pag.102.sic de illo scribit, *Gulielmus de Sancto Amore Monachos ex eleemosyna in otio viuentes, non saluari scribens, à Papa hæreticus censetur.* Simile de eo refert Osiand. cent.13.pag.567.ante med. & fusius Vadianus de Eucharistia lib.5.fol. 167.b. post med. Quod vero Protestans fuerit nullibi mentio habetur. Sed cum alia non habeant, hisce friuolis exemplis vti coguntur Protestantes, vt ementitam Ecclesiæ suæ successionem quoque modo coram imperitis tueantur.

articulo nobis consensisse, eos silentio prætermitto.

Prædicta igitur exempla etiamsi vera essent, cum quæstionem præsentem non attingant, probare nequeunt protestantes sexcentis illis à Bonifacio tertio vsque ad Vvaldonem annis, verbum & Sacramenta administrasse. Id quod 2. Napperus quantumlibet acris aduersarius, plenius agnoscit. Sed & Anto-

nius Vvottonus, cum Ecclesiæ Protestantium inuisibilitas per mille annos continuos illi obijceretur, nec haberet quod responderet, mira quadam vafricie quæstionem reuerberat, & nobis illud confutandum relinquit, quod ille cum suis affirmant ac proinde probare deberent. Sic enim nos alloquitur, † *Dicetis, ostendite nobis vbinam fides ac religio vestra edocta fuerit? Imo vero probate vos nullibi edoctam fuisse? Et quid si id monstrari nequeat? scimus tamen ex articulis Symboli fuisse semper Ecclesiam, in qua hanc quam profitemur Religionem teneri necesse est.* O circulos. *Nobis vero absurdum non est veram Ecclesiam abscondi, quin hoc vobis impugnare incumbit, quod cum feceritis * adductis in medium registris, responsum feretis.* Ecquid dici possit clarius, quo omnibus innotesceret, non posse eos probare Ecclesiam suam tot iam sæculis prædictis visibilem fuisse? Quo plenius autem constet, neque Hussum, Vviccleffum, Vvaldonem, neque quemuis alium infra 600. annos illos inter Bonifacium tertium & Vvaldonem intermedios, Ecclesiæ Protestantium adhæsisse, coronidis vice adiungam, summam eorum, quæ doctos Protestantes hac de re confessos esse, iam supra demonstrauimus.

Imprimis autem Parkinsius sic ait, 3. *Nos dicimus quod ante Lutheri tempora, per multa sæcula generalis*

† Vvottonus in responsione ad libellum quendam Papisticum pag. 11. & Fulco de Successione Ecclesiastica &c. pag. 89. circa medium, *Ecclesiam etiam in deserto latentem esse tamen Catholicam, hoc est per orbem terrarum dispersam, cum vtrumque scriptura euidenter doceret, factis confirmatum putabam:* & ibidem pagina nonagesima prima medium, *Sed proferre me iubes toto orbe latitantes electos, vah quam iniquum postulas, vt quos latuisse contendo, eosdem in lucem protraherem.*

* Non fiunt tabulæ seu registra rerū non existentium, Ecclesia vero Protestantium tunc nusquam erat, vt minime mirum sit, si nullibi eius mentio fiat.

3 Parkinsius in expositione Symboli pag. 400. Simile habet in Catholico reformato pag. 329.

generalis quædam Apostasia totum terrarum orbem inundarit, neque nostra Ecclesia vspiam tunc mundo visibilis fuerit. Cuius rei rationem his verbis reddit, 4. *Totos nongentos annos hæresis Papistica per vniuersum orbem grassata est.* Fulconem taceo ingenuè confitentem, 5. *Ecclesiam suam post annum Domini 607. inuisibilem mansisse.* Sed & Napperus iam supra citatus agnoscit, 6. *Papam cum Clero eius externam visibilem Ecclesiam annos 1260. possedisse,* 7. *vera Dei Ecclesia sine dubio toto illo tempore latente, ac inuisibili manente.* Haud aliter 8. Sebastianus Francus, 9. *Absque omni dubio* (inquit) *opera Antichristi factum est, vt Ecclesia Christi externa, vna cum fide & Sacramentis mox ab Apostolorum transitu euanuerit: nec per mille quadringentos annos Ecclesia vsquam visibilis fuerit.* Præmissis rite perpensis, nempe Catholicæ nostræ Ecclesiæ veneranda canitie, & Nouatorum chimeræ vanitate, antiqui illius & sancti Patris 10. Vincentij Lyrinensis verbis admonere libet huius

4. Parkinsius ibid. pag. 307.
5. Fulco in responso ad Pseudocatholicum pag. 16. ante med.
6. Napperus in Apoc. pag. 145. col. 3. fine.
7. Ibid. pag. 191. initio.
8. Ibid. pag. 161. & pag. 156. & 237. & 23.
9. Sebastianus Francus in epistola de abrogandis in vniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis.
10. Vincentius Lyrinensis contra hæreses sub initio, *Quid promittunt nisi nouam ignoratamque doctrinam? Audies enim quosdam ipsorum dicere, Venite, ô insipientes, & miseri, qui vulgò Catholici vocitamini, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante sæculis latuit, nuper vero reuelata & ostensa est, &c. Nonne hæc verba sunt illius meretricis? &c.* Ad Catholicum vero sic ille, *Depositum custodi. Quid est depositum? id est quod tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod acceptum, non quod excogitasti, rem non ingenij sed doctrinæ, non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis,* & pag. 670. addit, *Hoc apud omnes hæreses quasi solenne est ac legitimum, vt semper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant. Contra vero Catholicorum hoc fere proprium, deposita Sanctorum Patrum & commissa seruare, damnare prophanas nouitates, &c.*

uissimis controuersis disputat: &c. pag. 783. prope initium.

simul sæculis incognita fuerint, vt dictum est absque omni tamen dubio toto illo tempore fuerunt, sicut & septem illa fidelium millia c Eliæ incognita fuerunt, cum se solum relictum d quereretur, fuerũt tamen illo ipso tempore & manserunt. Hic Majestatis vestræ patientiam imploramus, dum hoc vltimum perditæ causæ refugium præcludimus. Vt igitur allegata discutiamus, & simul breuitati * *consulamus, dicimus.*

C. Tertiò Regum 19.18.
D. Ibid. versu 10.

I.

Primò esto septem illa millia tunc temporis Eliæ incognita fuissent; non sequitur tamen (quod præsens quæstio postulat) vt cæteros etiam omnes illius ætatis latuerint. Non probat igitur illud exemplum, quod omnes fideles vnius sæculi, multo minus tot sæculorum, quot in casu nostro numeramus, vel vni Eliæ, nedum orbi vniuerso absconditi fuerint. Cũ ne minima quidem memoria, aut vestigium vllũ appareat, vnius alicuius, in vna aliqua Prouincia, qui vel vna saltem vice, verbum & sacramenta toto illo tempore Protestantium ritu administrauerit.

II.

Secundò, Illud Eliæ exemplum, nobis potius fauet, & aduersarijs aduersatur, quare illud aut ob inscitiam non intelligunt, aut ex malitia male applicant. Constat enim (vt

* Cartvvirgthi

* Hæc obiectio alijs duobus modis dilui potest. Non valet enim argumentum à Synagoga ad Ecclesiam, cum hæc, teste Apostolo ad Hebræos 8. b. *melioribus promissis stabilita sit.* Licet igitur Eliæ tempore sic defecisset Ecclesia fidelium, vt inuisibilis esset (quod tamen verum non est) non inde sequitur, quod post Christi aduentum id fieri possit. Secundò, illa vox Eliæ, quantumcunque extendatur, non de alijs certe quam de Iudæis intelligi potest. Præter hos autem fuerunt alij nonnulli fideles Gentiles, vt exemplo Melchisedec, Iob, &c. patet. Qua de re vide supra Tract. 2. cap. 1. sect. 5. prope initium ad 3. Hi igitur illo ipso tempore visibilem Ecclesiæ cultum exercere potuissent.

* Cartvvrigthi solutioné taceam) quod Elias à facie Iesabelis vxoris Achab [e] fugiens, quæ vitæ eius [f] insidiabatur, in [g] spelunca montis Horeb in deserto latuerit, cum se solum relictum quereretur, nec de vniuersa Iudæa, sed de regno Israël solummodo locutum esse, in quo tunc regnabat Achab, & in quo ille peregrinus tum latebat. Quod patet, tum quia Deus illi respondens, ad illud solum regnum respexit, dicens, [h] *dereliqui mihi in Israël septem millia, quorum genua non sunt incuruata ante Baal*,&c. quorum centum, ipsi Eliæ iam antea † innotuerant: tum quia illo ipso tempore, Ecclesia Dei in regno Iudæ egregie floruit, adeoque ipsi Eliæ nota fuit, sub duobus regibus optimis, Asa nimirum & Iosaphat, qui tempore Achab [i] regnarunt. Quo eodem spatio, tanta fuit fidelium multitudo, vt ipsi milites ad multa centena [k] milia excrescerent. Adeo Ecclesia tunc temporis non modo conspicua, sed & illustris fuit, & celebris. Estque hæc solutio tam irrefragabilis, vt illi astipuletur, non modo [l] Enoch Claphamus Prote-stans

* Cum Vvhitgiftus in defensione respons. &c. pag. 645. ante med. diceret, *Aliquando Ecclesia Dei inuenitur vbi nullus est bonus Pastor, sicut tempore Eliæ factum est.* Cartvvrigthus postrema parte secundæ replicæ, &c. pag. 63. sic respondet *hoc falsum est. Centum enim Prophetæ ab vno quodam conseruabantur.* 3. Reg. 18. 13. Imò satis apparet 3. Regum 18. 4. 13. *Obediam Eliæ dixisse se abscondisse de Prophetis Domini centum viros quinquagenos & quinquagenos in spelunca.*

Quod si tot Prophetæ in vna illa prouincia relicti sunt (inquit ille) *quantam reliquæ turbæ multitudinem superfuisse existimabimus?*

E. 3. Reg. 19. 3.
F. Ibid. versu 2.
G. Ibid. versu 8. & 9.
H. Ibid. versu 18. Nec verba Prophetæ *Dereliquerunt pactum tuum filij Israël*, &c. aliud significant, referuntur enim ad solum regnum Israël, vt dictum est.
† 3. Regum 18. 13.
I. 3. Regum 22. 41.
K. 2. Paralip. 14. 8. 9. & 17. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
L. Claphamus in Antidoto Scismatis pag. 17. *Reformatores nostri imperiti dicunt*

Ecclesiam tempore Eliæ inuisibilem fuisse, Quibus sic respondet. *Spiritus sanctus testatur, hoc eum de Israele non de Iuda dixisse, sciebat enim bonum illum Iosaphat in Iuda regnare, ibique Ecclesiam non modo visibilem, sed & summa pietate florentem extare.*

ſtans Anglus, ſed (quod aduerſarios [m] peius habet) ipſe [n] Philippus Melancthon Neque vero ſatis intelligi poteſt, quomodo Eccleſia tot ſæculis exiſtere, & tamē incognita manere potuerit. Non enim aliam huius rationem aduerſarij prætendere poſſunt, quam perſecutionem.

III.

At perſecutio, vel innoteſcere facit, vel vt notam ſaltem ſupponit Eccleſiam. Qui enim perſecutionem patiuntur noti ſint neceſſe eſt, nec id renuit Cartvvrigthus, qui *Eccleſiam in perſecutione* [o] *viſibilem & ſenſibilem vocat, Alioquin enim* (inquit ille) *quî fieri poſſet vt perſecutionem pateretur?* Conſonat Iuellus [p] *Eccleſia* (inquit) *ſuper montem poſita eſt, perſecutio eius abſcondi non poteſt.* Id quod de Eccleſia primitiua patet, quæ primis illis tribus à Chriſto ſæculis, [q] grauioribus quam vnquam alias perſecutionibus exagitata eſt. Cum tamen ipſi aduerſarij [r] Centuriatores, & alij, Catholicorum

M. Benedictus Morgenſtern. Tract. de Eccleſia pag. 4. *Mirum quod Philippus ea quæ dicuntur de inuiſibli Eccleſia, ita prorſus reijciat, vt illud etiam Domini verbum ad Eliam. Reliqui mihi 7000. &c. ad viſibilem Eccleſiam detorqueat.*

N. Melancthon *in corpore doctrinæ* pag. 530.

O. Sic Cartvvrigthus apud Vvhitgiſtum in defenſione &c. pag. 174. vbi & addit, *Qualis quæſo eſt hæc conſequentia? Eccleſia ſub cruce fuit, ergo paucos numero comprehendat, &c. vt ſcripturas & hiſtorias Eccleſiaſticas omittam, an memoria excidit, quod in Exodo primo capite ſcriptum eſt, nempe filios Iſrael quo maiori ſeruitute & perſecutione premebantur eo magis creuiſſe?*

P. Iuellus in Replica pag. 506. Vide eundem in defenſione Apologiæ anno 1561. pag. 33. & 34.

Q. Vide vt Foxius in Act. & monu. primas decē perſecutiones referat, & cētur. cent. 1. l. 2. c. 2. col. 24. 25. 27. 28. & cent. 2. c. 2. col. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 18. 29. 20. 21. 22. &c. Et cent 3. cap. 3. col. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. &c.

R. Centur. 1. 2. & 3. per totum, & Pantaleon in Chronologia & Functius in

Chronologia & Osiander. centur. 1.2. & 3. & Foxius vbi supra & Dresserus in millenario 5.pag.11.12. De Concilijs autem eo tempore habitis, vide Fulconem de Successione Ecclesiastica contra Stapletonium pag. 246.

rum Episcoporum qui tunc vixerunt cuiusque ætatis nomina & seriem recenseant, & quod verbum & sacramenta administrauerint & Hæreses palam impugnauerint, agnoscant.

IIII.

Secundò, cum explurimis iisdemque claris, tam sacræ scripturæ, quam ipsorum aduersariorum testimoniis, iam [s] supra citatis, certum & testatum sit, quod Ecclesia adeo semper conspicua erit & nota, [t] vt omnes salutis cupidi facile discernere possint, cuinam potissimum societati se adiungere debeant: nulla certe vis humana hoc æternum Dei decretum * vanum aut irrituum vnquam reddet.

S. Vide supra Tract.2.cap.2. sect.1.ab initio vsque ad med.

T. Vide supra Tract.2.cap.2. sect.1.ad literam.c.

* Act. 5.39.

Tertiò hoc ex ipsa Ecclesiæ natura necessario deducitur, vel enim illa tempore persecutionis fidem profitetur, & ab omni se idololatriæ, falsæ doctrinæ, & impiorum sacramentorum contagione illæsam conseruabit, vel non. Si secundum detur, ex dictis sequitur, non [u] esse veram Ecclesiam. Si primum, ergo nota est & † visibilis; vt enim de fidei professione, quæ in verbi ac sacramentorū administratione & errorum impugnatione sita est, nihil

V. Vide supra Tract.2.cap.2. sect.1.ad p.q.r. & Fieldum de Ecclesia lib.3. pag.19. vbi sic ratiocinatur, *Cum Ecclesia congregatio sit saluandorum, Confeßio autem fidei ad salutem necessaria sit (fides enim solo corde concepta non iustificat) necesse est vt veræ Ecclesiæ filij, fidem suam profitendo sic se manifestent vt ab alijs discerni poßint.*

†. Vide supra tract.2.cap.2.sect.1. ante medium in margine ad. †

nihil dicam; quæ sane vt cunque caute fiant, in tot Gentibus, tamen longo tempore secreto fieri ¶ non potuissent: ipsa certe filiorum Ecclesiæ ab aliis conuentibus segregatio, ad quam etiam ipsorum Protestantium iudicio ex Christiano suo ˣ officio fideles tenentur, * diu abscondi non potest. Imò quo persecutio grauior est, eo minus talis separatio latere potest, vt quotidiana vel nostri temporis ac ʸ Gentis experientia compertum habemus.

CON-

¶ Hūfredus in Iesuitismi parte 2. tract. 2. rat. 3. pag. 241. initio sic ait, *Dum Ministri docent, alij discunt, alij sacramenta administrant, alij communicant, omnes Deum inuocant, & fidem suam profitentur, qui ista non videt talpa est cæcior &c.*

X. Quod Protestantes existimant se teneri à Catholicæ fidei nostræ professione & Sacramentorum communione abstinere, inde plane cōstat, quod Liturgiæ nostræ publicæ interesse recusent. De qua re plura infra tract. 3. sect. 1. in fine margine ad literam c.

* Vide hac de re Iacobum Acontium lib. 7. Stratagematum Satanæ pag. 321. circa & post med. & Pouuellum de Antichristo l. 1. pag. 315. circa med. vbi sic ait, *Sic se res habet, habuitque multis sæculis, vt vbicumque Pontifex dominatur & plurimum potest, ibi certum exitium ijs omnibus paratum sit, qui ei parere nolunt, &c.*

Y. Cum Catholici nostrates in Anglia, vnica eaque non admodum magna Prouincia inquisitionem Protestantium latere nequeant, quomodo omnes omnium Gentium Protestātes (si qui fuissent) tot sæculis Catholicorum scrutinia & inquisitiones euadere potuisse credamus?

CONFVTATIO EORVM PROTESTANtium, *qui prædictæ obiectioni respondent, quod Ecclesia sua omnibus illis sæculis Verbum & Sacramenta administrauerit, idque tunc notum fuisse, nunc autem iniuria temporum eius rei testimonia interciderint.*

SECTIO NONA.

SI quis autem prædictum Eliæ exemplum, haud satis firmum ad inuisibilem Ecclesiam asserendam ratus, ad vltimum illud refugium recurrat, quod Pastores verbum & sacramenta administrantes & Doctores errores impugnantes, fuerunt quidem in Ecclesia Protestantium singulis illis sæculis prædictis noti, & visibiles, Postea vero tyrannide Papæ & Catholicorum, omnia quæ de iis mentionem fecerunt monumenta suppressa, & penitus extincta fuerunt. Huius Commenti vanitas multis quidem modis ostendi potest. Vt enim contumelias & calumnias & priuata ipsorum Pontificum Romanum vitia & crimina, à cuiusque ætatis historicis relata, & etiamnum literis consignata (quæ & ab ipsis § Protestantibus

§ Plurima huius generis affert Reinoldus in collatione sua cum Harto habita, cap. 7. diuisione 6. sub hoc titulo, *Quod Papa in Ecclesia tanquam ferus aper omnia vastet.* Iuellus passim in defensione Apologiæ & alibi. Barnesius lib. de Romanorum Pontificum vita, Basileç excuso. Ba-

læus lib. quem scripsit *Acta Romanorum Pontificum* item Basileæ. Alius autem tractatus de vitis Pontificum Rom. editus anno 1600. & alij plerique, qui & veteres authores copiose allegant.

stantibus frequenter citantur) prętermittam, aliunde satis probatur, Papam nec suppressisse; neque vero supprimere potuisse, quæ contra ipsius Religionem illis temporibus literis mandata fuerunt.

Primo enim hoc gratis asseritur, cum neç ratione nec authoritate probetur. Secundo quia contrarium de facto constat, ex scriptis ¶ Hussi, Vvickleffi, & aliorum Hæreticorum, quæ exstant. Imo ne dubiæ quidem fidei scripta tunc suppressa fuerunt, qualia sunt verbi gratia libri Caroli magni contra sacras imagines, Epistola Vlrici supracitata, Bertramus de Eucharistia, & similia. Quin imo Concilia nostra œcumenica nascentes vbique errores condemnatio, eosdem recitant. Sed & plurimi authores Catholici eius argumenti ingentia volumina ediderunt, quibus errores Ecclesiæ Romanæ contrarios confutarunt.

Denique Historici nostri Ecclesiastici, vel ipso * Vvitakero Iudice, hanc maxime materiam

¶ De scriptis Hussi & Vvicleffi excusis Norembergæ, vide Iunij animaduersiones ad controuersiam 5. & c. de membris Ecclesiæ militātis quam Bellarm. exarauit &c. lib.1. pag.14. circa med. & Illiricum in Catalogo testium veritatis pag. 847. & 850. prope finem, & Foxium Act. & monument. pag. 248. a. linea 35. Et Crispinum de statu Ecclesiæ pag. 419. De his Fulco *nondum interierunt Bertrami, Vvaldi, Ioannis à Gandano, Vvicleffi, Hussi, plena pietatis ac Christianæ doctrinæ monumenta. Fulco contra Stapletonum de successione* Ecclesiastica pag. 308. initio & ibid. pag. 349. addit, *Scripta Vvicleffi, Bertrami, Hussi &c. extant.* vide ibid. pag. 320.

* Vvitaker. contra Dur. l.7. p.469. prope initium, cum ex vna parte probe animaduerteret dogmata omnia Romanæ Ecclesiæ contraria à nostris autoribus per singula sæcula notata esse, ex alia vero parte præ inopia illos omnes pro suis habere cogeretur, qui quoquo modo Papæ restitissent (de qua re supra tract. 2.

c.2.sect.2.) sic ait *Deinde post Apostasiam inuectam & tyrannidem Antichristi constitutum nullus vnquam historiam scripsit qui non* Ecclesiæ *nostræ doctrinam mores instituta semina aduersarios commemoret ita vestris historijs nostræ* Ecclesiæ *memoria viget & qui Pontificij regni res narrare conati sunt ij nostræ* Ecclesiæ *testes sunt, &c.*

riã tractant, adeo vt nihil illustrius aut notius iam sit, quam illud quod Romana Ecclesia aliquando impugnauit. Ex hac occasione, multorum infamium Hæreticorum nomina celebrantur, quæ alioquin æternis tenebris sepulta iacuissent. Imo ipsi aduersarij, non aliunde quam à nostris authoribus ea dogmata petunt, [z] & scriptis suis inserunt, quæ ab Ecclesia Romana priscis illis sæculis damnata sunt: quorum nonnulla (quod maxime notandum est) eadem ipsa sunt, quæ modo Protestantes amplectuntur, & cum * Hæretico aliquo antiquo communia habent. Non igitur talia à Catholicis olim silentio prætermissa sunt, aut postea aliquo malo dolo suppressa. Deinde si Ecclesia Protestantium vera sit, quomodo opprimi aut supprimi potuisset? Cum sacra scriptum de Ecclesia vera expresse dicat, [a] *quod Sol eius non occidet*, nec [b] *Luna abscondetur. Quod non tradetur alteri populo, sed manebit in æternum, sicut gloria* [c] *æterna, & gaudium à generatione in generationem.* Denique hoc effugium, plurimorum

Z. Sic centuriatores per singula sæcula Pantaleon in Chronographia Lucas Osiander in Epitome histor. Ecclesiasticarum & Illiricus in *Catalogo testium veritatis qui ante nostram ætatem reclamarunt Papæ*. Vide eundem Vvitakerum contra Duræum pag. 276. 469. aute med.

* Quædam Protestantium dogmata in Vvaldone Vvickleffo, quædam vero in Petro Bruis, Almarico, Albigensibus tanquam hæretica damnata simul. Non igitur tacuerunt nostri vel suppresserunt nouas quæ pullularunt doctrinas, sed digna censura cercuerunt, & per singula sæcula posteris tradiderunt.

A. Esaiæ 60.20.
B. Daniel. 2. 44.
C. Esaiæ 60. 15.16.

D. Vide

plurimorum doctorũ aduersantium confessioni, contradicit: qui agnoscunt Ecclesiam quantum ad regimen externum, per multa sæcula elapsa [d] *inuisibilem fuisse, & à publicis Conuentibus ad priuata piorum quorundam hominum corda* [e] *subductam latuisse.*

D. Vide supra tract. 2. cap. 1. sect. 4. ad. o. p. r. t. u.

E. Vide Napperum in Apocalipsim cap.12. pag.161. col.3. & supra tract.1. sect.8. subdiuisione 3 ad. o.

QVOD NEC IPSE LVTHERVS membrum fuerit Ecclesiæ Protestantium, qualis nunc est, nedum Ecclesiæ Anglicanæ, imo nec eandem Religionem quam protestantes, atque adeo Angli nostrates nunc amplectuntur, professus fuerit, vbi & plurima absurda religionis paradoxa recensentur, quæ Lutherus & sui defendunt.

SECTIO DECIMA.

EX dictis satis liquet, aduersarios nullo satis firmo testimonio probare posse, Ecclesiam suam verbum, & sacramenta per tot ante Lutherum sæcula dispensasse. Exépla enim illa Vualdonis, Hussi, cætera denique omnia & singula quæ communiter afferre solent, haud satis idonea esse demonstrauimus. Sed & ipsimet Protestantes Ecclesiam suam per annos 1260. Lutherum proximè

antecedentes 2. *latuisse* confitentur. In Lutherum autem tot sæcula anteacta condemnantem & sub reformationis specie orbem Christianum deludentem, illa sanctorũ Patrum 3. dicta ex occasione haud ita magna prolata merito contorquere possumus. Et licet ad quæstionem præsentem satis sit, è sacris literis ostendere, quod Ecclesia Protestantium vel vno aliquo sæculo defecerit, quod veræ Christi Ecclesiæ nunquam accidere potest: nos tamen amplius quiddam aggrediemur, & de ipso Luthero hæc duo probabimus. Primo quidem eum nunquam * Protestanticam, nedum Anglicanam quæ nunc est Religionem docuisse. Secundo si id concedamus, verbi tamen & sacramentorum administrationem in cætu aliquo visibili, nec pro suo quidem tempore eum suffulcire posse.

2. Vide sup. tra. 1. sect. 8. sub. 3. ad o.p.q.r.

3. Tertul. de præscript. cap. 28. 29. *Age nunc omnes errauerint, deceptus sit Apostolus de testimonio reddẽdo quibusdam, nullam respexerit Spiritus sanctus vti eam (Ecclesiam) in veritatem deduceret, ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus à patre, vt esset Doctor veritatis. Neglexerit officium Dei villicus, Christi Vicarius, sinens* Ecclesias *aliter interim intelligere, aliter credere, quam ipse per Apostolos prædicabat. Ecquid verisimile est, vt tot & tanta* (Ecclesia) *in vnam fidem errauerint? &c. aliquos Marcionitas & Valentinos* (*Lutheranos, Caluinistas*) *liberanda veritas expectabat, interim perperam euangelizabatur, perperam credabatur, tot millia millium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot Sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique martyria perperam coronata.* Haud aliter Vincentius Lirinensis contra hæreses cap. 33. *Quid est prophanis, qua nihil habent sacri, nihil religiosi, ab* Ecclesiæ *penetralibus, quæ est Templum Dei penitus extraneas, &c.*

Quæ sunt vetustati qua antiquitati contraria, quæ si recipiantur, necesse est vt fides sanctorum patrum aut tota, aut certe magna ex parte violetur. Necesse est *vt omnium ætatum fideles, omnes Sancti, omnes casti, continentes, virgines, omnes Clerici, Leuitæ, & Sacerdotes, tanta Confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas, & multitudo, tot Insulæ, prouinciæ, Reges, Gentes, regna, nationes, totus postremo iam pene terrarum orbis per Catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto sæculorum tractu ignorasse, blasphemasse, nesciisse quid crederet pronuntiet.* His consona vide infra tract. 2. cap. 2. sect. 11. subdiui. 3. fine in margine ad * ex Nazianzeno & Hieronymo.

Quod

* Sleidanus libro 6.fol.82.a.b. Refert Lutheranis quibusdam Protestantium nomen ea occasione impositum esse, *quod Decretis, quæ Imperator pro fide Catholica sanciuit, resisterent, & se Religionem suam iuxta confessionem Augustanam tueri velle protestarentur.* Qua de re vide Osiandrum in Epitome centur.16.pag.131.b. & Fulconem in responso ad Pseudocatholicum pag. 65. paulo ante medium. & Schluselburg.in Theolog. Caluinistica libro 2.fol.155.b. Cum igitur & confessio Augustana Zuinglianos expresse damnet, & Caluinus & Beza, &c. Confessionem Augustanam non admittant, (qua de re vide Petrum Martyrem in Epistolis annexis locis suis communibus pag.133.13. & 139. a. & Osiandrum in Epitome, &c. cent.16.pag.629. & 730. post medium & Schluselburg. in Theologia Caluinistica lib.2.fol.144.b. fine & 145.a. initio & 147.a. & Bezam Epist. Theologic. pag.7. fine) *recte nos protestantes ab Ecclesia Anglicana distinguimus & insuper ostendimus Lutherum, plerosque errores tam protestantibus quam Ecclesiæ Anglicanæ contrarios tenuisse.*

Quoad primum, nempe Lutherum eam quæ nunc est Protestantium religionem non tenuisse, ex plurimis iisdemque manifestis erroribus, in quibus ab ipso aperte dissentiunt protestantes, liquido monstratur.

I.

Primò enim cum Religionem Catholicam contra Turcas armis aliquando defendere Christianis necesse sit, ipse in rei Christianæ detrimentum, *sic* docuit.[f] *Præliari aduersus Turcas, est Deo iniquitates nostras per illos visitanti, repugnare.* Postea autem fusius eandem opinionem

f. Lutherus Tom.2. Vvittembergæ in assertionibus damnatis per Leonem decimum art.34. fol.110.b. & in explicatione ar.34.fol.111 a. *Sicut Michæas qui & ipse odiosus erat, quia non prophetabat nisi malum, dicam & ipse meo Achab, ite præliamini contra Turcas, vt resistatis virga Dei & cadatis sicut & Achab cecidit.* His verbis sic se prodidit Lutherus, vt Harueus author Protestans in discursu Theologico, &c. pag.115. initio dicat, *Euangelium in plerasque orbis terrarum partes disseminatum est, non minus imo magis quam Alcoranum, quicquid Lutherus nescio quo furore ad imitationem Michææ percitus, bacchetur, quasi inter Infideles Propheta, quam amicus Christianorum haberi mallet* & in Epistola contra Duo mandata Imperialia addit Lutherus, *Oro cunctos pios Christianos, ne vllo modo sequātur, vel in militiam ire velint vel dare aliquid contra Turcas, quandoquidem Turca decies prudentior probiorque est, quam Principes*

nostri. Et in confut. decreti Doctorum Parisiensium impressa Norembergæ anno 1525. *Vt libere animum meum aperiam, hoc aperte de me prædico, quod tam inuitus Turcam gladio impeterem, quam Christianum fratrem.*

nionem confirmat dicens, g *Qui aures habet audiendi audiat, & à bello Turcico abstineat, quandiu Papæ nomen sub cœlo præualet, dixi.* Quod vero Fulco in eius excusationem affert, eum nempe de ijs solum Christianis h locutum esse, qui sub ditione Turcæ viuunt, nec proposito eius nec verborum * contextui vllo modo quadrat. Sæpe enim à † munitionibus & vallis contra Turcas erigendis dissuadere videtur. Vnde & i Roffensis contra prædictam doctrinam scripsit, qui & rationes Lutheri fuse recitat & refellit. Fuitque hæc Lutheri opinio, tam nota & ipsis Turcis * grata, vt teste (eiusdem discipulo) k Turcarum

G. Lutherus in explicatione articulorum art. 34. prope finem. De hac re vide tract. contra Apologiam censuræ pag. 230. ante medium, &c. 231. initio & Lutherus li. de bello cōtra Turcas asserit, *Non aliam ob causam diabolum Deo permittente consilia & conuentus Principum Germaniæ impediuisse, quam vt hic articulus de non bellando contra Turcas ratus esset nec condemnatus?*

H. Fulco in Apologia Professorum Euangelij, &c. contra Petrum Ficarinum, pag. 31. initio.

* Id quod dicit de Deo corrigente peccata nostra per Turcam, Item quod de Principibus Germaniæ ait, satis ostendunt hanc excusationem nullam esse. Vnde author Anglicus contra defensionem censuræ, pag. 231. alio modo Lutherum excusare conatur.

† *Impia & inanis fiducia est in munitionibus, Vallis, Bumbardis: & si quando Deo ita fuerit visum, vt Turca grassetur in Germaniam, non tuebuntur nos aggeres isti, &c. Quando genua flectimus & clamamus ad creatorem, is poterit igneos nobis muros circundare, ego odi molem istam Vallorum & munitionum, quia nihil aliud est quam perditio pecuniæ & ostentatio extremæ stultitiæ. Id potius agendum vt firmiter statuamus, nos esse in manu creatoris & non tantum nos, sed etiam &, hostes & Diabolos,* &c. sic Lutherus in locis cōmunibus classe 4. pag. 84. & vbi supra classe 5. pag. 142. circa med. sic ait, *Dissuadet (Lutherus) bellum Turcicum, nec in veteri, nec in nouo Testamento vllum gestum est bellum humanis viribus, nisi semper infœlici euentu, Si quid autem recte cessit de cœlo fuit bellatum,* &c.

I. Roffensis in confutatione assertionis Lutheri anno 1523. art. 34.

* Vide Belforestum Cosmograph. libro 2. cap.7.col.579.
K. Manlius in locis communibus pag. 636.fine.

carum Imperator eius rei certior factus, ab Oratore quodam Christiano (pudet dicere) suscitatus fuerit, quot annos Lutherus haberet, & multos ei optauerit, seque, ei bonum patronum futurum pollicitus fuerit. Vnde & Dux Saxoniæ Lutheranus fœdus cum Turca iniisse l dicebatur. Hinc Erasmus (quem Luthero satis m æquum iudicem fuisse, vel ipsi aduersarij non abnuent) ait. n *Plerique Saxones primam illam Lutheri doctrinam secuti, Cæsari & Regi Ferdinando contra Turcas suppetias ferre recusarunt, dixeruntque se malle pro Turca non baptizato pugnare, quam pro Turca baptizato*, Cæsarem intelligentes. His adde Protestantes Germanos, qui nisi Cæsar petitionibus quibusdam ab ipsis illi exibitis annueret, se illi contra Turcam militaturos § negarunt.

L. Vide Sleidanum lib.18. fol.277. ante medium.
M. Foxius Act. & monumentis pag. 404.a.fine.
N. Erasmus in epistola ad ad fratres inferioris Germaniæ pag.39.
§ Vide Sleidanum lib.17.fol. 94.b. prope initium & fol. 95.a. post med. & Osiandrum centur.16.pag. 193.circa med.

II.

Secundo, cum vel ipso Fulcone teste, 1. *Qui sacræ scripturæ authoritatem negat, se Hæreticum esse aperte prodit*, quid de Luthero censendum, qui plerasque communiter receptas eiusdem partes è canone exclusit? De Apocalipsi testatur Bullingerus his verbis, o *Martinus Lutherus hunc librum aspera quadam præfatione primæ suæ noui Testamenti versionis Germanicè iugulauit, ob quam eius censuram plerique docti & pij ei infensi*

1. Fulco in confutatione Purgatorij, pag.214. circa medium.
O. Bullingerus in Apoc. cap.1.serm.1.

fuere. De Epistola sancti Iacobi, non editionis Vvittembergensis (quam Zuingliani, & alij 2. mutarunt) de quibus rigidi Lutherani 3. in Synodo Altembergensi, & * alibi grauiter conquesti sunt, (vt Ioachimus 4. Vvestphalus Lutheranus Caluinum sugillat, quod quædam Lutheri opera Gallicè versa & Geneuæ edita, fœde corruperit) sed prioris cuiusdam editionis, nempe Ienæ Ciuitatis Lutheranæ, hæc habet, licet ea quidam aduersariorũ audacter nimis (ne quid grauis dicam) 5. denegarunt, P *Epistola Iacobi contentiosa est, tumida, sicca, straminea, & Apostolico spiritu indigna.* Imo Illiricus Lutheri discipulus, quem Bellus † *celebrem authorem & egregium Christianæ veritatis Defensorem* nuncupat: hanc Lutheri censuram recitat, ac defendit, his verbis. q *Lutherus Præfatione sua in S. Iacobi Epistolam graues quasdam rationes affert, ob quas Epistola illa haudquaquam inter Apostolicæ authoritatis scripta numeranda*

2. Theodosius Fabricius lib. cui titulus loci communes Doctoris Martini Lutheri, &c. anno 1594. in præfat. circa med. sic habet, *Cur ab editione Vvittembergensi discesserim causas habeo non contemnendas,* & Bancroftus in recognitione disciplinæ prætensæ pag. 225. Puritanos accusat, quod Protestantium libros corruperint.

3. Colloquiũ Altenbergense in respons. ad excusa. Cor. fol. 227. & vide 2. respons. ad hypoth. a. fol. 284. ad fol. 290. & fol. 353. & 355. & vide ibidem hypotheses de libero arbitrio fol. 574. b. & 575. a. & Conradum Schluselburgum in Theologia Caluinistica lib. 2. fol. 56. b. *Caluinistas accusat quod Lutheri opera mutauerint.*

* Vide Vvalterum contra Aurifabrum *de corrupta editione operum Lutheri anno 1566.* Plura hac de re infra subdiuisione 14. ad z. a. b. & in defensione censuræ pag. 55. Vide conclusionem libri ad Iudices sectione 9. in margine ad d.

4. Vvestphalus Apol. contra Caluin. cap. 46. pag. 458. & ipse Lutherus in Epistola ad Ioannem Haruagium Typographum Argentinensem id Bucero impingit.

5. Collatione habita cum Patre Edmundo Campiano die 1. c. iiij.

P. Lutherus Præfat. in Epist. Iacobi. edit. Ienæ.

† Bellus de Regimine Ecclesiæ pag. 28. fine.

Q. Luther Præfat. in Epistolam Iacobi. in editione Ienensi.

numeranda sit, quibus assentire debere quemlibet pium existimo.

Estque hæc Lutheri de his aliisque noui Testamenti partibus opinio, etiam hodie tam recepta, vt Kemnitius, alios [r] interim omitto, primarius Lutheri discipulus [s] *si secundam Petri Epistolam, 2. & 3. Ioannis* item *Epist. ad Hebræos Epist. Iacobi, Epist. Iudæ & Apoc. Ioannis inter scripta apochripha numeret: cum non* [t] *habeant* (inquit ille) *satis firmum authoritatis suæ testimonium, Quare neque ex illis controuersia* [u] *aliqua certò definiri potest.* Quoad alios sacræ scripturæ libros, licet eos pro Canonicis habuerit Lutherus, quantum tamen eos falsò vertendo peccauerit (ne lectorem † exemplis onerem) Zuinglij

R. Vide Pomeranum in Epist. ad Rom. cap.4. & Vitus Theodorus in annos in nouũ Testamentum. pag. vltima & centuriat. centur.1.lib.2.cap.4.& centur.2. lib.3. cap.4.& Haffereferus in locis Theologicis lib.3. stat.3. loco 7. pag. 272. & Adam. Francisci in Margarita Theologica p.448. ait *Apocriphi libri noui Testamenti sunt epistola ad Hebræos. Epistola Iacobi, 2. & 3. Ioannis, posterior Petri epistola Iudæ & Apoc.*

S. Kemnisius in Enchirid. pag.63. Vide eundem exam. Concil. Trident. parte 1. pag.55.

T. Kemnitius examen. parte 1. pag.56.b.

V. Idem ibidem pag.57.a.

† Pauca ex multis referam, 1. Ioan.5.7. *Scriptum est tres quæ sunt testimonium dant in cœlo Pater verbum & Spiritus sanctus & hi tres vnũ sunt*, cum hoc sit manifestum pro sancta Trinitate testimonium, à Luthero in Biblijs Germanice versis omittitur. Item Rom.3.28. inquit Apostolus. *Nos arbitramur hominem iustificari fide sine operibus legis.* Lutherus quo errori suo de sola fide iustificante, fucum obducat, addit hoc verbum (sola) admonitus autem de crimine, sic respondet tom.5. Germanice f.141.& 144. *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas*, &c. *Lutherus ita vult & dicit se esse doctorẽ super omnes doctores in toto Papatu* & concludit his verbis, *Propterea debet vox sola in meo nouo Testamento manere, etiamsi omnes Papistici ad insaniam redigantur, tamen non eam inde tollent: pænitet me quod non addiderim & illas duas voces, omnibus & omnium. Viz. sine omnibus operibus omnium legum.*

Rursus 2. Petri, 1.10. vbi Apostolus exhortando ad bona opera sic ait *Satagite vt per bona opera certam vestram electionem faciatis*, Lutherus in versione sua illa verba (bona opera) penitus omittit licet, Kimedontius author Protestans ea

ad sacræ scripturæ textum pertinere asserat, de redemptione generis humani pag.382.circa medium.

glij iudicium esto, qui Lutherum sic alloquitur. *Verbum Dei, Luthere,* adulteras, manifestus & communis sacrarum scripturarum corruptor ac peruersor deprehenderis. Quam nos tui pudet, quem hactenus mirum in modum coluimus, nunc autem talem esse cernimus?* Imo tantum creuit hoc in genere Lutheri audacia, vt ipsos Apostolos tanquam qui errauerint, arguere non dubitauerit, quod quidem si verum esset, omnem illorum scriptis authoritatem adimeret. Si enim errauerint, aut errare docendo potuerint, quomodo scribæ Spiritus sancti fuerunt? vel cur scripta eorum pro Canonicis & ab omni errore immunibus recipi debeant? Ipsam vero bestiam loquentem audiamus. 2. *Siue Ecclesia* (inquit) *siue Augustinus, & alij Doctores, imo Petrus & Apollo, vel Angelus de cœlo, aliter doceat, mea tamen doctrina ea est, quæ solius Dei gloriam enuntiat, &c. Petrus primus Apostolorum extra verbum Dei docuit & vixit.*

Et Sanctum Iacobum sugillans, quod extremæ vnctionis mentionum fecerit, ait, 3. *Ego autem dico, si vspiam deliratum est, hoc loco præcipue deliratum est, & cetera: tamen si etiam esset Epistola Apostoli Sancti Iacobi*

* Zuinglius Tom. 2. ad Lutherum lib. de Sacramentis pag. 412.b. 413.a. & vide simile apud Kikermanum supra tract. 1. sectione 10. subdiuisione 4. initio ad b.

2. Luther, in epistola ad Gal. capite 1. & Tomo 5. Vvittembergæ anno 1554. folio 290. b. & ibidem fol. 290. a. addit, *Siue sanctus Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, siue S. Petrus, Paulus, imo Angelus è cœlo aliter doceat, tamen hoc certo scio, quod humana non suadeo sed diuina.*

3. Luther.

3.Luther decaptiuit.Babilonica cap.2.de extrema vnctione tom.2.Vvittẽberg. fol.86.b.ante medium.

Iacobi, dicerem non licere Apostolum sua authoritate sacramentum instituere, &c. hoc enim ad Christum solum pertinebat. Quasi vero beatus Apostolus pro Sacramento promulgare voluisset, quod Christus non instituisset. Rursus de Moyse ait, 4. *Habuit Moyses labia, sed profunda, infacunda, impedita, irata, in quibus non est verbum gratiæ, sed iræ, mortis, & peccati. Colligite omnes sapientias Moysis, Gentium, Philosophorum, & inuenietis eos coram Deo esse, vel idololatriam, vel sapientiam hypochriticam, vel si est politica, sapientiam iræ, &c. Habet enim Moyses labia diffusa felle & ira, &c. facessat igitur Moyses, &c.* Pari tenore Centuriatores Lutheri discipuli sic de Paulo scribunt, 5. *In postrema Hierosolymam versus profectione, Paulus ad Iacobum diuertitur, & conuocata Synodo omnium Presbyterorum, ei à Iacobo & cæteris persuadetur, vt propter Iudæos offensos se purificet in Templo, in quo & Paulus obtemperat: Qui certe non exiguus tanti doctoris fuisse videtur lapsus: non satis scilicet rationem abrogationis legis Mosaicæ habentis, &c.* Sed & Brentius alter eiusdem Luteri discipulus (quem 6. Iuellus *grauem & doctum Patrem appellat*) sic de sancto Petro dicere est ausus, 7. *Sanctus Petrus Apostolorum primus, & Barnabas etiam post acceptum Spiritum sanctum, vna cum tota Ecclesia Hierosolymitana errarunt.* 8. Consonat

4. Lutherus tomo 3. Vvittemberg. in Psalm.45.fol. 423 a.& vide ibid.fol. 422. & tom.3. Germanice fol. 40. 41. & in colloquij mensalibus Germanice fol. 152.153.

5. Centur.1. lib.2.cap. 10. col.580. lin.33. vide vt similem errorem impingat, Caluinus Petro. Barnabæ & aliis in cap.2.ad Galat. versu 14. pag. 511. a. fine, *Consensit* (inquit ille) *Petrus ad schisma Ecclesiæ, Christianæ libertatis diminutionem & gratiæ Christi euersionem.* Vide eundem Caluinum in Actis capite vigesimoprimo.

6. Iuellus in defensione &c. pag. 473.

7. Brentius in Apolog. confessionis cap. de Concilijs pag. 900.
8. Zuinglius tom.2. Elench.contra Anabap.fol.10.b.circa med. *Hæc vestra inscitia est, existimatis commentarios Euangelistarum & Apostolorum epistolas tunc temporis authoritatem habuisse, cum hæc Paulus scriberet, Quasi vero Apostolus tantum epistolis suis attribueret, vt quicquid in ijs esset sacrosanctum haberetur, &c. Quod quidem esset, nimiam arrogantiam Apostolo ascribere.*

sonat Zuinglius, alijque Lutheri asseclæ, imo & plerique 9. Caluinistæ, verbi gratia Vvhitakerus, qui hæc habet. *Quid? an post descensum Spiritus Sancti, Apostoli non errarunt? Imo post Christi Ascensionem, & illum Spiritus sancti in Apostolos descensum, Ecclesiam totam errasse constat, de vocatione Gentium, non vulgus tantum Christianorum, sed ipsos etiam Apostolos & Doctores, &c.* paulo post, *Sed forte dicent adhuc Petrum Ecclesiæ caput non errasse? Imo ille etiam errauit, de legis cæremonialis abrogatione, &c. Hæc erat res fidei & in hoc errauit Petrus &c. Prætetea in moribus etiam errauit, &c. Hi magni errores erant, & hos tamen in Apostolis fuisse videmus, etiam postquam Spiritussanctus in illos descenderat.* Plura his 11. similia recenseri possent, quæ si vera sint, quomodo Apostoli scribæ Spiritus sancti fuerunt? Aut quomodo nos certi esse possimus, eos etiam in scriptis suis non errasse?

Tertiò,

9. Clebitius doctus Caluinista in victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici arg.5. S. Luc. de passione Christi narrationem impugnans, sic ait, *Mathæo & Marco duobus testibus plus fidei adhiberi debet quam vni Lucæ, qui Synaxi non interfuit, quemadmodum Mathæus.* & Gualterus in Act.21. Sanctum Paulum arguit, quod se raserit. & Goodus in collatione habita in Turre Londinensi, die 2. argumento 6. ait, *S. Petrum in fide errasse, idque post Spiritus sancti in eum descensum*: & Fulco ibid. & contra Testamentum Rhemense in Galath.2.fol.321.b.fine, *Sanctum Petrum arguit de errore & ignorantia contra Euangelium.* Andreas Friccius eruditus Caluinista, (quem Petrus Martyr in locis communibus parte 4. egregie doctum virum nuncupat) de Ecclesia cap.2. pag.411. initio sic scribit, *Christus in Cœna panem & vinum adhibuit, si hæc Ecclesia separet non est audienda. Ecclesia Hierosolymitana hæc seiunxit. Et S. Iacobus (vt aiunt) vnam tantam speciem populo Hierosolymitano dispensauit. Quid tum denique? Scriptura clara est & manifesta. edite, bibite, hoc à nobis auscultandum est, & omnibus Iacobis & Ecclesiæ vocibus anteferendum.* Iuellus in defen-

sione Apologiæ pag.361.fine ait, *Sanctum Marcum citare Abiathar pro Abimelech, & sanctum Mathæum recensere Hieremiam pro Zacharia*, & Conradus Schluselburg. in Theolog. Calu. lib.2. fol. 40.b. & 41.a. ait, *Caluinum affirmare Apostolos, dicta Prophetarum in alio sensu allegasse, quam ipsi Prophetæ senserunt*. Bancroftus in recognitione disciplinæ prætensæ pag. 373. citat Zanchium in epistola ad Miscel. referentem quendam è Caluinistis Geneuæ dicentem, *Si Paulus eadem hora Geneuæ prædicaret, qua Caluinus, relicto Paulo, Caluinum auscultarem*. Et ibidem pag. 372. initio. ex Caluino Farello pag. 412. Refert alium quendam Basileæ dixisse, *se non minus Farello deferre quam Paulo*. Denique Lauatherus Caluinista in hist. Sacram. pag.18. ait, Quosdam Lutheranos eosque non infimæ notæ inter illius sectæ Doctores, dixisse, *Se malle doctrinam Pauli in dubium reuocare, quam doctrinam Lutheri seu confessionem Augustanam*. Hac de re vide Conradum Schluselburgum Theolog. Caluin. lib.2. fol.146.a.

10. Vvhitakerus contra Bellarm. de Ecclesia, controuersia 2. quæst. 4. pag. 223. initio, & circa med.

11. Bullingerus in Apoc. cap.19. serm. 84. fol. 260. a. *S. Ioannem erroris accusat*. Vnde ibidem fol. 259. b. Caluin. in Math. 27. vers. 9. ait, *Certe Hieremiæ nomen pro Zacharia errore positum esse, res ipsa ostendit, quia nihil tale apud Hieremiam legitur. Alter autem ille locus, nisi dexterè accommodetur, in alienum sensum male detortus videri possit*. Vide mox infra in marg. ad 9.

III.

Tertiò, de fide sic philosophatur Lutherus, vt & Protestantes arguat, qui dicunt [x] *Veram fidem absque charitate esse non posse, & etiam illos qui docent* [y] *fidem quantumuis perfectam sine charitate iustificare non posse*, [z] *& contrarium asserere impium esse ait. Eoq; tandem progressus est*, vt diceret, [a] *fides nisi sit sine omnibus prorsus operibus, non iustificat, imo nec fides est*. Hoc eius dictum Covvellus expressè citat, & [b] *durum vocat, & à Romana Ecclesia meritò* [c] *taxatum censet*. Docuit porro Lutherus, [d] *Christianum baptizatum tam esse diuitem, vt si maxime vellet, salutem peccato aliquo quantumuis graui amittere non posset, nisi credere nolit*. Huius rei rationem alibi reddit his verbis, [e] *Sicut præter fidem nihil iustificat, sic nihil præter infidelitatem peccatum est*. Ab hoc fonte similis Caluinistarum quorundã doctrina promanat, asserentium. 2.

X. Lutherus in secundo cap. ad Galathas.
Y. Ibidem.
Z. Ibidem & in sermonibus Anglice p.204.
A. Lutherus tomo primo, propositione 3.
B. Covvellus in defensione Hookeri pag. 42. ante med.
C. Covvellus ibidem.
D. Luther. tom.2. Vvittenberg. de captiuit. Babiloni-

ca fol.74. Vide hac de re tractatum contra defensionem censuræ pag. 198.

E. Luther.in locis commun.classe 5.c.27.p.68. Idem in 2. parte postillæ German.edit. Argentorati anno 1537. fol.140.b. *Nullum peccatum tantum est, vt possit hominem damnare, sola enim infidelitas quotquot damnandæ sint damnat. Et è contra sola fides saluos facit.* Huic consonat Tindallus in reuelat. Antichristi apud Foxium in Actis & monum.pag. 1337.b. qui & ait, *Christum sic ordinasse, vt nullum aliud peccatum esset præter infidelitatem, nullam iustitiam præter fidem.*

2. Vvhitakerus de Ecclesia contra Bellar. controuer. 2.q.5. pag. 301. med. *Dicimus si quis actũ fidei habeat, ei peccata non nocere, id quidem Lutherus affirmat, id nos omnes dicimus.*

Peccata non obesse ei qui credit: nec posse eum qui semel 3. *credit, à gratia Dei excidere, vel fidem suam adulterio vel simili aliquo peccato amittere:* verbi gratia 4. *Dauid cum adulterium commisit, fuit nihilominus & mansit Filius Dei, nec* 5. *adulterio suo aut homicidio, excidit à fide, aut Spiritum sanctum amisit. Quare* 6. *cum peccamus non diminuimus Dei gloriam, sed totum peccati periculum in eo situm est, quod proximo malum exemplum præbeamus, quia* 7. *peccatum remittitur, quam cito committitur. Et fideli simul* 8. *remittuntur peccata præterita, præsentia, & futura.* Tantopere libertinismo fauent, 9. & de eorum numero se esse produnt, de quibus nos præmonet sanctus Iudas, qui & *eos* 10. *impios nuncupat, gratiam Dei transferentes in luxuriam.*

3. In epit.colloq. Mõtisbelgar.pag.144. & 48. initio.
4. Fulco in collat. turris Lond.2.die arg. 1. b.
5. Beza in respons.ad act.colloq. Mõtisbelgar.parte altera pag.73.
6. Act.& monum.pag.1338.
7. Vvottonus in respon.ad articulos Papisticos pag. 92.
8. Idem ibid. pag.41.
9. De hac re vide plura infra subd.14. fine ad u. x.
10. Iuda epist. vers.14.

IIII.

Quartò, de bonis operibus docet Lutherus, f *opera ab operante bonitatem sumere, & quod* g *nullum opus Deo displicet, nisi auctor eius prius displiceat.* Rursus, h *Bonus nil nisi bonum operatur, nec potest esse non bonum, quod ille iam bonus operatur.* De necessitate autem bonorum operum, quam contra Lutherum Protestan-

F. Luther. in conc. Anglice p.147. ante med.
G. Luther.ib. pag.276.
H. Luther.ib. pag. 378.

tes Anglicani [i] defendunt, adeo ille suique omnes ea reiiciunt, vt negent bona, [k] *opera esse vel conditionem sine qua non, salutis*, & dicant *quæstionem cum i* [l] *Papistis esse, non solum vtrum bona opera iustificent, verum etiam an vllo modo necessaria sint ad salutem.* Cuius vltimæ quæstionis partem affirmatiuam dicunt [m] esse *recentium quorundam Papistarum errorem, æque* [n] *perniciosum ac antiquorum, si quis nempe dicat* (vt Angli protestantes plerique solent) *quòd Apostolus nunquam cogitauit bona opera à iustificatione prorsus excludere, sed tantum vt meritoria, & causas efficientes iustitiæ nostræ*, neque concedere volunt [o] *bona opera ad salutem necessaria esse, vel necessitate præsentiæ*: & doctrinam fratrum suorum qui contrarium tenent, [p] *peiorem esse dicunt, quam ipsorũ Papistarum.* Hanc opinionem suam [q] Lutheri testimoniis confirmant, & eousque in peius profecerunt, vt non solum bona opera ad salutem necessaria esse negent, verum etiã eorum nonnulli, & inter cæteros Amsdorfius * magni nominis Theologus Protestans, & summæ apud Lutherum authoritatis, asserere non dubitet, [r] *quod bona opera non modo non sint ad salutem necessaria, verũ etiam saluti perniciosa.* Hi

I. Quod bona opera necessaria sint, asserit Vvillet. in Tetrastilo Papismi pag. 90. fine. Fulco contra Testamentum Rhemense in 2. Petri 2. sect. 3. fol. 444. a. post med. Vvhitakerus contra Reinoldum pag. 350. De discordia vero inter Protestantes Anglicos & Lutheranos Germanicos hac in re vide Colloquium Altemberg. fol. 168. a. fine & acta Colloquij Altemberg. pag. 102. circa med. & 483. circa med.

K. Illiricus in Præfat. ad Romanos & vide Conradum Schlusselburgũ in Catalogo hæreticorum lib. 13. & vltimo pagina. 819. circa medium.

L. Illiricus in Præfat. ad Romanos & vide Colloquium Altembergense fol. 201. a. b. & 231. 324. 382. 352.

M. Illiricus vbi supra.

N. Idem ibidem.

O. Schusselburg. in Catalog. hæreticorum libro 13. in epist. dedicat. pag. 22.

P. Illiricus de Originali iustitia & iniustitia in Apendice pag. 163.

Q. Vide testimonia Lutheri citata in Actis Colloquij Aldeburgensis pag. 8. circa med. & apud Illiricum in Præfat. ad Romanos.

* Dresserus in milenario sexto anno 1598. pag. 187. hæc habet, *Nicolaus Amsdorfius Vvittembergæ primum cum Luthero & Philippo Theologiæ studia coluit, postea Episcopatui Numbergico & Frederico Electore præfectus est, & à Luthero inauguratus, & Luther.tom.*2. Vvittembergę ad eum literas misit, eumq; hoc titulo salutauit, *Optime vir* fol. 487. b. initio & in libro Concordiæ in quarto Lipsiæ 1581. pag. 72. ante med. sic habetur. *Is inter cætera mentionem fecit Nicolai Amsdorfij, de quo Lutherus dixisset, spiritus meus requiescit in Amsdorfio*, & Vvillerus, *nemo tantum hausit de spiritu Lutheri ac Amsdorphius.* Idem affirmant de Amsdorfio Lutherus & Vvillerus teste Kemnitio apud Hospinianum in Concord. Discord. 1607. fol. 120. b. fine.

R. Vide acta colloquij Aldegurgensis pag. 120. sect. 11. initio & p. 443. paulo post initium & pag. 293. paulo ante medium & vide Nicolai Amsdorfij peculiarem hac de re Tractatum cui Titulus, *Quod bona opera sint perniciosa ad salutem.*

Hi Lutherum pro hac opinione [s] allegant, quam & [t] Illiricus (quem Bellus *celebrem authorem &* [*] *egregium Christianæ veritatis propugnatorem nuncupat*) sequitur, & editis scriptis propugnat. Et hæc quidem opinio aliis Protestantibus tam absurda & intoleranda visa est, vt *quamuis ipsum Amsdorfium* [u] *pro piæ alioqui memoriæ viro habeant, in ea tamen se Lutherum cum Amsdorphio committere,* [x] *nec hanc se propositionem vsurpaturos esse profiteantur.*

Quæ tamen bonorum operum extenuatio, Caluinistis quibusdam adeo arridet, vt

S. Vide acta Colloquij Aldeburg. pag. 205.

T. Ibid. pag. 293. paulo ante med. *Scripsit Amsdorfius & post eum vel per eum Flaccius, non solum non necessaria sed & perniciosa esse opera ad salutem.* Et pag. 120. sect. 11. *Hanc detestădam propositionem Amsdorfij, quam & Flaccius approbat, & editis scriptis propugnat, quod bona opera non solum non sunt necessaria sed etiam perniciosa ad salutem, &c. Amsdorfius in suo libro a. 4. Flaccius in annotat. super repet. Maioris* tenent.

* Bellus de Regimine Ecclesiæ pag. 23.

V. Amsdorfius *piæ memoriæ, sic appellatur* ibidem pagina 206. circa medium.

X. Ibidem pagina 205. 206. & Osiander in Epitome Centuriat. 16. pag. 669. Ita scribit, *Nicolaus Amsdorfius Theologus Lutheranus, dum falsum D. Maioris propositionem de necessitate bonorum operum ad salutem, euertere conatur, in alterum extremum impegit, & defendere conatus est hanc absurdam propositionem, Bona opera ad salutem esse perniciosa.*

vt † *vir ille Dei* (scilicet) *& constans Iesu Christi martyr Tindallus 7. à suis tantopore laudatus*, bonorũ operum meritum, adeo deprimere niteretur, vt in libro illo suo, cui Titulus, *Mãmona 8. iniquitatis*, ita pronunciare sit ausus, 9. *Christus vniuersis suis operibus non est meritus cælestem beatitudinem*, Quam propositionem alter ille eiusdem sectæ Martyr Ioannes Teuxburiensis, tuetur, 10. *quasi satis apertam & * veram vt iacet.* quid de Caluino dicam, qui propositionem hanc *Christus sibi meruit*, licet in sacra scriptura † expressa sit, 11. *stultæ curiositatis & temerariæ definitionis condemnarit?* Tindallus vero ille prædictus, vt bonorum operum valorem imminueret, sic docuit. 12. *Nihil refert prædicetne quis Dei verbum, an scutellas lauet, quoad hoc quod est Deo placere.* Cuius propositionis (inquit alter ille eiusdem albi nigri martyr nomine Teuxburiensis) 13. *sensus apertus est, nec explicatione aliqua eget, quia teste Tindallo 14. Vnũ opus non est alio melius, quoad hoc quod est Deo placere, ergo mingat quis an scutellas lauet, Sartorne sit, an Apostolus, quoad hoc quod est Deo placere, perinde est.*

Quintò

† Hunc titulum illi tribuit Bucleius in Apolog. pag. 46.
7. Foxius in Actis & mon. pag. 514. b. & 515. & 519. & 521.

8. Tindallus huius libri author perhibetur in actis & mon. pag. 573. & 486. a. initio & b. post med.
9. Ibid. pag. 486. b.

10. Ibid.
* Ibid. pag. 487. b. post med.

11. Caluinus lib. 2. instit. cap. 17. sect. 6. *Quærere an sibi meruerit Christus, nõ minus stulta est curiositas, quã temeraria definitio*, Et paulo post, *quibus enim meritis assequi potuit homo, vt Iudex esset mundi, caput Angelorum?* Vide eundem in epistolam Pauli ad Philippenses 2. versu 9. pag. 466. b. & 467. a. Adeo vt lib. 2. instit cap. 17. sect. 1. sic dicat, *Equidem fateor si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore merito locum, quia non reperietur in homine dignitas quæ possit Deum promereri.*
12. Act. & Mon. pag. 488. a. initio.
13. Ibid.
14. Ibid. pag. 1336. a. ante med.

V.

Quintò, quod ad matrimoniũ & diuortiũ attinet, sic sentit Luther. [y] *Si non vult vxor, aut non possit, veniat ancilla.* Quæ verba licet Vvhitakerus benigna interpretatione in eũ sensum trahere moliatur, quasi id non nisi diuortio prius facto, à [z] Luthero permissum fuerit: Glossa tamen ista nec menti Vvhitakeri (qui diuortium ex infirmitate aut proteruia [a] vxoris profectum, non probat) nec ipsius Lutheri verbis quadrat. Lutherus autem vxoribus maritorum thoros ex proteruia declinantibus, tam fuit infensus, vt alibi sic scribat. [b] *Magistratuum est huiusmodi vxores coercere, imo & morte punire. Quod si id Magistratus nolit, imaginetur maritus vxorem suam à latronibus ereptã, ac mortuã, & de alia ducenda consilium ineat.* [c] *Neque enim (inquit) os Paulo obstruere possumus, &c. verba eius aperta sunt, quod frater vel soror, à matrimonij iugo liberatur, si alteruter ab altero discedat, vel cohabitare nolit. Neque vero hoc semel tantum, fieri posse asserit, sed liberũ relinquit, vt quoties res exigat vel procedere posit, vel sistere.* In quo, casu innuere videtur, posse quempiam *decem*, [d] *Vel plures vxores habere, qui ab eo fugerint, & tamen adhuc viuant.* Imo in casu diuortij ob adulterium, [e] *permittit personæ reæ in aliam Prouintiam fugienti, rursum matrimonium contrahere, adeo* poligamiæ fauet, quam & alibi * (vt discipulos suos interim prætermittam) defendere videtur, his verbis: [f] *Poligamia non magis nunc abrogata est, quam reliquum legis Moysis, sed indifferens est, vtpote nec*

Y Luther. ser. de matrimonio.

Z. Vvitaker. contra Campianum pag. 192. *Lutheri istam de hoc genere diuortij sententiam ego non defendo.*

A. Vvhitaker. ibid. & contra Duræum lib. 8. pag. 587. fine.

B. Luther. Tom. 5. Vvitemberg. serm. de Matrimonio fol. 123. a. versus finem, & hæc Lutheri verba citãtur in tract. contra defensionem censuriæ pag. 219. circa finem.

C. Vide ibid. 215. & Lutherũ Tom. 5. Vvitemberg. in 1. ad Cor. 7. fol. 113. a. initio & ibid. fol. 111. b. ante med. ait, *Quod si alter cum altero in gratiam redire nolit, sed simpliciter separatus esse velit, & alter cõtinere non valens, comparem habere coniugem cogatur, quid illi faciendum? Poterunt cum alio*

trahere? Respondeo procul dubio poterit.

. Vide tract. contra defensionem Censuræ pag. 213. paulo post med. & Luther. Tom.5. Vvittemb. fol.112.b. fine;

. *In aliam profugere terram Mechus potest, ibique si continere nequeat, vxorem duce-.* *Rursum.* Lutherus Tom. 5. Vvittemberg. serm. de matrimonio fol. 113.a. initio & Melancthon Consil. Theolog. parte 1. pag. 648. asserit, *personam ream post diuortium ob adulterium iterum licite nubere, & hanc esse Lutheri & Pomerani sententiam.* Vide ibidem pag. 550. Consonat Bucanus Caluinista in locis communibus loc. 12. pag. 102. & Caluinus in epistola & respons. epistolæ 385. pag. 755. post med. & Bucerus in Math. cap. 19. vbi ait, *Sine iuste, siue iniuste repudiata aliqua fuerit, si nulla ei sit spes ad primum maritum redeundi, cupiat autem pie viuere, maritoque opus habeat: ducens eam nequaquam peccabit.*

* Musculus in epistolas Pauli ad Philip. Coloss. &c. in primum ad Timoth. 3. pag. 396. circa med. *putat Poligamiam in Ecclesia tempore Apostolorum permissam esse.* Vide Tabulam alphabeticam ibi verbo Poligamia. Poligamiam autem defendit Bernardinus Ochinus libro 2. Dialog, 21. pag. 200. & 204. Hunc autem *virum insignem & egregie doctum vocat,* author hist. de vita & morte Petri Martyris ante med. Et Melancthon in Consiliis Theolog. pag. 134. prope initium in casu Henrici VIII. Regis Angliæ (cuius à Katherina priori vxore sua diuortium illicitum iudicauit) sic consulit. *Respondeo si vult Rex successioni prospicere, quanto satius est id facere sine infamia prioris coniugij. Ac potest id fieri sine vllo periculo conscientiæ cuiuscunque aut famæ, per Polygamiam, &c. quia Polygamia non est res omnino inusitata, habuerunt multas coniuges Abraham, Dauid & alij sancti Viri. Vnde apparet Polygamiam non esse contra ius diuinum.* Hæc ille anno 1531. vt apparet ibi pag. 128.

F. Lutherus in propositionibus de Bigamia Episcoporum edit. anno 1528.

nec præcepta, nec prohibita. Vnde & ait, g *se Poligamiam nec probare velle nec improbare.*

Sed & Martinus Bucerus, cui Symon Grinæus inter sacrarum literarum expositores h *palmã tribuit, maioremque eo in genere scientiam ascribit, quam ipsi Melancthoni, quem* Caluinus. i *Fidelissimum Ecclesiæ Christi doctorem nuncupat, & supra quem nemo*: k quem etiam Ioannes Cheekus *pro Magistro suo agnoscit, & tanto viro, vt vix orbis vniuersus, maiorem habuerit*: quem Academia Cantabrigiensis * vt *sanctissimum & virum plane diuinum* extollit: hic inquam Bucerus, Lutheri fermento conspersus, inter cæt. eius

G. Luther. in Genes. cap. 16. edit. anni 1525.

H. Hoc Grinæi de Bucero iudicium vide in libro cui Titulus, *Scripta Buceri Anglicana,* vbi sub initio libri referuntur *iudicia doctissimorum aliquot de Martino Bucero.*

I. Verba Caluini citantur ibid.

k. Ioannes Cheekus eques ibid. citatus sic inquit, *Magistro orbati sumus quo maiorem vix orbis vniuersus caperet, &c.* Vide ibid. testimonium Sturmij de eodem & Vvhitaxeri in defensione, &c. pag. 522. circa med. vbi & eum *venerandum, doctum, industrium, sanum authorem nuncupat.*

* Litera Academiæ Cantabrig. inter Buceri scripta Anglic. p.944. post med.

insulsa [l] nimius absurda, 2. *ad libellũ illud Mosaycum Christianis permittendum* 3. *ob duritiem cordis eorum, sic propendet* (consonat & † Szegedinus) *vt hæc ausus sit scribere,* 4. *Quemadmodum & hodie par est cordis duritia; sic etiam hodie vxoribus laborantibus non minus succurrendum est, quã olim. Neque enim nunc Magistratus minorem habet authoritatem quam Moyses, quare & illã exercere debet.* Probat autem licentiam illam dandi libellũ repudij etiam hodie manere, *quia non est* 5. *credendum* (inquit ille) *Christum Dominum quicquam eorum prohibere velle, quæ Pater eius mandauerat, mandauit autem duris corde, vt si vxores suas æquitate maritali tractare nollent, procurarent licentiam per libellum repudij aliam ducendi.*

Idem, diuortium & licentiam denuo nubendi probat, ac defendit, in casu quo vnus coniugũ [m] ab alio decessit. Itẽ, in casu [n] homicidij, furti, frequentationis locorũ [o] seu personarum impudicarum. Item, [p] in casu infirmitatis incurabilis, tam maris quam fœminæ, quo

L. Cartvvrighτus apud Vvitgiftum in defensione pag. 522. prope initium.
2. Deut.24.1.
3. Math.19.8.
†. Szegedin. locis commun. pag.348. fine, & 349.
4. Bucerus in sacra quatuor Euangelia, &c. in Math.19. fol. 147. Vide Indicem eius libri sub k. verbo Repudium, & vide aliam eiusdem libri editionem anno 1536. pag. 390. & 391.

5. Bucerus ibid. & Melancthon Consil. Theol. parte prima pag.648. & 650.

Et Bucerus in scriptis Anglicis de Regno Chrsti lib.2.c.26.& 27.& cap.28. vbi ait, *Quicumque nolit animum suum inducere, vt vxorem amet, & eam iuxta charitatis coniugalis norman tractet, hic à Deo præceptum habet, vt eam repudiat, & aliam ducat. Hoc enim cum in lege veteri præceptum fuerit, ad Christianos etiam pertinet.* Vide ibidem pagina 100.

M. Bucerus in scriptis Anglice de Regno Christi lib.2. capite 26.& pag. 114. & capite 41. pag. 122.

N. Bucerus ibidem lib.2.cap.37.post med. & cap.40.initio.
O. Bucer.ibid.cap.37.pag.115.& cap.40.pag.120.
P. Bucer.ibid.cap.42.pag.123.& 124.

quo alter coniugum inhabilis fit ad reddendum debitum. In his inquam & aliis huiusmodi casibus, definit licere [q] diuortium facere & de nouo matrimonium contrahere, idq; verbo Dei [r] consentaneum esse dicit. Hæc autem omnia in illo libro suo ab aduersarijs tantopere [s] laudato *de Regno Christi*, asserit. Huic suffragantur Geneuenses, qui 6. statuerunt, quod *si maritus absens eßet, vxor eum voce Preconis vocaret, qui si infra prescriptum tempus non appareret, Minister licentiam concederet vxori, alium ducendi*; Estque hic error illorum tam manistus, vt cũ eum Duræus Vvhitakero 7. obiiceret, nullum responsum 8. tulerit. Idem, vero defendunt Amandus 9. Polanus 10. Beza 11. Vvillettus, 12. & alij. Hi Lutheri errores de Matrimonio, diuortio, Poligamia, tam nota fuere, vt doctus ille Vvicelius eosdem illi 13. impingat, & improperet.

Quam

Q. Ibid. p.124. b. prope finem, vbi in margine hæc habentur. *Conclusio quod aliis de causis quã fornicationis concedenda sint legitima diuortia, nouaq; licet inire connubia.* In textu autem ait. *Hæc afferenda putaui ad eam explicandã quæstionem, num concedi à Christianis principibus & rerum publicarum moderatoribus possit, diuortium facere, & ad alteras transire nuptias, aliis de causis quã fornicationis & stupri, ex quibus si omnia rite & ad verbũ Dei ponderentur, satis liquebit, neminẽ nec virum nec mulierem cui opus sit ad bene casteque viuendum coniuge, ac coniuge cohabitante, aut coniugij officia necessaria faciente, prohibere debere, quin vir talem quærat vxorem, & habeat, & mulier talem virũ, sit deprehensum & euictũ sit vel virũ cui pia mulier nupta fuit, vel mulierẽ quam vir pius vxorẽ duxit, præstare necessaria coniugij officia aut obstinate nolle, aut huiusmodi commisisse scelera, vt propter turpitudinem suam, non possit, aut denique incurabili impediri impotentia, quo minus per corporis vires illa valeat coniugij officia persoluere.*

R. Ibid.pag.120.124.

S. De Buceri libro de Regno Christi, hic citato Nicolaus Carrus in epist. de obitu Buceri ad Ioannem Cheekum (extat in Buceri scriptis Anglicanis pag. 873) sic ait. *Liber Buceri de Regno Christi editus, continebat absolutissimam & perfe-*

ctissimam totius doctrinæ Christianæ effigiem, &c.

6. Vide Canones generales Geneuenses anno 1560.

7. Hoc obiicit Dur. Vvhitak. lib. cōtra ipsum edito Paris. 1582. fol. 287. b. fine.

8. Vide Whitaker. contra Duræum lib. 8. pag. 687.

9. Amandus Polanus in partit. Theologic. pag. 739. initio.

10. Beza lib. de repudiis & diuortiis pag. 123.

11. Vvillettus in Synopsi pag. 685.

12. Vide corpus doctrinæ Christianæ Germanicè, &c. in examine ordinandorum cap. de coniugio p. 853. Et Bucerum in scriptis Anglic. pag. 122. vbi de vnius anni absentia loquitur.

13. Vvicelius in methodo Concord. Ecclesiast. cap. 9. *Reducat ad calculum Lutheri factio, & retractet, quæ portenta, & quam non pudicè admodum scripta ediderit; de coniugio, de diuortiis, de iterando post diuortia matrimonia de gradibus, de Polygenecia, &c.* est autem Vvicelius contra Lutherum testis omni exceptione maior. Ibi enim cap. 5. *Missæ cæremonias* deridet & cap. 1. *traditiones* reiicit, & cap. 5. ait, *Non oratur ad diuos sed ad Deum vnum.* Ibidem, *Communionem sub vtraque specie* desiderat & cap. 20. *Imaginum venerationem improbat, &c.* Et Caluinistæ de Luthero sic scribunt, *Quædam de coniugio & alia haudquaquam probanda scripsit.* Qua de re vide Hospinianum in concord. discord. fol. 99. b. ante edit. 1607.

VI.

Quàm aperte verò & directe Lutherus ciuilis magistratus authoritatem impugnauerit, præsertim antequam Principes Germaniæ doctrinæ eius patrociniū in se suscepissent, è scriptis eius liquidò ōstēdi potest, è quibus & nos quædam infra [i] citata decerpsimus: nunc solum fœdas illas lædorias, & scurriles contumedias, quibus insignem illum Regem Henricum VIII. (vt † alios principes omittam) exonerat, commemorabo. [k] *Multa saliua blaterat, &c. vecors & muliebris est stolidi Regis inuidia, vt nescias an ipsa mania, sic insanire possit, aut ipsa stoliditas tam stoliditas, quā est caput huius nostri Henrici, forte vt verum faciat prouerbium, Aut Regem aut fatuum nasci oportuit.* Rursus ibidem. [l] *Non regio animo aut vlla vena Regij sanguinis, sed seruili & plane impudenti & meretricia impudenti & vecordia prodit omnia, &c. Palam & ex proposito mentitur, vt*

i. Infra tract. 3. sect. 5. in marg. ad 3.

† Conuitia eius in Henricū Ducem Brunsuisensem, vide in lib. cui Titulus Wider Hans Worst, &c. in Archiepiscopū vero Magūtinū principem electorem, vide Lutherum tom. 3. Germanice

fol. 533. a b. & 329. & 360. & in colloq. mensalibus fol. 342. 343. In Principes autem Germanos, vide eundem tom. 2. Germah. fol. 190. b. & 200. & tom. 3. fol. 195. b. Hæc autem omnia è scriptis Lutheri fuse recitat Gasper. Vlembergius in libro cui titulus *Graues & iusta causa cur Catholicis, &c.* anno 1589. causa 8. pag. 234. 235. 237. 238. vide apud Sleidanum Lutheri discipulũ, lib. 16. fœdas illas, scurriles, nec nominandas à Luthero contra Papam inuentas imagines. Hinc ipse Lantgrauius Protestans in publico quodam scripto à Theologis suis composito, inquit, *Lutherus non tantum magnorum Regum, Principum & Dominorum vtriusque nostrum cognatorum, quemadmodum etiam priuatorum quorundam hominum honestam famam dicacitate quadam sua arrosit, ac grauissimis quibusdam accusationibus indecenter traduxit, quo vel vno nomine, adducti Lutheri scripta absque omni exceptione nullo plane modo probare volumus, nec sine tum nostri tum laudatissimorum nostrorum maiorum, famæ & honoris læsione possumus: verum etiam, &c.* Hæc vide apud Hospinianum in concordia discord. fol. 99. b. ante med. edit. anno 1607. Et Theolog. Comitatus Palatini in admonitione Christiana, &c. 1581. pag. 233. & 234. eidem Luth. obiiciunt, *Conuitia præter pietatem & modestiam confidenter & arroganter dicta, scurriles in rebus serijs lusus, quam multa acerbe & iniuriose scripta, non tantum in Christi insignes Ecclesias, &c.* sed etiam in magnos Principes.

K. Lib. contra Regem Angliæ in præfat.

L. Ibid. extat vero liber ille tom. 2. Vvittemb. fol. 333. 334. 335. &c.

sophistam ex inscitia, & virulentia conflatum agnoscere possis. Item, *Ego sine larua sed aperte dico, Regem Angliæ Henricum istum plane mentiri, & scurram leuissimũ mendacijs magis referre quam Regem.* Item, [m] *Cum mendace scurra loquor, regijs titulis velato.* Item, *Hoc suum (Regis Henrici) impudens mendacium, etiam contra propriam conscientiam &c.* Item, *Rex iste mendacij, &c.* Item, [n] *Hic mihi iam non cum inscitia & hebetudine, sed cum impudenti nequitia agendum.* Rursus, *Non hic mentitur modo vt scurra leuissimus, sed nequissimum nebulonem, si non superat, certe egregiè æquat.* Item, *Gloriosus Rex pro suo more satis fortiter mentitur.* Et aliis multis eiusdem farinæ virulentis sane & procacibus conuitijs eundem Regem aspergit, quorum nonnulla adeo [o] immodestè spurca sunt, vt ea lingua vernacula referre pudor non permittat,

M. Ibid. fol. 331. a.

N. Ibidem 336. a.

O. Ibidem fol. 333. 336. 337. &c. Vbi & hæc

inter cætera habet, *Ius mihi erit pro meo Rege, Maiestatem tuam Anglicam stercore conspergere &c. Sit mea hac generalis responsio, ad omnes sentinas insulsissimæ huius laruæ, &c. Hæc sunt robora nostra aduersus quæ obmutescere coguntur Henrici, Thomistæ, Papistæ, & quicquid est fæcis, sentinæ, latrinæ, impiorum, & sacrilegorũ eiusmodi. Sordes istæ & labes hominum, Thomistæ: Henrici, sacrilegus Henricorum & Asinorum cultus, furor insulsissimorum asinorum, & Thomisticorum Porcorum, os vestræ dominationis impurum sacrilegum, cum multis alijs id genus.* Hæc Lutheri conuitiandi procacitas, tam fuit notoria, vt ipse de se fateatur in locis commun. classe 4. fol.35. b. *Video ab omnibus in me peti modestiam, omnes fere in me damnant mordacitatem.* Vnde & Foxius in actis & monum. pag. 404. a. refert; *Fredericum Saxoniæ Ducem Lutherum serio monuisse, vt stili sui acrimoniam cohiberet.*

VII.

Septimò, Sacramentorum administrationem laicis cum Clero communem facit Lutherus, his verbis, P *Primùm igitur Sacerdotis officium, nempe verbi ministerium, est omnibus Christianis commune, &c. Secundum officium baptizare, etiam mulierculis licet.* Et ibidem paulo infra ait, *Esse omnes & solos Christianos etiam mulieres absque rasura & Episcopali charactere Sacerdotes. Tertium officium est consecrare, seu ministrare sacrum panem & vinum, &c. Dicimus & hoc officium esse omnibus commune, perinde atque sacerdotibus. Idque non nostra sed Christi asserimus authoritate, dicentis in Cœna nouißima, Hoc facite in meam commemorationem, &c. At hoc verbum dicit Christus omnibus suis præsentibus & futuris, qui panem illum ederent, & poculum biberent. Quicquid ergo ibi collatum est, omnibus collatum est, &c. Accedit testis Paulus 1.Cor.11. Ego enim accepi à Domino, &c. Et hic Paulus ad omnes loquitur Corinthios, omnes faciens tales, quales ipse fuit, id est consecratores, &c. Igitur si id quod maius est omnibus, nempe verbum & Baptismus, non negatũ esse quoque recte dicetur id, quod minus est, nempe conse-*

P. Lutherus tom. 2. lib. de Ministris Ecclesiæ instituendis fol.368. &369. vide ibid. 249. lib. de abroganda Missa priuata, & lib. de captiuit. Babilonica cap. de Ordine, & vide Hospinianũ in hist. Sacramentaria parte 1. p. 22. & parte 2. fol.14. b.

crare. Eandem doctrinam in aliis eius scriptis apertè q tradit. *Nec veritus est* (teste Covvello) affirmare, r *Sacramenta verè futura, etiamsi à diabolo administrarentur.*

Sic docere coactus est Lutherus, eo quod ipse cum suis omni vocatione legitima destituerentur, cum tamen alibi † Anabaptistas ob similem vocationis defectum damnet. Adeo varius * inconstans ac tempori seruiens, doctrinam suam occasioni aptabat. Neque vero pestifera hæc opinio soli Luthero propria fuit, Caluinistas etiam nonnullos peruasit. Hinc enim Hornus nostras nuper Vvintoniensis Superintendens, s *In hac re* (inquit) *moderatio quædam adhibenda est, nec absolutè, nec omni ex parte hoc pluribus fœminis interdicendum &c. quò quæso maiori acrimonia Paulus fœminas prædicare vetat, quam capita nudare? Scitis tamen in Ecclesiis Germaniæ, vel maxime reformatis, virgines nudo capite incedere:* Parem etiam licentiam Petrus t Martyr, & u Zuinglius, fœminis concedunt.

De

Q. Lutherus in Assert. damnatis per Leonem 10. artic. 13. *In Sacramento Pœnitentiæ & remißione culpæ, non plus facit Papa vel Episcopus quā infimus Sacerdos. Imo vbi non est Sacerdos æquè tantum quilibet Christianus etiāsi mulier aut puer esset, &c. quod autem absente Sacerdote etiam puer aut mulier & quilibet Christianus absoluere potest Math. 18. clarè patet, vbi Christus omnibus Christianis dicit, Quodcunque solueritis super terram solutum erit in cœlis: Hanc inuictam authoritatem non mihi subuertent.* Vide in locis communibus classe 2. pag. 136. & 138. verba autem eius multo expreßiora ex edit. Ienæ: Vide apud Cnoglerum, lib cui titulus Symbolatria pag. 157.

R. Covvellus in defensione Hookeri art. 15. pag. 101. post med. vide Lutherum de Missa priuata edit. anno 1534. & vide Hospin. in hist. Sacrament. pag. 22. & parte altera fol. 14. b. vbi de Luthero sic habet, *In lib. de Missa priuata anno 1534. edito. Eousque progressus est, vt diceret, Sacramentum verum futurum, etiamsi à diabolo conficeretur.*

† Supra tract. 2. cap. 2. sect. 6. initio ad u. & tract. 2. cap. 2. sectione tertia subdiuisione 2 ad z.

* Zuinglius tom. 2. in respons. ad Confess. Lutheri fol. 458. *Lutherus nunc hoc, nunc illud de eadem re pronuntiat, nec vsquam sibi constat haud dubiè ea inconstantia & leuitate in dei verbo vtendū esse existimat, qua effricti frontis scurræ inter alcā vti consue-*

uerunt. Et Hospinianus doctus sane Caluinista hist. Sacrament. parte altera in tabula Alphabetica lit. l. verbo Lutherus ad mirabilem hanc Lutheri inconstantiam fuse prosequitur, de quo ait, *Lutherus ipse sibi dissimilis in doctrina de persona Christi*. Et sub verbo Lutherus, *Lutheri inconstantia in doctrina* 4. b. *lapsus & inconstantiæ causæ* 5. *Eius de Cœna sententia prima* 5. b. *secunda* 7. b. *Tertia* 8. *quarta* 12. 5. Ibid. *De eius inconstantia in negotio Cœnæ*, Sturmius 12. a. b. *Inconstantia in communione sub vna vel vtraque specie*, 12. b. 13. *Inconstantia de manducatione impiorum*, 13. b. *Inconstantia de concomitantia*, 13. b. *Inconstantia de eleuatione sacramenti* 13. b. 14. *Inconstantia de adoratione Sacramenti*. 14. cum plurimis aliis id genus è Lutheri scriptis citatis, apposita etiam nota, locorum & figurarum quibus in singulis Lutheri libris inueniri poterunt.

S. Lib. quem inscripsit *Portus* Anglice Harborovve anno 1559. h. 2.

T. Petrus Martyr in 1. Cor. cap. 11. vers. 5.

V. Zuinglius tom. 1. explanat. art. 17. fine.

De verborum forma Sacramentis necessaria, hæc tradit Lutherus, [x] *Baptismum valere ait, quacunque tandem verborum forma ministretur, modò, non in hominis nomine, sed in Dei fiat.* [y] Brentius item & [z] Zuinglius, certam verborum formam in Baptismo necessariam esse negant, & contra morem illum, quo Ecclesia præscripta verborum forma vti solet, fusè disputat [a] Bullingerus. Imo [b] Bucerus Christi verba in Eucharistiæ Sacramento administrando pronuntiare, minime necessarium indicat. Sed & martyr quidã illius sectę Ioannes Lassellius in epistola quadam [c] apologetica (quam Foxius posterorum memoria dignam iudicans, actis suis & monumentis inseruit) affirmat, *Sanctum Paulum non ausum* [d] *esse verba illa pronunciare, Hoc est Corpus meum, ideoque illa omisisse.* Imo addit [e] *Dominum Iesum semel illa dixisse, ne opus esset plures illa repetere.* Vnde Sacramenti necessitatem ponit, non in verbis prolatis, sed in fractione, [f] & distributione panis. His consonat [g] Musculus, & Ecclesia reformata [h] Scotiæ.

X. Lutherus tom. 2. Wittenberg. in lib. de captiuit. Babylonica cap. de Baptismo fol. 75. a. *Quocunque modo traditur Baptismus, modò, non in hominis nomine, sed in nomine Domini tradatur, verè saluum facit. Imo non dubitem, si quis in nomine Domini suscipiat, etiamsi impius minister non det in nomine Domini, verè baptizatum esse in nomine Domini.*

Y. Brentius in cathec. cap. de Baptismo.

Z. Zuinglius tom. 2. lib. de

Octauo,

vera & falsa religione cap. de Baptismo sub finem, fol.201.& clarius tom. 2. de Baptismo fol. 66. vbi ait, *Christus Baptismi formulam, qua vteremur his verbis non instituit, quemadmodum Theologi hactenus falso tradiderunt, &c. erroris huiusmodi fons & origo fuit, quod hæc Christi verba, formam esse vellent, &c. Cæterum Christus nequaquam, hoc loco præcipit, Quoties Baptismi signo insignitis aliquos, hac verborum formula vsi, tria hæc nomina super baptizatos pronuntiate, &c.* & fol.66.b.ante med.sic concludit, *Vnde luce clarius patet, hæc Christi verba, non sic accipienda esse, vt certa quædam sint Baptismi formula, &c.*

A. Bullingerus Decad.5.serm.6.pag.969.a.& 974. 975.& 976.
B. Bucerus in Math. cap. 26.
C. Act. & monum. pag.678.b.
D. Ibidem pag.679.
E. Ibidem post medium.
F. Ibidem ante & circa medium.
G. Musculus in locis commun.cap.de Cœna Domini.pag.336.
H. Liber ritualis Ecclesiæ Scotiæ, excusus Ruppellæ anno 1596. pag. 189. & 190.docet, *Nulla verba elemento applicanda præscribuntur, quod tamen ex Sancto Augustino fieri oportere, docet Hieronymus Zanchius*, lib.de religione Christiana, &c. pag. 82.

VIII.

Octauo tam parui facit Lutherus, Christi Domini passionem in humana carne pro nobis in cruce latam, vt dicat, 2. *Non solam humanã Christi naturam passam esse, 3. quia* (inquit ille) *non credo, quod sola humana natura pro me passa est, Christus ille, vilis, nec magni pretij Saluator est, Imo ipse quoque Saluatore opus habet.* Adeo vt miratus sit, 4. Zuinglianos asserentes *diuinitatem pati non posse.* Quam stupidam eius §. ac olim damnatam opinionem de passibilitate deitatis, 5. Andreas Musculus, & nonnulli 6. Lutheri discipuli, licet alij Protestantes 7. reclament) amplectuntur. Ex hoc forte fundamento Caluinus, & alij eius Symmistæ, Christi mortem tam parui fecerunt, vt dicerent, 8. *Nihil actum erat, si corporea tantum morte Christus defunctus fuisset.* 9. *Imo passio Christi corporea, non fuit secun-*

2. Lutherus in confessione maiori de cœna Domini, quod Lutheri dictum recitat, & refutat Zuinglius tom. 2. in respons.ad confess.Luth. fol. 458.a.initio, & Hospin. in hist. Sacramentaria parte altera fol. 57.b. & 76.b.
3. Lutherus vbi supra.
4. Idem de consiliis parte secunda de Zuinglianis

ait, *Pertinacissime contra me pugnabant, quod diuinitas Christi pati non posset, &c.* Vide Lutherum tom.3. Germanice Ienæ fol.455.b.

§. Barnesius in libro quem inscripsit, *Vita Romanum Pontificum*, excuso Basileæ in 8. pag. 46. fine testatur, & hanc inter cæteras Apollinaris opiniones iam olim damnatam esse, *Christo mortuo in triduana morte diuinitatem commortuam fuisse.* Et Beza in responsione ad acta Montisbelgardi parte 1. pag. 82. prope finem ait, *Eutiches deitatem Christi passam asserebat.*

5. Siluester Czecanorius in dialogo de corruptis moribus vtriusque partis art. 3. fol. 5. ait, *Andreas Musculus non veritus fuit palam docere diuinam Christi naturam quæ Deus est, vna cum humana natura mortuam fuisse in cruce, &c. Nec destitit, &c. id dogma de mortua diuinitate publice profiteri ac spargere, adiutore Ioanne Islebio.* Vide Quirinum Cnoglerum in libro cui titulus tria symbola, &c. anno 1606. pagina 126.

6. Idem defendit Stephanus Gerlachius contra Busæum pag. 24. & 126. & Iacobus Andreas, de qua re vide responsum ad acta Colloquij Montisbelgardi pagina 82. & 92.

7. Beza in epistol. Theolog. epist. 60. pag. 285. *Non potest à nobis satis bene disputari, de sententia Islebij, & Musculi Andreæ contendentium Christum in vtraque natura passum esse, &c. Istorum sententia Prophetarum & Apostolorum, & omnium orthodoxorū sanæ doctrinæ aduersari videtur.* Vnde & fusè opinionem illam confutat ibi pag. 286. 287. 291. & vide hac de re Bezam in responsione ad Acta Colloquij Montisbelgardi parte 1. pag. 82. & 92. & Siluester Czecanorius vt supra ad 5. & Luth. vt supra ad 4.

8. Caluinus Instit. libro secundo capite 19. sect. 10. & Vvillettus in Synopsi pagina 603. & vide Vvhitakerum contra Campiani rationes rat. 8. pag. 129. initio.

9. Willettus in Synopsi anno 1600. pagina 985. ante medium: & pag. 987. vbi ait, *Christus in sola carne patiendo non operatus est redemptionem nostram.*

dum Dei iustitiam plenum redemptionis nostræ pretium, 10. *vnde eum etiam oportuit, cum inferorum copijs, æternæque mortis horrore, quasi consertis manibus luctari, & eam mortem pati, quæ sceleratis ab irato Deo infligitur, & diros in anima cruciatus damnati, ac perditi hominis perferre,* 11. *neque enim corpus solum in pretium nostrum obtulit, sed & in anima pœnas nobis debitas luit, &* 12. *eam mortem pertulit, quæ sceleratis ab irato Deo infligitur,* * *ac omnes quæ ab illis sceleratis expetendæ erant pœnas persoluit: hoc vno duntaxat excepto, quod doloribus mortis non poterat detineri.*

10. Caluinus vbi supra.

11. Idem ibidem, & in harmonia in Euangelium in Matthæum 27. vers. 46.

12. Caluinus vbi supra.

* Idem ibid.

Hinc diræ illæ voces, 13. *Christus sensu damnonis æternę cohorruit.* 14. *Cum æternę mortis horluctatus est.* † *Aliquid amplius morte corporea forauit:* § *aliam nempe mortem terribiliorem,* * *ipsamnę mortem seu mortem secundam*, 15. *desperatio-vocem emisit,* * *orationem haud satis meditatam dit.* Addunt Aepinus, Lutherus, Latime-,& alij, 16. *eum in anima inferni dolores post morsustinuisse.* Hæc tam absurda sunt, & ipsi sa-scripturæ, quæ toties morti Christi, 17. & guini eius *effuso redemptionem nostram ibunt, contraria, vt 18. Beza figmentum d de cruciatibus animæ Christi post mor-, tanquam indignum reijciat, & Super-ndens Vvintoniensis 19. nuper opinion illam totam, vt impiam, doctè fuséque futet.

Nono

13. Vide Vvitakerum contra Duræum lib. 8. pag. 556. & Nowelli Catechismum Græcolatinum pag. 281. Vide recognitionem &c. Bilsoni 377. fine & 445. & Caluin. harmon. in Math. 26. vers. 39. & Marlorat. ibid.
14. Caluin. instit. lib. 2. cap. 16. sect. 10.
† Caluin. in harmon. in Math. 27. versu 37. & 39. & vide recognitionem Bilsoni p. 387.
§. Vide Bilsonum ibid. p. 392.
* Ibid. p. 503.

Brentius in Luc. parte 2. hom. 65. & in Ioannem homil. 54. & Marlorat. in th. 26. & Caluin. in Math. 27. vers. 46. vbi ait, *Sed absurdum videtur, Christo m desperationis vocem. Respondeo facilem esse solutionem, hanc desperationem ex carnis profectam.* Et ibid. vers. 47. *Sic videmus omni ex parte fuisse vexatum, vt ratione obrutus ab inuocando Deo absisteret, quod erat saluti renuntiare:* Et Beza er. 5. vers. 7. vbi ait, *Christo diuinæ maledictionis horrore percusso elapsa est vox rationis.*

Iarloratus in Matth. cap. 26. & Ioan. Caluin. in harmon. in Math. 26. vers. t, *Hæc ratio est cur mortem deprecatus, mox sibi frænum inijciat, patrisque imperio se iens, votum illud subito elapsum castiget & reuocet.* Et paulo post, *Non fuit igitur editata Christi oratio, sed vis & impetus doloris subitam ei vocem extorsit, cui statim a fuit correctio, eadem vehementia præsentem cœlestis decreti memoriam illi abstulit, 1 reputaret in ipso momento, se hac lege missum esse, &c. Certe in primo voto Christi pparet placida illa moderatio, quam dixi, quia mediatoris officio defungi quantum st, renuit, ac detrectat.* Et Iacob Minister Christo Domino similem perturnem ascribit, apud Bilsonum in recognitione pagina trecentesima septuaa sexta, & 440.

Æpinus in psalm. 16. & Smidelinus in concione habita Augustæ, & imà Turingæ anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono ait,

Christus pro te descendit ad inferos, & non modo corpoream mortem, verum etiam mortem æternam, ignemque infernalem expertus est, & degustauit. Et Lutherus tom. 3. Vvittemberg. in Psalmo 16. fol. 279. a. ait, *Christus sicut cum summo dolore mortuus est, ita videtur & dolores post mortem in inferno sustinuisse, vt nobis omnia superaret, &c.* Hanc fuisse Lutheri opinionem agnoscit Fulco, in defensione versionis Anglicanæ Bibliorum cap. 7. pag. 204. Idem disertè asserit Latimerus in serm. pagina septima a. fine. Idem de aliis confitetur Beza Act. 2. & Melancthon in Consiliis Theologicis parte 2. pag. 131. & lib. 1. epist. pag. 376. & 377. Et Parkesius contra Vvillettum pag. 114. edit. 1607. ait, *Lutherus, Illiricus, Loßius, Hemingius, Vvellerus, & Latimerus, Christum tam anima quam corpore ad inferna descendisse tenuerunt,* & pag. 406. *Tormenta post mortem sustinuit.*

17. Rom. 5. 9. Ephes. 1. 7. ad Colloss. 1. 22. ad Hebræos 9. 14. 1. Petri 1. 19. & 2. 24. & 4. 1. & Act. 20. 28. 1. Ioan. 17. Apoc. 5. 9.

18. Beza in Act. 2.

19. Bilsonus libro quem inscripsit, *Plena redemptio humani generis per mortem & sanguinem Christi.* Item in alio libro cui titulus, *Recognitio paßionum Christi & cætera.*

IX.

Nono, quam vili fecerit Lutherus Patres antiquos, & sapientiam suam magnificauerit, hæc eius verba declarant, [s] *Nullus ab Apostolorum temporibus doctor aut scriptor, tam egregie & clare conscientias secularium confirmauit, erudijt, confortauit, ac ego ipse speciali Dei gratia adiutus. Hoc certo scio, quod neque Augustinus, nec Ambrosius, omnium hac in re optimi, mihi pares sunt.* [t] Rursum, *Euangelium tam abunde per me prædicatum est, vt ne Apostolorum quidem temporibus adeo insonuerit.* Quãto autem supercilio Origenem, Athanasium, Chrysostomum, Basilium, Cyprianum, Gregorium spreuerit, cum [u] aliâs è scriptis eius ostenderim, nihil hic attinet commemorare. Quanta vero philautia, suas è sacra scriptura deductas conclusiones admiretur, quantumque se Patribus in eo genere præferat,

s. Lutherus in libro ad Ducem Georgium. Simile habetur in colloquiis Latinis capite de consolatione. Item ad caput primum ad Galathas tom. quinto, Vvittemberg. folio ducentesimo nonagesimo b. ait, *Esto Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores, Item Petrus, Apollo, imo Angelus è cælo, diuersum doceant, ta nen mea doctrina est eiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat, & cætera. Petrus Apostolorum summus viuebat & docebat extra verbum Dei.* Item in lib. de seruo arbitrio contra

Erasmum edit. 1. *Deponite quicquid armaturæ suppeditabunt veteres Orthodoxi Theologorum scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot sæculorum ac totius populi Christiani, nihil recipimus nisi scripturas, sed sic vt penes nos solos sit certa authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur hoc sensit Spiritus sanctus, quod afferunt alij quamuis magni, quamuis multi, à spiritu satanæ & alienata mente profectum est.* Vide hoc eius dictum citatū in libro nullus & nemo G. 6. pagina 153. & in Cnogleri symbola tria pag. 152. Et Luther Tom. 2. Vvittemb. fol. 486. b. ait. *Ego vero hoc in libro non contuli sed asserui & assero ac penes nullum volo esse iudicium, &c.*

T. Luther. Tom. 7. serm. de euersione Hierus. fol. 271. a.

V. Vide supra tractatu primo sectione 3. subdiu. 14. initio in marg. ad 4.

præferat, illa eius verba indicant, [x] *Dei verbum omnibus maius est, diuina maiestas pro me stat, non curo igitur si mille Augustini, mille Cypriani, mille Regis Henrici Ecclesiæ, mihi aduersentur*, Imo doctrinam suam [y] *ab omni tam Angelorum, quam hominum iudicio eximere, & ipse amborum iudex esse vult.* Hoccine Theologi nostrates æquo animo ferent, qui de dogmatibus illis de reali Christi in Eucharistia præsentia, imaginibus venerandis, & cæt. Lutherum accusare solent?

X. Lutherus Tom. 2. contra Regem Angliæ fol. 344. b.

Y. Luther aduersus falso nominatum Ecclesiasticum statim prope initium, *Scire vos volo, quod inposterum non amplius vos hoc honore dignabor, vt sinam vel vos, vel ipsos angelos de cælo, de mea doctrina iudicare, &c. Nec volo meam doctrinam à quoquam iudicari atq; adeo ne ab Angelis quidem, cum enim certus de ea sim, per eam quoque & vestri Angelorum iudex esse volo.* Hæc verba paulum mutata adhuc extant Tom. 2. Vvittemberg. fol. 306 a fine.

Hanc Lutheri iactantiam palpant discipuli eius, qui & magistrum suum adhuc gloriosius ostentant 2. *Non dubito* (inquit quidam eorum) *quin si iam viueret Augustinus, se Martini Lutheri discipulum profiteri non erubesceret.* Rursum alius 3. *Ab Apostolorum temporibus non surrexit maior Luthero, de quo merito dici potest, Deum omnia dona illi soli impertijsse, tantumque Lutherum priscos illos*

Vide Brigesium in defens. Regiminis Ecclesiastici, &c. pag. 559. Parkinum in quatuor Tractatib. quomodo Dei verbum applicandum sit, &c. sect. 10. tio. Vide defens. Vvhitgifti pag. penultima & pag. 710.

Christus pro te descendit ad inferos, & non modo corpoream mortem, verum etiam mortem æternam, ignemque infernalem expertus est, & degustauit. Et Lutherus tom. 3. Vvittemberg. in Psalmo 16. fol. 279. a. ait, *Christus sicut cum summo dolore mortuus est, ita videtur & dolores post mortem in inferno sustinuisse, vt nobis omnia superaret, &c.* Hanc fuisse Lutheri opinionem agnoscit Fulco, in defensione versionis Anglicanæ Bibliorum cap. 7. pag. 204. Idem disertè asserit Latimerus in serm. pagina septima a. fine. Idem de aliis confitetur Beza Act. 2. & Melancthon in Consiliis Theologicis parte 2. pag. 131. & lib. 1. epist. pag. 376 & 377. Et Parkesius contra Vvillettum pag. 114. edit. 1607. ait, *Lutherus, Illiricus, Lossius, Heminzius, Vvellerus, & Latimerus, Christum tam anima quam corpore ad inferna descendisse tenuerunt,* & pag. 406. *Tormenta post mortem sustinuit.*

17. Rom. 5. 9. Ephes. 1. 7. ad Colloss. 1. 22. ad Hebræos 9. 14. 1. Petri 1. 19. & 2. 24. & 4. 1. & Act. 20. 28. 1. Ioan. 17. Apoc. 5. 9.

18. Beza in Act. 2.

19. Bilsonus libro quem inscripsit, *Plena redemptio humani generis per mortem & sanguinem Christi.* Item in alio libro cui titulus, *Recognitio passionum Christi & cætera.*

IX.

Nono, quam vili fecerit Lutherus Patres antiquos, & sapientiam suam magnificauerit, hæc eius verba declarant, [s] *Nullus ab Apostolorum temporibus doctor aut scriptor, tam egregie & clare conscientias secularium confirmauit, erudijt, confortauit, ac ego ipse speciali Dei gratia adiutus. Hoc certo scio, quod neque Augustinus, nec Ambrosius, omnium hac in re optimi, mihi pares sunt.* [t] Rursum, *Euangelium tam abunde per me prædicatum est, vt ne Apostolorum quidem temporibus adeo insonuerit.* Quāto autem supercilio Origenem, Athanasium, Chrysostomum, Basilium, Cyprianum, Gregorium spreuerit, cum [u] aliâs è scriptis eius ostenderim, nihil hic attinet commemorare. Quanta vero philautia, suas è sacra scriptura deductas conclusiones admiretur, quantumque se Patribus in eo genere præferat,

s. Lutherus in libro ad Ducem Georgium. Simile habetur in colloquiis Latinis capite de consolatione. Item ad caput primum ad Galathas tom. quinto, Vvittemberg. folio ducentesimo nonagesimo b. ait, *Esto Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores, Item Petrus, Apollo, imo Angelus è cælo, diuersum doceant, tamen mea doctrina est eiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat, & cætera. Petrus Apostolorum summus viuebat & docebat extra verbum Dei.* Item in lib. de seruo arbitrio contra

Erasmum edit. 1. *Deponite quicquid armaturæ suppeditabunt veteres Orthodoxi Theologorum scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot sæculorum ac totius populi Christiani, nihil recipimus nisi scripturas, sed sic vt penes nos solos sit certa authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur hoc sensit Spiritussanctus, quod asserunt alij quamuis magni, quamuis multi, à spiritu satanæ & alienata mente profectum est.* Vide hoc eius dictum citatũ in libro nullus & nemo G. 6. pagina 153. & in Cnogleri symbola tria pag. 152. Et Luther Tom. 2. Vvittemb. fol. 486. b. ait. *Ego vero hoc in libro non contuli sed asserui & assero ac penes nullum volo esse iudicium, &c.*

T. Luther. Tom. 7. serm. de euersione Hierus. fol. 271. a.

V. Vide supra tractatu primo sectione 3. subdiu. 14. initio in marg. ad 4.

præferat, illa eius verba indicant, [x] *Dei verbum omnibus maius est, diuina maiestas pro me stat, non curo igitur si mille Augustini, mille Cypriani, mille Regis Henrici Ecclesiæ, mihi aduersentur*, Imo doctrinam suam [y] *ab omni tam Angelorum, quam hominum iudicio eximere, & ipse amborum iudex esse vult.* Hoccine Theologi nostrates æquo animo ferent, qui de dogmatibus illis de reali Christi in Eucharistia præsentia, imaginibus venerandis, & cæt. Lutherum accusare [z] solent?

Hanc Lutheri iactantiam palpant discipuli eius, qui & magistrum suum adhuc gloriosius ostentant 2. *Non dubito* (inquit quidam eorum) *quin si iam viueret Augustinus, se Martini Lutheri discipulum profiteri non erubesceret.* Rursum alius 3. *Ab Apostolorum temporibus non surrexit maior Luthero, de quo merito dici potest, Deum omnia dona illi soli impertijsse, tantumque Lutherum priscos illos*

X. Lutherus Tom. 2. contra Regem Angliæ fol. 344. b.

Y. Luther aduersus falso nominatum Ecclesiasticum statim prope initium, *Scire vos volo, quod inposterum non amplius vos hoc honore dignabor, vt sinam vel vos, vel ipsos angelos de cœlo, de mea doctrina iudicare, &c. Nec volo meam doctrinam à quoquam iudicariatq; adeo ne ab Angelis quidem, cum enim certus de ea sim, per eam quoque & vestri & Angelorum iudex esse volo.* Hæc verba paulum mutata adhuc extant Tom. 2. Vuittemberg. fol. 306 a fine.

Z. Vide Brigesium in defens. Regiminis Ecclesiastici, &c. pag. 559. Parkinsum in quatuor Tractatib. quomodo Dei verbum applicandum sit, &c. sect. 10. initio. Vide defens. Vvhitgifti pag. penultima & pag. 710.

2. Alberus contra Carolostadianos libro 7.

3. Musculus in Præfat. in libellum German. de diaboli tyrannide. Alius doctor apud Hospinianum in hist. sacrament. parte altera fol.346.b. versus finem, *se vnum folium in Luthero præferre, omnium Patrum scriptis profitetur.*

illos Patres antecellere, quantum Sol ipse Lunam. Nec dubitandum est, quin si veteres illi primarij (Hilarium puta & Augustinum) eodem tempore quo Lutherus vixissent ac docuissent, lucernam ei (instar seruorum) *subministrare non dedignati fuissent.* 4. Plurima sunt eius generis exempla, Vnde & Caluinistæ Luthero insignem * superbiam exprobrant, cum tamen ipsi in suæ Ecclesiæ scriptoribus, antiquis illis Patribus anteferendis, nihilo modestiores inueniantur. De † Iacobi hoc in genere vanitate, nihil dicam, quin Vvhitgifti potius non minus vanam quam gloriosam ostentationem recitabo, qui in illa sua 5. Protestantium Superintendentiũ cum primitiuæ Ecclesiæ Episcopis cõparatione, sic habet, 6. *Quam hodie docent ac profitentur Antistites nostri doctrinam, longe perfectiorem & saniorem ausim dicere, quam in vllo ab Apostolis sæculo prædicatam accepimus.*

Rursus,

4. Infra tract. 2. cap. cap 2. sect. 10. subdiu. 15. ad l.m.n.o.p. q.r.s. Vide Nicolaum Amsdorphium in Pręf. in primum Tom. Lutheri, vbi inter cætera hæc habet. *Ab Apostolorum tempore nemo melius Luthero de doctrina Christiana meritus est.*

* Conradus Reis libro Germanico contra Hessium de cæna Domini b.2. ait, *Deus ob peccatum superbiæ quo se Lutherus (vt opera eius testantur) cæteris præferebat, spiritum suum illi subtraxit, &c. & loco eius spiritum iracundum, superbum, mendacem immisit.* Et Theologi Tigurini confess. German. anno 1544. in octauo sic habet, *Lutherus se Apostolum ac Prophetam Germanorum iactitauit, qui à nemine edoctus cæteros omnes edocuerit, nec quisquam aliquid sciuit præterquam quod à Luthero didicit. Nemo aliquid fecit, Lutherus omnia, &c.* Vide plura huius rei testimonia infra tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiu. 2. ante medium in marg. ad *.

† Iacob in defens. Tractatus de Passionibus Christi anno 1600. pag. 146. *Quid est gloriari de Patribus, &c. Si hac in re vlla hominum ratio habenda sit, pluris certe moderni doctores nostri æstimandi sunt, quippe qui in omni Chrismatum genere*

antiquis illis saltem pares inueniantur, &c.
5. Vvhitgiftus in defensione, &c. pag.472. prope finem.
6. Ibidem fine.

Rursus, 7. *In nullo ab ipsis Apostolis sæculo, cætum Episcoporum ostendere poteritis, qui profectiorem & saniorem in omnibus doctrinam tradiderint: ac tenuerint, quā hodierni Angliæ Episcopi*, 8. Multa alia id genus habet. Haud aliter Beza. 9. *Soleo dicere* (inquit) *non sine causa opinor, dum tēpora Apostolis vicina cū nostris confero, antiquos illos plus conscientiæ, minus antem scientiæ, nos è contra plus scientiæ, minus conscientiæ habere. Hæc mea quidem sententia est*, &c. Imo non dubitat: 10. Caluinum *in exponendis sacris scripturis, tam verborū copia quā rationum pondere, antiquis omnibus & modernis anteferre*. E contra vero * Bancroftus & modestiores quique & prudentiores Protestantes, 11. *Primitiuam Ecclesiam, non modo literam sacræ scripturæ, sed & Germanum & genuinum eiusdem sensum accepisse fatentur*. 12. *Nosque in vero ac sanæ scripturæ sensu, antiquæ Ecclesiæ authoritate magnopere confirmari, quippe quæ* 13. *optima & fidelissima posteritatis magistra censenda sit, quæque præeundo viam rectam sequentibus monstret*. Quod & alij plerique authores 14. Protestantes testantur.

Quàm

7. Ibid. 473. ant med.

8. Ibid. pag. 473. circa med. *Quoad doctrinæ veritatem Episcopi nostri antiquos illos Patres non modo æquant sed & superant.*

9. Beza in epist. theolog. epist.1. pag.5. initio.
10. Idem in Præfat. in nouum Testam. principi Condæo dicatum.
* Bancroftus in recognitione &c. pag. 379. *de Caluino & Beza vt scripta eorum merentur; censeo, fateor tamen, me, Patres antiquos illis anteferre.* Vide ibidem pag. 64.
11. Kemnitius Examin. Concil. Trident parte 1. pag.74.b. initio.
12. Ibid. pag. 64. a.
13. Confessio Bohemiæ in Harmonia Confessionum pag.400.
14. Sarauia in defensione tract. de diuersis ministrorum gradibus pag. 8. post med. *Spiritussanctus qui Ecclesiæ præsidet, verus est scripturarum interpres. Ab eo igitur est petenda vera interpretatio, & cum is sibi non possit esse contrarius, qui primitiuæ Ecclesiæ præsidet, & per Episcopos eam gubernauit, ipsos iam abijcere consentaneum*

veritati non est. Et Iuellus in defensione Apolog. anno 1571. pag. 35. *Ecclesia primitiua sub Apostolis & Martyribus semper præ cæteris omnibus longe purissima existimata est*. Vide eundem in replica pag.204 ante med.

X.

Quàm acres & perpetes Lutherus cum Zuinglianis seu Caluinistis (quos nostrates Theologi Anglicani potissimum sequuntur) discordias habuerit, & quam acriter isti se mutuo impugnauerint, vel hęc eius verba declarant, [a] *Nos serio Zuinglianos & omnes Sacramentarios hæreticos vt ab Ecclesia Dei alienos censemus.* Rursus, [b] *Deum ac mundum testor vniuersum, me cum illis non consentire, nec consensurum vnquam, quamdiu mundus durauerit, sed manus meas ab eorum sanguine, quos isti hæretici à Christo alienant, decipiunt, & occidũt, seruabo innoxias.* Rursus ibid. *Maledicta sint charitas & concordia Sacramentariorum in æternum.* Sed & paulo ante mortem sic protestatur. [c] *Ego iã morti proximus, hoc ante Dei Tribunal testimonium ac gloriam feram, quod toto corde condemno, & reiicio Zuinglium, Carolastadium, Oecolampadium, eorumque sequaces, nec cum quoquam eorum amicitiam inibo, nec cum eis per literas, scripta, verba communicabo: quemadmodum præcepit Dominus.* Plura ibidem habet in eandem sententiam. Ex alia iam parte, ipsos Caluinistas & Zuinglianos audiamus. Sic igitur Tigurini. [d] *Nos (Lutherus) condemnatam ac execrabilem sectam vocat, caueat autem ne se*

A. Lutherus contra art. Louan. Thesi 27. Tom. 2. Vvittemberg. fol. 503. & in epist. ad Iacobũ Præsbyterum: *Beatus vir qui non abijt in Concilio Sacramentariorum, nec stetit in via Zuinglianorum, nec sedet in Cathedra Tigurinorum. Habes qui sentiam.*

B. Lutherus Tom. 7. Vvittemberg. fol. 381.b. & 382.b.

C. Luther de cœna Domini Tom. 2. Germanice fol. 174. & in cõfessione orthodoxa Ecclesiæ Tugurinę tractatu 3. fol. 108. & Luther. Tom. 3. Germ. fol. 264. *eos vocat proprio indicio condemnatos, cum quibus nec literis, nec scriptis, nec verbis*

nec verbi communicare vnquam velit.

D. Tigurini Tract. 3. contra supremam Lutheri confessionem pag. 61 Hinc Tractatus contra defensionem censuræ Lutherum arguit, *quod Christianam modestiam violauerit, & Erinnico zelo percitus fuerit*, pag. 155. *imo limites omnes charitatis & modestiæ transilierit*, pag. 101.

ne se hereticum monstret, qui non vult nec potest cum eis communicare, qui Christum profitentur. Quam aperte autem hic se Lutherus Dæmonium habere prodit? Quàm turpia eructat & omnes Dæmones infernales spirantia? Asserit enim diabolum & nunc & semper Zinglianos inhabitare, & quod pectora habeant blasphema, insatanizata, supersatanizata, & persathemizata, & præterea quod os habent vanissimum, in quod Sathan infusus, perfusus, transfusus dominatur. An quisquam talia verba vel à rabido ac infernali dæmone prolata vnquam audiuit?

Zuinglius autem de Luthero sic inquit. [e] *En vt totum istum hominem Satan occupare conetur.* Et Oecolampadius eundem Lutherum monet, vt sibi caueat. [f] *Ne arrogantia aut superbia inflatus à Satana seducatur.* His alia [g] huiusmodi addi possunt. Hæc Lutheri & suorum cum Zuinglianis seu Caluinistis contentio, non modo ex scriptis polemicis contra se. [h] inuicem editis, quæ etiam hodie magno numero prodeunt, satis innotescit, sed inde etiam apparet, quod vtraque pars aduersarios è finibus suis [i] exterminant; tantum abest vt pro eiusdem Ecclesiæ membris sese habeant.

E. Zuingluis tom. 2. respons. ad confess. Lutheri fol. 478.

F. Oecolampadius in resp. ad confessionem Lutheri.

G. Conradus Regius in libro Germanico contra Ioannem Hossium de cœna Domini, *Deus propter peccatum superbiæ, qua sese Lutherus extulit, quemadmodum pleraque ipsius scripta testificantur, verum illi spiritum abstulit, vt Prophetis illis tertium Regum. 22. atque eius*

loco iracundum, fastuosum, atque mendacem spiritum dedit. Atque Tigurini in confessione Germanica impressa Tiguri anno 1544. in octauo folio 3. *Superioribus diebus edidit Martinus Lutherus librum, quem inscripsit (Breuiconfessio de Sacramento) in quo non obscure pro hæreticis Sacramentarijs & sceleratissimus hominibus habet & condemnat Oecolampadium, Zuinglium, & omnes Tigurinos, liber plenus est dæmonijs, plenus impudicis dicterijs, scatet iracundia & furore, &c.*

H. Plura hac de re vide infra tract. 3. sectione septima, ante medium in margine ad *. ante m.

I. Huius rei manifesta exempla vide in Apologia modesta ad acta Conuentus quindecim Theologorum Torgæ nuper habiti pag. 3.4. 5. & Osiander in Epitome Centur. 16. parte altera pag. 803. ante med. & 860. & 609. & 735. & Crispinus lib. de statu Ecclesiæ pag. 697. & Conradum Schlusselb. in Catalogo hæret. lib. 13. & vltimo pag. 828. prope finem, & 847. Vide collat. Cathol. & Orthodox Christianæ fidei, &c. in Præfat. paulo post initium, & Hyperaspitem Antidanæi, & cætera, pag. 8. & historiam Belgicam, & cætera, ad annum vsque 1598. inscriptam. A E Meterano Belga libro. 17. anno 1594. pagina 577. & Ioannem Iezlerum, de diuturnitate belli Eucharistici. pagina 100.

X I.

De Lutheri vita & moribus non nisi pauca quædam eaque maturè examinata ob præsentis temporis præiudicium, delibemus. Credibiles igitur illas Coclæi, Lindani, Staphili, aliorumque authorum Catholicorum (quibus facta eius satis nota erant) narrationes omittentes, sua ipsius solum & discipulorum suorum charissimorum testimonia proferemus.

Quomodo vitam suam instituerit antequam ab Ecclesia Catholica decesserit, in confesso est. k *Nempe in Monasterio carnem suam vigilijs, ieiuniis, & orationibus castigauit:*

Papam

k. Symon Voyon in Catalogo doctorum, & cætera, pagina. 180. Et Lutherus in capite primo ad Galatas versu decimoquarto.

[l] *Papam ob conscientiam magna obseruantia coluit:* [m] *castitatem. obedientiam paupertatem seruauit: Id quod feci (inquit)* [n] *simplici corde bono Zelo & ob Dei gloriam, vltimum iudicij diem tremens & ex animo salutem sitiens.* Aliquandiu igitur post lapsum quædam in eo sanctimoniæ prioris vestigia (teste * Erasmo) remanserunt. Cum autem ab Ecclesia Catholica apostatasset merito de illo dici poterat *quantum mutatus ab illo*? Adeo certe prioris castitatis oblitus, in libidinem procliuis erat, vt diceret, 2. *nihil in terris dulcius aut amabilius amore fœminæ, si quis eo frui possit.* Item, [o] *Si quis apud se statuit fœmina carere nomen viri exuat, & naturam Angeli seu spiritus induat.* Rursus, [p] *Quam non est in meis viribus, vt non sim vir, tam non est in potestate mea vt muliere caream, & cætera. Non est in potestate nostra vt impediatur, aut omittatur sed æquè necessarium est, atque quod vir sim, ergo magis necessarium quam comedere, bibere, ventrem purgare, nasum emungere, & cætera.*

Quin immo fatetur se 3. ad phrenesim propè adactum esse, præ rabie Luxuriæ & libidine fœminarum. Quo in genere vt alia * eius dicta (quæ collega suus Zuinglius, 4. æquat aut certe superat) prætermittam, sic ipse de se scribit, [q] *Vror ingenti flamma indomitæ carnis meæ, ego qui spiritu feruere deberem, carnis libidine exæstuo, & cætera. Octo dies iam elapsi sunt, quibus nec scribo, oro,*

L. Luther. ibidem.
M. Ibidem.
N. Ibidem.

* Erasmus in Epistola ad Thomam Card. Eborac.

2. Luther. Prouerb. 31. vers. 10. hanc cantilenam impudicam vice notæ marginalis addit Nicht liebers ist auf froden, vden fravvn lieb Vvems tan Vverden, quod latinè sonat vt in Textu.

O. Luther. Tom.7. in epist. ad Vvolfgangū, &c. fol. 505.
P. Luther. Tom.5. Vvittemberg. serm. de matrimonio fol.119. a. versus finem.

3. Luther. in Colloquijs fol.526. & vide fol.400.

* Lutherus in Colloquiis Germanicè capite de matrimonio *vt nemo potest cibo vel potu carere, sic fieri nequit vt aliquis à muliere abstineat, & cætera. causa hæc est, quia in vtero mulierum concepti eo aliti, inde nati, lactati & educati sumus, ita vt caro nostra maiori ex parte mulieris caro sit, & sic plane fieri nequit, vt ab ijs separemur*, & tomo 2. Vvittemberg. fol. 328. b. *Puella in qua non est sublime hoc donum continentiæ, nihilo facilius carere potest viro aut marito, quam cibo, potu, somno, & cætera.*

4. Vide infra tract.2. cap.5. sectione 9. subdiuisione 3. vbi de Zuinglio agitur ad s.t.u.x.a.

Q. Luther.tom.1 epist.ad Philip.fol. 334.

nec studeo, partim carnis tentationibus vexatus, partim alijs molestijs, sed r satis est (inquit ille) quòd nouerim diuitias gloriæ Dei, & Agnum qui tollit peccata mundi, ab eo peccatum nos abstrahere nequit, quamuis fornicationem committeremus, aut homicidium etiam millies in die.

R. Lutherus vbi supra fol. 345.

Neque vero contra hos carnis stimulos vigiliis, ieiunio, oratione sese armauit Lutherus, vt castitatem seruaret, quemadmodum iam olim Catholicus in monasteriis facere consueuerat, s exemplo Apostoli, qui hoc modo carnem suam in seruitutem redigens, victor euasit, sed voti cœlibatus immemor, & orationis, vel totos aliquando octo dies (vt supra fassus est) omittens, tandem anno 1524. * *excusso cucullo* libidini suæ fræna laxauit, & *incesto connubio* t *Catherinam Borham Monialem ipse Monachus re cum amicis haud communicata vespere* (opus videlicet tenebrarum tempore opportuno perficiens) *vocatis ad cœnam Pomerano, Luca Pictore, & Apelle causidico, sibi desponsauit.* Ob quod factum iuxta leges ciuiles an-

S. Secundo Cor.12.7.

* Osiander. cent.16. pag. 97.

T. Melancthon epist.ad Ioachimum Camerarium de Lutheri coniugio extat in Melancho-

ne consil. Euangel. parte prima pagina 37.

tiquas mox à Constantini temporibus latas, iure merito * *capite plecti debuisset.* Sic autem nupsisse tanto scandalo fuit (teste [u] Sleidano & alijs) vt postea *ipsum huius facti * sui puderet ac tæderet.*

Hac de re Melancthon Lutheri familiarissimus † protinus ad amicum quendam suum [x] literas excusatorias dedit, in quibus [y] *mirari se scribit, illum tam infœlici tempore, bonis & honestis viris vbique laborantibus, non modo non affici simul dolore, sed videri propemodum nihil penitus curare ea mala, quæ tunc ante oculos versabantur.* In cuius qualemcumque excusationem allegat [z] Lutherus ingenium seu genium potius, & cętera, [a] *quæ cogitare te* (inquit) *quam me scribere melius* (vt opinor) *fuerit.* [b] *Ego enim naturam Lutherum arbitror coegisse vt fieret maritus.* Adde quod ipse Lutherus fatetur, [c] *se non tam vitæ ac morum probitatem, quam doctrinam profiteri.* Vnde & ab officio prædicandi se [d] remoueri optauit, eo quod mores eius illi vocationi haud satis conuenirent. Inde & prouerbio vertitur inter Caluinistas, *vt si quando volunt indulgere genio, dicant,* 2. *hodie Lutheranicè viuemus.*

Ex

* Tract. 2. cap.3. sect.9. subdiuisione 7. in margine ad † post x.

V. Sleidanus in hist. libro quinto anno 25. & Fulco in responsione ad declamationem. Frarines pag. 32. *Fatetur pluribus displicuisse Lutherum, eo quod Monialem desponsasset.* Imo ipse Lutherus in colloquiis Latinis, tom.2. de coniugio suo sic ait, *Nisi ego clam celebrassem nuptias, omnes impediissent, quia omnes amicissimi clamabant, non illam, sed aliam.*

* Melancthon vbi supra pag.38. *Quoniam Lutherum quodammodo tristiorem cerno, & perturbatum ob vitæ mutationem, omni studio ac beneuolentia consolari eum conor.*

X. Melancthon epist. ad Ioachimum Camerarium vbi supra.

† Ibidem, *Ista ad te exposui verbosius, ne euentus inopinatus te perturbaret, & tristitia afficeret, &c.*

Y. Ibidem.

Z. Ibidem.

A. Qualia hæc fuerint apud se lector cogitet.
B. Ibidem.
C. Sleidanus hist.lib.3.anno 21.
D. Ibidem.
2. Benedictus Morgenstern in tract. de Ecclesia pag. 221. circa med.

Ex dictis patet, Lutherum pariter cum fide & Religione mores quoque suos in peius cómutasse, quod in suæ sectæ hominib⁹ à fide Catholica deficientibus passim animaduertere licet. Id quod ipse Lutherus ingenuè fatetur, e *Mundus*, inquit, *quotidie in peius ruit. Sunt homines nunc magis iracundi, auari, luxuriosi, quam sub Papatu fuerunt.*

E. Luther. in postilla super Euangelium Dominicæ primæ aduentus.

Item, f *olim cum per Papam seduceremur, quilibet libenter bona opera sectabatur: nunc autem nemo aliud cogitat aut sapit, quam quo pacto omnia sibi trahat, exactione, rapina, furto, mendacio, vsura, &c. Et in maius sectæ suæ opprobrium*, alibi addit, g *Mirum est & scandalo plenum, quod ab eo tempore quo primum mundo clara Euangelij lux affulserit, omnia in peius ruerint &c. Hinc illæ Volfangi Musculi querelæ*, h *vt verum fatear, nostri adeo sint mutati, vt cum sub Papatu erroribus ac superstitione implicati essent, tunc nihilominus religiosi fuerint, nunc autem in aperta veritatis luce magis prophani quam filij huius sæculi euaserunt.* Hoc i Erasmus, alijque x Protestantes confirmant, quibus Paulus Eberus insignis sectarius his verbis suffragatur, l *Vniuersa nostra Euangelica congregatio, tot schismatibus & offendiculis patet, vt nihil minus sit, quam quod se esse glorietur, &c. Quæ mala cum quisque proprijs oculis*

F. Lutherus Dominic. 26. post Trinitatem.

G. Lutherus in serm. conuiuialibus German. fol.55.

H. Musculus in locis communibus in explicatione tertij præcepti Decal. pagina 62. circa medium.

I. Erasmus in

in

epistola ad Vvlturium, Neocomum scripta anno millesimo quingentesimo vigesimonono, *Circumspice populum istum Euangelicum, &c. Profer mihi quem istud Euangelium ex commessatore sobrium, &c. ex impudico reddiderit verecundum? Ego tibi multos ostendam qui facti sunt seipsos deteriores.* Vide Sleidanum lib. 6. histor. fine. Idem Erasmus in epistola ad fratres inferioris Germaniæ, sic ait, *Quos antea noueram puros candidos & fuci ignaros, eosdem vidi vbi se Sectæ Euangelicæ dedissent, loqui cœpisse de puellis, lasissealam, abiecisse preces, impatientissimos, omnis iniuriæ vindices, vanos, viperinos in moribus, ac prorsus hominem exuisse: expertus loquor.*

K. Stubbæus in exhortatoria ad bona opera pag. 43. Vvigandus libro de bonis & malis Germaniæ. Andreas Musculus de Dominica prima aduentus, & in libro de prophetia Christi.

L. Paulus Eberus in Præfatione Commentariorum Philippi in epistola ad Corinthios.

intuetur, merito dubitat, an noster Euangelicus cœtus vera sit Ecclesia, &c. in quo tot & tam enormia vitia conspiciuntur. Estque hæc morum corruptio, vel sua ipsorum conscientia & iudicio, doctrinæ suæ tam consona, vt quidam eorum dixerint, *ita viuere* [m] *esse Lutheranicè viuere*, vel vt & alij loquuntur, [n] *iuxta institutum Euangelicum.* Disciplinam autem Christianam paulo seueriorem, [o] *Nouum Papatum, & Monachismum Ironicè nuncuparunt.* Atque hæc quidem pauca de Lutheri vita, & moribus, ex sua ipsius & suorum confessione dicta sint, quibus plane simi-

M. Mox supra ad 2. post d.

N. Iacobus Andreas Concione 4. in cap. 21. Lucæ, *Mandat serio Deus in verbo suo, & à suis Christianis requirit seriam & Christianam disciplinam, hæc vero apud nos nouus Papatus, nouusque Monachismus existimatur. Sic enim,* inquiunt, *didicimus modo per solam fidem in Christum saluari, &c. Quamobrem sine & permitte, vt huiusmodi opera missa faciamus, cum per Christum alioquin saluari possimus, & solum gratia Dei Christique meritis innitamur, atque vt totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum nullum penitus exerceant, Ieiunij loco commessationibus & perpotationibus nocte dieque vocant, &c. precationes vertunt in iuramenta, &c. Atque hoc vniuersum vitæ genus ab*

illis Euangelicum dicitur institutum, &c.

O. Iacobus Andreas vbi supra.

similia 3. de Caluino, Beza, Zuinglio ipsorum etiam Protestantium testimoniis comprobata addi possunt.

XII.

Quomodo vero Lutherus ex instinctu diaboli post colloquium, cum eodem habitum, missam impugnauerit, vide [e] infra confessionem ipsius Lutheri.

XIII.

3. Conradus Schlusselburg. insignis Lutheranus (Papæ & Catholicis non minus infensus, quam ipse Caluinus aut Beza) in Theologia Caluinista lib. secundo folio septuagesimo secundo, a. circa medium de Caluino hæc habet, *Deus manu sua potenti adeo hunc hæreticum percussit, vt desperata salute, dæmonibus inuocatis, iurans, execrans, & blasphemans, miserrime animam malignam exhalarit. Obijt autem Caluinus morbo pediculari, vermibus circa pudenda in apostemate seu vlcere fœtentissimo crescentibus, ita vt nullus assistentium fœtorem amplius ferre posset. Hæc publicis scriptis Caluino obijciuntur, (in quibus etiam de ipsius Aselgia, varijs flagitiis, & Sodomaticis libidinibus, ob quas stigma ferro candenti dorso Caluini impressum fuerit à Magistratu sub quo vixit horrenda narrantur) ad quæ non video solidam & luculentam aliquam refutationem, &c. Scio & lego Bezam, aliter de vita moribus & obitu Caluini scribere: Cum vero Beza eadem hæresi & eodem ferme peccato nobilitatus sit (vt historia de candida eius meretricula testatur) nemo ipsi in hac parte fidem adhibere potest.* De Beza autem vide ibidem libro primo in Prœmio pagina quarta b. & ibidem pagina nonagesima secunda, a. & b. & nonagesima tertia a. initio. Et Tilmannus Heshusius: & ipse Protestans in libro quem inscripsit, Veræ & sanæ confessionis, & cætera, de Beza sic scribit, *Spurcissimis suis moribus dedecori fuit ipsius disciplinis honestis, quique nefandos amores, illicitos concubitus scortationes, fœda adulteria, sacrilego carmine decantauit orbi, non contentus eo quod ipse more porci in cœno flagitiosorum libidinum sese volutaret, nisi etiam aures studiosæ iuuentutis sua illuuie contaminaret.* De Zuinglio autem vide infra tractatu secundo capite tertio sectione nona subdiuisione tertia.

E. Sectione vndecima proxime sequenti, subdiuisione secunda ad c. d. in margine.

Neque

XIII.

Neque vero superbenedictæ & sanctissimæ Trinitati pepercit Lutherus. Docuit enim *Diuinitatem esse* [f] *triplicem quemadmodum tres sunt personæ, &c.* Hic error tam crassus à [g] Zuinglio confutatur, Hinc illum sacræ sacræ scripturæ textum. [h] *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus*, quo mysterium Trinitatis clarissime asseritur, Lutherus in versione sua Germanice [i] penitus omisit, & è litania versiculum illum, *Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis*, funditus [k] erasit. [l] *Hoc verbum Trinitas* (inquit) *humanum est inuentum, & nescio quid frigidum sonat.* Deniq; *in animam suam odisse* [m] *hoc verbum* ὁμόουσιν, plane confitetur. Ab hoc fonte, seu potius sentina, Caluinistæ pestifera quædam dogmata hausisse videntur. Hinc ille Caluini Autotheismus. Quamuis enim Concilium Nicænum ab omnibus receptum, vt & Athanasij Symbolum, diserte dicat,

F. Zuinglius tom.2. in resp. ad confess. Lutheri f. 474. *Nec enim Lutheri sermonem immodestius vel ferocius exagitabo, quo sic inquit, Hic de solo ac vnica Diuinitate dicitur, quod illa triplex vel trium sit generum, quemadmodum & tres personæ, &c. In quibus verbis grauissimi errores latitant, &c. Mihi certe cum librum istum (Lutheri) lego, porcum quendam impurum in horto floribus consito fragrantissimis, hinc inde grunnire videre videor, tam impure, tam parum Theologicè, tam impropriè, de Deo & sacris omnibus disputat Lutherus, &c.*

G. Idem ibidem.

H. Primo Ioannis 5.7.

I. Vide versionem Lutheri Germanicè.

K. Vide Enchiridion precum anno 1543. & Caluinum Epistola 2. ad Polonos extant in tract. Theolog. &c. pag. 796. paulo ante medium. *Precatio vulgo trita est, Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nostri, mihi non placet, ac omnino barbariem sapit.* Et Danæus in libro contra Genebrardum ait, *Insipida, inepta, periculosa oratio est.* Hac de re vide Cnoglerum in libro cui titulus *Tria Symbola*, pagina 26.

L. Lutherus in postilla maiori Basileæ apud Heruagium in enarratione Euangelica Dominicæ Trinitatis. Plura huius generis exempla vide apud Cnoglerum, in Symbola tria pag. 121. & 122. Vlembergium in *Graues & iustæ causæ*, &c. anno 1589. pag. 534. vbi prædicta Lutheri verba fuse citat ex 2. parte postillæ. 1058. b. edit. anno 1537.

M. Lutherus contra Iacobum Latomum, &c. tom. 2. Vvittemb. Latinè edito anno 1551. *Anima mea odit ὁμόσιον, & optime exigerunt Ariani, ne vocem illam prophanam & nouam regulis fidei statui liceret.* Scimus hæc in posterioribus Lutheri editionibus non reperiri, quas discipuli eius corruperunt, etiam in alijs plerisque locis. Qua de re vide hac eadem sect. subdiu. 2. in margine ad 2.3.4. post. o. & infra subd. 14. ad. z. notanda igitur est editio.

dicat, *quod Christus* † *sit Deus verus de Deo vero*, tamen Vvhitakerus de contraria Caluini opinione, qui hanc doctrinam tanquam barbaram * explodit, sic pronũtiare non veretur. [n] *Vtcunque Patres illi (Nicæni) dixerint Christum esse Deum de Deo, tamen firmißime tenendum esse confirmat Caluinus, Christum ex sese, habere quod Deus sit.* Quam assertionem vt Vvillettus & alij defendant, dicunt, [o] *Christum non accepisse essentiam à Patre, sed personam tantum.* [p] Item, *quod non genitus fuerit ex essentia Patris.* [q] *Quod Pater nec totam naturam suam, nec partem Christo communicare poterit, nisi simul ipse se eadem priuet.*

Denique

† Quod hæc verba Caluino displicuerint, testatur Vvhitakerus infra citatus ad n. & Nicolaus Galasius in defen. Farelli pag. 46. & 47.

* Danæus contra Bellarm. parte 1. ad controuers. 2. & cap. 19. pag. 121. ait, *Hanc phrasim, Deus de Deo, vere sensit & scripsit Caluinus impropriam esse, ac barbariem redolere.*

N. Vvitakerus contra Campianum rat. 8. pag. 121. vt in textu, vide instit. Caluini lib. 1. cap. 13. sect. 23. *Quomodo autem creator qui omnibus esse dat, non erit ex seipso, sed essentiam aliunde mutuabitur.* Et in explicat. perfidiæ Valentis Gentilis (extat in tract. Theolog. &c. pag. 774.) sic inquit, *Hoc modo videmus precariam eius fieri Diuinitatem, cui datum est esse.*

O. Vvillettus in Synopsi pag. 610. & Snec. in methodo descript. &c. pag. 107. ait, *Filius quà Deus non habet essentiam deitatis à Patre*, & Caluinus vbi supra contra Valent. Gentil. ait, *Iam tibi responsum est, non posse Deum esse Filij sui Patrem, nisi personæ respectu, quia alioqui vel partibilis esset Dei essentia, vel filius ipse Deus non esset.*

P. Beza contra Heshusium, *non est genitus de essentia Patris.* Cum tamen Melanchthon in locis communibus anno 1561. pag. 25. è contra dicat, *De substantia Patris natus est.*

Q. Caluinus vbi supra contra Valent. Gentil. pag.771.b. *Si essentiam communicauit Pater cum filio, vel in solidum, vel ex parte communicauit, si ex parte, dimidium nobis Deum fabricas, &c. Adde quod hoc modo nimis scelestè ac fœde laceratur Dei essentia.* & ibid. pag.772. addit, *Si ex parte Pater suam diuinitatem in filium transfudit, iam lacera erit diuinitas, si in totum ergo diuinitas quæ ante fuerat penes Patrem, in filium conuersa, in ipso Patre euanuit.* Simile habet in instit. libro 1. c.13. sect.23. fine & circa medium.

Deniq; ad cumulum blasphemiæ addit, * *Si Pater suum esse habet à seipso, filius suum esse à Patre, Spiritus ab vtroque, an non tres essentiæ emergent?* Hæc omnia non Patribus modo, sed & ipsi sacræ r scripturæ, imo & s Protestantibus magis sobrie sapientibus repugnant, & mysterium Trinitatis planè destruunt. Quod vero Mortonus asserit in Caluini & Bezæ defensionem, friuolum est, & § inane; vt enim alia * prætermittam, si Pater sit Deus à seipso, & filius item à seipso Deus, quomodo non sunt duo Dij, sed vnus Deus? Ex hoc aut simili aliquo

* Caluinus in Admonitione ad Polonos, extat in tract. Theolog. pag. 795.

R. De essentia filij à Patre sic scriptura, *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso Ioan. 5.26.* Item, *sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter patrem. Ioan. 6.58.*

S. Szegedinus in locis commun. pag. 634. *Dicendum est filium eam ipsam Deitatem quæ est Patris, habere non ex sese, sed ex Patre.* Hookerus libro 5. de Politia Ecclesiastica, pag. 113. *Solus Pater est originaliter illa Deitas, quæ filius originaliter non est.* Vide eundem pag.106. & 113. Hanc eius propositionem Covvellus in defensione Hookeri, pag.16. & 17. tuetur & pag.17. ait, *Christus substantiam suam dono æternæ generationis accepit. &* pag.18. *Christus Deus est, quia à Deo est, lux est, quia è luce emicuit,* & pag.121. idem apertius asserit. Hanc autem Covvelli doctrinam sugillant Puritani, in tractatu quodam quem inscripserunt *litera Christiana*, pag. 6. & Vvillettus in meditatione super Psal.122. edit. 1603. pag. 91. At Foxius in Apoc. pag.474. ait, *Christus est Deus ex Deo,* & Lobecius in disput.30. Theolog. pag.49. *Filius non solum id quo dicitur filius habet à Patre, verum etiam suam essentiam. Solus enim Pater vitam seu essentiam habet à seipso.* Et Donus in confutatione Atheismi p.31. *Deus Pater ab æterno seipsum intelligendo filium genuit sibi ipsi coæternum,* &c. Confessio Belgiæ in Harmonia Confessionis pag.34. initio, *Credimus Christum quoad diuinam naturam esse vnicum filium Dei.* Et Melancthon in locis communibus, anno 1561. pag.24. *Pater æternus sese intuens gignit cogitationem sui, quæ est imago ipsius, dicitur λόγος, quia cogitatione generatur,* & ibidem pag.25. ait,

Secunda persona filius dicitur, quia de substantia Patris natus est. Plura hac de re vide apud Melanchthonem in Corp. Doctrinæ impress. anno 1561. pag. 323. circa medium.

§ Quamuis Essentia Filij cum eodem sit quæ Patris, absolute loquendo sit ex se, & ingenita, vnde & Bellarm. libro de Christo cap. 19. (quem citat Mortonus in Apologia Cath. pag. 154.) asserit illam Caluini assertionem, *Filius Dei est ex se*, verum sensum habere posse, si sano modo intelligatur, hoc tamen Caluinum non excusat negantem Christum habere essentiam à Patre, aut Bezam, qui etiam negat Christum ex Patris essentia genitum esse. Essentia enim Deitatis quæ ex se est absolute loquendo, in Christo tamen non ex se sed ex Patre est, à quo illam accipit, Vnde & dicitur Deus ex Deo. Longe autem abest vt Bellarm. portentosas loquendi formulas supradictas excusare velit, cum Caluinum ob eas taxet, tam in præfato libro de Christo quam in eo ipso capite quod citat Mortonus, ob quam causam Kekermanus Protestans in sistemate Theologico pag. 63. fine Bellarminum sugillat.

* Si Filius non accepit Deitatem à Patre, quid ergo aliud accepit quam relationem? Aut si à se Deitatem habeat, quomodo ab alio genitus est? Prætereà dici non potest Deitatem accipere nisi in aliqua hypostase, seu persona subsistentem. Hinc necessario sequitur vt si personā habeat à Patre (vt in confesso est) quod pariter etiam ab eodem habeat Deitatem, cum personam habere nequeat, nisi pariter etiam ab eodem habeat Deitatem in illa subsistentem. Quod si Deitatem non à Patre habeat sed à seipso (vt vult Caluinus) tunc etiam personam non à Patre sed à seipso habebit, cum, vt iam dixi, semper Deitas in persona subsistat. Ex hac autem opinione quod personam ex se habeat, necessario sequitur, quod non sit Filius, vnde etiam sequeretur nec esse patrem, quum non habeat filium, nec esse Spiritum sanctum, qui à Patre Filioque æqualiter procedit. Ecce quo tandem recidat Caluini Autotheismus.

aliquo fundamento asserit Melancthon,[t] *Tres sunt Diuinitates, sicut tres sunt personæ.* Cumque fides Catholica vnam credat in Deitate substantiam, seu vnitatem essentiæ in tribus personis, Beza è contra sic inquit, [u] *Verbum Dei clare docet, diuinam substantiam ab æterno vere & realiter in tres personas distinctam esse.* Cui suffragatur confessio Ecclesiæ Anglicanæ, quæ sic habet * *Diuina natura, quam nos Deum dicimus, in tres personas*

T. Melāchthon in locis communibus, anno 1545. cap. de Christo, ob hoc illum reprehendit Stācarus lib. 4. de Trinitate, vide verba eius in tract. nullus & nemo, f. 3. b. & apud Cnoglerum in tria Symbola, pag. 34. & 124. Huic consonat titulus ille haud satis consideratus Zanchij *de tribus*

Elim, qui tres Deos sonat. Et licet opinionem illam confutare videri vult, Titulus tamen ille extrauagans & inusitatus est. Neque vis verbi Hæbraici illum excusare potest, quin impiæ illi iam olim damnatæ opinioni fauere videatur.

V. Beza in Confessione Geneuensi cap.1.pag.r.

* Vide hoc in Harmonia Confessionis.

sonas coæquales diuiditur. Consonat Caluinus. [x] *Filius* (inquit) *substantiam suam à Patre distinctam habet.* Huc accedit Iacobus Skeggius primarius quidam Sectarius, qui nouatorum doctrinam de Trinitate contra Genebrardum defendit, [y] *Trinitatis essentia non est simpliciter vna numero,* [z] *Neque differret Pater à filio, si essentia amborum vna esset.* Hinc Theologi Lituaniæ *decreto Synodali vocem Trinitatis abolendam esse* [a] *statuerunt.*

Ab hac etiam origine illæ loquendi formulæ profluxisse videntur, quæ contra Christi Domini nostri cum Deo Patre æqualitatem saltem male sonant: Verbi gratia. [b] *Filius iuxta diuinam naturam iræ æterni Patris contra peccatum resistit.* Rursus [c] *natura diuina non est quidem lacerata, aut mortua, sed fuit obediens Patri, quieuit, cessit iræ æterni Patris aduersus peccatũ.* Item, * *Filius iuxta*

X. Caluinus in Acta Serueti pag. 872. & alias passim, de qua re etiam agit Cnoglerus pag. 34.

Y. Skeggius apud Genebrard pag. 108. *Non est in Trinitate Essentia simpliciter vna numero, sed vna est & dicitur Essentia, quia tribus numero, seu* ὑποστάσει *differentibus* τῇ περιχωρήσει *constituitur vna.*

Z. Skeggius ibidem pag. 98.

A. In Synodo Vilnæ habita, anno 1589. die vndecimo Maij.

B. Melanchon in locis communibus, anno 1558. pagina 40. & in Epistola ad Electorem Torgæ. Datum tertio Octob. anno 1552. & in locis communibus, anno 1561. pag. 41. ait, *Natura diuina, &c.* vt in Textu & Theologi Vvittemberg. apud Hospin. in Concord. Discord. excuso 1607. folio 228.a. ante medium, sic habent *Christus non solum vt homo, sed etiam vt Deus fuit Patri obediens.* Et rursus *negari non potest quin Christus vt Deus Patri fuit obediens.*

C. Melanchon vbi supra & Beza in Epistola Theolog. Epist. 28. pagina 174.

* Pelargus in Admonitione de Arianis pag. 43. agnoſcit Melancthonem ita ſcripſiſſe in Epiſtola ad Electorem Brandeburg. anno 53. 12. Ian. quem fruſtra ibidem excuſare conatur. Et ibid. p. 42. *Fatetur Melancthonem dixiſſe Filium intercedere ad Patrem vt Miniſtrum, Sacerdotem & mediatorem, quod potiſſimum de humana natura intellexit* (inquit) Pelargus, tacite innuens, quod etiam de diuina natura intellexerit, licet minus principaliter.

iuxta diuinam naturam petijt ſibi gloriam. Hæc Melancthon. Iuellus autem & Fulco noſtrates vna voce affirmant, d *Chriſtum ſecundum diuinitatem Sacerdotem fuiſſe, &* e *Sacrificium non tantum ſecundum humanitatem, verum etiam & ſecundum diuinitatem obtuliſſe.* Conſonat Caluinus. f *Chriſtus ſecundum diuinam naturam intercedit ad Deum Patrem.* Item, g *Ingenue fatemur* κατ' ὑπεροχὴν, *Dei nomen Patri propriè aſcribi vtpote* h *fonti ac principio Diuinitatis.*

Immo Chriſtum *Dei* i *Vicarium* appellat, *& ſecundam ab eo honoris & imperij ſedem obtinere* affirmat, & illam Chriſti ſententiam, *Pater maior me eſt, ad totum * complexum extendere* non dubitauit. Amlungo autem primario cuidam Caluiniſtæ vox illa excidit, * *Chriſtum etiam ſecundum diuinitatem eſſe minorem Patre.*

Hinc

D. Fulco in Retentiua pag. 89. paulo ante med. & in confutatione Rixarum papiſticarum anno 1583. pag. 64. & 65. Hunc errorem refellit S. Auguſtinus in Pſalm. 109. *Secundum id quod natus eſt de Patre, Deus apud Deum, coæternus gignenti, non Sacerdos, ſed Sacerdos propter carnem aſſumptam, propter victimam quam pro nobis offeret à nobis acceptam.* Et Theodoret. in eundem Pſalm. *Sacerdotio fungitur vt homo, recipit autem ea quæ offeruntur vt Deus.*

E. Vide Fulconem contra Teſtamentum Rhemenſe in Heb. 5. verſ. 6. ſect. 4. fol. 399. b. paulo poſt mediū, vbi diſtinctionem affert quam & repetit Vvillettus in Synopſi pag. 613. nempe duo diſtinguenda eſſe in officio ſacerdotali, *miniſterium & authoritatem, hanc vt Deum præſtitiſſe, illud vt hominem.* Hæc autem diſtinctio præter quam quod nullo fundamento nitatur, dum prædictum errorem defendit, in peiorem incidit. Quid enim? an non Chriſti in carne humana paſſio nos Deo reconciliauit? Aut Chriſtum ſecundum Deitatem Patri ſuperiorem exiſtimabimus, vt reconciliationem noſtram apud eundem per modum imperij & ex authoritate perficeret? Ergone Patrem Filio ſubijciemus?

F. Caluinus in epiſt. ad Polonos, vide eundem in reſponſ. ad Polonos in tract.

Theolog.&c.pag.791.b.fine.

G. Caluin.ibidem in explicatione perfidei Gentilis,pag.748.a.

H. Caluinus ibidem, pag 773.

I. Caluinus in Harmon.in Matth.26.vers.64.

Idem in admonitione ad Polonos extat in tract. Theolog. &c. pag. 794.b. Et vide ibidem.pag.792.a.& eundem in Matth. 22.vers. 24.& in 1. Corinth.15. vers.27.

* Osiander in epitome.centur.16.pag.965.dum refert colloquium Hertzburgense, anno 1585. inter Theologos Saxoniæ & Caluinistas Hannoniæ & *in his* (inquit) *præcipuus Amlungus fuit.*

Hinc Stancharus qui in alijs plerisque Caluinizat, palam tamen pronuntiat, [k] *Reformatas Ecclesias fidem Geneuensem, & Tigurinam profitentes Arrianas esse.*

3. Neque vero hoc in genere memorabile illud Adami Neuseri docti imprimis Caluinistæ & primarij [l] Pastoris Heidelbergensis exemplum prætereundum est, qui primo in Arianismum, deinde in Mahometismum lapsus, ad Gerlachium Prædicatorem Protestantem Constantinopoli 2. Iulij anno 1574. his verbis [m] scripsit. *Neminem scio hac nostra ætate Arrianum factum, qui non ante Caluinista fuerat, sic Seruetus, Blondrata, Paulus Alciatus, Franciscus Dauid, Gentilis, Gribaldus Siluanus, & alij ex Caluinistis Ariani euaserunt. Qui igitur Arianismum euitare, vult à Caluismo abhorreat,* hæc Neuserus. Nec satis ab hac se labe purgant aduersarij dicendo, quod authores Protestantes prædicti, licet ea scripserint quæ citauimus, omnes

K. Stancharus contra Ministros Geneuenses & Tigurinos fol.94. & 95.fol.118. & 123. vbi & ait. *conclusum est, ô Caluine, doctrinam tuam de Filio Dei esse plane Arianam, à qua resilias quam primum te oro atque obsecro.*

L. Osiander cent. 16. pag. 818. *Adam Neuserus Pastor Heidelebergensis ex caluinismo prolapsus est in Arianismum, &* *Conradus Schlusselburg in Theol.* Caluinistica lib.1.art.2. fol. 9.b. *Adam Neuserus olim Heidelbergensis Primarius Pastor,* &c.

M. Osiander cent.16.pag.208.& pag. 209. ait, *Gerlachium Tubingæ apud se habere autographum illarum literarum propria manu ipsius Neuseri exaratum.*

nes tamen veram de vno Deo in tribus personis doctrinam agnoscunt. Frustra enim ac frigide quis illud in genere amplectitur, quod in particulari vt * *quid indifferẽs* æstimat, vel etiã indirecte impugnat, quod de authoribus citatis adeo manifestum est, vt plerique etiam [n] Protestantes, eos Patres faciant eorum, qui indies in [o] Polonia, Hũgaria, Transiluania nascuntur Arrianorum.

Hoc eo fit verisimilius, quod insigniores quique nuper exorti Arriani omnes (teste † Neusero) Caluinistæ fuerunt, qui & in plerisque alijs articulis etiam hodie Caluinum sequuntur, Immo in hoc ipso se cæteris magis

* Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag 15. ait, *Vera Ecclesia sub Imperatoribus Constantino, Constantio, & Valente, Hæresibus Arrij valde inquinata fuit.* Quasi vero Ecclesia Hæresi infecta vera esse potuit. Quid hoc aliud est quam Arrianismum vt rem indifferentem æstimare. Sed & Mortonus in Tract. de Regno Israel, & Ecclesiæ quem Reginæ Elizabetæ dicauit, pag. 94. asserit *Arrianorum Ecclesias pr[illegible] Ecclesiis habendas esse, quia fundamentum Euangelij tenent, Vis fidem in Iesu Ch[illegible] et filio mundi Saluatore.* Et ibidem pag 9[illegible]. ante medium, addit. *Vbicumque cœtus hominum simul & palam verum Deum in Christo adorantium substantiam Christianæ Religionis profitentur, nempe fidem in Iesu Christo Dei filio & mundi Saluatore* (id quod Arriani illo iudice faciunt vt supra dictum est) *ibi vera est Ecclesia, nonobstante alia corruptione quacumque, &c.* Clare igitur ac diserte asserit Arrianorum Ecclesiam veram Dei esse Ecclesiam.

N. Eruditus ille Pelargus sectæ Lutheranæ Theologus, in Admonitione de Arrianis *licet*, pag. 41. 42. 43. *dicta illa Melanchthonis male sonantia, quantum potest excuset*, pag. tamen 45. ait, *non hic Caluinianos in præcipuis de diuinitate Christi locis* ᾳρὶ χνοζειν *laboriose ostendam, non Adami Neuseri, non Blandratæ, non Pauli Alciati, Francisci Dauidis, Gentilis, Gribaldi, Siluani & aliorum facilem à Caluini scola ad Arrianismum lapsum & progressum commemorabo.* Et Iacobus Andræas in Præfat. Refut. Apologiæ Danæi, p. 54. supra cit. ait, *Minime mirandum est ex Caluinianis in Polonia, Transil. & Hung. aliisque in locis quã plurimos ad Arrianis. quosdam etiam ad Mahometismum accepisse, quorum impietati hæc Caluiniana doctrina iter parat.* Hæc ille inter nouatores ipsi Caluino & Bezæ nihil inferior. Consonat Scluselberg. in Theol. Caluinist. lib. 1. act. 2. f 9. a. pôst med. Et Hunnius in Antiparco, pag. 97. initio sic ait, *Tot celebres Antitrinitarij ex Caluinianorum scholis & Ecclesiis prodierunt.*

O. Beza Epist. Theolog. Epist 81. p. 363. *Hinc illud incendium quod iam tota vastata Polonia, in Transiluaniam quoque peruasit.* Et Epistola 16. p. 122. *Poloniam totam & Transiluaniam in hunc miserrimum statum redactum vides.*

† Vide

† Vide paulo supra ad literam M.

* Hoc satis ostendit Gratianus Prosper Arrianus qui in libro quem inscripsit *Instrumentum doctrinarum*,&c.excuso Losci,anno 86.vbi opiniones illas recitat in quibus à reliquis Protestantibus dissentiunt videlicet *de Christi cum Deo Patre inaqualitate,quod infantes nō sunt baptizandi,quo vsq; ad annos discretionis perueniant, vt fidei sua rationē reddere possent*,(licet hoc Zuingl. & Oecolāp. inter adiaphora numerent,*Denique Rom.Ecclesiam nullomodo Ecclesiam Christi dicendam esse*.Ob hęc vero dogmata se *Ecclesiā reformatam* nominant,Reliquos vero Protestantes tanquā *Papistas* & *superstitiosos* damnant,vt videre est,tract.2.c.3.sect.9.sub.3.ad.e.f.

magis reformatos esse gloriantur. Vnde & Hookerus de ijs scribit. p *Arriani reformatę Ecclesię Poloniæ,ipsam de Sancta Trinitate fidem, partem esse Antichristianæ corruptionis censent, & triplex diadema Papæ pro expresso signo habent, quo mundo innotescere poßit, illum esse bestiam misticam, de qua in Apocalipsi fit mentio, idque ex nullo alio capite manifestius, quam ex doctrina illa, quam de Sancta Trinitate tenet ac tradit.* In huius tam detestandæ Hæresis defensionem indies libros q cudunt & edunt, Caluini * imprimis vestigijs insistentes, nimirum r scripturas peruertentes, antiquorum

P. Hookerus in Ecclesiastica politia lib.4. p.183.& Lucas Osiander cent. 16.pag.209.de reformatis hisce Arrianis sic scribit, *Asserūt, Deum vnum in essentia trinū in personis,esse commentum Antichristi,esse triplicem Cerberum, esse Deum Baal, Moloch, &c. Symbolum Athanasij vocant fidem & doctrinam Sathanasij, vanißime insuper iactitant Lutherum vix tectum Babilonica Turris detexisse,se vero ex imis fundamentis eam exscindere.* Hi igitur boni viri nescio quid Papismi sapere putant Protestantes mitiores, & in doctrina de Trinitate æque reformatione indigere, atque ipsi Puritani eosdem quoad Episcopus & cæremonias in ordinem redigendos esse censent.

Q. Gratianus Prosper primarius quidam Arrianus in defensionem Arrianismi librum edidit, quem inscripsit, instrumentum doctrinarum Aristotelicum, in vsum Christianarum scholarum exemplis Theologicis illust. per Gratianum Prosper. Losci, anno 86. Ibid. in forma sillogistica proponuntur pleraque scripturæ sacræ testimonia, quibus Christi diuinitas probari solet quibus ille respondere nititur. Et ibid. in eadem forma plerasque alias scripturas & rationes contra eandem Christi diuinitatem afferuntur. Sed & Socinus Arrianus nuper librum eiusdem argumenti contra Volanum edidit, scripra vero Gentilis, Serueti, Blandretæ, & plura & notiora sunt, quā vt ea hic cōmemorare sit necesse.

* Hic aliquot scripturæ loca quibus fides orthodoxa de Sancta Trinitate probari solet, quæque Caluinus eneruare contendit, referenda sunt. *Primo*, igitur locum illum *ego & Pater vnum sumus* vna scilicet res, Ioannis 10.13. Caluinus sic

eleuat, *Abusi sunt hoc loco veteres, vt probarent Christum esse Patri ὁμούσιον, neque enim Christus de vnitate substantiæ disputat sed de consensu, &c.* Caluinus in eum locum. Hanc Caluini in Arrio eiusdem authore damnatam expositionem tuetur Vvhitakerus contra Campianum rat.8.pag.125.fine.

Secundo, Cum Vvillettus in cap.1.Gen.pag.19.fin.& 20.initio sic scribit, *contra Iudæos Trinitatem negantes clarum habemus testimonium*, Gen.1. cap. vers.1. *in verbo Eloim, &c.* Cui accedit Zanchius apud Hunnium in Antipareo, &c.pag.16.& 17. Et Petrus Martyr ibidem citatus, pag.14. & plerique alij Protestantes hunc tamen locum tam celebrem & appositum Caluinus in Gen. c.1. eludit dicens, *Ex verbo Eloim colligere solent hic notari in Deo tres personas, sed quia mihi parum solida videtur tanta rei probatio, ego in voce non insistam quin potius monendi sunt Lectores vt sibi à violentis eiusmodi glossis caueant.*

Tertio, Gen.19.vers.24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cœlo.* Vvillettus in Gen.cap.19.vers.24.pag.214. *Hunc locum certe Patres ad Christi æternitatem astruendam recte vrgent. Caluinus tamen ibid. è contra* sic ait, *Quod veteres Christi diuinitatem hoc testimonio probare conati sunt, minime firmum est, &c.* Vide Caluinum in tract. Theolog.&c.pag.793.b.

Quarto, Psalm.2. vers.7. *Filius meus es tu ego hodie genui te.* Hunc locum non Patres modo sed & ipse Apostolus Heb.1.5.ad probandam Christi diuinitatem afferunt. Caluinus tamen in Psalm.2. sic scribit, *Scio hunc locum de æterna Christi generatione à multis fuisse expositum, qui & in verbo hodie argute philosophati sunt, sed &c.* Rursus Epist.ad Heb.1.v.5.ait, *Friuola enim Aug. argutia est qui hodie æternũ & continuum fingit, Christus certe æternus est, &c. sed hoc nihil ad præsentem locum, &c.*

Quinto, Psalm.33.vers.6. *Verbo Domini cœli formati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Caluinus reiecta Patrum interpretatione hinc Trinitatem astruentium lib.1.Instit.cap.13. sect. 15.ait, *Sciens & volens supersedeo à multis testimonijs quibus vsi sunt veteres, Plausibile illis visum est citare ex Dauide* Psalm.33.&c. *vt probarent Spiritus sancti Diuinitatem sed illa ratio infirma fuit.* Vide Hunnium in Antipareo, pag.59.& 60.&c. *Qui omnia huius generis Caluini glossemata colligeret ingens volumen conficeret*, Ea vero in plura volumina digessit eruditus ille Protestans Theologus Hunnius quorum vnum inscripsit, *Caluinus Iudaizans, hoc est Iudaicæ glossæ & corruptelæ quibus Ioannes Caluinus illustrissima scripturæ loca & testimonia de gloriosa Trinitate, &c. detestandum in modum corrumpere non exhorruit, &c. per Aegidum Hunnum sacræ Theologiæ Doctorem & Professorem in Academia Vvittembergensi anno* 1595. Alterum vero inscripsit *Antiparæus, &c. Vvittembergæ anno* 1603. Tertiũ deniq; *Antiparæus alter ibid.* Pleraq;alia scripturæ loca à Caluino deprauata alij magni nominis Theologi Protestantes obseruarunt, verbi gratia Conradus Schluselburg, in Theol. Caluinist.lib.2.fol.38.39.40.41.42.a. & Ioannes Matthæus libro de cauendo Caluinistarum fermento, & Pelargus in Admonitione de Arrianismo pag.50.51.&c. Quod si aduersarij respondeant, *Caluinum nihilominus Sanctæ Trinitatis fidem professum esse.* Dici potest id eum verbotenus solum fecisse, qui re ipsa tot ac tam valida pro sancta Trinitate testimonia in fauorem Arrianorum quantum potuit eneruauit, & ad cætera omnia id generis eludenda viam strauit, cum facile sit tales glossas, si quid valerent, cæteris quoq; scripturæ locis quæ sanctissimam Trinitatem probant, affingere.

Sexto, Celebris admodum est textus ille 1.Ioan.5.7. *Tres sunt quæ testimonium*

dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & his tres vnum sunt. Quid ad hæc Caluinus? *Quod dicit tres esse vnum, ad essentiam non refertur, sed ad consensum potius.* Sic Caluinus in eũ locũ. Qua de re vide Hunniũ in Antipareo p.112.& 113.&c.
R. Vt alios Arrianos quamplurimos eodem modo quo Caluinus textus prędictos deludentes omittam, Hunnius in lib. *Caluinus Iudaizans*, pag.44.ait, *Hanc glossam, &c. ταῖς ἀμφοῖν excipiunt, amplexantur, & exosculantur Franciscus Dauidis, Blandrata, cæterique iuratissimi perfidissimique hostes adorandæ Trinitatis.* Et Pelargus in Admonitione de Arrianis;&c.pag.45.ante medium. *Non hic Caluinum in purimis scripturæ expositionibus ἰουδαΐζειν, non Caluinianos in præcipuis de diuinitate Christi locis ἀρειανίζειν, laboriose ostendam, &c. ex ipsis Arrianorum libris vbi sua posuerunt latibula, vbi parata sibi cognoscunt receptacula, paucis referam.* Vide ibid.pag,50. 51.52. verba Arrianorum quorundam aliquot scripturæ loca more Caluini & ex authoritate nominis eius eludentium.

quorum Patrum testimonia sub § solius scripturæ prætextu ſ superbe reiiciendo, scripturam autem ipsam t sæpe multumque vt veteres † Arriani allegant, & illa eius loca maxime apposita more Caluini eiusque u exemplo illudunt, quibus x Patres olim & nos modo Christi Deitatem asserimus, vt non sine causa Protestantes quidam docti & magni inter suos nominis, certo sibi y persuaserint, Arrianismum vel certe deteriorem aliquam infidelitatẽ (perfricet frontem * Fieldus quantum volet qui id negat) esse tanquam materiam primam, in quam Caluinismus tandem resoluendus sit, tanquam finem vltimum in quem tendit, ipsum denique centrum ad quod suo quasi pondere fertur, & ex natiuo suo genio indies magis magisque propendit.

XIIII.

§ Vide supra tract.1.sect.10. subd.2.ad I.K. Cum autem Caluinistæ Poloni cum Antitrinitariis disputarent, & argumenta quædam à Patribus accepta proferrent, respõsum acceperunt, quale Caluinistæ Catholicis alias reddere solent, *Hi sunt*, inquiũt, *vetusti panni, quos vos lacerastis, in alijs fidei articulis, &c. & lacerata iamdudum calceamenta*, Vide nullus & nemo.H.9.

S. Simlerus de æterno Dei Filio lib.1.cap.2.de Arrianis sic ait, *Hi enim nos ad scripturas prouocant, & quia omnem antiquitatem sibi aduersari non ignorant, omnes sine exceptione reijciunt.* Vide supra tract.1.sect.10.subd.2.ad lit.H.K.

† Vide dictum Maximini Episcopi Arriani sup. tract.1.sect.10.prope initium in marg. ad g.

T. Vide Gratianum Prosperum Arrianum libro cui titulus *Instrumentum doctrinarum,&c.* vbi plurima sacræ scripturæ loca pro se citat.

V. Vide immediate supra ad * post p.

X. Caluinus mox citatus ad * post q.

* Fieldus de Ecclesia lib.3.cap.29.pag.138.ait, *Decimo nobis Arrianismum imputant, quam Hæresim nos ad ima vsque inferni detrusam cupimus, vna cum opprobrijs vniuersis execrabilium calumniationum, quibus de ea nos accusant.*

Y. Iacobus Andræas tam doctrina, quam nominis celebritate, vel cum ipso Caluino & Beza conferendus, in Præfat. Refut. Apolog. Danæi, *Minime mirandum est ex Caluinianis in Polonia, Transiluania & Hungaria, alijsque in locis, complurimos ad Arrianismum, quosdam etiam ad Mahometismum accessisse, quorum impietati hac Caluiniana doctrina iter parat.* Vide Pelargum in Admonitione de Arrianis, pag.54. Idem asserit *Conradus Schluselberg, Diœceseos Raceburgensis Superintendens, & coniunctarum Negapolentium Ecclesiarum generalis inspector, in Theolog. Caluinist.* lib.1.art.2.f.9.a. & Ægidius Hunnius Doctor & publicus in Academia Vvittemberg. Theolog. Professor. & in Colloquio Ratisbonensi primarius Proiestantium disputator, in prologomenis initio libri præfixis & in Antiparæo, &c.

XIIII.

De authore peccati hanc perniciosam sane doctrinam tradit. [z] *Quomodo potest sese homo ad bonum præparare, cum nec in potestate sit suas vias malas facere? nam & mala opera in impijs Deus operatur, vt* Prouerb. 16. *dicitur, Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, etiam impium ad diem malum.* Rursus. [a] *Nulli est in manu sua quippiam cogitare mali aut boni, sed omnia (vt Vvicleffi articulus Constantiæ damnatus recte docet) de necessitate absoluta eueniunt, quod & Poëta voluit quando dixit, Certa stant omnia lege.* Rursus, [b] *Fateor articulum illum Vvicleffi, omnia necessitate fieri, falso esse damnatam a Constansiensi conciliabulo,* &c. Multa alia habet eiusdem generis. Quid vero Caluinistæ? An non & ipsi Deum peccati authorem faciũt? negat id quidem perfricta fronte Vvita-

Z. Luther. in Assertionibus per Leonem damnatis, art. 36. habentur hæc ipsa verba in edit. omnibus antiquis Vvittemberg. & ea quæ fuit Basileæ 1521. & sic à Roffensi citantur in confut. assert. Lutheranæ, &c. Antvverpiæ 1523. art. 36 fol. 204.a. licet in edit. post mortem Vvittembergæ 1592. fol. 112. pro verbo (operatur) discipuli Lutheri supposuerunt (regit) de qua operum Lutheri corruptione, vide

plura supra tract.2.cap.10.subd.2.in margine ad * 2.3.* 4.& hic immediate ante, ad a.b.& Brentius (qui Iuello in defensione,&c.pag.473.grauis & Doctus Pater) in Commentaris in Amos Hagonæ 1530.cum Præfat.Lutheri in cap.3.hęc habet.*Omnia à Deo potenti manu & efficaci fiunt, siue mala culpa, siue mala pœna, Deus enim est qui obdurauit Pharaonem*,& ipse Lutherus de seruo arbitrio ait,*Deus indignos coronat, immeritos damnat, quomodo hoc iustum sit incomprehensibile est modo, videbimus autem cum illuc venerimus*. Vide hæc verba apud Mathiam Martinum Caluinistam in doctrinæ Christianæ summa capita,&c.edit. 1603. pag. 288.

A. Lutherus vbi supra art. 36. iuxta editiones superiores & apud Roffensem, licet & hic locus nuper mutatus sit.

B. Luther.de seruo arbitrio cap. 32. *Christiani non libero arbitrio sed spiritu Dei aguntur* Rom.8. *agi vero non est agere sed rapi, quemadmodum serra aut securis à fabro agitur: & hic ne quis dubitet Lutherum tam absurda dicere, verba eius recitat Diatribe, quæ sane agnosco, fateor enim articulum illum Vvicleffi omnia necessitate fieri, esse falso damnatū in Constantiensi conciliabulo, &c.* Hæc verba habentur in tract. Lutheri de seruo arbitrio edit. Neustadij in palatinatu 1603.per Kimedontium,fol. 195.circa med.& pag. 32. & sic legerunt omnia exemplaria Lutheri tempore edita,licet aliquot exemplaria recentia aliter nuper legant.

Vvhitakerus, his verbis, c *Si Caluinus, Petrus Martyr, Melancthon, aut Lutherus, aut quilibet è nostris Deum asserit authorem esse peccati, non negabo nos omnes horrendæ blasphemiæ & impietatis esse reos.* Hanc tam amplam præfidentis hominis vt videtur sponsionem, libenter amplectimur, vestra modo majestas modesto nostro & breui examini æquum se & attentum Iudicem præbere dignetur.

Primo, de Prædestinatione sic docet Caluinus, d *Deus consilio nutuque suo, ita ordinat, vt inter homines nascantur ab vtero certæ morti deuoti, qui sua perditione ipsius nomen glorificent.* e *Idque prorsus nulla bonorum aut malorum operum habita ratione.* Item, f Beza *Deus quosdam ad destructionem destinat.*

C. Vvhitakerus contra Campianum rat.8. pag.115.

D. Caluinus lib. Institut. lib.3.cap. 23. sect.6.

E. Vvillettus in Synopsi pag. 554. *Deus quosdam destinauit fore vasa iræ nullo habito respectu operum siue bonorum siue malorum.* Consonat Petrus Martyr in locis communibus parte 3.pag.12.à paulo ante med.& Caluin.in Institut.Argentorati, anno 1539. de prædestinatione & prouidentia Dei, pag. 253. prope finem & Beza in respons. ad acta Colloquij Montisbelgar.parte 2.pag.233.& pag.165. post med.

F. Beza in tract. quodam cui Titulus manifestatio praxis papisticæ edita, anno 1578.pag.17.

destinat. g *Creat ad perditionem.* h *Prædestinat ad odium & destructionem.* Iam vero per se notum est, quod qui absolute vult finem, vult etiam & media ad eundem necessariò præuia.

Secundo, cum non modo Catholici, sed i & nonnulli Protestantes, teneant peccatum *esse priuationem seu carentiam alicuius boni debiti inesse*, cuiusmodi sunt verbi gratia cæcitas, tenebræ, &c. Illiricus centuriatorum primipilus (quem Thomas Bellus *celebrem* * *scriptorem & egregium Christianæ veritatis defensorem nuncupat*) aliique plurimi Protestantes, k *peccatum substantiam esse affirmant*, & Vvhitakerus nostras l *qualitatem seu accidens, vnde necessario sequitur quod sit ens*, extra controuersiam autem est Deum omnium entium esse authorem, dicente Euangelista, m *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.*

Tertio, de ipso actu peccati docet Caluinus, † *Deum destinare, mouere, inflectere, inclinare, impellere hominis voluntatem ad peccandum, adeo* § *vt efficacia agendi penes Deum sit, homines ministerium*

G. Beza ibid. pag.31.

H. Beza ibid.

I. Bartholomæus Kekermanus sistem. 5 Theolog. lib.2 pag.248.249. 268.269. & Shaffmanus in libro de peccatorum causis pag.155. & Melancthon in locis communibus, anno 1560. pag.71. med.

* Bellus de Regimine Ecclesiæ, pag.23. fine.

k Vide Piscatorem volumine 1. Thesium Theolog. loco 7.pag.169.sect. 104. Vide lib. Illirici cui Titulus, *Defensio sanæ Doctrinæ de originali Iustitia & iniustia* Basileæ 1570.pag.33. vbi ait, *Edita sunt hoc anno duo quædam scripta, sub nomine duorum quorundam celebrium virorum meorumque amicorum, contra Lutheri, meamque vel potius sacræ scripturæ sententiam de originalis peccati essentia.* In toto autem opere illo, hanc suam & Lutheri opinionem tuetur.

L. Vvhitakerus contra Campianum rat. 8. Vide eiusdem verba apud Duræum contra Vvhitakerum, fol.241.

M. Ioannis 1 3.Gen.3. 31.

† Caluinus lib.2. Instit. cap.4. sect.3.

§ Ibidem §. quarto.

*sterium duntaxat præbeant.** *Immo ipse Satan sit magis instrumentum Dei in agendo, quam à seipso author.* Hæc Caluinistarum communis opinio est. [n] *Excitat Deus* (inquit Beza) *prauam latronis voluntatem, vt socium occidat, regit manum eius & telum, & iuste cogit voluntatem eius,* [o] *Deus animam Dauidis ad populum enumerandum excitauit* [p] *mouet Deus latronem ad occidendum, Deo impulsore occidit, mouet & impellit Deus vsque dum occisus est. Impulit Deus vt occideret. At,* inquies, *coactus est ad peccandum: permitto, inquam, coactum esse.* [q] *Non solum permittit Deus, sed & in tentationem inducit,* * *actiuè non solum permissiue,* [r] *verè ac determinato proposito suo Deus obcæcat, in tentationem inducit, & cor ad malum inclinat.*

Quarto, de obduratione cordis in peccato, hæc tradit Caluinus cum suis. [s] *Dicitur Sathan excæcare fidelium mentes, sed vnde hoc, nisi quod à Deo ipso manat efficacia erroris? Paulo ante dixerat.* [t] *Sed nihil clarius potest desiderari, quam vbi toties pronuntiat, se excæcare hominum*

* Ibidem §. quinto, & vide mox infra in margine ad t.

N. Beza in manifestatione stratagematum papisticorum, &c. pag. 202. paulo ante medium.

O. Idem ibidem, pag. 116. fine.

P. Zuinglius Tom. 1. de Prouidentia, cap. 6. fol. 366. a. initio.

Q. Vvillettus in Synopsi, pag. 563. Fulco contra Testamentum Rhemense in Matth. capite 6. sect. 6. fol. 12. a.

* Vvillettus ibidem.

R. Barrous tract. de Prouidentia Dei, capite quarto, circa medium.

S. Caluinus libro primo, Institut. capite 18. §. 1. similia habet libro secundo, capite quarto, §. tertio, quarto, quinto, & libro tertio, capite vigesimo tertio, §. octauo, & Aretius in locis communibus loco 40. de Induratione capite 129.

T. Caluinus libro primo, capite decimo octauo, §. secundo, & libro secundo, capite quarto, §. tertio, vbi ait, *Sæpissime excæcare dicitur Deus, & indurare reprobos eorum corda vertere, inclinare, impellere vt alibi fusius docui. Id quale sit nequaquam explicatur, si confugitur ad præscientiam aut permissionem.* Plura ibidem, sectione quarta.

hominum mentes, obdurare corda. Hæc enim ad permissionem multi reijciunt, &c. sed &c. nimis friuola est illa solutio. Aliaque multa habet ibidem in eundem sensum. u *Indurauit Pharaonem non hiperbolice loquendo, sed vere.* x *Indurauit, vt reluctaretur.* y *Voluit Deus Pharaonem iussui suo non obtemperare, immo vt ei repugnaret ipse in eo effecit.*

Quinto, de operatione Dei in peccatis nostris, sic scribunt Caluinus cum suis. z *Absalon incestuoso coitu Patris* Torũ *polluens, detestabile scelus perpetrat: Deus tamen hoc opus suum esse prouuntiat.* a *Scisma decem Tribuum suum opus vocat,* b *vt ei repugnaret ipse Deus, in Pharaone effecit.* c *Adulterium Dauidis ad Deum authorem pertinet.* d *Adulterium Dauidis ipsius* Dei *opus fuit, sicut & Pauli conuersio.* e D*eus efficaciter in peccatis nostris operatur.*

Nemo nos * *vel Satanam peccati* f *authores, sed Dei instrumenta reputare debet.*

Sexto,

V. Zuinglius tom.1. de Prouidentia Dei, cap.6.f.367.a. post med.
X. Idem ibid. fine.
Y. Bucerus in enarratione Epist. ad Rom. Argentorat. anno 1536. p. 239.
Z. Aretius in locis communibus, pag.129. fine, vide Villettum in Synopsi, pag.563.
A. Beza in manifestatione stratagematũ Papisticorum, pag.117.
B. Bucerus vbi supra.
C. Zuinglius vbi supra fol.365.
D. Melancthon ad Rom. 8. Id quod Hemnigius acriter arguit, lib. de vniuersali gratia, pag.109.
E. Caluinus lib.1.cap.18.sect.1.
* Caluinus lib.2.Instit.cap 4.§.5. *Spiritus ergo impurus, Spiritus Dei vocatur, quia ad eius nutum potentiamque respondet, instrumentum ipsius magis id agendo quam à seipso author. Simul addendum est quod à Paulo traditur diuinitus, efficaciam erroris ac seductionis immitti vt credant mendacio, &c.*
F. Zuinglius tom.1 de Prouidentia, cap.6.f.366.a.initio. *In legẽ enim peccarunt, non quasi authores, sed quasi instrumenta quibus Deus pro sua voluntate liberius vti potest, quam pater familiæ aquam bibere aut humi effundere, &c. Neque facit iniuriam cum omnia sunt magis sua quam cuiusq; opificis sua instrumenta, quibus non facit iniuriam, si nunc limam in malleum & contra malleum in limam conuertat, mouet ergo Deus latronem, ad occidendum innocentem etiam ac imparatum ad mortem. At,* inquies, *coactus est latro ad peccandum, permitto, inquam, coactum esse, &c. Impulsore Deo trucidauit latro, &c. Non solum mouet & impellit Deus vsque dum ille innocens occisus sit, sed vltro quoque pergit, &c. & qui impellit agit sine omni criminis suspitione, non enim est sub lege.*

G. Caluinus

Sextò, de præſcientia Dei ſic docet Caluini Schola, *Non alia ratione quæ futura ſunt g præuidet (Deus) niſi quia ita vt fierent decreuit. Deus eorum omnium* h *auctor eſt, quæ iſti cenſores (Theologos ſcholaſticos intelligit) volunt otioſo tantum eius permiſſu contingere.* An non hæc manifeſto indicant Deum iuxta horum ſententiam peccati authorem eſſe? Cum enim Catholici quod in peccato poſitiuum eſt ſeu materiale, ipſam nempe actionem humanam (ad quam dicimus Deum i in quo mouemur & ſumus tanquam cauſam primam ſuo modo concurrere) & formale peccati id eſt deformitatem recte inter ſe diſtinguamus, certe qui hanc diſtinctionem non admittunt, ſed Deum eorum nimium authorem ſtatuũt quæ futura præuidet, eũdem ipſius etiam deformitatis authorem (vt recte plerique k Proteſtantes contra Caluinum decernunt) facere neceſſe habent: quandoquidem deformitatem non minus quam ipſam actionem Deum præuidere nemo negauerit.

Septimò, plerique tam Caluiniſtæ quam Proteſtantes, iique magni inter ſuos nominis, hanc Caluini, Bezæ, & aliorum eis adhærentium, opinionem l reſpuunt, & eos, qui illam ſequuntur, m Deum peccati authorem facere, pro comperto habent.

Cum

G. Caluinus lib.3.inſtit. cap. 23. ſect. 6. *Cum non alia ratione quæ futura ſunt præuidet Deus, niſi quia vt ita fierēt decreuit, fruſtra de præſcientia lis mouetur vbi conſtat ordinatione potius & nutu omnia euenire.* Vide vt idem aſſerat Beza in reſponſione ad acta colloquij Montisbelg. parte altera pagina 152. & in manifeſtatione ſtratagematum Papiſt. pag. 237. & Parkinſius in tract. de gratuita Dei gratia, &c. pag. 148. edit. anno 1602. & Knoxius in reſponſ. ad aduerſarios prædeſtinationis Dei pag. 16. & 223. edit. 1591.

H. Caluinus lib.1. inſtit. cap. 18. ſect. 3. *Iam ſatis aperte oſtendi, Deum vocari omnium eorum authorem quæ iſti cenſores volunt otioſo tantum eius permiſſu contingere.*

I. Act. 17. 28.

K. Sitzlinus in disput. Theolog. præside Marbachio sacræ Theologiæ Doctore eiusdemque Argent. Academiæ professore,&c. sect.130. & Schaffmanus in lib.de peccatorum causis pag.27.paulo post med.de fratribus suis sic inquit, *Scribunt Deum nihil præscire nisi quod ex decreto facturus sit, &c.* contra quos ille sic argumentatur, *at ipsam actionem ἀταξίαν, seu peccatum præuidet Deus, ergo sequitur Deum ipsius peccati authorem esse:* Vide ibidem pag. 29.circa med. Idem argumentum format Hemnigius lib.de vniuersali gratia pag.107.108.& 109.

L. Hanc Caluini opinionem primo damnant Lutherani, nempe Iacobus Andreas in respons. Bezæ, act. colloquij Montisbelgardi parte secunda pag. 251. & in epit.colloquij Montisbelgardi pag.50. & 62. Item Hafferefferus in in loco Theolog. lib.3. pagina 112. & 187. Item Conradus Schlusselburgus in Theologia Caluinist.lib. 1. art. 12. fol.39. & 40. a. b.& 41.a. Gesnerus in disputatione pro sanctissimo libro Concordiæ disput.3. cap. 3.pag. 60. 61. 62. Lobechius in disput. Theolog. p. 21.& 507.508.509.Adamus Francisci in Margarita Theologica pag.296. & 277. 281.287.288.& 289. Christmannus in Diagraph. electionis cap. 8. de Caluinistarum absoluto decreto, & cap. 10. Sitzlinus in disput. Theolog.de electione, &c. thesi 16. 19. 30. Grauerus in absurda absurdorum absurdissima,&c.cap.5.de prędestinatione. Schaffmanus lib.1.de peccatorum causis pag. 24.25. 26.27. &c. Secundo qui Caluinum in aliis sequuntur, nempe Bullinger. in Apoc.c.5.ser.28.fol.79.& in Decad. Anglice versis p.492. 493.494. Amandus Polanus in partitionib. Theolog.p.76.& p.8.11.12. Hemnigius de gratia vniuersali per totum. Castalio qui peculiarē hac de re tract.cōtra Caluinum edidit, quem inscripsit de prædest. Melancthon in consil. Theolog. parte 2. pag.111.112.Hookerus nostras in Ecclesia polit.lib.5.pag.104. Cowellus in defens. Hookeri pag.62. 63. Snecanus in Methodica descriptione edit. 1591. pag.124.126.541.544.581.649. 778. Gilbonsius in quæst. & disput.in Gen. q.2. pag.108. circa med.Foxius in Apoc. pag. 473. Smithus in lib. cui titulus, *quod liceat pro omnibus orare, &c.* pag.40. Napperus Puritanus in Apoc.pag.190.Plures Caluinistas qui hanc opinionem sequuntur citat Huberus in Thesibus *Christum Iesum esse mortuum pro peccatis totius generis humani*, pag. 156.160.163.164.166.167. vbi & dicta Gualteri, Bullingeri, Confessionem Tygurinam, Confessionem Bernensem, Musculum & alios allegat. Vide Schaffmanum lib.3.de prædestinatione Francofurti 1597.pa. 83.& 84. qui & dicta Bullingeri, Strigelij, Hemnigij, & Rolocheti Scoti in 8. ad Rom. citat. Vnde & Willettus in Synopsi anno 1600. pag.784. prope finem sic queritur, *Vniuersalis illa gratiæ distributio, plerisque nostratium probari videtur, & iam in nostra Ecclesia suos habet Patronos, authores, defensores*, Vide ibid.pag.808.

M. Hoc Caluinistis obiicit Hemnigius lib. de vniuersali gratia pag.109. &c. Sitzlinus in disput. Theolog. de prouidentia Dei, sect.141. Schaffmanus de peccatorum causis pag.155. vide supra ad K. Sed & Lobechius in disput. Theolog. disput.21. pag.507.ante med. & Iacob in epit. colloquij Montisbelgardi pag. 47.hanc impietatem Caluinistis exprobat his verbis, *Deus est author peccati secundum Bezam.* Hinc factum est vt Bernates lege pœnali cauerint, ne quis in finibus eorum, hanc Caluini doctrinam pro concione diuulgaret, aut eiusdem libros in quibus illa continetur, legeret. Vide litteras Senatus Bernensis ad Ministros, &c. 1555.

Cum igitur & suis ipsorum decretis iam citatis, & suorum confessione premantur Caluinistæ, quod Deum peccati authorem faciant, quid randem ipsi pro se respondent? Certe tanquam sorices suo se indicio produnt. Primò igitur Aretius, Zuinglius, & alij labem prædictam sic eluere conantur, [n] *Cum Deus Superiorem non habeat, nec lege obligari potest, vbi vero lex non est, nec peccatum esse potest: sequitur ergo in actiones Dei peccatum nullum cadere posse.* At hæc responsio friuola est. Licet enim Deus nullam legem sibi à Superiore impositam habeat, ipse tamen pro sapientia, bonitate & iustitia sua, sibi lex est. Quare qui ita dicunt, Deum potius peccati accusant, quam excusant.

Eum enim planè authorem faciunt peccati in nobis, licet hoc quod in nobis peccatum est, in Deo (quia legi non subest) nomen peccati amittat. Secundò, Beza idem absurdum his verbis inuoluit, [o] *Omnia bona sunt quatenus à Deo efficiuntur, discrimen illud boni & mali, tantum in instrumentis locum habet.* Ergo iuxta Bezam, illud idem quod in nobis, qui solum instrumenta sumus, peccatum est, in Deo qui eiusdem est author, iustum & bonum vocatur. At hoc certe modo Deus author constituitur eius quod in nobis peccatum est, (& hoc solum in præsenti quæstione contendimus) licet aliunde accidat, vt in Deo denominationem illam minime sortiatur.

N. Aretius in locis communibus pag. 130. initio. Aliquid simile citatur ex Zuinglio paulo supra ad lit. f. Et idem libro de prouidentia folio 365. b. post medium ait, *Cum lex homini est data, semper peccat, cum contra legem facit, quantumuis nec sit, nec operatur nisi in Deo, & per Deum. Hic enim sub lege est, ille liber, & cætera. Quantum enim Deus facit, non est peccatum, quia non est contra legem, illi enim est lex posita, &c. Vnum igitur atque idem facinus puta adulterium, aut homicidium, quantum Dei est authoris, motoris, atque impulsoris, opus est, crimen non est, quantum autem hominis est, crimen ac scelus est. Ille enim*

lege non tenetur, Hic autem lege damnatur. Quod enim Deus facit libere facit, &c. vt adulterium Dauidis quod ad Deum authorem pertinet, non magis Deo sit peccatum, quam cum Taurus totum armentum inscendit, & implet, &c. sua enim sunt vniuersa, &c. Quis hæc sine horrore legat?

O. Beza libro contra Sicophantem Aphorismo 20. & in manifestatione stratagematum Papisticorum &c. 112. post med.

Tertiò, licet his ambagibus imperitos in errorem allicere satagent aduersarij, ipsimet tamen aliquando id quod res est, fatentur, se nempe prædictæ obiectioni satisfacere non posse, id quod ex hisce Caluini verbis satis colligitur, P *Quomodo autem Dei præscientia & decreto statutum fuerit, quod de homine futurum erat, neque tamen in culpæ societatem trahendus sit Deus, quasi transgressionis vel author sit, vel approbator, cum longe altius humanæ mentis perspicacia esse arcanum palam sit, ne ignorantiam nostram fateri pudeat.* Nec minus tergiuersantur Petrus Martyr & Bucerus, dum alteri obiectioni à nostris tritæ respondent, nempe Deum secundum iustitiam non posse peccatum punire, cuius ipse est author, Q *Fecit itaque Pharao* (inquit Bucerus) *quod Deus volebat eum facere, imo quod ipse faciebat in eo, nec potuit aliud. Ista itaque perpendens humana ratio, agnoscere non potest, quo iure Deus Pharaonem reprehenderit, vltusque sit, &c.* Rursus, *Cum Deus immisit in cor Dauidis, vt censeret populum, vtique ipse & voluit & fecit, vt* Dauid *Populum enumeraret, &c non*

P. Caluinus de æterna prædestinatione contra Pighium extat in tractatu Theologico &c. pag. 824.a. post medium. & iuxta aliam editionem libri illius de prædestinatione anno 1552. pag. 118.

Q. Bucerus in enarrat. epistola ad Romanos pag. 394. b. 395. a. edit. 1536. Et Petrus Martyr in locis communibus parte prima pag. 211. sic ait, *Quod non tam clare perspiciamus, quomodo iustitiæ Dei non repugnet peccata punire, quandoquidem homines tentando in ea impellit, non mirum est: Plura enim facere potest Deus quam nos intelligere, firmiter igitur credamus, & cætera.* Rursus ibidem, *Quomodo*

iustitia eius conueniant, vel repugnent, non intelligimus. Cum omni igitur submissione, ea nos credere volunt, isti, quæ nec ipsi capiunt.

non potest inferre humana ratio, &c. Cur ergo Deus tales reprehendit, quos ipse in hoc, vt praue agant, & peccent induret?

Obiectioni denique illi, Deus prohibet peccata, ergo non vult, aut decernit illa fieri, respondet Caluinus in hæc verba, [r] *Vbi non capimus quomodo fieri velit Deus, quod facere vetat, veniat nobis in memoriam nostra imbecillitas, & simul reputemus lucem quam inhabitat, non frustra vocari inaccessam, quia caligine obducta est.* Fidem igitur à nobis exigunt isti, qua illis opinionibus assentiamur, quas vix ipsimet capiunt, nedum aliis vel probabili aliqua ratione explicare possunt, vt verisimiles appareant. Ex hac autem prophana & impia opinione quod Deus sit author peccati, alijsque huic similibus, verbi gratia [s] quod sola fides iustificet, quod bona [t] opera nullo modo necessaria sint homini ad salutem, &cæt. * nata est Hidra illa [u] secta scilicet Libertinorum, qui ex eisdem principiis [x] (licet interim verbo tenus non minus quam Caluinus Deum [y] authorem esse peccati negent, & miram probitatem [z] specie tenus præ se ferant) [a] integra volumina plurimis sacræ scripturæ, [b] testimoniis referta ediderint, quibus, interim Epicurismum & [c] omnem viuendi licentiam propagarunt.

Plurima

R. Caluinus libro 1. instit. cap. 18. sect. 3.

S. Vide supra Tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiu. 3. per totum.

T. Ibid. sect. 4. per totum.

* Vide infra Tract. 2. cap. 3. sect. 8. subdiu. 1. 2. 3. 4. 5.

V. De hac secta vide instructionem Caluini aduersus Libertinos.

X. Quod iisdem principiis nitantur, apparet ex Caluino in Tract. Theolog. 540. qui sic eos philosophari refert. *Cum Deus rerum omnium author sit, nullam iam boni & mali discrimen esse habendum, sed quicquid agitur bonum*

esse. Eodem plane modo colligit Beza mox supra ad lit. o. & Caluinus pagina 518.a. ante med. de Libertinis sic ait, *Temulenti isti à Deo fieri omnia perstrepentes, eum mali authorem constituunt, deinde quasi immutetur mali natura, cum sub hoc nominis velo tegitur, bonum esse affirmant, &c.* An non hoc idem est quod paulo ante dixit Zuinglius ad n. Et Caluinus vbi supra pag. 542.b. paulo post med. de primario quodam inter libertinos viro hæc scribit. *Persuadet nihil esse mali in stupris & adulterijs, cum à Deo fieri omnia cognoscamus*, & ibidem, pag. 543.a. addit. *In summa huc tantum spectat, vt discrimen tollat boni & mali, vt nemini quiduis facere aut perpetrare religioſi ſit, cum omnia Deo tribuat.* Porrò Caluinus vbi supra pag.540 prope finem, hæc eorum verba citat, *Omnes nostri sensus Deo subijciendi sunt, nec quicquam de sapientia nostra persuasum habere debemus, mens nostra subigenda, vt veluti captiua Christo morem gerat.* Quæ per omnia consonat, immo fere verbatim eadem sunt, cum verbis ipsius Caluini supracitatis paulo ante p.r. in marg. Testis sit ipse Caluinus qui ibidem sic scribit. *Quod & ipse fatemur, immo nullo vtitur apparatu, hic impostor, quem ex doctrina nostra furatus non sit.* Eadem igitur est doctrina Libertinorum & Caluini & iisdem principiis nititur.

Y. Caluinus vbi supra pag.540. b. de quodam Libertinorum Antesignano inquit, *Contestatur sibi longe aliam esse mentem, seque Deum mali authorem nolle facere affirmat.* Vide ibid. pag.542.

Z. Caluinus ibid. pag, 548. *Contestetur quantum volet se peccandi licentiam præbere nolle, hoc enim nihil aliud est, quam inane nimisque ridiculum dissimulationis velum obtendere, quoniam peccatum ipsi nihil est, cum Deus omnia facere putatur.* Annon hæc eadem verba in Caluinum ipsum merito retorqueri possunt?

A. De variis scriptis eorum, vide Caluinum Tract. Theolog. pag. 540. & 532.

B. Vide Caluinum vbi supra 533.535.536.&c. Vbi eadem ipsa scrpturæ loca pro se adducunt Libertini quibus Caluinus aliique suam doctrinam confirmamare solent, nempe Amos 36. Esaiæ 45.7. Apud Caluinum, vbi supra 542.b. Item, primò Regum 22.21. vbi supra pag. 546. & Hierem. 10.23. vbi supra pag. 541. Epist. ad Romanos cap.7. vbi supra pag. 542. primo Ioannis tertio 9. vbi supra pag.547.

C. Caluinus vbi supra pag.527. & pag. 543.

X V.

Plurima alia huius farinæ nouatorum apothegmata, siue paradoxa, libens prætermitto, & coronidis loco adiungam, præfractam illá Lutheri peruicaciam, qua veritatem etiam agnitam impugnare solitus est, quam ei culpá Zuinglius* acriter impingit. Ipsam vero bestiam audiamus.[f] *Si forte Conciliũ sanciret* (inquit) *communionem sub vtraque specie sumendam esse, tunc multo*

* Zuinglius Tom. 2. in resp. ad confess. Lutheri sic ait, *Lutherus obstinato & deuoto animo*

conceptam semel opinionem persequi & obtinere conatur, nec multum curare solet, quodcumque tandem de re quauis pronuntiet, etiamsi vel sibi ipsi vel diuini verbi oraculis contradicere deprehendatur. Quæ Zuinglij verba citat Schlusselburg.in Theolog. Caluinistica lib.2.fol.122.a. fine.

F. Lutherus de formula Missæ. Et vide eundem Tom.3. Germanicè: fol. 274. Et citatur & arguitur ab Hospiniano in hist. sacram. parte altera fol. 13. a. post med. Quod vero Iuellus in excusationem Lutheri affert in replica contra Hardingum pag. 207. post med. scilicet *Lutherum solum contendisse veritatem Dei ab humana authoritate non pendere*, præterquam quod gratis dicitur, cum nulla Lutheri verba id innuant, sensus ille Lutherum minimè excusat, asserentem, *in contemptum Concilij oportere vel alterutrum, vel neutram speciem sumere*, cum præsertim posterius hoc, ipsi Christi institutioni aperte repugnet, quamobrem & hoc Lutheri dictum Hospinianus merito reiicit.

multo minus ita faceremus: Immo in contemptum Concilij & illius decreti, vnam tantam speciem vel neutrā sumeremus, vtramque certe nullo modo. Item, [g] *si Concilium potestatem faceret Ecclesiasticis uxorem ducendi, signo esset eum maiori Dei gratia præditum esse, qui tres concubinas foueret, quam qui matrimonium iuxta tale Concilij decretum contraheret. Ego vero* (inquit ille) *sub pœna damnationis æternæ præciperem, ne quis secundum talis Concilij permissionem matrimonium contraheret, sed vel cælebs viueret, vel si hoc impossibile esset, non desperaret etiamsi meretrici adhæreret.* Item, de Eucharistiæ eleuatione sic inquit. [h] *Sciebam Sacramenti eleuationem, Idololatricam esse (vtpote quæ sacrificium indicaret) sed tamen eam retinebam in Templo Vvitembergensi, vt ægre facerem diabolo Corolastadio.* Quod dictum & factum Lutheri ab omni recta ratione & religione alienum, refert & damnat [i] Amandus Polanus Professor Basiliensis, qui & ibidem addit, [k] *Nolo plura absurda Lutheri dicta recensere, quæ multa sunt, quæ tegenda potius quam exagitanda censeo.*

G. Lutherus in Tom.2. Germanicè fol.214.

H. Lutherus in parua confessione Germanicè fol.55.& in colloquiis. fol. 210.

I. Amandus Polanus, in Syllogethes. Theolog. pag. 464. ante med.

K. Idem ibidem & Hospinianus parte altera fol. 114. a. de hoc Lutheri dicto ait, *Minime profecto conueniens oratio Christiano Theologo, & magna infirmitas in Luthero.*

Hiccine ergo ille Lutherus * *ter sanctus, vir* [l] *à Deo missus ad totum orbem illuminandum,* [m] *Alter Elias, Currus Israel, & auriga eius,* [n] *proximo post Christum, & Paulum loco collocandus,* [o] *Quo nemo maior ab Apostolis surrexit,* [p] *Angelus & nouissima Dei tuba, cuius missio,* [q] *immediate à Deo, &* [r] *extraordinaria fuit,* [s] *Cuius aduentus in sacris literis prænuntiatus, nec non modernis* [t] *quibusdam prophetijs Martini Lutheri tempus signanter exprimentibus prædictum est?* Heu peccatum & supra modum peccans peccatū, quo iusto Dei iudicio, mundus iam senescens, ipsa [u] energia erroris, & nimium crassa illusione seducendus traditur. Sed de his satis superque dictum est, ex quibus manifestò, vt opinor, constat, Anglos nostrates Protestantes, Lutherum tanquam Ecclesiæ suæ membrum iure sibi vindicare non posse, à quo in plurimis, iisdemque grauissimis Christianæ religionis dogmatibus dissentiunt.

* Gabriel Povvellus in animaduersionibus libelli supplicis Papistarum pag. 70.

L. Iuellus in Apolog. Ecclesiæ Anglicanæ parte 4. cap. 4. §. 2. & in defensione Apologiæ anno 1571. pag. 426. prope finem, & Foxius actis & monumentis pag. 400 ait, *Placuit Deo Religionis ruinas huius Martini Lutheri industria reparare ac reficere, quē & præpotenti spiritu suo in eum finem suscitauit, ac misit.*

M. Foxius Actis & monumentis pag. 416. a. initio.

N. *Christus habet primas, habeas tibi Paule secundas, At loca post illos proxima Luther habet.* Et Ciriacus Spangenbergius libro quem edidit Germanicè contra authores quosdam Catholicos, dum contra Stephanum Agricolam agit *hos versus laudat,* quos ait, *Papistas etiam inuitos audituros esse.*

O. Andræas Musculus in Præfat. in libellum Germanicè editum de diaboli tyrannide. Et vide Nicolaum Amsdorfium Conc. 8. de Luthero pag. 88. & vide eundem in Præfat. in primum tom. Lutheri & Alberum contra Corolastadianos libro septimo b.

P. Conradus Schlusselburg. Catalogo hæret. lib. 13. & vltimo pag. 314. 316. 489. & Michael Neander in Theolog. Christiana scripturæ, Patrum, Græcorum Græcis, & Latinorū Latinis, è fontibus ipsorum, & tandem Theandri

Sed Lutheri

Lutheri dictis & testimoniis illustrata, Lypsiæ 1595. d. pag. 333. ait, *Lutherus vir Dei fuit, & verè ille Angelus, qui cum æterno Euangelio per medium cœli volare visus est, Apocalips.* 14

Q. Cartvvrightus apud Vvhitgiftum in defensione pag. 217. medio & citatur infra Tract. 2. cap. 3. sect. 4. versus finem ad q.

R. Aretius locis communibus de ministerio, loco 63. pag. 198. circa med. & Lambertus Danæus in Isagoge Christiana parte 4. lib. 2. pag. 36. initio. Fulco in Retentiua contra Motiua Bristoi & contra lib. Sanderi dictum, *Petra Ecclesiæ, &c.* pag. 300. ante med. & Lascicius in lib. de Russorū, Moscouitarum, & Tartarorum Religione pag. 39. ante med.

S. Antichristus siue prognostica mundi pag. 12. & 13. & 86. fine, & Mathias Hoë Tract. 2. parte prima pagina 136. & Conradus Schlusselburg. in Catalogo hæretic. lib. 13 pag. 314. & 316. & Michaël Neander in lib. orbis terræ partium explicatio lib. 8. eum appellat *Christi os, Deus aliquis Theologorum, quem Deus multo ante per diui Pauli & Hussi os Ecclesiæ promisit.*

T. Foxius actis & monumentis pag. 339. b. initio, & Foxius in Apocal. pag. 324. & Neander vbi supra.

V. 2. Thessal 2. 11.

QVOD VIGINTI ILLIS ANNIS PROXIME ante Lutherum elapsis, quorum adhuc memoria recens est, solum Catholici, non autem Protestantes, verbum Dei & Sacramenta administrauerint.

SECTIO VNDECIMA.

SED esto Lutherus Protestantium Ecclesiæ membrum fuisset, inde tamen continua verbi & sacramentorum in illa Ecclesia administratio, nec pro suo quidem sæculo satis probari posset. Quô igitur Apologiæ huius æquitas magis illucescat, à priscis illis sæculis prædictis descendemus, & breue illud spacium temporis quod sub re-

centi adhuc memoria cadit, lustrabimus, nempe viginti illos annos ante elapsos quam Lutherus Papam impugnare cæpisset, quod anno 1517. accidisse noscitur. Et ea quidem quæ ad hanc quæstionem pertinent, adeo sunt f recentia, vt nec errori, nec obliuioni sint obnoxia, cum ante oculos omnium per Christianum orbem fidelium gesta fuerint.

Cum igitur ipsi aduersarij è scriptura sacra deducant, & pro certo habeant, quod g *Pastores & doctores futuri sunt in Ecclesia, vsque ad finem sæculi*, h *á Christo vsque ad Lutherum* (inquiunt illi.) Quod hi i *falsæ doctrinæ semper &* k *palam resistent*: l Quòd *cum Religio Christiana à Deo sit, nullo timore humano ab eo deterrebuntur.* m Quòd *verbi & Sacramentorum administratio ad salutem absolutè necessaria sit*: Quòd n *Ecclesia non amplius durat, quam has notas habeat*, o *si autem illa desint Ecclesia nulla sit*: p Quòd *hæ notæ externę esse debeant, & visibiles, vt homines scire possint vbi nam Ecclesia sit, & cui societati se quisq; fidelium adiungere debeat.* Quòd * *Ecclesia iam sit, fueritque semper visibilis, nec ex paucis hinc inde dispersis Christianis constans, sine ordine, ministerio, aut vsu sacramentorum: Denique quod* q *Christi Ecclesia per totum orbem diffundetur nec in vnum*

aliquod

F. Actis & monum. pag. 402.

G. Fulco contra Heskinum & Sanderum pag. 536. post med.

H. Idem ibid. pag. 569.

I. Idem in responsione ad Pseudocatholicum pag. 11.

K. Fulco ibidem pag. 92.

L. Deeringus in cap. 2. ad Hæbr. vers. 12. lectione 10. & capite 3. lectione 12. fine.

M. Superintendens Cantuariensis Bancroftus in Recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ pag. 441. circa med.

N. Vvillettus in Synopsi pag. 71. fine.

O. Idem vbi supra pag. 69.

P. Hiperius in Method. Theolog. siue locis communibus lib. 3. pag. 548. 552.

* Fieldus de Ecclesia libro tertio capite decimo pagina 21. ante medium.

Q. Defensio Vvhitgifti, &c. pag. 465. post med.

aliquod Regnum compingenda sit. Hæc autẽ omnia iam supra ex aduersariorum scriptis sigillatim r & fusè ostensa sunt.

In his igitur persistentes, quemadmodum aduersarij Arianos & Anabaptistas s vrgere solent, vt Ecclesiæ suæ successionem monstrent: sic nos itidem nihil pensi habentes indigna illa & ieiunia exempla * Melancthonis, Pellicani, Buceri, &c. qui omnes ante Lutheri ortum, vt notum est, Catholici fuerunt (quam ob causam † Vvhitakerus & alij eos in hac quæstione meritò omittũt) ab aduersariis quærimus, quos tandem Ecclesia eorum Pastores & doctores habuerit, qui falsam doctrinam impugnauerint, aut verbum aut sacramenta sua administrauerint: & in qua tandem prouincia aut Gente isti visibiles & conspicui fuerint: *vel ipsis illis viginti* annis ante Lutherum proxime elapsis? Quo in loco illud Christi præceptum impleri poterat, t *dic Ecclesiæ*, Quod quidem Cartvvrightus u *necessarium ac perpetuum esse concedit*, aut vbi tunc inueniri poterat *vnus aliquis è 2. millibus illis aut 3. illa Ecclesia illustris*; quæ (vt Foxius Vvhitakerus & Bullingerus rectè è sacra scriptura deducunt) *semper visibilis mansura est, etiam inter grauissimas Antichristi persecutiones & seductiones?*

Ipse

R. Supra tract. 2.cap.2.sect.1.
S. Theologi Heidelberg. Præfat. in Protocoll. Frankentalense sic Anabaptistos alloquitur, *Si vos Ecclesia Dei sitis, sequitur Deum sine populo & Ecclesia fuisse, &c. Nam si vel omnes historias perlegatis, nullum ab exordio mundi populum inuenietis qui confessionem fide vestræ similem habuerit, quia vero neque Deus à principio sine populo & Ecclesia, Neque sempiternus ille Rex Iesus Christus sine regno fuit, vestra autem congregatio primũ anno 1521. capit, sequitur vos verã Dei Ecclesiam atque populum esse non posse.* Simili argumento Caluinus Seruetũ petit, vt infra videri potest, Tract. 2.cap.3. sect. 2. initio in marg. ad z Et Beza in epist. Theolog. epist.16. iuxta editionem Geneuensem anno 1573. pag.127. paulo ante med. eodem modo Arianos premit. *Si verũ est* (inquit) *eorum dogma, &c. vbi tandem fuerit vnquam Ecclesia ipsos ostendere iubeamus, cum à propagato Euanglio facile sit demonstrare, nullum vnquam eiusmodi quicquam sensisse, quin perpetuo Ecclesiæ consensu fuerit dãnatus.* Quod idem argumentũ cũ

Volanus Caluinista cōtra nouiter exortos Arianos afferret, his verbis responsum tulit, *Porro quod vis si sententia nostra vera est, nullam fuisse Ecclesiam, vide quaeso quod dicas: Nunquid Ecclesiam esse non putas, nisi non solum publice homines congregentur, sed in maximo etiam numero? Certe si istud verum est, per multa saecula vel te ipso iudice, nullam habuimus Ecclesiam. Qua de re quicquid statuendum est, nobis satis est Apostolicam Ecclesiam idem sensisse, quod nos sentimus. Hoc Socinus lib. de natura Christi contra Volanum pag.47.*

* Apud Mortonum in Apologia Catholica pag. 41. 42. hæc Bellarm. obiectio citatur, *Si aliqua fuisset latens Ecclesia ante Lutherum* membra illius, *praedicante Luthero mox cognoscere socios suos, & accurrere debuissent, at nō ita factum est.* Respondet Mortonus *Falleris, &c.* Deinde ponit exempla Melancthonis Buceri, &c. Qui omnes cum primo Catholici essent postea exemplo Lutheri Ecclesia Catholica apostatarunt. Quare ad quæstionem præsentem nihil conducunt.

† Vvhitaker. de Ecclesia contra Bellarm. controuersia 2. quæstione 5. pag. 261. *Secundum* (inquit) *Bellarm. argumentum est huiusmodi, &c. Ante Lutheri tempora non erat in mundo, &c.* Respondet Vvhitakerus, *Nostra Ecclesia tum fuit. At non fuit visibilis (inquit Bellarminus) Quod tum? Ideo non fuit?* Nequaquam. *Latebat enim tum in solitudine.* Nec tamen vel vnum aliquem nominat, aut nominare potuit, qui ante Lutherum Religionem suam professus esset. Qua in re similiter obmutescit Ioannes Regius mox infra citatus subd.3. ad 3. ¶. ante c.

T. Math. 18. 17.

V. Cartvvrightus in defensione Vvhitgifti pag. 635. fine.

2. Foxius in Apoc.cap.12.pag.349. *Scio & fateor non adeo omnes terræ angulos sua seductione impostorem dæmonem corrupisse quin Ecclesia semper habeat aliquot millia, & cet. quæ nunquam incuruauerunt genua ad Baal.* Vide Vvhitakerum de Ecclesia contra Bellarm.pag.161.& contra Duræum lib.3.pag.259.

3. Bullingerus in Apoc.serm.62. initio, *ex descriptione Rom. tyrannidis & regni Antichristi videri possit Ecclesiam & Euangelij prædicationem penitus interiisse. Declarat igitur præclara quadam visione, quomodo Christus vult Ecclesiam suam nihilominus continuam esse, immo & celebrem.* Vide supra Tract.2.sect.1.ad 5.6.9. 10.

II.

Ipse certe Lutherus cum iam primo Papæ aduersari cæpit, non fuit alicuius Ecclesiæ Protestantium tunc existentis membrum, sed plane Catholicus, ˣ *ordinis Sancti Augustini frater religiosus, & vt ipse protestatur,* ʸ *casu non voluntate in turbas, seu* (vt ipsemet * loquitur) *factionem controuersiarum de Religione incidens,* nec

X. Symon de Voyon super Catalogum, &c.pag. 180.
Y. Luther.de se sic ait. *Casu nō*

voluntate in istas turbas incidi, Deum ipsum testor, apud Timoth. Kerchmerum in Thesauro, &c. in epist. nuncupat. versus finem, & Iacob. Andream in confutat. Ioan. Iacobi Grinæi, &c. pag. 312.

* Lutherus in locis commun. classe 4. pag. 58. *Initio Euangelij cum Deus in hanc (vt sic vocem) factionem præter meam voluntatem per mirabiles occasiones me inuolueret.*

nec quenquam tum z *nouit, qui sibi adhæreret.* I*mo* 1. *nec somniauit aut suspicatus est, vllam inde mutationem orituram. Teste enim* 2. *Sleidano Lutheri discipulo, ex occasione & inuidia Ioan. Tecelij ordinis sancti* D*ominici & Fratris Religiosi, qui indulgentias quæ tunc venales circumferebantur, diuulgauit, Lutherus primo contra eas prædicare* 3. *cœpit, non ex certo aliquo iudicio, sed* (vt ipsemet 4. fatetur) *cum iam plane ignoraret quid esset indulgentia, Vix intellexi* (inquit) *quid indulgentiæ nomen significaret. Adeo vt Lutherum non ita multo post incepti sui pœnituerit, & sæpe optauerit,* 5. *se lapidem istum nunquam mouisse.* Consonat Foxius qui affirmat, 6. *Lutherum in initio non intendisse nouas aliquas turbas excitare, sed communi paci consuluisse, in quam adeo inclinare videbatur, vt Papæ beneuolentiam omni modo captaret, eum tanquam iudicem* ¶ *appellaret, suumque erga Romanam Ecclesiam obsequium* (teste Sleidano) 7. *profiteretur, & palam protestaretur se contra eam nihil moliturum, tantamque esse eiusdem potestatem confessus est, vt post Christum* D*ominum* 8. *nihil in terris illa præstantius inueniri posse diceret.*

Quo

Z. Lutherus ibid. classe 4. c. 30. pag. 51. fine, *Tantam causam in me vnum recipiebam, &c.* vide infra tract 2. c. 2 sect. 11. subd. 3. ad e. f. g. h. k.

1. Foxius actis & monumentis pag. 404. a. initio, & Symon de Voyon super catalogum &c. pag. 182.

2. Sleidan. libro 13.

3. Idem lib. 16.

4. Verba Lutheri de se, quæ citat Sleidan. in hist. lib. 13.

5. Lutherus in colloquiis mensalibus fol. 1580. b.

6. Act. & monument. pag. 404. b. initio.

¶ Sleidan. lib. 1. & Lutherus in appellatione prima ad Leonem 10. tom. 1. Vittemb. fol. 219. *Adhuc fateor solummodo me disputasse & omnia sub pedibus sanctissimi Domini nostri Leonis* 10. *subiecisse, vt occidat, viuificet reprobet & approbet sicut placuerit, & vocem eius vocem Christi in ipso præsidentis agnoscam.*

7. Sleidanus lib. 1.

8. Sleidanus ibidem.

Quo animo dum esset, 9. *Constat* (inquit Foxius) *eum Cardinali Cajetano promisisse se silentium seruaturum, sub hac tamen* (*satis superba conditione*) *si Aduersarij ita facerent.* Addit Cooperus Superintendens Vvintoniensis, 10. *Lutherum se Papæ per litteras submisisse, eo tamen pacto, vt non cogeretur palinodiam canere.* Liquidò igitur constat quantumuis illud aduersarij dissimulent, * superbiam solam causam fuisse lapsus & Apostasiæ Lutheri. Scribit enim Sleidanus, 11. *Lutherum ob æquissimas* (saltem vt sibi videbantur) *conditiones, quas proposuit, à Pontifice Romano fauorem expectasse,* 12. *& quod Papa commissorum indulgentiam seu absolutionem ei impartiret,* 13. *Sed ecce* (inquit Lutherus) *dum mitem ab vrbe Roma sententiam expecto, excommunicationis fulmine percellor, & tanquam mortalium omnium sceleratissimus condemnor.* 14. *Tum demum* (inquit) *me defendere cœpi libris editis, &c. Quæ cum ita sint, sibi ipsis culpam imputent, qui durissima quæque atque vltima experiri, quam mitiora sequi maluerunt.* 15. *Iam vero* (inquit Sleidanus) *postquam appellatione contempta, reiectis etiam conditionibus, nihil opis aut salutis à Pontifice videret, adductus extrema necessitate prouocauit à Pontifice, &c.*

His

9. Foxius act. & mon. p.404. a. & Osiander epit. cent. 16. pag.61. sic ait, *Quod Lutherus in Pontificem quædam durius scripserit aut dixerit, id condonari sibi petit, promittens post hac maiorem modestiam, indulgentiarumque post hac nullam se facturum mentionem, modo Aduersarijs etiam suis silentium imponatur.* vide ibidem pag. 66. Idem refert Sleidanus in præfat. histor. ad Ducem Saxoniæ, & in comment. lib.1.
10. Cooperus in chron. fol. 278. a. paulo post initium.
* De Lutheri superbia plerique Protestantes conqueruntur. Conradus Regius contra Ioannem Hessum lib. Germanico de Cœna Domini, sic scribit, *Deus propter peccatum superbiæ, qua sese Lutherus extulit, vt pleraque ipsius scripta testantur, verum illi spiritum abstulit.* Zuinglius in respons. ad confessionem Lutheri ait, *Eum esse magnæ arrogantiæ, & cum arroganti verborum fastu, nimis quoque plus quam turgidum.* Oecolampadius respons. ad confessionem Lutheri, *Eum arrogantiæ & superbiæ affectu inflatum* asserit. Theologi Tigurini in responsione ad lib. Lutheri aduersus Zuinglium, sic scribunt, *Propheta & Apostoli Dei gloriæ non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant. Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia ni-*

mia effertur, &c. Et Symon Lythus respons. altera ad alteram Iacobi Gretzeri apologiam pag. 333. paulo ante med. ait, *Lutherus plus quam debebat tribuit gloriolæ partæ, cuius particulam communicari cum alijs indignissime ferebat.* Et Thomas Naogeorgius apud Sclhusselburg. in Theolog. Caluinist. lib. 2. fol. 131. sic ait, *Plurima scripsit Lutherus, per iram carnalem & per æmulationem, ne vlli succumbere cerneretur. Doctorum veterum orbitam reliquit, indulgens stomacho suo & honori,* & Caluinus apud. Schlusselburg. vbi supra fol. 126. post med. *Lutherus vt pollet eximijs virtutibus, ita magnis vitijs laborat, hanc intemperiem qua vbique ebullit, vtinam magis frænare studuisset, &c. vtinam recognoscendis vitiis plus operæ dedisset, & cæt.* Conradus Gesnerus in vniuersali Bibliotheca, *Illud non est dissimulandum, Lutherum virum esse vehementis ingenij, impatientem, & qui nisi per omnia sibi consentientes ferre nesciat, &c. Dominus faxit, ne quid contentione ac impudentia oris obsit Ecclesiæ, cuius olim crepundia tam fœliciter promouit.* Immo ipse Lutherus in locis communibus classe 4. fol. 35. b. de se sic scribit, *Video ab omnibus in me peti modestiam: omnes fere in me damnant mordacitatem.*

11. Sleidanus lib. 1. histor.
12. Idem lib. 13.
13. Idem ibidem.
14. Idem ibidem.
15. Idem libro 1. & Osiander in epitome centur. 16. cap. 25. initio pagina 65. circa medium.

His igitur gradibus (quo autem spiritu ductus Majestatis vestræ iudicium esto) Lutherus in apertum Apostasiæ periculum, qua & paulo post perijt, incidit. Dum interim *pauida eius & perplexa 16. conscientia, sæpius reclamaret, cumque accusaret & præuisam doctrinæ eius ruinam quasi præsagiret*, 17. missam tamen pro more suo celebrare non destitit, quousque inter [a] *multas apparitiones non Eudæmonum* (vt ipse fatetur) sed Cacodæmonum, quibus diu multumque vexatus est (horum autem vnus tam truculentus fuit, vt ad solum eius aspectum parum aberat quin in [b] syncopen incidisset, ad quam præueniendam minister eius necesse habuit, *oleum amigdalarum in aurem eius instillare,* & pānis calidis pedes eius perfricare, &c.) *accidit quodam* [c] *tempore noctu* (suis ipsius verbis

16. Lutherus tom. 2. German. Ienæ fol. 9. b. & tom. 2. Vvittemberg. anno 1562. fol. 244. b. lib. de abrogāda Missa priuata ait, *Quoties mihi palpitauit tremulum cor, & reprehendens obiecit eorum fortissimum & vnicum argumentum. Tu solus sapis? Totne errant vniuersi? tanta sæcu-*

lorum spatia ignorarunt? Quid si tu erres? & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter? Similia habentur tomo 5. Vvittemb. in Gal. c.. fol. 290 a. vers. finem: & alibi tom. 5. annotat. breuiss. parabola 3. de grano sinapi ita contra se obiicit, *Nunquid tu solus & nihili homo tam grandia tentas? Quid si tu vnus pecces? Si tot, tanti, & omnes errare permittit Deus, quid si & te vnum permittat errare? Huc pertinent illa argumenta, Ecclesia, Ecclesia, Patres, Patres, Concilia, consuetudo, multitudo, magnitudo hominum sapiẽtium, Quem non obruunt montes isti argumentorũ & nubes, immo maria exemplorum?* Similia vide in colloq. mensalibus fol. 273. vbi fol. 158. b. sæpe optat se nunquam turbas istas concitasse. Immo in præfat. in to. Germ. Ienæ pe scripta sua combusta, & æterna obliuione sepulta optat. Qua de re vide sup. tract. 2. c. 3. sect. 9. sub. 2. in marg. ad* ante y. Et Theol. comitatus Palatini in admonit. de lib. concordiæ an. 1581. p. 207. sic inquiunt, *Constat Lutherum optasse, vt omnes sui libri sint aboliti, superstitibus vel solis locis communibus Philippi.*

17. Vide Hospin. in histor. Sacrament. parte altera fol. 5. a.

A. Manlius Lutheri discipulus id testatur in locis communibus pag. 42. fine: & vide tabulam alphabeticam ibidem, vbi hæc verba habentur, *Luthero sæpius spectra apparuerunt.* Et ipse Lutherus Teuton. ad Senator. ciuit. Ger. de aliis Sectariis, nempe Swemfeldianis & Anabaptistis loquens, qui de Spirituum apparitionib. gloriabãtur satis gloriose de se inquit, *Ego quoq; fui in Spiritu: atq; etiã vidi Spiritus, si omnino de proprijs gloriãdum est, forte plusquam ipsi intra annum videbunt.*

¶ Lutherus in locis communibus classe 4. prope finem, *Nullas apparitiones Angelorum habeo* & ibid. pag. 40. ait, *Pactum feci cum Domino Deo meo ne vel visiones vel somnia, vel etiam Angelos mihi mittat.* & vide ibid. post med.

B. Manlius in locis communibus pag. 42. fine & initio ait, *Cum Coburgi subsisteret Doctor Martinus Lutherus &c. Accidit vt semper post apparitiones nocturnarum facium, ipse graui capitis morbo agitaretur. Accidit autem vt cum præcedente nocte tres eiusmodi volantes faces vidisset, fere incidisset in Syncopen, præsentiens autem morbum ministrum vocabat, is amigdalarum oleum instillabat in aurem &c.*

C. Luther. tom. 7. Vvittenberg. anno 1588. in libro de Missa priuata & vnctione Sacerdotum fol. 443. & tom. 6. Germ. Ien. fol. 28. In libro de Missa angulari. Hæc Luth. verba agnoscit tract. contra defensionem censuræ pag. 234. 235. 236. Item Luth. tom. 7. Vvittenberg. fol. 228. a. fine.

vtor) *Vt cum eo subito expergefacto hanc Satan disputationem iniret,* dicens, *Ausculta perdocte Doctor Luthere, Missam priuatam quindecim iam annos celebrasti &c.* Ita diabolus argumentis quibusdam captiosis, ab ipso Luthero ibidem fusè recitatis (vtcunque Protestantes eius rei pudeat, eamque labem, sed [d] frustra eluere conentur) * primus ei auctor fuerit Missam abolendi. Similes vero apparitiones, 1. Zuinglio, 2.

D. Quod frustra id faciant infra apparet in conclusione

Carola-

ad Iudices sectione tertia 457.

1. Constat ex verbis Zuinglij, quæ habentur tomo secundo in libro de Subsidio Eucharistico, folio 249. a. Et recitantur à Fulcene contra defensionem censuræ pag. 249. 250. Quod cum Zuinglius totis viribus Missam impugnasset Tiguri, aduersus scribam quendam, qui Zuinglio se opposuerat, coactus est Zuinglius exempla minime parabolica producere, *Omnia igitur recolere cœpimus* (inquit) *nec tamen alia exempla occurrerunt, &c. Cum vero tredecima Aprilis lux appeteret (vera narro, adeoque vera, vt celare volentem conscientia cogat effundere, quod Dominus impertijt, non ignorans, quantis me contumeliis risibusque exponam:) cum inquam, tredecima Aprilis lux appeteret, visus sum mihi in somno multo cum tædio denuo contendere cum aduersario scriba, sicque obmutuisse, vt quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non possem, qui me angor, vt solent nonnunquam somnia fallaci ludere nocte (nihil enim altius quam somnium narramus, quod ad nos attinet: tametsi leue non sit, quod per somnium didicimus, gratia Deo, in cuius solius gloriam ista prodimus) vehementer turbare videbatur. Ibi ἀπὸ μηχανῆς, visus est monitor adesse* (Ater fuerit an albus, nihil memini, somnium enim narro) *qui diceret: Quin ignaue respondes ei, quod Exodi 12. scribitur, est enim phase, hoc est transitus Domini. Protinus vt hoc phasma visum est, simul expergesio, & è lecto exilio, locum apud septuaginta vndique primum circumspicio, ac de eo coram tota concione pro virili dissero: qui sermo vbi acceptus est, quemadmodum paulo post dicemus, omnibus sacrarum literarum candidatis, qui adhuc nonnihil propter parabolæ obstaculum hærebant, omnem nebulam discussit, &c.* Itaque Zuinglius ad Missam impugnandum à nocturno quodam monitore in somnio instructus est, *qui ater fuerit an albus haud satis meminit.* Hoc vero somnium licet ipse magni fecerit, *Non leue est* (inquit ille) *quod per somnum illud didicimus gratia Deo, &c.* Et Hospinianus in historia Sacram. parte altera fol. 26. ante medium, eam *reuelationem diuinam* nuncupat: Alij tamen Protestantes tanquam meram illusionem derident, nempe Iacobus Andreas in confut. disput. Ioannis, Iacobi Grinæi pag. 120. 254. 304. & Schlusselburg. in Theolog. Caluinistarum libro 1. in prœmio fol. 3. a. b. Et Gerardus Giesexenius de veritate corporis Christi in sancta Cœna pag. 64. Benedictus Morgenstern in tract. de Ecclesia pag. 68. & Iacobus Helbrunerus in Swencfeldio-Caluinismo, & cæt. in præfatione ante medium.

2. In libro cui titulus, *Coniuratio ob disciplinam prætensam*, pag. 83. initio hæc habentur, *Inter cæteros Corolastadius Concionator Euangelicus, &c. multum tribuit doctoribus angularibus, visionibus, & prætensis cum Deo colloquiis.* Vide Osiand. epit. cent. 16. pagina 86. Et Kemnitium in repet. de Eucharistia act. 31. & Sleidanum lib. 5. historiæ.

stadio, *3.* Oecolampadio factas ipsi Protestantes 4. referunt. Ioannes autem Regius primarius quidam author Protestans, cum nullam Luthero excusationem relictam esse cerneret, factum defendit, & † Dæmonium

3. Lutherus vbi supra sic inquit, *Plane persuasus sum Empserum & Oecolampadi, &c. his ictibus horribili-*

bus subito extinctos fuisse.

4. Foxius in Apocal.pag.364. & 365. & in Act. & mon. anno 1596. pag.90.b. circa medium. De hac re vide plura supra tract.2.cap.1. sect.6.in margine ad lit. y.vbi refert apparitionem plane similem ei,quam habuit Zuinglius sibi factam, qua & edoctus est per quadraginta duos menses de quibus in Apoc.agit sanctus Ioannes, intelligi 294. annos, quibus primitiua Ecclesia persecutionem passa est, quæ tamen interpretatio à recentioribus reiicitur,qui per menses illos intelligi volunt annos 1260. proxime ante Lutherum elapsos. Sic Napperus in Apoc.proposit.15.pag.22.23.24. Brocardus in Apoc. fol.110.a.& Giffordus in Apoc.pag.890.post med.

* Quod Diabolus Luthero Missæ abrogandæ primus auctor fuerit, agnoscit eruditus ille Protestans Hospinianus infra citatus in peroratione ad Iudices sect.10.in marg.ad p. Hic autem tantũ Luthero tribuit, vt in hist. Sacram. parte 1.in Prologom.fol.2. a. paulo post med.sic scribat, *Nihil ex amore de Zuinglio, & Caluino,nihil ex odio de Luthero falsi aut ficti in medium afferam. Hos enim tres viros noſco à Deo ornatos fuisse, multis excellentibus donis & virtutibus,ingenio, luce doctrinæ cœlestis,&c.zelo gloriæ Dei, &c.*

† Ioannes Regius in libro Apologet. pro Ecclesia Augustanæ confessionis, &c. pag.123. circa medium. Bellarmino hoc Luth. cum diabolo colloquium obiicienti ita respondet, *Quid hoc est ad ministerium seu doctrinã verbi diuini per Lutherum restauratum euertendum, aut ad Missæ etiam veritatem stabiliendam? Et vnde constat tibi malum ipsum fuisse Spiritum qui hoc dixerit? Et posito licet malus fuisset, non sequitur tamen eum mentitum fuisse, quia & vera interdum Diaboli loquuntur.*

illud Lutheri, quod ipse Lutherus Satanam vocat, *vel non fuisse Spiritum nequam* contendit, *vel si fuerit in eo tamen mentitum non fuisse, dum Luthero Missam dissuaderet.* Vide quæso à quo isti boni viri, potius quam ab Ecclesia Catholica Religionis dogmata accipere satius ac tutius æstimant.

III.

Cum igitur constet Lutherum primo Catholicũ fuisse, nec illius vel alterius cuiuspiam exemplo ostendere possint aduersarij, quod protestantum Ecclesia errores pullulantes impugnauerit, Doctores eorum verbum Dei prædicauerint, aut denique Pastores eorum Sacramenta dispensauerint, vel viginti illis

ante Lutherum proxime elapsis annis, aliò eos confugere necesse est. Nec satisfaciunt dicendo, sæuas persecutiones illius temporis impediuisse, quo minus hæc fierent. Tum quia nulla vis humana decretum illud diuinum de perpetua verbi & Sacramentorum in Ecclesia administratione euacuare, vel impedire potest, vt ipsimet fatentur: tum etiam quia Ecclesia ¶ persecutionibus magis illustratur, id quod vel ex diris illis longe lateque grassantibus primitiuæ Ecclesiæ persecutionibus patet, quarum plurima adhuc exempla post tot sæculorum decursum scriptis prodita † manent. Dicant ergo si possint, Protestantes, quinam illi fuerint Sectæ suæ homines, qui viginti proximis ante Lutherum annis persecutionem passi sunt? Si respondeant ob persecutionis metum eos non ausos fuisse fidem profiteri, & ideo incognitos latuisse: Nos contra vrgemus, absque fidei ʃ confessione, vt ipsimet fatentur, veram Ecclesiam consistere non posse. Neque vero persecutionis metus impediri potuit quo minus tunc saltem se manifestarent, & Luthero §. dexteras societatis darent, & cum illo Euangelium conferrent, quando iam gentes aliquot, & Domini temporales doctrinæ

¶ Vide supra tractatu secundo capite secundo sectione octaua ad o.p.

† Supra tractatu secundo capite secundo sectione 8.ad q. & r. tam in textu quam marg.

ʃ *Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem*, Rom.10.10. *Et quicunque negauerit me corã hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est*, Matth.10.33.& Luc. 9.26. Vide supra tract.2.cap.2.sect.11.subd.1.initio ad i.l.p.q.r. Consonat Fieldus de Ecclesia lib. 3. pag. 19. *Cum Ecclesia sit congregatio saluandorum, saluari autem nemo queat absque fidei confessione, quæ omnibus ad salutem necessaria est, (fides enim solo corde concepta & recondita non sufficit) debent igitur membra vera Ecclesiæ sic se manifestare, vt tam fide, quam moribus ab aliis distingui possint.*

§. Galat. 2. 9.

ctrinæ Lutheri patrocinium in se suscepissent.

Denique si dicant aduersarij, Pastores & Doctores sectæ suæ olim quidem visibiles fuisse, ac celebres, sed iniuria temporum memoriam eorum extinctam esse, nolo ea hic repetere quæ supra hac de re iam * dicta sunt: Sed esto quod omnes authores Catholici Lutheranos priorum temporum tacuissent, quod tamen non ita sit verisimile, quandoquidem cæteros plerosque eiusdem farinæ Sectarios posteris tradiderunt: nimirum Anabaptistas, Suencfeldianos, &c. Cur quæso Zuinglius, Lutherus, & alij Protestantes suos consortes non nominent, ac numerent? Certe Ioannes Regius ingenuè fatetur id quod res est, ¶ *Ecclesiam scilicet tunc temporis inuisibilem fuisse, nec monstrari potuisse, &c.* Iuellus nostras apertè pronuntiat, c *Veritatem tunc temporis incognitam fuisse & inauditam, cum Martinus Lutherus, & Huldericus Zuinglius ad notitiam & Euangelij prædicationem accederent.* His accedit Perkinsius, * *Nos dicimus ante tempora Lutheri per multa sæcula generalem quandam apostasiam orbis terrarum faciem cooperuisse, nec Ecclesiam nostram*

* Supra tractatu secundo capite secundo; sectione nona per totam.

¶ Ioannes Regius libro Apologetico, &c. pagina 176. *Negas Lutherum suæ fidei cœtum inuenisse, &c. Dico fuisse ante Lutherum veræ religionis, & qui cum Luthero per omnia consentiret cœtum Ecclesiasticum.* Interroganti vero vbinam cœtus ille tunc esset, respondet, *fuisse quidem sed à Pontificijs non fuit agnitus, nec propter tyrannidem pontificiam visibiliter fortaßis ostendi potuit: Ideoque quando vrgent Iesuitæ, vt Lutherus veræ Religionis asseclam Ecclesiam ostendat, &c. volunt vt Lutherus oppositum in adiecto demonstret, & inuisibile visibile probet, & cætera. Interim tamen absurdum est ita argumentari, Hæc res ab aliis non agnoscitur, nec potest etiam videri aut demonstrari, ideoque non est in rerum natura, & cætera.* Vide supra tractatu secundo capite secundo, sectione 11. subd. 1. ad † ante t. Et Cælius Secundus Curio libro de amplitudine regn-

Dei pag.212. post medium ait, *Factum est vt per multos iam annos Ecclesia latuerit, ciuesque huius Regni vix ab aliis ac ne vix quidem agnosci potuerint.*

E. Iuellus in Apologia Ecclesiæ Angl. parte 4. cap. 4. diuis. 2. & in defensione Apolog. anno 1571. pag. 426. prope finem.

* Parkinsus in expositione symboli pag. 400. & in Catholico reformato pag. 329. & Caluin. in epist. ep. 141. pag. 273. *Absurdum est postquam discessionem à toto mundo facere coacti sumus, inter ipsa principia alios ab aliis dissilire:* & Daniel Camierus in epist. Iesuit. parte 2. excusa Geneuæ anno 1601. pag. 49. ait: *Arianorum venenum non portiunculam quandam sed pene totum orbem contaminauerat &c. In ea nos tempora deuenimus, quæ etiam excedant Ariani furoris confusionem, non portiunculam vnam aut alteram error occupauit, sed totum corpus Apostasia auertit à Christo.*

nostram tunc mundo conspicuam fuisse. Et ipse Lutherus † *se solum fuisse gloriatur.* Vnde & Bucerus *Lutherum* f *primum purioris Euangelij Apostolum nuncupat, cuius vocatio* (inquiunt alij) *talis fuit, vt cum nusquam Protestans aliquis Pastor extaret,* * *immediate à Deo & extra ordinem vocaretur*, tunc inquam, *cum ordinaria vocatio nullibi* ¶ *extaret.*

Immò Lutherani aliqui, g *impudentiæ notarunt eos, qui scripserunt, quod docti plerique in Germania ante Lutherum doctrinam Euangelicam tenuerunt:* Addit alter. h *Si Lutherus antecessores in officio habuisset orthodoxos, reformatione Lutherana nihil opus fuisset.* i *Dicimus igitur* (inquit idem) *Lutherum diuinitus & extra ordinem missum. Consonat* alter ille Lutheranus, qui ait. k *Ridiculum est existimare*

† Lutherus in locis communibus classe 4. pag. 51. *Hoc donum diuinitus datum habebam, quod tantam causam in me vnum recipiebam, & mihi vni sustinendam auxilio diuino iudicabam, nec putabam fiducia aliorum quippiam, &c.* Et Lutherus Tom. 1. Vvittemb. in Præfat. paulo post initium ait *Solus primus eram* & Tomo 2. Vvittemberg. fol. 63. a. circa med. addit, *solus tum voluebam hoc saxum.*

F. Bucerus in epist. anno 36. ad Episcopum Hereford. & vide Conradum Schlusselburg. in Theolog. Caluinist. lib. 2. fol. 17. a. initio & Buceri scripta Anglicana pag. 675.

* Vide supra Tractatu secundo capite secundo sectione 10. subdiuisione decimaquinta fine ad q. r.

¶ Beza in epist. Theol. epist. 5. Alemanno paulo post initium pag. 49. vbi Alemannum sic alloquitur. *Ordinariam certe vocationem prætexere non potes, Quis enim te elegit? ergo de extraordinaria videamus. Huic vero tum demum locum esse dicimus, cum vel nulla vel pene nulla est ordinaria vocatio, sicut nostris temporibus accidit in Pa-*

patu, cum expectari ordinaria vocatio quæ nusquam erat, nec debuit, nec ponit.

G. Conradus Schlusselbug. in Theolog. Caluinist. lib. 2. fol. 131. b.

H. Georgius Milius in Augustanæ confess. explicat, art. 7. pag. 137.

I. Georgius Milius ibid. pag. 138.

K. Benedictus Morgestern. Tract. de Ecclesia pag. 145. Vnde & Ioachimus Camerarius de fratrum Orthodoxorum Ecclesijs pag. 264. ante med. ita scribit, *Vviccleffus à Vvaldensibus, Hussus à Vvicclesso adiutus est: pagina autem 161.* ante med. addit, *Lutherus nec ab Husso nec Vviccleffo doctrinam suam accepit, sed fuit αὐτοδίδακτος id est (vt ipsemet in scriptis suis de se testatur) è sacra scriptura doctrinam suam eruit.*

stimare quod vllus ante Lutherum doctrinæ veritatem assecutus sit, aut quod Lutherus ab alijs non alij ab ipso illam acceperint: Cum orbis Christianus vniuersus nouerit, quod ante Lutherum Ecclesiæ omnes tenebris plusquam cimmeriis obrutæ essent, & quod Lutherus plane diuinitus missus sit, ad easdem dispellendas & veram doctrinæ lucem restaurandam.

Hinc illa Lutheri aduersus Zuinglium exultatio † *Christum à nobis primo vulgatum audemus gloriari.* Aduersarij igitur plane confitentur, verbi & sacramentorum in Ecclesia administrationem sæculo illo Lutherum proxime præcedenti prorsus defuisse. Adde quod dogma illud Protestanticum *iustificari hominem per solam fidem, quod ipsi tanquam.* [l] *Ecclesiæ suæ animam habent,* [m] *solum primum salutis fontem, omnium denique articulorum* [n] *primum & summum*, sæculo ante Lutherum tam fuit incognitum, vt contrarium potius nempe. *iustificari hominum ex operibus (quod Protestantes* [o] *cor, vitam & animam Papismi nuncupat)* non modo [p] à Vvaldensibus, Vvicclesso & Husso, sed ab aliis etiam omnibus etiam tempore Lutheri vicinis creditum fuerit, & prædicatum. Quare & Foxius de illa ætate

† Lutherus in epist. ad Argent. anno 1525.

L. Charcus in colloquio Turris Londinensis die 4. arg. d. 4.
M Foxius act. & monument. pag. 402. circa med.
N. Confessio Bohæmiæ in Harmonia Confess. pag. 253. ante med.
O. Penry lib. cui Titulus So-

nus suis depictus coloribus pag.29.30.

P. Vide supra de Vvaldensibus Tract.2.cap.2.sect.3.subdiu.3.ad lit.1.l. & de Vvicclesfo Tractatu secundo capite secundo sect.4. ad f. & de Husso Tract.2. cap.2.sect.5.ad g.

ætate loquens, & viros doctos qui tum floruerunt recensens, Luthero tribuit, quod is fuerit,q qui *fundamentum* (fidei scilicet Catholicæ) *destruxit, & diruit, idque aperiendo venam quandam diu absconditam, nempe gratuitam nostram per solam in Christum fidem iustificationem.* Fatetur igitur Foxius, hunc primarium Protestantiũ fidei articulum, proximo ante Lutherum sæculo plane incognitum & inauditum fuisse.

Atq; his quidem paucis ostendimus, quod cum certũ sit, & è sacra scriptura liquido colligatur, verbi & sacramentorum administrationem, in vera Ecclesia perpetuo mansuram esse, viginti illis ante Lutherum annis, nec illa, nedum ipsa protestantium Ecclesia vsquã apparuerunt. Nostri igitur sæculi nouatoribus, ea plane conueniunt, quæ * antiqui Patres suorum temporum hæreticis, immo ipse Lutherus ¶ Sacramentariis merito obiicere solet. Et

Q. Act.& mon. pag.402.a.circa med.& Theologi confessionis Augustanæ apud Lucam Osiandrum in Epit.Cent.16. pag.157. paulo ante med. vbi sic scribunt. *Cum igitur doctrina de fide quæ oportet in Ecclesia præcipuam esse, tam diu iacuerit, ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, &c.* Et Antonius Vvottonus in lib. cui titulus *Examen Tituli Cleri Romani, &c. Lutherus vere gloriari poterat, se primum fuisse qui illa ætate Christum prædicaret, præsertim quoad illud primum Euangelij dogma de iustificatione & solam in Christum fidem. Ergo summo honori Luthero fuit, filium fuisse sine Patre, sine magistro discipulum.*

* Tertullianus lib.de præscriptionibus: *Qui estis vos? Vnde & quando venistis? Vbi tandem latuistis.* Et S. Augustinus lib.3. de Bap.contra Donatistas cap.2. *Vnde ergo Donatus apparuit? De qua terra germinauit? Ex quo Mari emersit? de quo cælo cecidit?* Idem de vtilitate credendi cap.14. sic Manichæos alloquitur: *Vos autem & tam pauci & tam turbulenti & tam noui, nemini dubium est, quoniam nihil dignum authoritate profertis.* Et Optatus lib.2. contra Parmenianum, *Vestræ Cathedræ originem ostendite qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vendicare.* Et Hilarius libro 6. de Trinit. ante medum, *Tarde mihi hos piissimos doctores ætas nunc huius sæculi pro-*

tulit, &c. Athan.lib.de Decretis Nicæni Synodi contra Euseb. *Ecce nos quidem ex Patribus ad Patres per manus traditam fuisse hanc sententiam demonstrauimus, vos autem ô noui Iudæi & Caiphæ filij, quos tandem nominum vestrorum ostendere potestis progenitores.* Et Nazianz. epist. 2. ad Chelid. *Absconditam post Christum sapientiam nobis annuntiant, rem lachrimis dignam. Si enim triginta his annis fides originem habuit, cum quadringenti (nos mille sexcenti dicere possumus) fere anni ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam conspectus est, inane fuit tanto tempore Euangelium, inanis etiam fides nostra, & Martyres quidem frustra Martyrium subierunt, Frustra etiam tales tantique Antistites populo præfuerunt. Et S. Hieronimus epist.* ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis. *Cur post quadringentos (mille quingentos) annos docere nos niteris, quod antea nesciuimus? vsque in hanc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit.* Idem Dial. contra Luciferan. in fine. *Ex hoc ipso quod posterius instituti sunt, eos se esse indicant, quos Apostolus futuros prænunciauit.* Plura similia ex Tertull. & Vincentio Lirinense, vide supra Tract.2.cap.2. sectione decima initio in margine ad figuram 3. & infra sectione duodecima fine in margine ad 13.

§ Luther. in locis communibus Classe 5. cap.15. pag. 50. ante med. de Sacramentariis sic ait, *Sine nobis & ante nos nihil erant, ne hiscere quidem audebant, nunc nostra victoria inflati, in nos vertunt impetum.*

ALIO MODO ECCLESIAM PROTEstantium per aliquot sæcula nusquam extitisse ostenditur.

SECTIO DVODECIMA.

ET hæc quidem hactenus de ratione illa dicta sint, qua probatur Protestantes ne per multa quidem sæcula verbum aut sacramenta administrasse, ex eo quod hi qui nunc se Protestantes vocari volunt, plane diuersa immo contraria fidei dogmata teneant, ab illis quos tanquam Relligionis suæ consortes allegant, nempe Vvaldone, Vvicclesso, Husso, Luthero, & cæteris omnibus

omnibus quos perperam (vt ſupra de ſingulis 2. probauimus) pro Anteſignanis Religionis ſuæ vendicant. Alio nunc medio non minus firmo & manifeſto, obiter tamen & quaſi per tranſennam (licet operæ prætium eſſet rem hanc acuratius tractare) idem maieſtati veſtræ ſuggeremus, & omni qua decet ſubmiſſione maturius perpendendum offeremus. Iam ſupra oſtendimus, quod licet concedamus Vvaldonem aliquando Proteſtantem fuiſſe, prius tamen notus & publicus fidei Catholicę profeſſor fuerit. Idem de Berengario, Vviccleffo, Huſſo, Luthero, &c. demonſtrauimus. Horum ergo Diſcipuli nempe Berengariani, Vvaldenſes, Vvicclefiſtæ, Huſſitæ, Lutherani, &cæt. repetendo à prima ſua Origine, ideſt ab Archimagiſtris ſuis, Catholici fuerunt. Idem, de Arianis, Donatiſtis, Neſtorianis,&c. dicendum : qui ab Ario,Donato, Neſtorio,deſcenderunt. Hi enim omnes vna cum Berengario,Vvaldone, Vviccleffo, Huſſo, Luthero, nota fuere Eccleſiæ Catholicæ membra antequam 3. *à nobis exirent.*

2. De Vvaldone hoc probatur tract.2. cap.2. ſect. 3. De Vviccleffo ſect.4. De Huſſo ſect.5. De Luthero ſect. 10. & de aliis ſect.7.

3. 1.Ioan.2.19

Hac autem nota ceu ſtigmate quodam non modo 4. ſacræ literæ & 5. Patres antiqui, ſed 6. Ipſi etiam Proteſtantes ſectarios dignoſcendos eſſe recte ſtatuerunt,

Cum

4. 1. Ioannis 2.19. *Exierunt à nobis & Actis* 15. 24. *Quidam qui à nobis exierunt.* Non de aliis quam de hæreticis hoc dictum eſt, de quibus & Spiritusſanctus, Act.20.30. prædixit, *Ex vobis ipſis exurgent homines loquentes peruerſa.* Hos etiam notat S. Iud. verſ. 19. *Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos.* A quibus etiam cauendum nobis eſſe

præmonuit saluator, dicens, *Si ergo vobis dicant, ecce in deserto est, nolite exire* Math. 24.26. Vide Sanctum Augustinum supracitatum Tract.2. cap.2. sect.1. fine in margine ad figuram 2.

5. Optatus lib. 1. contra Donatistas. *Videndum est quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis Cathedram sederit alteram, quæ ante non fuerat, &c.* Et S. August. tom.8. in psalm.106. *Quid est ergo seduxit eos? dimisit eos in inuio & non in via? Quomodo enim in via homines qui partem tenent totum relinquunt? Quomodo in via? Quæ est ergo hæc via, aut vbi agnoscitur via? Deus* (inquit) *misereatur nostri, &c. vt agnoscamus in terra viam tuam. In qua terra? In omnibus Gentibus salutare tuum: Vtique tales vt minuantur, vt pauci fiant, hinc exeunt, à multitudine vnitatis omnes exierunt sicut paulo ante commemoraui dictum de illis ex nobis exierunt, &c.* Et August. tract. 3. in epist. Ioannis. *Omnes hæretici omnes scismatici ex nobis exierunt, id est ex Ecclesia exeunt.* Et Idem in psalm. 30. Concione 2. *Obscurius dixerunt Prophetæ de Christo, quam de Ecclesia, puto propterea, quia videbant in spiritu contra Ecclesiam homines facturos esse particulas, & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos. Ideo illud vnde maiores lites futuræ erant, planius prædictum & Prophetatum est, vt ad iudicium illis valeat, qui viderunt & foras fugerunt, & cætera.*

6. Vide Allisonum in confutatione Brovvnismi pag.1. initio & supra tract.2. cap.2. sect.6. initio ad t.

7. Vide Bilsonum supra Tract.2.cap. 2. sect. 6. ad z.a.

* *Quis vnquã hæreses instituit nisi qui se prius ab Ecclesiæ Catholicæ vniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit? quod ita esse luce clarius exempla demonstrant.* Vincent. Lirin. cap. 34.

¶ 2. Petri 1.20.

8. Vide supra trac.2.c 1. initio in marg. ad p.q.

Cum enim vera fides quauis hæresi antiquior sit (hæc enim alicuius partis illius mera negatio est) cumque tota summa Religionis Christianæ per Apostolos propagata & per successores deinde suos 7. conseruata fuerit, non fuit vnquam aut esse potuit* Hæreticus aliquis, qui non posteriori quadam innouatione, dum aliquod fidei dogma negaret, à Catholicæ Ecclesiæ visibili societate sese segregatet. Non satis igitur erit aduersariis principium petere vti solent, dum pertinaciter asserunt in genere, sub *solius sacræ scripturæ* prætextu, ¶ *propria eorum interpretatione expositæ*, (qui modus interpretandi toties à 8. Spiritu sancto & Patribus antiquis explosus est & prohibitus) nos à veritate desciuisse, nisi simul ostendant, à quo Christianorũ cætu anti-

quiori recesserimus, vt recentiori alicui nos iungeremus, sicut olim suo quisque tempore Vvaldo, Vvicclessus, Hussus, Lutherus, Caluinus, &c. fecerunt. Hoc autem de Ecclesia nostra aduersarij quantumlibet eruditi § ostendere nunquam potuerunt. Et hæc quidem ratio valde † obseruanda & diligenter cogitanda est. Sed & illud identidem recolendū, quod cum & per se manifestum sit & è sacra scriptura liquidò constet, 9. veram Ecclesiam perpetuo mansuram, nec verbi aut Sacramentorum 10. administratione vnquam cariturã: tamen ab anno Domini 700. numerando ad alios vsque 700. completos (neque enim ad breue aliquod tempus aduersarios restringemus, primitiuam autem Ecclesiam vel in dubium vocare plane indignum iudicamus, cũ præsertim illam ab aduersariorum 11. testimoniis iam supra vindicauerimus) ne * vnum quidem mortalem in vlla vspiam gente nominare possunt, quem primitus Protestantem fuisse constet. Vvaldo enim, Vvicclessus, Hussus, Lutherus, Caluinus, &cæt. à quibus Vvaldenses, Vvicclessistæ, Hussitæ, Lutherani, Caluinistæ, &c. dato, sed non concesso, quod aliquando Protestantes fuerint, omnes procul dubio primitus Catholici fuerunt. Idem de Ariano, Nouato, Nestorio, dicendum. Euoluant igitur aduersarij quam diligentissime poterint, omnia authorum suorum quam accuratissime elaborata volumina, verbi gratia immensam illam Ioannis Foxij farraginem,

§ Quę contra nos hac in parte obiiciunt aduersarij, refelluntur tract. 1. sect. 7. & ibid. sect. 8. nostra hac in re innocentia ostenditur. Adeo vt cum in supplicatione maiestati vestræ nuper exhibitæ, hoc ipsum vrgeretur, Povvellus in animaduersione illius supplicationis pag. 37. & 38. dum huius mentionem facit, nullum exemplum affert, sed principium petit, dicens. *Factio Papistica à doctrina in scriptis Apostolicis comprahensa manifestò apostatauit.* Sutcliffus autem in respons. ad eandem Petitionem fol. 2. rem ipsam confitetur his verbis. *Neque ad rem pertinet, quod*

Romanistæ à cætu aliquo priori Christianorum nunquam exierint. Vnde & Bunnius infra tract.2.sect.14.ad b.c. *Nobis aliquam dissessionem minime imputandam esse plane profitetur.*

† Et reuera quæ vnquam hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Vincent. Lirin. contra hær.cap.34.

9. Vide infra tract.2.cap.2.sect.14.in marg. ad r.

10. Supra tract.2.cap.2.sect.1.ad t.u.x.y.z.b.c.

11. Quod Catholica dogmata quæ nunc Catholici tenent in primitiua Ecclesia recepta fuerint, Vide supra tract.2.cap.1.sect.3.per totam & infra tract.2.cap.3.sect.10.subdiu.2.ad y.z.*.1.b.c.&c.& tract.1.sect.2.& 3.

* Esto Vvaldenses, Vvicclefistæ, & Lutherani, Protestantes essent (quod tamen secus esse iam supra probauimus) horum saltem magistri primo Catholici fuerunt, nec vel vnum aliquem primitus Protestantem pro toto illo tempore proferre aduersarij possunt. Quod si ad eos confugiant, quos etiam ipsimet pro hæreticis habent, an non proprio iudicio condemnantur?

quam inscripsit acta & monumenta, Illirici Catalogum testium veritatis, Symonis de Voyon Catologum doctorum Ecclesiæ Dei, Centuriatores Magdeburg.& quotquot alios id generis libuerit, ne vnum quidem exemplũ inuenient, quo contrarium eius quod hic asserimus, ostendant. Restat igitur vt Ecclesia eorum nulla, nostra autem Catholica Romana sola vera Christi Ecclesia habenda sit: vel (vt illa saluatoris parabola vtar) nostra Religio, 12. *illud bonum semen sit,* quod Christus Dominus *bonus ille agricola in* Ecclesiæ *suo agro seminauit,* Contraria vero Lutheri, Caluini, &c. dogmata, sint. 13. *Zizania illa quæ inimicus homo superseminauit & abijt.*

12 Math.13.14

13. Ibid. vers. 25.& consonat S. Hier. contra Luciferian. dũ ait, *Ex hoc ipso quod posterius constituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænuntiauit.* Hinc & illa Tertulliani cum Nouatoribus expostulatio. *Qui estis? Quando & vnde venistis? Quid in meo non mei? Quo denique (Marcion) iure siluam meam cædis? Qua licentia (Valentine) fontes meos transuertis, &c. mea est possessio, olim possideo, prior possideo, &c.* De Præscriptionibus 37. & in lib. contra Praxeam ait, *Illud verum, quod primum, illud falsum, quod posterius.*

Ad

VLTIMVM PROTESTANTIVM REFVGIVM plane ænigmaticum, quo dicunt Ecclesiam sub Papatu latuisse, Papatum tamen non fuisse Ecclesiam, examinatur, & refellitur, & hoc dato, Ecclesiam eorum nihilominus verbi & Sacramentorum administratione caruisse ostenditur.

SECTIO DECIMA-TERTIA.

AD vltimum tandem aduersariorum effugium peruenimus. Cum enim ex præmissis constet, quod verbi & Sacramentorũ administratio ad veram Ecclesiá, 2. constituendam tá necessario requirantur, 3. vt sine illa, Ecclesia ipso facto nulla sit: Cumque hæc, 4. multis ante Lutherum sæculis in nulla alia quam in Catholica nostra Ecclesia viguisse (neque enim exempla illa Vvaldensium, Vviccleffi, Hussi, &c. quæ afferri solent, ob rationes prædictas quicquid valent) ostensum sit, eo tandem rediguntur aduersarij nostri, etiam acutiores, vt hoc quasi ænigmate ac verborum scrupo, incautos & imperitos detineant ac deludát: nimirũ quod sæculis illis prædictis, a Eccle-

2. Supra tractatu 2. cap. 2. sect. 1. 11.

3. Vide mox infra ad y. z.

4. Hoc fatetur Parkinsus in Catholico reformato pag. 329. circa med. & in exposit. Symboli pag. 40. *Ante Lutheri ætatem* (inquit) *Ecclesia latuit & inuisibilis mansit per generalem quandam apostasiam idque per multa sæcula,* nimirum vt ipse in expositione Symboli putat, 900. *annis, vel* (*vt alij volunt*) *multo longiori tempore:* de quo vide tract. 2. cap. 1. sect. 4. ad n. q. r. s. t. u. z. & in tractatu 2. capite 2. sectione 7. ad l. m. n. & eadem sect. 7. prope finem ad 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

A. Vvhitakerus de Ecclesia pag. 165. initio, *Ait Stapletonius Caluinum, & nos dicere Ecclesiam veram fuisse in Papatu sed Papatum non fuisse Ecclesiam id quidem nos*

dicimus &c.& Amandus Polanus in partit. Theolog.lib.1.pag.352.post med.ait, *Porro hæc Ecclesia Antichristi, est, in vera Christi Ecclesia, sed non est vera Christi Ecclesia &c.*& Bucanus in locis communibus loco 41. dubium proponit, *Quomodo Ecclesia olim tot sæculis fuit in Papatu cū Papatus non sit Ecclesia*: Et Beza in ep. Theol.ep. 1.p.15.ait, *Voluit Deus in Papatu seruare Ecclesiā etsi Papatus non est Ecclesia.* Vide eundem ib.ep.10.pag.98.circa med.& Piscator in volum. thesium Theolog.lib.23. pag.362.initio ait, *Agnoscimus in Papatu ante hoc fuisse, atque etiam nunc ex parte esse Ecclesiam, in qua Deus præcipuos etiam fidei articulos saluos conseruauit, etsi Papatum Ecclesiam esse pernegemus.* Idem Paradoxum habet Parkinsus in Catholico reformato pag.328.& 329. Et Lucas Osiander in epit. centur. 16. parte altera pag.1072. post med. Caluinus in lib. epist.ep. 104. versus finem, & pag. 222. circa & post medium: & Ioannes Regius in lib. Apologet.pag.95.fine ait, *In Papatu fuit vera Ecclesia.*

Ecclesia in Papatu fuit, sed Papatus non fuit Ecclesia. Atque hoc tandem illud est, b quo silentium imponi Papistis Parkinsus sic gloriatur, *Quærentibus* (inquit) *à nobis vbinam Ecclesia nostra esset quadraginta ante Lutherum annis: Respondetur* c *nostram quidem iam inde ab Apostolorum tempore extitisse, idque in medio Papatu.* Hic obiter notandum est ex ipsorum aduersariorum attestatiōne ab ipsis Apostolorum temporibus durasse papatum.

B. Parkinsus in Catholico reformato pag. 329.

C. Idem ibidem.

Cum igitur aduersarij ad hoc Caci antrum, (vt ita loquar) confugiant, liceat nobis, spectante Majestate vestra, eosdem inde extrahere, & è latebris in lucem producere. Ista certe, qua nunc vtuntur verborum battologia, nihil aliud est, quam quidam quasi strepitus fugientium, obstupescentium titubatio, vel nescientium quo se recipiant circuitus. Rem certe in quæstione positam negare nequeunt, quam tamen concedere nolunt. Eiusmodi est & illa Caluini amphibologia, vel potius tergiuersatio, qua ait, d *Ecclesias illic neque plane inficia-*

D. Caluinus

in instit. impress. Argentorat. 1539. cap. 4. de fide pag. 148. ante med. Similia habet in instit. lib. 4. cap. 2. sect. 11. & 12.

ficiamur, esse neque simpliciter concedimus. Sed vt abstrusum horum verborum sensum aperiamus, *Ecclesia in Papatu latuit, Papatus tamen Ecclesia non fuit*, non eam certe vim habent, vt Ecclesia in ditionibus Catholicorum, seu (vt ipsi loquuntur) *Papistarum, vel inter Papistas*, absque vlla vel externæ religionis communione latuisse intelligatur. Sic enim rectius dicerent, Ecclesiam extra Papatum fuisse, seu iuxta Papatum, vel inter Papistas, nullo autem modo in Papatu, non magis quam quia Ecclesia hoc tẽpore in Turcarum regnis manet, in Turcismo remanere dici queat. Hunc igitur sensum in se quidem [e] improbabilem, & à nobis iam supra [f] confutatum, Parkinsus & Beza vltro [g] reijciunt, immo contrarium diserte asserunt. Nempe [h] *Veram Ecclesiam in Romana Ecclesia, sicut frumentum in palea, id est,* [i] *in medio ipsius Papatus latuisse: Vnde*, inquit Parkinsus, *recte dici potest*, [k] *Ecclesia Romana in Ecclesia Dei est, & Ecclesia Dei est in Ecclesia Romana*: Nec membra vnius alteri latuerunt, aut incognita fuerunt, seu in professione externa ab inuicem separata, *sed* [l] *quoad*

E. Cur hoc improbabile sit vide tract. 2. cap. 2. sect. 8. subd. 2.

F. Ibidem per totam.

G. Parkinsus in reformato catholico p. 328 post med. ait, *Hoc quod de Ecclesia Romana dico, de c[...] Turcarum vel aliorum infidelium dici non potest, quod scilicet Ecclesia Dei secreto inter eos conseruetur, quia nulla prorsus inter eos sunt media salutis: Ecclesia vero Romana habet scripturas sanctas, licet peregrina lingua inuolutas, & Baptismum, quibus quidem medijs Deus in omni tempore ad electos suos è Babylone conuocandos vsus est.* Et Vvhitgiftus in defensione respons. ad admonitionem pag. 624. Bezam in eundem sensum citat, sic scribentem, *Licet Papismus non sit Ecclesia, tamen Ecclesia in eo (vt ita dicam) abscondita est, & fuit, quod nullo modo de Turcis dici potest, qui nunquam Christo nomina[...] dederunt.* Vide Bezæ epist. Theolog. ep. 10. pag. 98.

H. Parkinsus in Catholico reformato pag. 328. initio.
I. Idem ibid. pag. 359. paulo ante med.
K. Idem ibid. pag. 331. fine.

L. Idem ibid. pag. 329.
M. Idem ibidem.
N. Osiand. epit. epist. dedic. & cent. 7. lib. 4. cap. 20. pag. 331. post med. & centur. 6. lib. 4. cap. 17. pag. 290.
O. Osiander in epist. dedic. cent. 8. pag. 1. post med.
P. Idem in epit. cent. 16. parte altera pagina 1076. sic ait, *Quod semper etiam sub Papatu aliqui pij homines fuerint, qui errores Pontificios idololatrica sacra*

l *quoad externam societatem simul mixta, & ita* m *assimilata frumento & paleæ in vno eodemque accumulatis aceruo.* Quam similitudinem Lucas Osiander (doctus quidem Protestans, sed Catholicorum tam acris aduersarius vt Ecclesiam nostram Catholicam nullo modo n agnoscere velit, veram esse Christi Ecclesiam) sic exponit. o *In diebus illis tenebrarum vera Ecclesia sub Papatu fuit. Quomodo vero hoc fieri potuit? Suberat Papatui* (inquit) p *nec semper ausa fuit Religionem suam palam profiteri,* q *sed communi consuetudine velut oestro abrepta, externos ritus & mores vsu communi receptos obseruauit,* r *Quam eius infirmitatem Deus non modo permittendo, verum etiam ignoscendo tolerauit.* Immo aliquid amplius addit, *Membra nimirum Ecclesiæ* s *Christi supradicta sub Papatu, vel* (quod apud illos idem est, t *in Papatu existentis, cum*

improbarunt, tametsi id non semper aperte profiteri audebant, nemo negat. Et ibid. pag. 1072. versus finem, *Nec audent suas sententias liberè profiteri nisi ardere aut ad minimum exulare velint.* Hinc & illud Nappeti in Apoc. pag. 161. col. 2. 3. *Fugit Ecclesia à communi cœtu hominum ad particularium quorundam piorum corda, vbi inuisibilis mãsit ad mille ducentos sexaginta annos, vsque ad Lutherum scilicet:* Quod ibidem 239. latius prosequitur, vt citatur supra tractatu 2. cap. 2. sect. 7. in margine ad figuram 2. proxime post a.

Q. Osiander in epit. centur. 8. in epist. dedicat. pag. 3. *Animum ad ista Pontificia idololatrica sacra non applicuerunt, tametsi externos ritus non prorsus negligerent, & communi consuetudine quasi rapido torrente abriperentur, vt eadem cum aliis facerent: multi metu tyrannidis Pontificiæ profiteri non audebant, quòd Pontificios cultus improbarent, quorum infirmitatem Deus tolerauit, & condonauit.*

R. Osiander vt supra.

S. Idem cent. 16. pag. 1037. *Ecclesia quæ sub Papatu fuit, eo tempore quo Lutherus natus est, fuit Ecclesia Christi, habuit enim ministerium Euangelij, sacrã Bibliã, Baptismum, cœnam,*

Cœnam Domini, licet aliquot abusibus, erroribus, & humanis traditionibus obruta & obscurata. Ideoque qui sub Papatu ad ministerium Ecclesiasticum fuerunt ordinati (vt Lutherus & multi alij Euangelici Doctores, reuera habuerunt legitimam vocationem ad prædicandum Euangelium Christi, & ad Sacramentorum administrationem, &c.

T. Ibidem pag. 1072.

cum Papistica Ecclesia communicasse, in u verbi prædicatione, Baptismo, Cœna Domini, Ordinibus sacris, &c. Quoad externam ergo professionem non alij quam Papistæ fuerunt, licet intus crederent, x *Quod non auderent palam profiteri. Vnde & dicuntur pacifice cum Papistis conuersatos esse,* y *& simul cum eis mixtos fuisse, quoad externam societatem, sicut palea cum frumento in eodem aceruo.* Osiandro astipulatur. 1. Iustus Molitor author Protestans non incelebris. Atque hic verus, genuinus, & intimus sensus est miræ illius ac nuper inuentæ assertionis, *Ecclesia in Papatu fuit.* Quæ nihil aliud, quam absurdam & impiam Religionis simulationem in se continet, quæ quidem, dato quod licita esset, aduersariorum tamen causæ non 2. prodesset, sicut nec 3. Vvaldensium, Vvickleffi, & cætera huiusmodi quæ afferri solent exempli, quæ omnia 4. inualida, & 5. impropria esse, iam supra demonstrauimus.

Con-

V. Supra ad f. & Osiander in cent. 8. in ep. dedicat. *Habuerunt Symbolum Apostolorum, patrem cælestem, in oratione Dominica inuocarunt, paruulos suos in Baptismo Christo obtulerunt, fidem suam ex absolutione ministrorum Ecclesiæ confirmarunt, Cœnam Domini qualis tunc temporis in vsu fuit, in memoriam Christi frequentarunt, &c.* Ibid. pag. 3. circa medium.

X. Vt supra ad p. & q.

Y. Vt supra ad l. m.

1. Iustus Molitor in tract. de Christi in terris militante Ecclesia, disquisitiones Theologicæ contra Bellarm. &c. pag. 114. sectione 53. & 54. *Asserimus Ecclesiam superioribus sæculis latuisse in medio Papatu, tanquam in cauernis, nec ausam fuisse propter abominandam filij perditionis tyrannidem, in conspectum prodire, quemadmodum adhuc hodie multi sunt fideles in medio Babylone Romana, qui tanquam in carcere ibi latitant, & metu periculi non audent vera Christianitatis publice profiteri nomen, &c.*

2. Non prodesset, quia neminem Protestantem etiam dissimulantem proferre possunt.

3. De Vvaldensibus supra tract. 2. cap. 2. sect. 3. subd. 4. ad 17. 18. de Vvicleffo

autem tract. 2. cap. 2. sect. 4. fine ad * in margine.

4. Inualida, quia hi non nisi pro ijs temporibus afferri possunt, in quibus vixerunt.

5. Impropria, quia non professi sunt, aut etiam corde crediderunt Religionem illam, quam hodie Protestantes tenent, vt loco supracitato de vtroque ostendimus.

z. Vide paulo supra ad a.
A. Paulo ante ad b.
B. Psal.86.3.
C. Esa. 60. 11.
D. Ibid. 62. 6.
E. Daniel 2. 44.
F. Esaiæ 60. 15. 16.
G. *Supra hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Math.16.18.
hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui dicit Dominus amodo & vsque in sempiternum, Esaiæ 59. 21.
Omnes qui viderunt eos cognoscent eos, Esa.61.9
H. *Corde creditur ad iustitiam*

Consultò igitur aduersarij, sed veteratoriè ænigmaticam illam assertionem suam, [z] *Ecclesia in Papatu fuit, & Papatus in Ecclesia*, sub hoc verborum inuolucro proposuerunt, quia alioquin vix Christianus quisquam inueniretur, qui non illam primo statim auditu exhorresceret. Sed quid? num in animum inducere aduersarij nostri, doctrina & prudentia exculti, poterūt, hoc fuco papistis satisfacere, quærentibus, [a] vbinam Ecclesia ante Lutherum esset? An quos in generatione saltem sua sapere iudicauimus, nunc adeo desipere, & hallucinari existimabim⁹, vt reuera sibi persuadeāt Ecclesiā illam [b] *de qua gloriosa dicta sunt*, [c] *Portę eius nunquā claudentur:* [d] *Pastores eius nunquam tacebunt:* [e] *Regnum eius alteri non tradetur, sed perpetuo durabit,* [f] *vt gloria æterna, & vt gaudium à generatione in generationem*, contra tot Prophetarum oracula, & [g] Christi Domini, & Spiritus-sancti promissa, officium suum, *æternæ* [h] *saluti populi sui necessarium*, omisisse, & sic per tot sæcula latuisse, aut conniuisse, vt Pastores eius silerent, & à fidei professione cessarent, & ipsa *à cœtu* 6 *publico hominum ad particularium quorundam corda transmigrans inuisibilis maneret*, vnde fieret, vt filij sui 7. *spiritualem regenerationem, & peccatorum remissionem ab inimica sua adultera meretrice emendicare*

cogę-

ore autem confessio fit ad salutem, Rom. 10. 10. *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo qui in cœlis est*, Math. 10. 33. & Luc. 9. 26.
6. Vide supra hac eadem sect. in margine ad p.
7. Sarauia de diuersis gradibus ministrorum pag. 57. *Quamuis Romana Ecclesia nec orthodoxa, nec Catholica, nec Catholicæ Ecclesiæ sanum membrum sit, Ecclesia tamen est: & vide quid amplius dicam, ipsa est mater nostra, in qua & per quam Deus nos regenerauit, & filij sui sanguine tinxit, & à peccatis abluit, & in numerum hæredum regni cœlorum adscripsit, sed quia meretrix & adultera est, contra eam merito contestamur, &c.*
8. Parkinsus in Catholico reformato pag. 329. ante med.
I. Vide supra tractatu secundo capite secundo sectione prima ante medium in margine ad b.

cogerentur, dum ipsa interim in medio Papatus sine notis essentialibus, [i] quibus cognosci posset, verbi scilicet, & Sacramentorum administratione latitaret, seu potius periret & nulla esset? Ex aduersariorum enim sententia, hæ notæ absolutè [K] necessariæ sunt, & Ecclesiæ essentiales, adeo vt si desint, [l] Ecclesia nulla sit. Hæc igitur tam adynata aduersarios nostros asserere, aut aliis persuadere velle quis credat? An non timendum potius nonnullos saltem eorum ista tam absurda, [m] *Cauteriatis potius conscientiis, & suo ipsorum* [n] *iudicio condemnatos vrgere*? vel sperandum certè eos ex ignorantia peccare, [o] *Nescientes quid faciant. Quod si ita sit*, [p] *Aperi Domine oculos eorum vt videant*, [q] *Palpant enim sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectant, & impegerunt meridie quasi in tenebris.* Atque hæc quidem de eo dicta sint, quod ipsi aduersarij se verbi & Sacramentorum administratione caruisse fateantur.

K. Vide sup. tract. 2. cap. 2. sect. 1. ante med. ad u.
L. Ibidem ad x. y. z.
M. 1. Timoth. 4. 2.
N. Tito 3. 11.
O. Luc. 23. 34.
P. 4. Regum 6. 2.
Q. Esa. 59. 10.

Quod

QVOD IPSI PROTESTANTES, VT perpetuam Ecclesiam Christi successionem defendant, agnoscant Catholicam nostram Ecclesiam, veram fuisse, eiusque Religionem ad salutem quæ per Christum est consequendam sufficere.

SECTIO XIIII.

QVOD Protestantes probare nequeant perpetuam verbi & Sacramentorum administrationem in Ecclesia sua viguisse, tantum habet offensionis & scrupuli, ob cõmunem illã ab omnibus receptam de vera Ecclesia notionem (hanc enim perpetuo mansuram, neque vllo vnquam momẽto interrumpendam [r] omnes vno ore affirmant) vt magis sobrij ac doctiores Protestantes, quos peruicax & indiscretus zelus non penitus occæcauit, dum à nobis illa obiectione vrgentur, vbinam Ecclesia tot sæculis ante Lutherum fuerit? ad Catholicam nostram Ecclesiam tanquam, *ad* [s] *ciuitatem refugij* recurrant, & agnoscant, tum quod successio eorum, vocatio, & ministerium, hactenus in & per successionem & vocationem Catholicæ nostræ † conseruata fuerit, tum etiam quod vera Ecclesia

[r] R. Vvhitakerus contra Gulielmum Reinoldum in responsione ad præfat. pag. 33. *Credimus non sine magna animi exultatione, quod Christi Ecclesia hactenus durauit, nec peribit vnquam, quamdiu steterit orbis, & contrariam opinionem prophanam esse hæresim censemus.* Idem asserit Fulco in colloq. habito

in Turre Londinensi cum reuerendo Patre Edmundo Campiano die secundo Idem habet confessio Belgica in Harmonia confessionum pag.321.& confessio Heluetiæ ibid.pag.306. & confessio Saxonica ibid. pag.324.&321. & 473. Vnde & Theologi Vvittembergenses in colloquio Badensi apud Osiandrum in Epitome cent.16. pag.1064. ita scribunt, *Ecclesiam inde ab Ascensione vsque ad hæc tempora nunquam interruptam, sed perpetua successione in terris permansisse firmiter credimus.* Et ibid.pa.1065.post med.*Contra omnem furorem Satanæ Ecclesia vera in terris vsque in aduentum Christi ad extremum iudicium est mansura.*

S. Numerorum 35.11.

† Hoc fatetur Superintendens Oxoniensis supracitatus Tract. 2. cap.2. sect. 6 in marg. * ante d. vide etiam ibid. ad g.h. in marg.

sia ante natum Lutherum in nostra * Catholica manserit. Hinc illa Fieldi vox. † *Sunt, qui à nobis quærant vbinam Ecclesia nostra esset ante Lutherum? Respondemus ibi tunc fuisse vbi nunc est. Sin vltra procedant & quærant, quam Ecclesiam intelligimus? Respondemus notam & conspicuam illam per totum orbem diffusam, in qua omnes maiores nostri vixerunt, & mortui sunt: In qua Lutherus & reliqui Baptismum & ordinem suum ac ministerium acceperunt.* Nec alij eruditi sane aduersarij ab his dissentiunt, cum doceant, quod *sicut ipse Lutherus antequam Papæ aduersaretur,* t *frater religiosus fuit ordinis S. Augustini, & vt ipse de se* scribit, u *castitatem, paupertatem, obedientiam seruauit, & ieiunia, vigilias, orationes,* x *& alia huiusmodi pietatis officia coluit, & Papam propter conscientiam veneratus est, &c.* Vnde eum Catholicæ, vel (vt ipsi loquuntur) Papisticæ Ecclesiæ filium possis agnoscere: sic etiam cum postea Papæ sub transformationis prætextu se opponeret, y *non nouam aliquam Ecclesiam erexit* (inquiunt

* Osiander in Epitome parte 2. pagina 1073. *Ecclesia quæ sub Papatu fuit, eo tempore quo Lutherus natus est, fuit Ecclesia Christi, &c. Ideoque qui sub Papatu ad ministeriũ Ecclesiasticum fuerãt ordinati vt Lutherus & alij Euangelici doctores reuera habuerunt legitimam ordinationem.*

† Fieldus de Ecclesia lib.3. cap.6.pag. 72. ante med.

T. Sleidanus libro primo initio.

V. Lutherus commentariis in epistola ad Galat.

X. Ibidem.

Y. Covvellus in defensione Hookeri art.11.pag.73. *Sicut mirum est quenquam negare velle Romanenses vera Ecclesiæ mẽbra esse, ita satis mirari nequeo (Romanenses)*

QVOD IPSI PROTESTANTES, VT perpetuam Ecclesiam Christi successionem defendant, agnoscant Catholicam nostram Ecclesiam, veram fuisse, eiusque Religionem ad salutem quæ per Christum est consequendam sufficere.

SECTIO XIIII.

QVOD Protestantes probare nequeant perpetuam verbi & Sacramentorum administrationem in Ecclesia sua viguisse, tantum habet offensionis & scrupuli, ob cómunem illá ab omnibus receptam de vera Ecclesia notionem (hanc enim perpetuo mansuram, neque vllo vnquam mométo interrumpendam [r] omnes vno ore affirmant) vt magis sobrij ac doctiores Protestantes, quos peruicax & indiscretus zelus non penitus occæcauit, dum à nobis illa obiectione vrgentur, vbinam Ecclesia tot sæculis ante Lutherum fuerit? ad Catholicam nostram Ecclesiam tanquam, *ad [s] ciuitatem refugij* recurrant, & agnoscant, tum quod successio eorum, vocatio, & ministerium, hactenus in & per successionem & vocationem Catholicæ nostræ † conseruata fuerit, tum etiam quod vera Ecclesia

[r] R. Vvhitakerus contra Gulielmum Reinoldum in responsione ad præfat.pag.33. *Credimus non sine magna animi exultatione, quod Christi Ecclesia hactenus durauit, nec peribit vnquam, quamdiu stetcrit orbis, & contrariam opinionem prophanam esse hæresim censemus.* Idem asserit Fulco in colloq. habito

in Turre Londinensi cum reuerendo Patre Ed mundo Campiano die secundo Idem habet confessio Belgica in Harmonia confessionum pag.321.& confessio Heluetiæ ibid pag.306. & confessio Saxonica ibid. pag.324.&321. & 473. Vnde & Theologi Vvittembergenses in colloquio Badensi apud Osiandrum in Epitome cent.16. pag.1064. ita scribunt, *Ecclesiam inde ab Ascensione vsque ad hæc tempora nunquam interruptam, sed perpetua successione in terris permansisse firmiter credimus*. Et ibid.pa.1065.post med.*Contra omnem furorem Satanæ Ecclesia vera in terris vsque in aduentum Christi ad extremum iudicium est mansura.*

S. Numerorum 35.11.

† Hoc fatetur Superintendens Oxoniensis supracitatus Tract. 2. cap.2. sect. 6 in marg. * ante d. vide etiam ibid. ad g. h. in marg.

sia ante natum Lutherum in nostra * Catholica manserit. Hinc illa Fieldi vox. † *Sunt, qui à nobis quærant vbinam Ecclesia nostra esset ante Lutherum? Respondemus ibi tunc fuisse vbi nunc est. Sin vltra procedant & quærant, quam Ecclesiam intelligimus? Respondemus notam & conspicuam illam per totum orbem diffusam, in qua omnes maiores nostri vixerunt, & mortui sunt: In qua Lutherus & reliqui Baptismum & ordinem suum ac ministerium acceperunt.* Nec alij eruditi sane aduersarij ab his dissentiunt, cum doceant, quod *sicut ipse Lutherus antequam Papæ aduersaretur,* t *frater religiosus fuit ordinis S. Augustini, & vt ipse de se* scribit, u *castitatem, paupertatem, obedientiam seruauit, & ieiunia, vigilias, orationes,* x *& alia huiusmodi pietatis officia coluit, & Papam propter conscientiam veneratus est, &c.* Vnde eum Catholicæ, vel (vt ipsi loquuntur) Papisticæ Ecclesiæ filium possis agnoscere: sic etiam cum postea Papæ sub transformationis prætextu se opponeret, y *non nouam aliquam Ecclesiam erexit* (inquiunt

* Osiander in Epitome parte 2. pagina 1073. *Ecclesia quæ sub Papatu fuit, eo tempore quo Lutherus natus est, fuit Ecclesia Christi, &c. Ideoque qui sub Papatu ad misteriũ Ecclesiasticum fuerãt ordinati vt Lutherus & alij Euangelici doctores reuera habuerunt legitimam ordinationem.*

† Fieldus de Ecclesia lib.3. cap.6.pag. 72. ante med.

T. Sleidanus libro primo initio.

V. Lutherus commentariis in epistola ad Galat.

X. Ibidem.

Y. Covvellus in defensione Hookeri art.11.pag.73. *Sicut mirum est quenquam negare velle Romanenses vera Ecclesiæ mẽbra esse; ita satis mirari nequeo (Romanenses)*

quærentes vbinam nostra Ecclesia esset, ante natum Lutherum? Quasi vero quisquam sibi persuaderet Lutherum nouam aliquam Ecclesiam constituisse,&c. Simile habet Hookerus in Ecclesiastica Politia lib. 3. pag.129.

(inquiunt illi) nec illius Ecclesiæ cuius ante membrum fuit, iam tum esse desijt, sed mansit semper eiusdem Ecclesiæ membrum, cuius primo filius fuerat. Hoc tam Covvellus, [z] quã Hookerus, dum hanc quæstionem tractant, ingenue fatentur, reclamantibus tamen [a] Puritanis. Hanc eandẽ quæstionem Bunnius sic decidit. [b] *De nostra ab Ecclesia decessione quæstio nulla moueri debet.* [c] *Neq; enim nos distinctã Ecclesiam ab illis constituimus aut illi à nobis. Nulla ergo prorsus ab Ecclesia decessio facta est, nec è nobis quisquam aut ab illis exijt, solum controuersia esse potest, quinam saniora Ecclesiæ membra, nosne an illi censendi sunt, nec alia vlla quæstio nobis probatur.* [d] Immo diserte affirmat, *malè feriatos esse eos, qui primò quæstionem illam vrserunt,* & addit, [e] *eos causam Catholicorum hac ratione non parum promouisse.* Quod quomodo fiat fusius explicat his verbis. [f] *Existimabunt enim (Papistæ) idq; non sine probabili ratione, teneri nos, aliam diuersam, & ab ipsorum Ecclesia distinctam assignare, quæ continua successione ab Apostolis durauerit, vsque in præsens, vel saltem nos concedere, cogemur nostram Ecclesiã nouam esse & nuper exortam.*

Ob

Z. Hookerus lib.3 pag.130. Et Covvellus in defensione eiusdem pag.68 *Romanenses de familia Iesu Christi esse libenter agnoscimus, dum autem nosmet reformamus, non nos ab illa Ecclesia (vti sperandũ est) segregamus, in qua ante fuimus. In Ecclesia fuimus, & in eadem manemus quemadmodum & Romanenses, non obstantibus plurimis eorum erroribus nihilominus pars quædam domus Dei & visibilis Ecclesiæ Christi membra habendi sunt.*

A. Literæ Christianæ ad ven. virum R. Hookerum missæ pag. 18. & 19. vbi *eum redarguunt, quod dixerit, Protestantes se non separasse ab Ecclesia in qua ante fuerunt.*

B. Bunnius in Tractatu de pacif. sectione decima octaua pagina 108. paulo post medium.

C. Ibidem pag. 113.

D. Ibidem pag. 109.

E. Ibidem sectione decimaquinta pagina nonagesima secunda ait, *Satis vi-*

dent aduersarij, nobis obesse, si talem separationem concedamus.
F. Ibidem pagina nonagesima sexta.

Ob hanc forte causam plerique Pro testantes eruditi, vt Ecclesiam nostram, licet *in quibusdam articulis* (vt ipsi putant) *errantem*, nihilominus *veram esse Ecclesiam* concedant, de nonnullis fidei Catholicæ dogmatibus, pronunciant, *quod sint quidem errores, sed non* † *fundamentales, seu æternæ saluti contrariæ*, sed de rebus solum indifferentibus. Hinc illa Hookeri & Covvelli confessio. [g] *Ecclesia Romana de familia est Iesu Christi, pars quædam domus Dei, & Ecclesiæ visibilis membrum.* Et illa Baccar, [h] *Doctiores authores agnoscunt, Ecclesiam Romanam esse Dei Ecclesiā.* Et illa Somi. [i] *Iudicio omnium eruditorum & omnium Ecclesiarum reformatarū in Papatu vera Ecclesia est.* Item, illa Protestantis cuiusdam Angli. [*] *Catholica, & Religio reformata non duas sed vnam & eandem Religionem constituunt, cum in omnibus fidei articulis ad salutem necessariis consentiant.* Sed & Georgius Cassander Papæ quidem [k] infensus, Protestantibus, autem ¶ *grauis & doctus author*, ita censet. [l] *Ecclesia Romana veneranda est, vtpote quæ vera Ecclesia & templum Dei sit.* Consonat Gallicus ille personatus, author procul dubio Protestans, qui ait, [m] *Catholicos & Hugonotas vnius esse fidei & Religionis.* Nec non & alius eiusdem sectæ, [n] qui vtrosque vocat *domesticos vnius fidei, & palmites vnius & eiusdem vitis.* Hinc denique Protestantes (vt supra [o] monstrrtum est) *æternæ salutis spem Catholicis non*

grauate

† Hoc exemplis ostendendū est. *Primò* igitur Parkinsus in expositione Symboli pag. 402. sic scribit, *Error qui infirmā reddit Ecclesiam is est, cuius defensio non euertit fundamentum salutis, verbi gratia error de libero arbitrio, & huiusmodi alij.* Cartvvrightus in replica pag. 14. sect. 1. 2. & in defensione Vvhitgifti pag. 82. post med. asserit, *huius generis esse dogma de libero arbitrio oratione pro defunctis, & pleraque alia aque necessaria in quibus homines enutriti nihilominus postea salui facti sunt* & ibidem paulo

ante: *Si per dogmata fidei & quæ ad salutem necessaria sint, ea intelliguntur, sine quibus homo saluari nequeat, tunc dogmata de libero arbitrio, vel de oratione pro defunctis non comprehenduntur. Neque enim dubito quin plerique Patres Græci qui liberum arbitrium tenuerunt nihilominus saluati sunt.* Idem, *de oratione pro defunctis*, tenet Ioannis Frithus act. & monument. pag.501.& Fulco in confut. Purgat. pag. 336. ante med. & Penry in libro cui titulus, *Somus suis coloribus depictus* pag. 99. *Secundò*, Sparcus in responſ. ad Ioannem de Albines pag. 382. ſic ait, *Non adeo temerarij ſumus, vt æternæ damnationis ſententiam contra quenquam pronuntiemus, ob tales errores* (loquitur autem *de cultu Sanctorum, reliquiarum, & oratione pro defunctis*) *ſatis enim ſcitis nos talia dogmata non eo loco habere vt putemus vel omnes ſaluandos, qui illa affirment, vel damnandos qui negent. De inuocatione vero ſanctorum* Goadus & Fulco in colloquio Turris Londinenſis die 2. arg. 8. R. ii. & R. iii. dicunt, *ſiue quis hæc affirmet, ſiue neget, non ideo excluditur ab Eccleſia, & cæt. Tertiò de reali præſentia Chriſti in Euchariſtia,* Iacobus Acontius, in lib.3. ſtratagematum ſatanæ pag 155. paulo ante medium, ſic ſcribit, *Conſtat, tam eos qui realem corporis Chriſti præſentiam in pane tenent quam qui eandem negant, licet neceſſe ſit, quod altera pars erret, vtraque tamen in via ſalutis manet, ſi in cæteris Deo obedierit.* Et Ioannes Reinoldus in quinta concluſ. annexa collatione ſuæ, &c. *Dogma de reali præſentia eſſe inſtar febriculæ modo quis reliquam Chriſtianam fidem teneat.* Et Ioan. Frith. act. & monument. pag. 505 a. fine, ſic inquit, *quæſtio de ſubſtantia Euchariſtiæ neminem obligat, ſub pœna damnationis, vt eam credat, vel non credat.* Vide eandem Lutheri ſententiam de Tranſubſtantiatione in magna confeſſione quam citat Amandus Polanus in Sylog. Theſium Theolog. pag. 464. initio & lib. cui titulus, *Orthodoxus conſenſus* excuſus Tiguri 1578. in fol. 12. b. initio. *Quartò, de communione ſub vtraque ſpecie*, ſic Lutherus in epiſtola ad Bohemos. *Quamuis pulchrum quidem eſſet vtraque ſpecie in Euchariſtia vti, & Chriſtus hac in re nihil tanquam neceſſarium præcipit, præſtaret tamen pacem, &c. ſectari quam de ſpeciebus contendere.* Idem, *de vtraque ſpecie Sacramenti ait. Si veneris ad locum vbi vna ſpecies tantum miniſtretur, Cum alijs tantum vna ſpecie vtere, &c.* Eandem ſententiam ſequuntur Melanchon, & alij ſupracitati Tract.2.cap.2. ſect. 5. initio ad x. *Quintò, de beata Virginis ab originali peccato immunitate, & veneratione imaginum:* Bunnius in tract. de Pacificatione ſect.17. pag. 104. paulo ante med. & pag 105. ſic loquitur. *Ob hæc & ſimilia quiſquis eos omnes non eſſe de Eccleſia cenſuerit qui non eadem opinione fuerint qua nos, &c. Læſæ charitatis erga fratres reus erit. Sextò, de Primatu Papæ* Antonius Vvottonus id reſponſ. ad libellum Papiſtarum, &c. pag. 68. *Negant Proteſtantes primatum Regis tanquam rem de fide aſſerere.* Et Lutherus in aſſertionibus art.36. circa finem. *Primatum Papæ inter tricas illas numerat, in quibus* (inquit ille) *Papalis leuitas & ſtultitia ferenda eſt.* Et Melanchon in epiſt. quæ extat in lib. cui Titulus *Centuria epiſtolarum Theolog.* epiſt. 74. pag. 245. fine ait: *Monarchia Pontificis Romani ad hoc iuuat, vt conſenſus retineatur, facile igitur de hoc inter nos conueniremus, ſi in cæteris articulis idem ſaperemus.* Septimò, *de ſatisfactione & merito operum*, quæ Patres antiqui vna nobiſcum olim defenderunt (qua re vide ſupra tract.1. ſect. 3. ſubdiu. 6. ad q. & ſubdiu.7. ad r.ſ. & ſubdiu.9. ad 13.14. & Tract.2. cap.1. ſect. 3. ad k.l.) Vvhitakerus contra Campianum pag. 78. & in reſponſ. ad Guilielmum Reinoldum cap.6. pag. 135. initio & 136. fine ſic ſcribit, *Exiſtimabant quidem Patres antiqui, ſe rigore diſciplinæ pœnas peccato debitas perſoluere, in quo non parum*

rum

rum Christi passioni derogarunt, &c. sed licet in eo errarint, tamen probi & sancti Viri fuerunt, &c. Octauo, *de missa* Lutherus in colloquiis Germanicis sic ait, *Missa priuata plures etiam sanctos decepit, & in errores seduxit, à tempore Gregorij id est spatio* 800. *annorum.* Et Tyndallus act. & monument. pag. 1338. a. prope initium, *Non dubito quin S. S. Bernardus, Franciscus, & alij quamplurimi sancti in missa veneratione errauerint:* Missam igitur colere sanctitatem, isto iudice, non violat. Vltimò, *de Missa & alijs nonnullis fidei Catholicæ dogmatibus*, Franciscus Ionsonus in defens. Tractatus: *Iacobi de Ecclesia & ministerio Angliæ, &c.* pag. 13. ante med. sic ait, *An non egregius ille Christi miles Ioannes Hus, & alij martyres antiqui, Missam & audiere & celebrauere vsque ad vltimum vitæ diem? &c. An non plerique eorum Papæ authoritatem agnoscebant? Alij septem sacramenta, alij confessionem auricularem, &c.* Et Benedictus Morgestern. in Tract. de Ecclesia, &c. pag. 41. circa med. *olim hæc condenanda erant pijs, quod Papam Christi Vicarium existimauerunt, & caput Ecclesiæ; quod Papatum esse Ecclesiam, sanctos inuocandos, missam esse cœnam Domini opinati sint.* Vide supra Tract. 1. sect. 6. subdiu. 2. per totam, quomodo aduersarij multos Catholicos saluandos fore confessi sint.

G. Hookerus in Politia Ecclesiastica lib. 3. sect. 3. pag. 130. ante med. & lib. 5. pag. 188. initio & Couyellus in defens. Hookeri pag. 68.

H. In 4. Concionibus & 2. quæstionibus, &c. serm. 3. pag. 448. fine.

I. Somus *in defensione* contra Penry, &c. cap. 23. fine pag. 182.

* Vide Tract. *de ratione recte gubernandi* contra Nicolaum Machiauellum excusum Londini 1602. pag. 80. post med.

§ Ibid. pag. 83. paulo post med. & 85. prope finem.

K. Cassander in lib. *de officio pij viri, &c.* pag. 14. ante med. & 15. initio & pag. 27. post medium.

¶ Dauid Paræus lib. *de symbolis sacramentalibus, &c.* in Præfat. ante med. *Cassander eruditus scriptor, &c.* & Mortonus, *in plena satisfactione duplicis inquisitionis Romanæ, &c.* pag. 55. *grauissimum illum, doctum, singularis eruditionis, & pietatis virum Cassandrum* nuncupat.

L. Cassander ibidem pagina decimaquarta post medium in quam sententiam citat Lutherum ibidem pagina decimaquarta fine & pagina vigesima prima vigesima secunda.

M. *Examen pacifique de la doctrine des Huguenots, &c.* imprimé à Caen 1590. en argument. du liure pag. 2.

N. Apologie Catholique, &c. parte 2. pag. 46. & 203. 294.

O. Supra tract. 1. sect. 6. subd. 1. & 2.

grauate concedunt, idque [P] *communi consensu omnium doctiorum Protestantium: quod* (inquiunt) [Q] *in toto scriptorum nostrorum decursu manifestò cerni potest:* & pertinaces quosdam contrarium asserentes, arguunt, [r] tanquam qui *Zelum Dei habeant, sed non secundum scientiam.*

P. Somus in defensione contra Penry pag. 176. prope finem.

Q. Bunnius in Tract. de pacificatione

sectione decimaquinta pagina nonagesima tertia pag. 93. med.
R. Covvellus in defensione Hookeri pag. 68. paulo post med.

CAPVT TERTIVM.

DE NOTIS VERÆ ECCLESIÆ, ET an illæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ, an vero Lutheranæ, Caluinianæ, vel alteri cuipiam eiusmodi congregationi conueniant.

QVò prædicta aduersariorum confessio, quod Catholica Romana vera Ecclesia sit, credibilior fiat, & manifestior, non grauabimur, iuxta tritum illud & vetustum prouerbium δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά, exemplo Apostoli ad Philipp. 3. 1. eadem sæpius repetere, & maiestati vestræ sub vno quasi intuitu ante oculos proponere, breuem & succinctam periocham aliquot illarum notarum, quas è sacris literis petitas sparsim hactenus & obiter tetigimus, quibusque falsa Ecclesia certissime discerni & vera indicio plusquam probabili demonstrari queat. Et has, cum externæ sint, & ad praxin pertineant, quiuis vel mediocriter sensatus statim percipere, nec aduersarij facile easdem deludere poterunt. In hac autem quæstione illud in primis dijudicandum erit, Cuinam potissimum Ecclesiæ, notæ illæ hactenus defuerint: nempe an Catholicæ Romanæ, an vero Lutheranorum

aut

aut Caluinistarum cœtui. De his enim duabus congregationibus tanquam de vna iam agèmus, de quibus & intelligi volumus eas rationes omnes, quæ à nobis in toto hoc capite afferuntur, quas quidem validissimas, demonstratiuas, & plane irrefragabiles existimamus.

DE PRIMA NOTA ECCLESIÆ, scilicet vniuersalitate.

SECTIO PRIMA.

PRIMA Ecclesiæ nota è sacris literis deprompta, est, quod post primam eiusdem propagationem completam, vniuersalis esse debeat seu *Catholica*. Hinc illa Prophetarum de Ecclesia Christi *vaticinia*, [s] *Paruulus erit in mille & minimus vt gens fortis.* [t] *Fluent ad eam omnes gentes:* [u] *Dabo tibi gentes hæreditatem tuã & possessionem tuam terminos terræ:* [x] *Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* [y] *In omnes gentes incipiendo à Hierusalem.* Immo in ipsis sæuissimis Antichristi persecutionibus * *Ecclesia per totum mundum diffundetur*

S. Esaiæ 6. 20. & saluator Math. 13. 13. & Marc. 4. 31. Ecclesiam suam grano synapis comparat *quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuit maius est omnibus oleribus & fit arbor ita vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eius..* Vide

annotationes marginales Bibliorum Anglican. in Danielem 11 secundo versus quadragesimo quinto.

T. Esaiæ 2 2. In annotat. autem marginalibus Bibliorum Anglic. anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, hic locus exponitur de amplitudine Ecclesiæ.

V. Psalmo secundo, & octauo Bibl. Anglican. millesimo quingentesimo septuagesimo sexto ibidem.

X. Psal. 72.8.

Y. Luc. vigesimo quarto quadragesimo septimo. Vide Mathæum vigesimo quarto decimoquarto.

* Vide supra Tractatu secundo capite secundo sectione prima fine ad 5.6. †.

tur, nec obscura manebit, sed † *conspicua & celebris.* Hinc est quod non modo Apostoli [z] in symbolo, sed & Patres [a] antiqui, & ipsi Protestantes, * passim in scriptis suis quo Ecclesiam Christi ab aliis cætibus distinguerent, eam proprio quodam cognomine *Catholicam* nuncuparunt, id est vniuersalem. Quod quidem nomen vt olim. [b] Patres, sic nos hodie non immerito contra Protestantes vrgemus. Cum igitur hac vniuersalitate carere [c] certissima nota sit falsæ Ecclesiæ, omissis ambagibus, cuinam hæc tam certa & clara nota desit, an scilicet Catholicæ nostræ, an vero Protestantium Ecclesiæ videndũ erit. Et de Catholica quidem nostra constat illam, Asiam,

† Ibid. ad *.

Z. Symbolum ab Apostolis fuisse compositum affirmat Cassianus, de verbi Incarnatione lib.6.cap. 3.& 4. Augustinus de fide & operibus capite nono, Ambrosius epist. 81. ad Syricium & serm. 38. Hieronymus epist. 60. ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosol. cap. 9. Ruffinus in Symbolum. Celestinus epist. 5. ad Nestor. Leo serm. 11. de Passione Domini capite 2. & in serm. contra Eutich. capite 1. & in epist. 13. ad Pulcheriam Augustam: vide Caluinum Institut. lib. 2. cap. 16. sect. 18. & Frigeuelleum Gauium in Palma Christiana pag. 74. post med.

A. Aug epist. 170. ad Seuerinum. Ecclesia Καθολικὴ *Græce appellatur, quod per totum orbem diffunditur, hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum Domini abscondi non potest* & Tom. 7. contra Gaudent. Donatistam lib. 3. cap. 1. *Si vestra est Ecclesia, ostendite illam per vniuersam terram ramos suos copia vbertatis extendere. Hinc enim Græco vocabulo Catholica nominatur.* Et paulo post, *Per totũ orbẽ dicit & per vniuersam,*

terram porrigi extendique Catholicam, Græco eius nomini & definitioni consentiens. Et de vnitate Ecclesiæ cap. 2. Ecclesia vtique vna est quam maiores nostri Catholicam nominarunt, vt ex eo ipso nomine ostenderent, quia per totum est, &c. Et vide Pacianum citatum supra tract. 1. sect. 9. subd. 6. ad †.

* Enoch Clapham. *in Antidoto schismatis* pag. 23. circa med. ait, *Ecclesia dilatare debuit tentoria sua & funiculos extendere per totum terrarum orbem, vnde & Catholica nuncupatur.*

B. Vide Cyrillum & Augustinum, qui nomen Catholici olim vrgebant, vti & nos hodie, verba autem eorum citantur supra tract. 1. sect. 5. subd. 6. ad c.

C. Aug. epist. 161. ad Honoratum Episc. Donatistam, sic inquit, *Dignare rescribere nobis, vt sciamus quomodo fieri possit, vt Ecclesiam suam Christus toto orbe perdiderit, & in vobis solis habere cœperit. Vestrum est enim hoc ostendere, nobis sufficit ad causam nostram, quod compleri prophetiam & scripturas sacras per orbem terrarum videmus, &c.*

Asiam, Africam, Europam, & nostra tandem ætate, Americam occupasse. Hoc Symon Lithus his verbis fatetur, [d] *Jesuitica seges &c. non contenta Europæ finibus, Asiam, Africam, & Americam paucorum annorum spatio suis idolis compleuit.* Immo, [e] *Papismum* ante natum Lutherum, *vndique regnasse* ipsi aduersarij fatentur, iuxta Parkinsi quidem computationem [f] nongentos, iuxta Napperi autem & Brocardi, [g] mille ducentos sexaginta annos. Cum interim Protestantium Ecclesiam toto illo tempore, [h] *inuisibilem* latuisse, [i] *& à cœtu publico hominum, ad particularium quorundam piorum corda totos mille ducentos septuaginta annos se recepisse, alij & quidem eruditi Protestantes agnoscant.* Immo quidam ipsorum mira sanè audacia, [k] *Ecclesiæ amplitudinem à Prophetis prædictam, ad sola fere Apostolorum tempora restringere conati sunt.* Alij vero, [l] *quibus hoc improbabile visum est*, dum simul animaduerterent Protestantium Ecclesiam à Constantini temporibus, [m] vsque ad Lutherum nusquam apparuisse, in alteram partem nimis declinan-

D. Symon Lithus in respons. altera ad alterã Gretseri apologiam pag. 331. *Iesuitarum seges, &c. paucorum annorum spatio, &c. non contenta Europæ finibus, Asiam, Africam, & Americam, suis idolis compleuit.*

E. Vide supra tract. 1. sect. 8. subd. 3. ad n. & tract. 2. c. 1. sect. 4. ad s.

F. Vide tract. 1. sect. 2. ad K.

G. Vide supra tract. 1 sect. 2. ad *. & tract. 2. c. 1. sect. 4. ad q r s x.

H. Sup. tract. 1. c. 1. sect. 4. ad n. o. t. x.

I. Vide supra tract.1. sect. 8. subdiuisione 3. ad o.

K. Mortonus in apolog. Catholica parte 1.cap.13.pag.31. *Fœdus quidem perpetuum est, quod est nouum Testamentum, sed hic tam mirabilis eius successus, non ita perpetuo vniuersalis, sed fere Apostolicæ ætati proprius.*

L. Quis enim credat, magnifica illa prophetarum oracula, & Christi promissa, vel non impleta fuisse, vel effectum illorum tam cito transijsse: vel Ecclesiam inter sæuos illos persecutionum æstus qui à Christi Ascensione ad Constantinum vsque exarcerunt, in perfectam magnitudinem suam crescere potuisse?

M. Vide supra tract.2.cap.1.sect.4.ad q. r. t.u.

do errarunt, dicentes, prædicta Prophetarum vaticinia de Ecclesia per totum orbem diffundenda, *Non nisi post prædicatum à Luthero* [n] *Euangelicum implenda esse, quod quidem tempus,* [o] *senescentis iam Ecclesiæ seu potius decrepitæ esse omnes norunt.* Protestantium vero Ecclesiæ nihil quicquam tale vsque in præsentem diem accidisse [p] cernimus. Atque hæc quidem hactenus de etymologia nominis *Catholici*, quod ab vniuersalitate positum est, & cuinam Ecclesiæ, Protestanticæne an Catholicæ conueniat dicta sint. De nomine vero ipso, & quibus potissimum iuxta communem verbi notionem tribui debeat, in quo [q] Patres *magnam vim faciunt*, iam ante probatum, & confessum est illud ab ipsis aduersariis nobis [r] vltro concedi; adeo vt ob eam causam ipsum *Catholici* nomen *Sectarijs* [s] *minime arridere* omnes norint.

Ad

N. Supra tract.2.c.1.sect. 9. initio ad g.

O. Sup.tract.2. c. 1. sect.1. ad § proxime post h.

P. In tota Asia, Africa, America, nulla prorsus protestantium congregatio visitur: Sed nec in Europæ (quæ ex quatuor mundi partibus longe minima est) maiori tractu, vel vnum aliquod templum habent. Solum ergo in lateribus Aquilonis latitat Religio Protestantium, vnde *malum super omnes habitatores terræ pandendum*, Hieremias cap.1.vers.14. prædixit. Id quod Centur.cent. 5. in epist. dedicatoria ingenue fatentur his verbis, *Præterea cum iam se hic mundus ad occasum ruinamque inclinet, ac vox Euangelij videatur in Septentrionales regiones proficisci, & velut in exilium pelli, &c.*

Q. Vide supra tract.1.sect.9.subd.6.ad † c.

R. Vide ibidem ad c.

S. Vide ibidem ad d.

DE SECVNDA NOTA ECCLESIÆ, *nempe perpetua & non interrupta duratione eiusdem.*

SECTIO SECVNDA.

AD secundam Ecclesiæ notam veniamus, continuam scilicet durationem, quæ cuicunque Ecclesiæ defuerit, eam vel hoc ipso nomine falsam esse manifesto colligitur. De Ecclesia enim Christi procul dubio intelligendũ est illud Dan. Prophetę, [t] *In diebus autem Regnorum illorum suscitabit Deus cœli, regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem & consternet omnia regna hęc, & ipsum stabit in æternum.* Quod & totidem fere verbis expressit Isaias, [u] *Aperientur Portę tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, &c.* & infra, *Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generatione & generationem.* Quod & Gamaliel non suis eiusdem Spiritus sancti instinctu significauit, cum diceret, [x] *Si à Deo est opus hoc, non dissoluetur*: Neque hoc probatione aliqua eget, cum in eo tam [y] Patres, quam Protestantes conspirent. De Sectarijs vero scriptum est, *Quod cùm opus* [z] *eorum ab homine sit, dissoluetur, Quod* [b] *vltra non proficient, sed insipientia eorum manifesta erit omnibus.* Videamus igitur an hæc nota Protestanticæ, an vero Catholicę Ecclesiæ cõueniat. De nostra quidem Ecclesia

T. Dan. 2. 44.

V. Esaiæ 60. 11. & 15.

X. Actor. 5. 39.

Y. S. Hieronymus in extremo dial. contra Luciferian. *Breuem apertamque animi mei sententiam proferam, in illa Ecclesia esse permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hanc durat.*

Z. Vide testimonia Protestantium hac de re supra tract. 2. cap. 2. sect. 14.

initio ad r. Vnde nos contra Caluinum idem argumentum retorquemus, quo vtitur ipse contra Seruetum, *Diuturnum quod fingit Ecclesiæ è terris exilium, non attigi, in quo Deum plane mendacij coarguit, &c. Ecclesiam fingit ab annis mille ducentis & sexaginta* (vti & Napperus) *fugatam à mundo fuisse, vt cœlum illi exilium fuerit, nos certe splendidis sedibus fuisse electam fatemur, sed ita, vt electas à se reliquias admirabili gratia seruauerit Dominus, alioqui mentitus foret qui semper aliquem sibi populum fore promisit, quamdiu sol & luna in cœlo fulgebunt. Scimus quid passim de æterno Christi regno testantur Prophetæ.* An eius sedem in cœlis locant? *Immo fore prædicunt, vt sceptrum eius è Syon procul Dominus ostendat, quo dominetur ab ortu Solis vsque ad occasum, & eius hæreditas sit terrarum orbis, &c.* Hęc Caluinus in tract. Theolog. omnes &c. in refut. errorum Serueti pag. 761. a. & b. & vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 11. subdiuisione 1. ad 5.

A. Actor. 5. 38.

B. 2. Timoth. 3. 9.

fatentur Aduersarij, quod durauerit iuxta Parkinsum quidem [c] nongentos annos, iuxta Fulconem autem mille, ab anno scilicet [d] 607. iuxta alios vero plerosq; à Gregorio [e] magno id est supra mille annos, iuxta Napperum autem & Brocardum ab anno Christi [f] trecentesimo decimo sexto. In hoc autem omnes conueniunt, quod toto illo tempore, [g] *Longe lateque dominata fuerit.* Ex quo plane colligitur, non tunc primo incœpisse, sed diu ante fuisse. Neque enim in breui temporis spacio tam late diffundi potuisset. Necesse est igitur primam eius originem ad tempora saltem Apostolis proxima referre, quod & multis alijs rationibus ostendi potest. Primò, quia constat, & ipsi docti aduersarij nostri fatentur, nunquam religioni nostræ tanquam nouæ & nuper exortę ab aliquibus qui Christiano nomine censebantur, [h] *contradictum esse*, quod tamen de aliis omnibus [i] hæresibus, & nominatim illis Protestantium opinionibus, [x] in quibus à nobis dissentiunt negari non potest.

C. Vide supra tractatu primo, sect. 2. ad k.

D. Fulco in duplicatione ad replicam Bristoi pag. 336. *Religio Papistica partim incepit sese attollere anno Domini 200. intrauit autem & obtinuit an. 607.*

E. Vide supra tract. 1. sect. 1. ad d. & e. & Symon de Voyon, & Gabriel Powellus, & alij supra citati, tract. 1. sect. 2. ad k. eā verò alij annis 605. durasse affirmant.

F. Vide supra tract. 1. sect. 2. ad l x.

G. Supra

Secundò

Tract.1.sect.2.ad k.l.*.& tract.2.sect.4. ad q.r.s.

H. Quod Religioni nostræ tanquam nouæ numquam contradictum fuerit, vide supra tract.1.sub.5.per totam maximè vero ad 2.* 3.4. versus finem.

I. Vide huius contradictionis exempla apud centuriatores quinto capite cuiusque centuriæ quod inscribitur *de Hæresibus.*

K. Vide supra tract.1.sect.8.sub.2.ad.c.d.e.f.g.&c.

Secundò , quia nullus [l] ortus secundarius Religionis nostræ ostendi potest, à tempore Apostolorum, vt Cartvvrightus [m] supra citatus & alij plerique Protestantes agnoscunt.

Tertiò, quia § vt iam supra probatū est, singula fidei nostræ capita iā indeà sæculo Apostolis vicino, ex confessione aduersariorum deriuari possunt. Illa vero Protestantium Ecclesia, non semel tantum (quod tamen eam falsam esse conuinceret) sed sæpius interrupta fuit, adeo vt ipso Lutheri tempore, quo primum à Religione nostra apostatauit, & illa dogmata sua noua nouitia inuenit, Iuellus dicat. [n] *Illo tempore veritas incognita fuit, & inaudita, cum Martinus Lutherus, & Huldericus Zuinglius ad notitiam & Euangelij prædicationem primo accesserunt.*

Huic alij consonant, qui ita scribunt, [o] *Ante Lutherum* Ecclesiæ *omnes tenebris plusquam cimmerijs obrutæ fuerunt, &c.* Rursus. 2. *Ante Lutheri ætatem per multa sæcula generalis quædam apostasia faciem vniuersæ terræ cooperuit, adeo vt* Ecclesia *nostra tunc* 3. *mundum*

L. Quæ enim contra nos aduersarij obijcere solent refelluntur, tract.1. sect.7. per totam, sed & aduersarij id fatentur, tract.1. sect.9.sub.3.ad 2.3.4.5.&sub.4. ad 10.11.12. &c.

M. Vide supra tract.1. sect.3. subd.15.ad m. vbi & Vvhitgiftus Sancti Augustini testimonium adfert quo probet ea dogmata quorum initia inueniri nequeant ab Apostolis descendisse. *Quo dicto* (inquit Cartvvrigthus ibidem ad o.p.) *omne genus Papismi, vt omnium iudicio patet*, introducitur. Putauit igitur Religioni Papisticæ nullam iam inde ab Apostolis initium assignari posse. Idem fatentur Fieldus, Napperus, Fulco supracitati tract.sect.9.subd.5. paulo post medium, ad 2. * †.

§ Supra tract. 1.sect.3.per totam & infra sect.10. sub.2.ad.3.a.b.c.d.

N. Iuellus in Apologia Ecclesiæ Anglicanæ, parte 4. capite 4. diuis. 2. & in

ante: *Si per dogmata fidei & quæ ad salutem necessaria sint, ea intelliguntur, sine quibus homo saluari nequeat, tunc dogmata de libero arbitrio, vel de oratione pro defunctis non comprehenduntur. Neque enim dubito quin plerique Patres Græci qui liberum arbitrium tenuerunt nihilominus saluati sunt.* Idem, *de oratione pro defunctis*, tenet Ioannis Frithus act. & monument. pag. 501. & Fulco in confut. Purgat. pag. 336. ante med. & Penry in libro cui titulus, *Somus suis coloribus depictus* pag. 99. *Secundò*, Sparcus in respons. ad Ioannem de Albines pag. 382. sic ait, *Non adeo temerarij sumus, vt æternæ damnationis sententiam contra quenquam pronuntiemus, ob tales errores* (loquitur autem *de cultu Sanctorum, reliquiarum, & oratione pro defunctis*) *satis enim scitis nos talia dogmata non eo loco habere vt putemus vel omnes saluandos, qui illa affirment, vel damnandos qui negent. De inuocatione vero sanctorum* Goadus & Fulco in colloquio Turris Londinensis die 2. arg. 8. R. ii. & R. iii. dicunt, *siue quis hæc affirmet, siue neget, non ideo excluditur ab Ecclesia, &c. Tertiò de reali præsentia Christi in Eucharistia*, Iacobus Acontius, in lib. 3. stratagematum satanæ pag 135. paulo ante medium, sic scribit, *Constat, tam eos qui realem corporis Christi præsentiam in pane tenent quam qui eandem negant, licet necesse sit, quod altera pars erret, vtraque tamen in via salutis manet, si in cæteris Deo obedierit.* Et Ioannes Reinoldus in quinta conclus. annexa collatione suæ, &c. *Dogma de reali præsentia esse instar febriculæ modo quis reliquam Christianam fidem teneat.* Et Ioan. Frith. act. & monument. pag. 503 a. fine, sic inquit, *quæstio de substantia Eucharistiæ neminem obligat, sub pœna damnationis, vt eam credat, vel non credat.* Vide eandem Lutheri sententiam de Transubstantiatione in magna confessione quam citat Amandus Polanus in Sylog. Thesium Theolog. pag. 464. initio & lib. cui titulus, *Orthodoxus consensus* excusus Tiguri 1578. in fol. 12. b. initio. *Quartò, de communione sub vtraque specie*, sic Lutherus in epistola ad Bohemos. *Quamuis pulchrum quidem esset vtraque spetie in Eucharistia vti, & Christus hac in re nihil tanquam necessarium præcipit, præstaret tamen pacem, &c. sectari quam de speciebus contendere.* Idem, *de vtraque specie Sacramenti ait. Si veneris ad locum vbi vna species tantum ministretur, Cum alijs tantum vna specie vtere, &c.* Eeandem sententiam sequuntur Melancthon, & alij supracitatui Tract. 2. cap. 2. sect. 5. initio ad x. *Quintò, de beatæ Virginis ab originali peccato immunitate, & veneratione imaginum:* Bunnius in tract. de Pacificatione sect. 17. pag. 104. paulo ante med. & pag 105. sic loquitur. *Ob hæc & similia quisquis eos omnes non esse de Ecclesia censuerit qui non eadem opinione fuerint quæ nos, &c. Læsæ charitatis erga fratres reus erit. Sextò, de Primatu Papæ* Antonius Vvottonus id respons. ad libellum Papistarum, &c. pag. 68. *Negant Protestantes primatum Regis tanquam rem de fide asserere.* Et Lutherus in assertionibus art. 36. circa finem. *Primatum Papæ inter tricas illas numerat, in quibus* (inquit ille) *Papalis leuitas & stultitia ferenda est.* Et Melancthon in epist. quæ extat in lib. cui Titulus *Centuria epistolarum Theolog.* epist. 74. pag. 245. fine ait: *Monarchia Pontificis Romani ad hoc iuuat, vt consensus retineatur, facile igitur de hoc inter nos conueniremus, si in cæteris articulis idem saperemus.* Septimò, *de satisfactione & merito operum*, quæ Patres antiqui vna nobiscum olim defenderunt (quare vide supra tract. 1. sect. 3. subdiu. 6. ad q. & subdiu. 7. ad r. s. & subdiu. 9. ad 13. 14. & Tract. 2. cap. 1. sect. 3. ad k. l.) Vvhitakerus contra Campianum pag. 78. & in respons. ad Guilielmum Reinoldum cap. 6. pag. 135. initio & 136. fine sic scribit, *Existimabant quidem Patres antiqui, se rigore disciplinæ pœnas peccato debitas persoluere, in quo non parum*

rum Christi passioni derogarunt, &c. sed licet in eo errarint, tamen probi & sancti Viri fuerunt, &c. Octauo, *de missa* Lutherus in colloquiis Germanicis sic ait, *Missa priuata plures etiam sanctos decepit, & in errores seduxit, à tempore Gregorij id est spatio* 800. *annorum.* Et Tyndallus act. & monument. pag. 1338. a. prope initium, *Non dubito quin S. S. Bernardus, Franciscus, & alij quamplurimi sancti in missæ veneratione errauerint:* Missam igitur colere sanctitatem, isto iudice, non violat. Vltimò, *de Missa & alijs nonnullis fidei Catholicæ dogmatibus,* Franciscus Ionsonus in defens. Tractatus: *Iacobi de Ecclesia & ministerio Angliæ, &c.* pag. 13. ante med. sic ait, *An non egregius ille Christi miles Ioannes Hus, & alij martyres antiqui, Missam & audiere & celebrauere vsque ad vltimum vitæ diem? &c. An non plerique eorum Papæ authoritatem agnoscebant? Alij septem sacramenta, alij confessionem auricularem, &c.* Et Benedictus Morgestern. in Tract. de Ecclesia, &c. pag. 41. circa med. *olim hæc condonanda erant pijs, quod Papam Christi Vicarium existimauerunt, & caput Ecclesiæ; quod Papatum esse Ecclesiam; sanctos inuocandos, missam esse cœnam Domini opinati sint.* Vide supra Tract. 1. sect. 6. subdiu. 2. per totam, quomodo aduersarij multos Catholicos saluandos fore confessi sint.

G. Hookerus in Politia Ecclesiastica lib. 3. sect. 3. pag. 130. ante med. & lib. 5. pag. 188. initio & Covellus in defens. Hookeri pag. 68.

H. In 4. Concionibus & 2. quæstionibus, &c. serm. 3. pag. 448. fine.

I. Somus *in defensione* contra Penry, &c. cap. 23. fine pag. 182.

* Vide Tract. *de ratione recte gubernandi* contra Nicolaum Machiauellum excusum Londini 1602. pag. 80. post med.

§ Ibid. pag. 83. paulo post med. & 85. prope finem.

K. Cassander in lib. *de officio pij viri, &c.* pag. 14. ante med. & 15. initio & pag. 27. post medium.

¶ Dauid Paræus lib. *de symbolis sacramentalibus, &c.* in Præfat. ante med. *Cassander eruditus scriptor, &c.* & Mortonus, *in plena satisfactione duplicis inquisitionis Romanæ, &c.* pag. 55. *grauissimum illum, doctum, singularis eruditionis, & pietatis virum Cassandrum* nuncupat.

L. Cassander ibidem pagina decimaquarta post medium in quam sententiam citat Lutherum ibidem pagina decimaquarta fine & pagina vigesima prima vigesima secunda.

M. *Examen pacifique de la doctrine des Huguenots, &c.* imprimé à Caen 1590. en argument. du liure pag. 2.

N. Apologie Catholique, &c. parte 2. pag. 46. & 203. 204.

O. Supra tract. 1. sect. 6. subd. 1. & 2.

grauate concedunt, idque [P] *communi consensu omnium doctiorum Protestantium: quod* (inquiunt) [Q] *in toto scriptorum nostrorum decursu manifesto cerni potest:* & pertinaces quosdam contrarium asserentes, arguunt, [r] tanquam qui *Zelum Dei habeant, sed non secundum scientiam.*

P. Somus in defensione contra Penry pag. 176. prope finem.

Q. Bunnius in Tract. de pacificatione

HHh

sectione decimaquinta pagina nonagesima tertia pag. 93. med.
R. Covvellus in defensione Hookeri pag. 68. paulo post med.

CAPVT TERTIVM.

DE NOTIS VERÆ ECCLESIÆ, ET an illæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ, an vero Lutheranæ, Caluinianæ, vel alteri cuipiam eiusmodi congregationi conueniant.

QVô prædicta aduersariorum confessio, quod Catholica Romana vera Ecclesia sit, credibilior fiat, & manifestior, non grauabimur, iuxta tritum illud & vetustum prouerbium δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά, exemplo Apostoli ad Philipp. 3. 1. eadem sæpius repetere, & maiestati vestræ sub vno quasi intuitu ante oculos proponere, breuem & succinctam periocham aliquot illarum notarum, quas è sacris literis petitas sparsim hactenus & obiter tetigimus, quibusque falsa Ecclesia certissime discerni & vera indicio plusquam probabili demonstrari queat. Et has, cùm externæ sint, & ad praxin pertineant, quiuis vel mediocriter sensatus statim percipere, nec aduersarij facile easdem deludere poterunt. In hac autem quæstione illud in primis dijudicandum erit, Cuinam potissimum Ecclesiæ, notæ illæ hactenus defuerint: nempe an Catholicæ Romanæ, an vero Lutheranorum

aut

aut Caluinistarum cœtui. De his enim duabus congregationibus tanquam de vna iam agemus, de quibus & intelligi volumus eas rationes omnes, quæ à nobis in toto hoc capite afferuntur, quas quidem validissimas, demonstratiuas, & plane irrefragabiles existimamus.

DE PRIMA NOTA ECCLESIÆ, *scilicet Vniuersalitate.*

SECTIO PRIMA.

PRIMA Ecclesiæ nota è sacris literis deprompta, est, quod post primam eiusdem propagationem completam, vniuersalis esse debeat seu *Catholica*. Hinc illa Prophetarum de Ecclesia Christi *vaticinia*, [s] *Paruulus erit in mille & minimus vt gens fortis.* [t] *Fluent ad eam omnes gentes:* [u] *Dabo tibi gentes hæreditatem tuã & possessionem tuam terminos terræ:* [x] *Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* [y] *In omnes gentes incipiendo à Hierusalem.* Immo in ipsis sæuissimis Antichristi persecutionibus * *Ecclesia per totum mundum diffundetur*

S. Esaiæ 6. 20. & saluator Math. 13. 13. & Marc. 4. 31. Ecclesiam suam grano synapis comparat *quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuit maius est omnibus oleribus & fit arbor ita vt volucres cœli veniant & habitent in ramis eius..* Vide

annotationes marginales Bibliorum Anglican. in Danielem 2, secundo versus quadragesimo quinto.

T. Esaiæ 2 2. In annotat. autem marginalibus Bibliorum Anglic. anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, hic locus exponitur de amplitudine Ecclesiæ.

V. Psalmo secundo, & octauo Bibl. Anglican. millesimo quingentesimo septuagesimo sexto ibidem.

X. Psal. 72. 8.

Y. Luc. vigesimo quarto quadragesimo septimo. Vide Mathæum vigesimo quarto decimoquarto.

* Vide supra Tractatu secundo capite secundo sectione prima fine ad 5.6. †.

tur, nec obscura manebit, sed † *conspicua & celebris.* Hinc est quod non modo Apostoli [z] in symbolo, sed & Patres [a] antiqui, & ipsi Protestantes, * passim in scriptis suis quo Ecclesiam Christi ab aliis cætibus distinguerent, eam proprio quodam cognomine *Catholicam* nuncuparunt, id est vniuersalem. Quod quidem nomen vt olim. [b] Patres, sic nos hodie non immerito contra Protestantes vrgemus. Cum igitur hac vniuersalitate carere [c] certissima nota sit falsæ Ecclesiæ, omissis ambagibus, cuinam hæc tam certa & clara nota desit, an scilicet Catholicæ nostræ, an vero Protestantium Ecclesiæ videndū erit. Et de Catholica quidem nostra constat illam, Asiam,

† Ibid. ad *.

Z. Symbolum ab Apostolis fuisse compositum affirmat Cassianus, de verbi Incarnatione lib.6.cap. 3. & 4. Augustinus de fide & operibus capite nono, Ambrosius epist. 81. ad Syricium & serm. 38. Hieronymus epist. 60. ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosol. cap. 9. Ruffinus in Symbolum. Celestinus epist.5.ad Nestor. Leo serm. 11. de Passione Domini capite 2. & in serm. contra Eutich. capite 1. & in epist. 13. ad Pulcheriam Augustam: vide Caluinum Institut.lib.2. cap.16. sect. 18. & Frigeuelleum Gauium in Palma Christiana pag. 74. post med.

A. Aug epist. 170. ad Seuerinum. Ecclesia Καθολικὴ *Græce appellatur, quod per totum orbem diffunditur, hanc ignorare nulli licet, ideo secundum verbum Domini abscondi non potest* & Tom.7. contra Gaudent. Donatistam lib. 3. cap. 1. *Si vestra est Ecclesia, ostendite illam per vniuersam terram ramos suos copia vbertatis extendere. Hinc enim Græco vocabulo Catholica nominatur.* Et paulo post, *Per totū orbē dicit & per vniuersam*,

terram porrigi extendique Catholicam, Græco eius nomini & definitioni consentiens. Et de vnitate Ecclesiæ cap. 2. Ecclesia vtique vna est quam maiores nostri Catholicam nominarunt, vt ex eo ipso nomine ostenderent, quia per totum est, &c. Et vide Pacianum citatum supra tract.1.sect.9.subd.6.ad †.

* Enoch Clapham. *in Antidoto schismatis* pag.23. circa med. ait, *Ecclesia dilatare debuit tentoria sua & funiculos extendere per totum terrarum orbem, vnde & Catholica nuncupatur.*

B. Vide Cyrillum & Augustinum, qui nomen Catholici olim vrgebant, vti & nos hodie, verba autem eorum citantur supra tract.1.sect.5.subd.6.ad c.

C. Aug.epist.161.ad Honoratum Episc. Donatistam, sic inquit, *Dignare rescribere nobis, vt sciamus quomodo fieri possit, vt Ecclesiam suam Christus toto orbe perdiderit, & in vobis solis habere cœperit. Vestrum est enim hoc ostendere, nobis sufficit ad causam nostram, quod compleri prophetiam & scripturas sacras per orbem terrarum videmus, &c.*

Asiam, Africam, Europam, & nostra tandem ætate, Americam occupasse. Hoc Symon Lithus his verbis fatetur, [d] *Iesuitica seges &c. non contenta Europæ finibus, Asiam, Africam, & Americam paucorum annorum spatio suis idolis compleuit.* Immo, [e] *Papismum* ante natum Lutherum, *vndique regnasse* ipsi aduersarij fatentur, iuxta Parkinsi quidem computationem [f] nongentos, iuxta Napperi autem & Brocardi, [g] mille ducentos sexaginta annos. Cum interim Protestantium Ecclesiam toto illo tempore, [h] *inuisibilem* latuisse, [i] *& à cœtu publico hominum, ad particularium quorundam piorum corda totos mille ducentos septuaginta annos se recepisse, alij & quidem eruditi Protestantes agnoscant.* Immo quidam ipsorum mira sanè audacia, [k] *Ecclesiæ amplitudinem à Prophetis prædictam, ad sola fere Apostolorum tempora restringere conati sunt.* Alij vero, [l] *quibus hoc improbabile visum est*, dum simul animaduerterent Protestantium Ecclesiam à Constantini temporibus, [m] vsque ad Lutherum nusquam apparuisse, in alteram partem nimis declinan-

D. Symon Lithus in respons. altera ad alterã Gretseri apologiam pag. 331. *Iesuitarum seges, &c. paucorum annorum spatio, &c. non contenta Europæ finibus, Asiam, Africam, & Americam, suis idolis compleuit.*

E. Vide supra tract.1.sect.8. subd.3. ad n.& tract.2.c.1.sect.4. ad f.

F. Vide tract.1.sect.2. ad K.

G. Vide supra tract.1 sect.2. ad *.& tract. 2.c.1. sect.4.ad q r s x.

H. Sup. tract.1.c.1.sect.4.ad n.o.t.x.

I. Vide supra tract.1. sect. 8. subdiuisione 3. ad o.

K. Mortonus in apolog. Catholica parte 1.cap.13.pag.31. *Fœdus quidem perpetuum est, quod est nouum Testamentum, sed hic tam mirabilis eius successus, non ita perpetuo vniuersalis, sed fere Apostolicæ ætati proprius.*

L. Quis enim credat, magnifica illa Prophetarum oracula, & Christi promissa, vel non impleta fuisse, vel effectum illorum tam cito transijsse: vel Ecclesiam inter sæuos illos persecutionum æstus qui à Christi Ascensione ad Constantinum vsque exarcerunt, in perfectam magnitudinem suam crescere potuisse?

M. Vide supra tract.2.cap.1.sect.4.ad q. r. t.u.

do errarunt, dicentes, prædicta Prophetarum vaticinia de Ecclesia per totum orbem diffundenda, *Non nisi post prædicatum à Luthero* [n] *Euangelicum implenda esse, quod quidem tempus,* [o] *senescentis iam Ecclesiæ seu potius decrepitæ esse omnes norunt.* Protestantium vero Ecclesiæ nihil quicquam tale vsque in præsentem diem accidisse [p] cernimus. Atque hæc quidem hactenus de etymologia nominis *Catholici*, quod ab vniuersalitate positum est, & cuinam Ecclesiæ, Protestanticæne ān Catholicæ conueniat dicta sint. De nomine vero ipso, & quibus potissimum iuxta communem verbi notionem tribui debeat, in quo [q] Patres *magnam vim faciant*, iam ante probatum, & confessum est illud ab ipsis aduersariis nobis [r] vltro concedi; adeo vt ob eam causam ipsum *Catholici* nomen *Sectarijs* [s] *minime arridere* omnes norint.

Ad

N. Supra tract.2.c.1.sect.9. initio ad g.

O. Sup.tract.2.c. 1. sect.1. ad § proxime post h.

P. In tota Asia, Africa, America, nulla prorsus protestantium congregatio visitur: Sed nec in Europæ (quæ ex quatuor mundi partibus longe minima est) maiori tractu, vel vnum aliquod templum habent. Solum ergo in lateribus Aquilonis latitat Religio Protestantium, vnde *malum super omnes habitatores terræ pandendum*, Hieremias cap.1.vers.14.prædixit. Id quod Centur.cent. 5.in epist.dedicatoria ingenue fatentur his verbis, *Præterea cum iam se hic mundus ad occasum ruinamque inclinet, ac vox Euangelij videatur in Septentrionales regiones proficisci, & velut in exilium pelli, &c.*

Q. Vide supra tract.1.sect.9.subd.6.ad † c.

R. Vide ibidem ad c.

S. Vide ibidem ad d.

228

DE SECVNDA NOTA ECCLESIÆ, *nempe perpetua & non interrupta duratione eiusdem.*

SECTIO SECVNDA.

AD secundam Ecclesiæ notam veniamus, continuam scilicet durationem, quæ cuicunque Ecclesiæ defuerit, eam vel hoc ipso nomine falsam esse manifesto colligitur. De Ecclesia enim Christi procul dubio intelligendū est illud Dan. Prophetę, [t] *In diebus autem Regnorum illorum suscitabit Deus cœli, regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur, comminuet autem & consternet omnia regna hęc, & ipsum stabit in æternum.* Quod & totidem fere verbis expressit Isaias, [u] *Aperientur Portę tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, &c.* & infra, *Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generatione & generationem.* Quod & Gamaliel non suis eiusdem Spiritus sancti instinctu significauit, cum diceret, [x] *Si à Deo est opus hoc, non dissoluetur*: Neque hoc probatione aliqua eget, cum in eo tam [y] Patres, quam Protestantes conspirent. De Sectarijs vero scriptum est, *Quod cum opus* [a] *eorum ab homine sit, dissoluetur, Quod* [b] *vltra non proficient, sed insipientia eorum manifesta erit omnibus.* Videamus igitur an hæc nota Protestanticæ, an vero Catholicę Ecclesiæ cōueniat. De nostra quidem Ecclesia

T. Dan. 2. 44.

V. Esaiæ 60. 11. & 15.

X. Actor. 5. 39.

Y. S. Hieronymus in extremo dial. contra Luciferian. *Breuem apertamque animi mei sententiam proferam, in illa Ecclesia esse permanendum, quæ ab Apostolis fundata vsque ad diem hanc durat.*

Z. Vide testimonia Protestantium hac de re supra tract. 2. cap. 2. sect. 14.

Tract. 1. sect. 2. ad k. l. *. & tract. 2. sect. 4. ad q. r. s.

H. Quod Religioni nostræ tanquam nouæ numquam contradictum fuerit, vide supra tract. 1. sub. 5. per totam maximè vero ad 2. * 3. 4. versus finem.

I. Vide huius contradictionis exempla apud centuriatores quinto capite cuiusque centuriæ quod inscribitur *de Hæresibus*.

K. Vide supra tract. 1. sect. 8. sub. 2. ad. c. d. e. f. g. &c.

Secundò, quia nullus [l] ortus secundarius Religionis nostræ ostendi potest, à tempore Apostolorum, vt Cartvvrightus [m] supra citatus & alij plerique Protestantes agnoscunt.

Tertiò, quia § vt iam supra probatū est, singula fidei nostræ capita iā inde à sæculo Apostolis vicino, ex confessione aduersariorum deriuari possunt. Illa vero Protestantium Ecclesia, non semel tantum (quod tamen eam falsam esse conuinceret) sed sæpius interrupta fuit, adeo vt ipso Lutheri tempore, quo primum à Religione nostra apostatauit, & illa dogmata sua noua nouitia inuenit, Iuellus dicat. [n] *Illo tempore veritas incognita fuit, & inaudita, cum Martinus Lutherus, & Hulderiucs Zuinglius ad notitiam & Euangelij prædicationem primo accesserunt.*

Huic alij consonant, qui ita scribunt, [o] *Ante Lutherum Ecclesiæ omnes tenebris plusquam cimmerijs obrutæ fuerunt, &c.* Rursus. 2. *Ante Lutheri ætatem per multa sæcula generalis quædam apostasia faciem vniuersæ terræ cooperuit, adeo vt Ecclesia nostra tunc* 3. *mundum*

L. Quæ enim contra nos aduersarij obijcere solent refelluntur, tract. 1. sect. 7. per totam, sed & aduersarij id fatentur, tract. 1. sect. 9. sub. 3. ad 2. 3. 4. 5. & sub. 4. ad 10. 11. 12. &c.

M. Vide supra tract. 1. sect. 3. subd. 15. ad m. vbi & Vvhitgiftus Sancti Augustini testimonium adfert quo probet ea dogmata quorum initia inueniri nequeant ab Apostolis descendisse. *Quo dicto* (inquit Cartvvrigthus ibidem ad o. p.) *omne genus Papismi, vt omnium iudicio patet*, introducitur. Putauit igitur Religioni Papisticæ nullam iam inde ab Apostolis initium assignari posse. Idem fatentur Fieldus, Napperus, Fulco supracitati tract. sect. 9. subd. 5. paulo post medium, ad 2. * †.

§ Supra tract. 1. sect. 3. per totam & infra sect. 10. sub. 2. ad. 3. a. b. c. d.

N. Iuellus in Apologia Ecclesiæ Anglicanæ, parte 4. capite 4. diuis. 2. & in

defensione Apologiæ 1571.pag.426.prope finem.
O. Supra tract.2.cap.2.sect.11.sub.3. ad k.
2. Vt supra ad * ante f.

3. Ibidem ad ¶ *
4. Camierus in Ep. Iesuit. parte altera, pag.49. *Arrianorum enim venenum non portiunculam quandam, sed pene totum orbem contaminauerat, & in ea nos tempora deuenimus, quæ etiam excedant Arriani furoris confusionem, non portiunculam vnam aut alteram error occupauit, sed totum corpus Apostasia auertit à vero Christo.*
5. Vide tract.2 c.2.sect.11.sub. 3.per totam.
6. Ibidem sect.14.ad g.h. i.&c.
7. Ibidem. sect.14.initio ad † y. z. a. b.c.

3. *mundum lateret,* 4. *dum non portiunculam vnam aut alteram error occuparet, sed totum corpus Apostasia auerteret à vero Christo.* Cum pluribus alijs in eundem sensum iam supra 5. citatis. Neque aliter defendere possunt Christi Ecclesiam in terris ante Lutherum fuisse, quam affirmando nostram Catholicam tunc temporis, 6. *Veram Ecclesiam fuisse, à qua* 7. *nec Lutherus ipse* (inquiunt illi) *postea decessit.* De tēpore autem illo quo Vvickleffus Religione Catholica, quam antea professus est, abiecta, nouas opiniones inuexit, Foxius sic scribit. p *Totus procul dubio mundus in deplorato ac misero statu versabatur, & crassa ignorantia densæque tenebræ faciem terræ obumbrarant, Cùm* Ioannes *Vvickleffus, tanquam aurora in medio nebulæ eluceret.* q *Nec illo tempore tenebroso, vel scintilla quidem puræ doctrinæ remanere visa est,* r *Nec habuit tunc Vvickleffus coætaneos, qui potuissent eum fraterne admonere.* s Idem de ætate Vvaldonis dicendum, qui Catholicam Religionem deserens, circa annum Domini, t 1218. nouam adinuenit.

Sed

P. Foxius in Act. & monumentis, pag. 85.b.initio.
Q. Foxius supracitatus tractatu secundo, capite secundo, sectione quarto, initio ad u.
R. Osiander ibidem citatus.
S. Crispinus de Ecclesia, pagina 338. post medium.
T. Foxius in Actis & monumentis, pag. 628.b.ante medium.

Sed clarissime hoc idem de multis sæculis antecedentibus constat, in quibus (vt [u] ante dixi) ne vnum quidem exemplum aduersarij proferre possunt, alicuius cœtus, immo nec alicuius vspiam mortalis, qui Religionem Protestantium profitebatur, aut sacramenta eorum tunc temporis administraret, sed planè fateri coguntur, Ecclesiam suam tot sæculis [x] *incognitam ac inuisibilem* latuisse, dum mysterium iniquitatis (vt ipsi quidem opinantur † *vniuersam Ecclesiam tandem occuparet*, & peruaderet. Hæc nimium absurda esse, cum satis animaduerteret Vuillettus, vt ea quaqua via declinaret, non erubuit (licet expressis verbis id fateri nolit) reuera tamen & de facto contra communem omnium Theologorum sententiam, ¶ perpetuam Christi in terris Ecclesiæ durationem impugnare, & negare. Adeo in confesso est & manifestum, nostram quidem Ecclesiam mansisse, Istam vero Protestantium (quod quidem naturæ veræ Ecclesiæ repugnat) defecisse.

Porro

V. Supra tract.2. cap.2. sect.7.

X. Ibidem 3.4.5.6.& infra sect.3. fine ad e.f.g.h.

† Dum Pater Campianus ita obijceret, *Qui sæculis omnino quindecim, non Oppidum, non Villam, non domum reperiunt, imbutam sua doctrina, &c. Ii coguntur Ecclesiam, si quam volunt, in latebris venditare, & eos Parentes asserere, quos nec ipsi nouerunt, nec quisquam mortalium aspexerit.* Respondet Vvhitakerus in genere, *Id vero falsissimum est Campiane:* Dum vero ad particularia descendit, plane sibi contradicit. *Temporibus* (inquit) *Apostolicis omnes Ecclesiæ, omnes vrbes, omnia Oppida, Familiæ omnes, eandem fidem ac Religionem coluerant, quam nunc nos profitemur, Deinceps paulatim doctrinæ puritas corrumpi cœpit, & varia superstitio latius manauit, cui tamen Patres sanctissimi quantum poterant, resisterunt, quousque illud mysterium iniquitatis, quod ætate etiam Apostolorum radices egerat, per omnes Ecclesiæ partes permearet, & totam tandem Ecclesiam occuparet.* Hæc ille tam sibi quam Christo Domino plane contradicens. Si enim mysterium iniquitatis totam Ecclesiam occuparat, quo modo tunc Ecclesia substitit? aut quo modo non portæ inferni præualuerunt contra eam?

¶ Vvillettus in Synopsi pag.52.dum errores (vt ipse vocat) Papistarum recenset,errore 17. hanc quæstionem proponit. An Ecclesia visibilis in terra deficere possit? & Catholicam sententiam quæ partem negatiuam tenet,errorem decimum septimum numerat,& pag.54.ante medium.*Ecclesiam adeo deficere asserit,vt aliquando fideles nec ipsis innotescant*,in cuius probationem ineptum illud,& toties confutatum exemplum Eliæ affert, de quo iam tractatu 2. cap.2.sect.8. ad e.f.g.h.&c.satis egimus. Et ibidem pag.54.idem author hæc scribit. *Ecclesiam visibilem definimus esse cœtum hominum, inter quos verbum & sacramenta administrantur, talis autem Ecclesia neque semper fuit,neque certe esse potest semper in terris conspicua & visibilis,&c.Tēpore enim Antichristi Ecclesia in terris non erit.* Huic astipulatur Fulco qui asserit,*Ecclesiam visibilem fieri posse adulteram, & à Christi diuortium pati.* Hi igitur perpetuam Christi Ecclesiæ in terris durationem tollunt. Si enim vt hic statuit Vvillettus, & alij infra sectione proxima citandi in margine ad tertio secundo loco positam 9. visibilitas Ecclesiæ in verbi & sacramentorum administratione consistat, & hæ notæ adeo Ecclesiæ essentiales sunt,vt ijs demptis eadem nulla futura sit,quemadmodum ex Vvilletto,& alijs tract.cap.2.sect.1.ante medium, act.y.z.a. ostendimus: Cum hæc visibilitas à terris tolli possit,& ipsam quoque Ecclesiam tolli posse consequens est. Quam quidem opinionem rectius Vvhitakerus *prophanam Hæresim* censet; verba autem eius tract.2.cap.2.sect.14.initio in margine ad r.fusius citantur.

Porro hoc idem exemplo Berengarij, Vvaldonis, Vvickleffi, Hussi, Lutheri, Caluini, & cæterorum omnium qui Religionem vnquam reformasse videri voluerunt, ostendi potest, cum illi ad vnum * omnes, primo Catholici, non Protestantes fuerint: quo nihil clarius, aut ad Ecclesiæ nostræ perpetuitatem, aut aduersariorum Ecclesiæ interruptam & interpolatam successionem asserendam dici potest.

* De hac re plura, vide supra tract.2. sect. 12. per totum.

DE

DE TERTIA VERÆ ECCLESIÆ *nota, nimirum visibilitate.*

SECTIO TERTIA.

VERAM Christi Ecclesiam semper in terris visibilem fore, sacræ literæ aperte testantur. Hinc est quod eam Propheta assimilet y *monti præparato in vertice montium, & eam exaltandam fore prædicit, super omnes colles*, id est, vt ipsi Protestantes interpretantur, z *in locum eminentem, & qui facile videri possit.* De qua illud Saluatoris intelligit, tam a Sanctus Augustinus, quam Humfredus Protestans, b *Ciuitas supra montem posita, quæ abscondi non potest.* Et idem c Sanctus Augustinus eandem comparat. d *Tabernaculo in Sole posito*, de qua & illud Prophetæ intelligit. e *Sol eius non occidet, nec lumen abscondetur*, & quod rem præsentem proxime attingit, Ecclesiæ filijs illud promissum factum autumat, f *Fœdus perpetuum feriam eis, omnes qui viderint eos, scient, quia ipsi sunt semen, cui benedixit Dominus.* De cuius Prædicatoribus

Y. Esaiæ 2.2. & Micheas 4. 1

Z. Biblia Anglicana, anno 1576. in Esaiæ 2. vers. 2. & Humfredus super tract. 2. sect. 1. in marg. sub e.

A. Vide Augustinum supra tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad ¶ ante 2. & Humfredum ibidem in margine ad e.

B. Matth. 5. 5.

C. Vide Augustinum sup. tract. 2. cap. 2. sect. 1. circa medium, ad ¶ ante 2. & idem, tom. 9. in Epistolam Ioan. tract. 2. ait, *In sole posuit Tabernaculum suum, id est in manifesto, &c. Tabernaculum eius, Ecclesia eius, in sole posita est, non in nocte, sed in die.*

D. Psalm. 19. 4.

E. Esaiæ 60. 20.
F. Esaiæ 61.9. Quod autem Mortonus in Apologia Catholica, parte 1. capite 13. pagina 30. ait, *Non hic dici, omnes videbunt, & scient, sed omnes qui viderint, scient, Friuolum est*, Neque enim nos dicimus omnes Ecclesiæ filios vbique notos fore, qui publicè fidem Catholicam profitebuntur, sed vbicumque manserint, ibi eos fidem suam palam professuros.

bus ita canit sapiens. [g] *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat*, [h] *In foribus portarum vrbis profert verba sua.* Sed & Ecclesiæ filijs * præceptum illud datur [i] de quotidianis offensis inter fratres in dies [k] nascentibus componendis, scilicet vt persona læsa [l] *dicat Ecclesiæ.* Quod quidem fieri non potest, nisi quis sciat vbinam Ecclesia inuenienda sit. Adde quod scriptura sacra etiam in grauissimis Antichristi persecutionibus *Ecclesiam conspicuam* [m] *fore declarat*, & Christus Dominus, iuxta interpretationem [n] Sancti Augustini, & ipsorum [o] Protestantium, *suos à secretis Conciliabulis deterret*, dum ait. [p] *Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire, Ecce in penetralibus est, nolite credere.*

Atque

G. Prouerb. 1.20.21.

H. Prouerb. 9. 3. & capite 8. versus 2. 3. Vide Biblia Anglicana, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, in capite nono Prouerbiorum.

* Supra tractatu secundo, capite secundo, sectione vndecima, subdiuisione primo, ad u.

I. Cum medicina hæc à Saluatore nostro diuturno morbo præscribatur, ipsa etiam quotidie adhibenda est. Quomodo autem dicere Ecclesiæ possumus, nisi illa in Pastoribus suis visibilis & nota sit?
K. Matthæus 18. 15.
L. Ibidem versus 17.
M. Hoc probatur & pro Confesso ostenditur, tract.2.cap.2. sect. 1. versus finem ad 3.4.5.6. * 7.8. † &c.
N. Vide Sancti Augustini testimonium ibidem, citatum in margine ad 2.
O. Enoch, Claphamus ibidem citatus.
P. Matthæus 24. 26.

Atque hoc q visibilitatis signo tanquam manifesto indicio (vt suis ipsius verbis vtar) *paruulos liquidam ab erroribus veritatem discernere posse*, docet Sanctus Augustinus. Quinimmo ipsi Protestantes Enoch Claphamus, Humfredus, Melancthon, & alij, è sacra scriptura colligunt, r *Ecclesiam semper visibilem fore*, contrariam vero opinionem s *monstro similem & scripturis contrariam* t *censent*. His accedunt tam Melancthon, quam Caluinus, qui in u hac solum visibili Ecclesia, electos inueniri asserunt. Hinc Theologi Heidelbergenses Anabaptistas interrogant & Beza Trinitarios * *Vbinam tandem antiquitus Ecclesia eorum fuit?* Quod planè argumentum inualidum esset, si eidem satisfieret respondendo Ecclesiam tunc temporis inuisibilem fuisse. Alij vero Protestantes qui ob impotentiam animi, & præfractam quandam pertinaciam verbo tenus Ecclesiæ visibilitatem negant, re ipsa tamen & necessaria quadam consequentia eandem concedũt & agnoscunt. Dũ enim docent x *Verbi & sacramentorum administrationem ab Ecclesia abesse non posse*, & quod y *Ecclesia absque illis ipso facto nulla sit*, Denique Ecclesiam definiant z *visibilem cœtum fidelium in quo Verbum Dei, & sacramenta administrantur*, atque hæc perpetuo in Ecclesia manere debere affirment, eo ipso implicite Ecclesiam semper visibilem futuram asserunt. Neque

q S. Augustinus tom.6. contra Faustũ Manichæum, lib.13.cap.13. introducit cathecumenum sic loquentem, *Quo ergo signo manifesto adhuc paruulus & nondum valens, liquidam discernere à tot erroribus veritatem, quo manifesto indicio tenebo Ecclesiam Christi, in quam iam credere tanta rerum antea prædictarum manifestatione compellor?* Cui ita respondet, *Sequitur Propheta & tanquã motus animi eius ordinatissime excipiens, docet eum, Ecclesiam Christi ipsam esse prædictã, quæ omnibus eminet, & apparet, &c. propter hos enim paruulorum motus, qui possint seduci ab hominibus à manifestatione claritatis Ecclesiæ, Dominus quoque prouidens ait, Non potest Ciuitas abscondi supra montem constituta, &c.* Similia habet Augustinus alibi quæ citantur supra tract.2.cap.2.sect.1.vers.finem ad 2.& ibid.circa med.ad ¶ vbi hæc inter cætera habet, *Hinc fit vt vera Ecclesia neminem lateat.*

R. Vt supra post medium, ad e.
S. Ibidem ad f.
T. Ibidem ad g.
V. Ibidem paulo post medium, ad 5.6.
* Vide ibid sect.11.sub.1.in margine ad f.
X. Supra tract.2.cap.2.sect.1 ante medium, ad y.
Y. Ibidem ad z.a.b.
Z. Iacob.in lib. cum Titulus *Rationes è verbo Dei petita,&c.* p.21.initio sic ait, *Ecclesia visibilis (quam Ecclesia Anglicana ex authoritate publica art.10. tenet) sic describitur* (quod & totidem verbis exprimit Iustus Molitor de Ecclesia militante, pag.19.) *Ecclesia est cœtus hominum in quo verbum Dei, pure ac sincere prædicatur, & sacramenta à Christo instituta legitime administrantur,&c.* Et Fieldus de Ecclesia lib.1.cap.10. initio, p.19. *Ecclesia visibilis est, ob professionem veritatum quas Christus reuelauit, Vsum Sacramentorum, ordinem Ministerij,&c.* Idem Vvillettus in Synopsi Papismi, pagina 54.

Neque in his tam certis, & extra omnem controuersiæ aleam positis diutius immorabimur. Illud solum diiudicandum restat, cuinam Ecclesiæ, nostræne Catholicæ, an vero Protestanticæ, hæc visibilitatis nota conueniat. Et de Catholica quidem nostra, licet sub nomine non recto, fatentur aduersarij, quod [a] *Hæresis Papalis nongentis annis per totum terrarum orbem sese extenderit.* [b] Item, *quod ab anno Christi 605. Papisticæ Religionis professores visibiles fuerunt, & valde conspicui.* [c] Rursus, *quod à tempore Constantini vsque ad ætatem nostram* (id est) totos mille ducentos sexaginta annos, *Papa cum Clero eius externam Ecclesiæ faciem occupauerit.* E contra vero de Protestantium congregatione iidem ipsi fatentur, [d] *Quod in Lutheri ortu, imo & multis* [e] *ante Lutherum sæculis, inuisibilis fuerit: quod* [f] *tempore Bonifacij III.* id est, anno 607. *in desertum fugerit, vt ibi diu maneret:* [g] *quod inuisibilis latitauerit.* [h] *& ab hominum cœtu ad piorum quorundam*

A. Parkinsus in expositione Symboli, pag. 307.
B. Gabriel Povvellus in Animaduersione ad rationes Papistarum,&c. pag. 105 fine.
C. Supra tract. 2.cap.1.sect.4. ad r.
D. Tract. 2. cap.2.sect.11. sub.3 ante e.
E. Vide ibid. ad *.

F. Fulco in Respons. ad Pseudocath. pag. 16. ante medium.
G. Supra tract.1.sect.8.subd.3.ad r.
H. Ibidem ad o.

quorundam corda se subduxerit, per spacium annorum 1260. Denique quod [i] *totos annos mille quadringentos nusquam externa aut visibilis apparuerit.*

I. Sup.tract. 2.cap.1.sect.4. fine ad z.

DE QVARTA NOTA ECCLESIÆ, id est continua successione eiusdem à prima propagatione per Apostolos facta.

SECTIO QVARTA.

FALSA Ecclesia ex defectu personalis successionis facile discernitur. Hanc enim veræ Ecclesiæ semper affuturam, hæc scripturæ loca manifeste indicant. [k] *Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, amodo & vsque in sempiternum.* [l] *Pro Patribus tuis nati sunt tibi Filij, constitues eos Principes super omnem terram.* [m] *Constituit* (Christus) *alios quidem Pastores, &c. in consummationem Sanctorum, donec occurramus omnes in vnitatem fidei* id est (vt ipsi aduersarij interpretantur) [n] *in æternum, siue vsque* [o] *in finem*

K. Esaiæ 59. 21.
L. Psalm. 45. 16. Vide August. in eum locum, tom. 8.
M. Ephes. 4. 11.12.
N. Sup.tract. 2.cap.2. sect.1. initio ad a.b.c.
O. Vide ibidem ad d.

finem sæculi. Hoc è sacra scriptura tam manifesto colligitur, vt aduersarij fateantur * *legitimum & sanctum ministerium, inseparabilem & certam Ecclesiæ notam esse, & sine qua Ecclesia consistere nequit.* Cumque p verbi & sacramentorum administratio (quæ altera q Ecclesiæ nota est, & sine qua r Ecclesia nulla est) Pastoribus demandata sit: Hoc certe munus absque vocatione legitima minimè assumendum est. s *Nemo enim* (vt monet Apostolus) *sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, id est debita consecratione adhibita ritu visibili. t *Quomodo* (inquit Apostolus) *prædicabunt nisi mittantur?* u Quin ipse Christus Dominus hac in causa sententiā fert dicēs, *Qui non intrat per ostium in ouile, sed aliunde ascendit, fur est & latro.* Cui & Prophetæ attestantur. x *Non misi Prophetas istos & ipsi currebant.* y *Non misi eos* (ait Dominus) *& ipsi prophetant in nomine meo mēdaciter.* z Semaias *prophetauit vobis, & ego non misi eum.* Cumque Ozias contra ius & fas officium sibi Sacerdotis a vsurpasset b reprehensus à Propheta c lepra percussus est à Domino, cuiusmodi vltionis diuinæ in simili casu inflictæ, plura exempla in sacris literis d commemorantur.

Hinc sequitur primo, quod successio personalis Pastorum, non alio modo in Ecclesia, quam per vocationem seu missionem ordinariam conseruanda sit. Cumque nulla alia missionis forma in Ecclesia Dei in vsu fuisse inueniatur, nisi ea, quæ per manuum e im-

* Fieldus lib. 2. de Ecclesia capite 6. pag. 51. circa med.
P. Sup. tract. 2. cap. 2. sect. 1. ad t.
Q. Ibidem ad m. & ibidem infra ad b.
R. Ibidem ad y. z.
S. Hebr. 5. 4.
T. Rom. 10. 14. 15.
V. Ioannis 10. 1.
X. Hier. 23. 21.
Y. Hier. 27. 15. & 14. 14. 15.
Z. Hier. 29. 31.
A. Vide Biblia Anglicana, anno 1576. in summa cap. 26. 2. Paralip. 1. item ibid. vers. 16. 18.
B. Ibid. v. 18.
C. Ibid. v. 19.
D. 2. Reg. 6. 7. & 1. Paralip. 11. 9. 10.
E. 2. Tim. 1. 6. & 1. Tim. 4. 14.

positionem fieri solet (extraordinaria enim non solum fundamento & præcepto caret, verum etiam ab ipsis aduersarijs periculo plena [f] censetur, vtpote quæ viam sternat, quibuslibet seductoribus intrare volentibus) igitur illa ab ipso Luthero, Amando Polono, Bullingero, Musculo, Sarauia, Couello, Cartvvrighto, aliisque Protestantibus doctioribus [g] tanquam *fanatica* merito reiicitur.

Sequitur secundo, vocationem hanc ordinariam esse debere, vtpote quæ hominis ministerio confertur. Hoc Superintendens Vvintoniensis planè affirmat. [h] *Potestas* (inquit) *clauium & manuum impositio, ipsis Apostolis primo demandata sunt, nec vlla eis competere potest Apostolica iurisdictio, quibus deest Apostolica successio.* [i] *Hinc fit vt Pastores ab Apostolis & in eisdem potestatem & munus verbum Dei, & sacramenta administrandi accepisse dicantur.*

Hinc etiam factum est, vt antiqui Patres * successionem ab Apostolis cõtinuam tanti fecerint, eiusque defectum Sanctus Cyprianus, Tertul. Optatus, Augustinus, (quorum [k] testimonia iam supra citauimus) contra suorũ temporũ Hæreticos passim obiecerint. *Quam quidem vere Ecclesiæ competere tam certum est*

F. Sarauia in Defensione tractatus, &c. cõtra Respons. Bezæ, pag.37. circa medium. *Sed speciem illam extraordinariæ vocationis ad Ecclesiæ ministerium, &c. cum nullo testimonio scripturarum nec exemplo certo doceatur, non admitto: est enim periculi plena, & noui malique exempli, &c. ea sola fretus nemo se Ministerio* Ec*clesiastico ingerere debet.*

G. Vide testimonia horum iam supra citata tract.2.c.2. sect.3 sub.2. ad z.a. * & ibid. sect.6. in margine ad y.

H. Vide sup. tract.2. cap.2. sect.6. ad z.

I. Ibid. ad a.

* Vide Iræn. citatum tract.2.cap.2.sect.6.ad z. & tract.1. sect. 8. subd.1. prope finem ad 3. & S. Augustinus ibid. ad 4. & Epiphan. hær.27. paulo post med. postquam Rom. Pontificum successionem vrsisset addit. Et *ne quis miretur, quod singula ita exacte recensemus, per hæc enim semper claritas ostenditur.*

K. Supra tract.2.cap.2. sect 6. ad * post x.

L. Sup. tract. 2.cap.2.sect.6. ad z.

est & liquidum, vt Sarauia [l] *se non sine stupore mirari dicat, quomodo quispiam illud vel semel in quaestionem vocare audeat.* Cum ergo tam successio personalis, quam vocatio ordinaria è sacris literis euidenter deducatur, à Patribus affirmetur, & ab ipsis Protestantibus agnoscatur, adeo vt vbi hæc desint, Ecclesiam omnino nullam esse censeant; videndum erit cuinam ex duobus Ecclesiis prædictis hæc nota adsit vel absit. Et nostræ quidem Catholicæ continua Pastorum successio clara ac certa est, ab ipsis aduersaris in genere [m] confessa, & à centuriatoribus Magdeburgensibus [n] singillatim per singula sæcula contexta. Fatetur hoc Fulco, dum nos alloquens ait, † *Claros quidem cuiusque ætatis Pastores, loco quemque suo & officio, Præsertim vero Romanos Pontifices ex ordine vel digitis recensere potestis.* E contra vero in Protestantium Ecclesia nulla vsquam personalis successio apparet, quin potius ipsimet ingenue fatentur, Ecclesiam suam multis sæculis [o] inuisibilem & [p] à cœtu hominum subductam latuisse, vti iam supra satis superque dictum est.

M. Hoc eodem cap. sect. 3. fine ad a.b.c.

N. Centur. 10.cap. cuiusque centur. cuius Titulus est *De Episcopis & Doctoribus.*

† Fulco in Responsione ad Pseudocatholicum pag. 27.ante med. in Triplic. sua ad Replicam Bristoi, pag. 343.post medium.

O. Vide Paulo supra hac sect. 3. versus finem ad d.e.f.g.

P. Sup. tract. 1. sect. 8. sub. 3.ad o.

Quod ad vocationem autem ordinariam attinet, hanc ipsimet aduersarij sibi tam † deesse sciunt, quam personalem successionem

† Bullingerus in Apocalipsi sermone 145. folio 137.a post medium ait, *Quamuis vocationem nostram ad Papam & Episcopos qui successionem suam iactitant referre non possimus, quia tamen doctrinam quam à Christo esse probare, atque ita ministerium nostrum legitimum asserere possumus, nihil moramur, &c.*

nem, adeo vt plerique eorum ad q extraordinariam vocationem confugere non erubuerint. Immo se ita facere necessitate coactos esse confessi * sunt. Extraordinaria autem vocatio, ipsam ordinariam r iam interruptam esse planè indicat. Caluinum hoc fatentem audiamus. *Papæ tyrannide* s *abrupta fuit vera ordinationis series, nouo subsidio nunc opus est. Atque vere extraordinarium fuit hoc munus, quod Dominus nobis iniūxit.* Haud aliter t Beza, ordinaria (inquit) *vocatio nusquam apparuit.* Vnde & plerique Protestantes (teste u Sadello) *licet doctrinam Ecclesiæ suæ veram & in verbo Dei fundatam esse agnoscant, ministros tamen suos omni legitima*

Q. Lascicius de Russorum, Moscouitarum, & Tartarorum Religione, pagina 23. hæc Caluini verba citat. Vide ipsum Caluinum, Institutione libro quarto, capite tertio, sectione quarta. Et Cartvvrightus in Defensione Vvhitgifti, &c. pag. 217. circa medium. *Cum iam Ecclesias Antichristus ab ipsis fundamentis eradicasset, Deus immediate spiritu suo absque vlla hominum vocatione Euangelistas excitauit, qui eas restauraret*, puta Vvickleffum, Hussum, Lutherum, Zuinglium, &c. Et Fulco contra Stapletonum & Martialem, pagina secunda, post medium. *Protestantes qui primo his nouissimis diebus prædicauerunt, extraordinariam pariter vocationem habuere.* Et Parkinsus in operibus suis excusis, anno millesimo sexcentesimo quinto, f. 9. 16. a. post medium, & b. asserit, *vocationem Vvicleffi, Hußi, Lutheri, Oecolampadij Petri Martyris, &c. extraordinariam fuisse.* Vide hac de re plura tractatu 2. capite 2. sectione sexta, ad f. & tract. 2. capite 2. sectione 11. subdiuisione 3 ad * 1.

* Petrus Ramus in Commentarijs Franciæ Anglicè, versis & excusis, anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, p. 74. ante medium, *Hugonotas Gallicanos citat*, dicentes, *Credimus non licere cuiquam sua authoritate Ecclesiam regendam sibi sumere, absque legitima electione, si illa demum haberi poßit, addimus particulam si,* (inquiunt illi) *quia aliquando (sicut de facto accidit ætate nostra) persecutione grassante multi coacti sunt absque vocatione ordinaria ex instinctu spiritus, &c.* vnde & Philippus Mornæus tractatu de Ecclesia capite vndecimo, ait, *Quidam è nostris in tam corrupto Ecclesiæ statu, qualem ætate nostra vidimus, &c. primo absque cæremoniali vocatione prædicare cœperunt, & postea ad sanctum ministerium vocati & electi sunt ab Ecclesiis quas ipsi docuerunt.* En mirum inuentum, quod peperit necessitas. Prædicatores primo Ecclesias instituunt, à quibus ipsi postea prædicandi authoritatem sumunt: modo sanè præpostero & doctrinæ Apostoli contrario. *Quomodo audient* (inquit) *absque Prædicante? Et quomodo prædicabunt nisi mittantur*, ad Romanos 10. 14. Hic missionem

Prædicationi præcedere debere, ex Apostoli sententia videmus. Qua de re plura vide tractatu secundo, capite secundo, sectione sexta, §. secundo. In eodem luto hæret Sutcliffus qui in Examine Recognitionis D. Kellinsoni, pagina quinta, fine ita inquit, *Plebs Christiana ministris destituta, potestatem habet Ministros sibi constituendi.* Et Symundus in Apocalipsim, pagina 123. fine vocat *facultatem quæ à Ciuili Magistratu ad prædicandum datur, sanctam & sufficientem vocationem, in hac temporum nostrorum confusione.*

R. Si ordinaria Pastorum successio durasset, extraordinaria vocatione nihil opus fuisset. Estque hic Pastorum defectus in Ecclesijs reformatis, tam manifestus & confessus, vt Caluinus in tractatu Theolog. pag. 374. b. initio dicat, *Non abs re contendimus ita sæculis aliquot laceratam & dissipatam fuisse Dei Ecclesiam, vt destituta fuerit veris Pastoribus.*

S. Caluinus mox citatus ad q.

T. Beza in Epistola Theolog. ep. quæ est ad Alemannum, paulo post initium, & vide Bezam supra tractatu secundo, capite secundo, sectione sexta, versus finem.

V. Antonius Sadellus libro quem inscripsit, *De rebus grauissimis Controuersis* Disput. Theolog. pagina 719. ante medium, sub Titulo illo *De Legitima vocatione Pastorum Ecclesiæ reformatæ* aduersus eos qui in hoc tantum capite se ab Ecclesia reformata dissentire profitentur. Incipit autem pagina 719. eiusdem libri. -

legitima vocatione destitui putant, quia scilicet continua ab Apostolorum tempore successione visibili carent, quam solis Papistis concedunt.

Et hæc quidem hactenus de defectu successionis & ordinariæ vocationis, quibus cũ Protestantes planè careant, x *Filij sunt absque Patre, & sequentes sine antecedentibus*, illis hominum figmentis non absimiles quæ Deucalionem ex lapidibus finxisse Poëtæ fabulantur.

DE

X. Optatus libro 2. contra Parmen. ita Donatistas vrget, *Vestræ cathedræ vos originem ostendite, qui vobis vultis Ecclesiam sanctam vendicare. Missus est Victor ex Africa Romam, Erat ibi Filius sine Patre, sequens sine Antecedente.*

DE QVINTA NOTA ECCLESIÆ, scilicet Vnitate.

SECTIO QVINTA.

QVINTA Ecclesiæ nota, est, quod omnia membra eius vnam & eandem fidei anologiam & * regulam sequantur. Hinc illa vehemens & toties repetita Apostoli exhortatio, y *Obsecro vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia.* z *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* a *State in vno spiritu vnanimes.* b *Vnanimes id ipsum sentientes. Hanc olim notam* primitiuæ Ecclesiæ affuisse dicit sacra scriptura, c *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Hanc denique Christus Dominus qui procul dubio d *exauditus est pro reuerentia sua, à Patre obtinuit, nempe vt sui vnum* e *sint*, sic Spiritus sanctus significauit dicens, f *vna est columba mea.* E contra autem, dissentio ad Ecclesiæ destructionem tendit. Vnde serio monet Apostolus, illam Christianis cauendam esse. g *Obsecro vos fratres, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata.* h *Non deserentes societatem quam habemus inter nos.*

* Szegedinus in locis communibus pag. 124. paulo post med. vnitatem inter cæteras Ecclesiæ notas numerat.
Y. 1.Cor.1.10
Z. Ephes.4.3.
A. Philip.1.27 & 1. Petr.3.8.
B. Philip.2.2.
C. Act.4.32. & 1.14.
D. Hæb.5.7.
E. Ioan.17.11.
F. Cant.6.8.
G. 1.Cor.1.10.
H. Hæb.10.25.

I. Prouerb. 6.16.19.

K. 1.Cor. 14. 33.

* Gal. 5.15.

L. Luc. 11. 17.

M. Psalm. 55.9. & Gen. 11.6.7.9.

N. Oseæ. 10. 2.

i *Odit Deus eum qui seminat inter fratres discordias.* Vnitas autem Deo adeo grata est, vt dicatur k *Non Deus dissentionis sed pacis.* Discordia autem malus diuturnæ societatis custos, dicente scriptura. * *Si mordetis inuicem, videte ne ab inuicem consumemini.* l *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* m *Destrue Domine & diuide linguas eorum.* n *Cor eorum diuisum est, nunc peribunt.* Hoc quasi stigmate frontibus eorum impresso sui temporis Hæreticos signarunt Patres antiqui, o Irenæus, p Tertullianus, q Chrisostomus, r Hilarius, & s alij. Quibus & ipse Lutherus astipulatur. t *Regnum in se diuisum non stabit, nec Hæretici vnquam vi aut arte, sed mutuis dissentionibus perierunt: nec alijs armis Christus Dominus contra eos pugnat, quam immittendo*

O. Irenæus libro primo, capite quinto, *Videmus nunc & eorum inconstantem sententiam, cum sint duo vel tres quemadmodum de eisdem eadem non dicant.* Et capite decimo sexto, fine. *Cum autem discrepant ad inuicem & doctrina & traditione, & qui recentiores eorum agnoscuntur, affectant per singulos dies nouum aliquid inuenire, &c. Durum est enim omnium describere sententias.*

P. Tertul. de Præscript. capite 42. *Mentior si non etiam à Regulis suis variant, inter se, dum vnusquisque proinde modulatur quæ accepit, quemadmodum de suo arbitrio composuit, &c. denique inspectæ Hæreses omnes in multis cum authoribus suis dissentiente deprahenduntur.* Vide ibidem cap. 37.

Q. Chrisostomus in opere imperfecto in Matth. Homil. 20. *Omnes infideles qui sub Diabolo sunt vniti, nec vnum sapiunt, sed sunt per diuersas opiniones dispersi. Alius quidem sic dicit, Alius sic, &c. Eo modo perfidia Hæreticorum, qui nunquam sapiunt vnum, sed quot sunt, tot sententias habent.*

R. Hilarius lib. 7. *De Trinitate. Hæretici igitur omnes contra Ecclesiam veniunt, sed dum Hæretici omnes se inuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt, victoria enim eorum Ecclesiæ triumphus ex omnibus est, Dum in eo Hæresis contra alteram pugnat, quod in hærese altera Ecclesiæ fides damnat.*

S. Athanasius in oratione 1. contra Arrianos, *Illud quoque prorsus admirabile, omnes quotquot sunt Hæreses in fingendo diuersa pugnantiaque inter se afferre, nec alibi nisi in falsitate sibi inuicem consentire, &c.* Et vide in Decretis Synodi Nicæni contra Hæresim Arrian. Et vide huius rei egregium exemplum in Hist. Socratis lib. 5. cap. 10. & cap. 22. Vide etiam S. Ambrosium de fide ad Gratian. capite 4. Hieron. in Matth. 24. August. contra epist. Parmen. lib. 3. cap. 4. & de Baptismo contra Donat. lib. 11. cap. 6.

T. Luther. tom. 3. VVittenbergæ in Psal. 5. fol. 166. b. fine.

mittendo eis spiritum vertiginis & dissentionis : & alibi, [u] *Schismatis authores inter se dissentiunt, &c. mordent inuicem, & se consumunt, &c. donec tandem pereant.* Hoc præter ipsam scripturam sacram, omnium temporum historiæ testantur. Dum Africam Manichæi peruerterent, mox Donatistæ emerserunt, qui in tres deinde Sectas subdiuisi sunt. Nostra autem ætate primo Sacramentarij, deinde Anabaptistæ sese à nobis separarunt: ita semper Secta Sectam parit, & generatio vnius earum est corruptio alterius. Idem obiicit Anabaptistis [x] Sebastianus Francus, & [y] Theologi Heidelbergenses, & Sacramentariis, Theologi [z] Mansfeldienses.

V. Lutherus tom. 5. Wittenberg. in Gal. c. 5. fol. 416. a. post med.

X. Sebastianus Francus chronici parte 3. fol. 263. b. & sequent. 70. Anabaptistarum opiniones diuersas enumerat, & ait, *Vix duos eorum in omnibus conuenire.*

Y. Theologi Heidelberg. in protoll. Frankentalensi in præfat. ad Anabaptistas, *Si vobis Ecclesiæ titulum concedere vellemus, quanã inter vos Secta pro Ecclesia Dei habenda esset, cũ in tam multas Sectas diuisi sitis?*

Z. Confessio Mansfeldica Latina fol. 120. *Suspectum merito habemus Sacramentariorum doctrinam, &c. quod non definite in eadem sententia concordes, sed inter seipsos diuisi sint, vt alij sint Carolostadiani, alij Zuingliani, alij Oecolampadiani, alij Caluinistæ, &c.*

II.

Antequam statuamus cuinam Ecclesiæ hęc vnitatis nota conueniat, prius videndum erit, quęnam illa dogmata sint, de quibus Pastores Ecclesię inter se salua fidei vnitate dissentire possint. Qua in rę duo maxime notanda sunt: primum est, quod cum quæstio aliqua subobscura nascatur, doctus quisque opinionem suam, absque lesæ vnitatis culpa tueri poterit, quoad vsque altera pars ab Ecclesia definita fuerit. Vnde sanctus Augustinus ita scribit, [a] *Aliquando inter se doctissimi atque optimæ regulæ defensores,*

A. August. de Baptismo contra Iulianum Pelag. libro 1. cap. 2.

fensores, salua fidei compage non consentiunt, & alius alio de vna re melius aliquid dicit, & verius. Rursus, b *si aliud alij, & alij aliud adhuc de aliqua quæstione salua pace sentiant, donec vniuersali Concilio vnum eliquatum sincerumque placuerit, humanæ infirmitatis errorem cooperit charitas vnitatis, sicut scriptum est, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum.* Et hac ratione sanctum Cyprianum de rebaptizandis hæreticis excusat, quem facile correcturum sententiam suam fuisse existimat, *Si tum illo tempore quæstionis illius veritas eliquata, & per plenarium Concilium solidata fuisset.* c *Nec nos ipsi* (inquit) *tale aliquid auderemus asserere, nisi vniuersæ Ecclesiæ concordissima authoritate firmati.* Secundum vero quod obseruandum venit, illud est, in dogmatibus dijudicandis, vt recte monuit d Beza, duo hæc discernenda esse, τὸ ὅτι & τὸ διότι, id est conclusio ipsa, quæ creditur, & ratio ipsa propter quam creditur. e *Hæc enim* (inquit ille) *nunquam nisi prudenter & sobrie attingenda, illa vero semper explicanda est.* Quoad conclusionem igitur quę de fide est, illam quidem scire, & de illa omnes conuenire oportet: de ratione autem quæ plerumque subtilior est, doctis inter se dissentire salua fidei compage semper licuit. Nec enim pari necessitate articulus fidei aut Concilij decretum, & ratio eiusdem credenda est, nisi & hæc ab Ecclesia definita fuerit. Hinc soluitur trita illa, & vetus aduersariorum de Thomistis & Scotistis circa beatæ Virginis immaculatam Conceptionem inter se decertantibus obiectio. quęstio enim illa cum nondum

per

B. Idem de Baptismo contra Donatistas lib.1. c. 18. & vide lib. 2. cap. 4. & 7.

C. August. de Baptismo contra Donatistas lib. 2. cap. 4.

D. Beza in epist. Theolog. epist. 19. pag. 131. ante med.

E. Beza ibid. epist. 81. pag. 368. *Vitanda apud populum abstrusæ controuersiæ, τὸ ὅτι explicandum semper, τὸ διότι nunquã nisi sobriè & prudenter attingendum &c.*

per sententiam * Ecclesiæ in rem iudicatam transierit, vel ipso [f] Bunnio iudice, in vtramque partem disputari potest. Idem de alijs Catholicis, qui in nonnullis eiusdem generis quæstionibus diuersa sentiunt, dicendum est. Vna enim ex prædictis rationibus excusari poterunt. Neq; vero nos aduersarios de talib⁹ accusamus, sed quod in multis & magnis fidei, Christianę capitib⁹ à nobis & inter se dissentiát, ijsdemque ab Ecclesia iam definitis: cuius iudicio cum non acquiescant, lites plane interminabiles exercent. His ita positis, discernendum iam erit, cuinam Ecclesiæ, hæc doctrinæ vnitas de qua loquimur, adsit, vel absit.

Et hanc quidem ne Catholicis concedant aduersarij, allegare solent, [g] *Diuersos apud nos Religiosorum ordines, varias eorundem regulas, & habitus, quorum alij (inquiunt) pisces comedunt, alij herbas, alij nigri dicuntur, alij albi, &c.* Quæ quam sint friuola, & à præsenti, de fidei dogmatibus quæstione aliena, quis non videt? nec minus impropria sunt & illa iam toties reiecta Stephani 6. & Sergij 3. exempla, qui statuta Formosi à Romano Theodoro 2. & Ioanne 10. Pontificibus Romanis confirmata abrogauit, cum reuera controuersia inter Pontifices illos quantumuis importune eam vrgeant aduersarij, [h] non iuris aut fidei, sed facti quæstionem habeat. Porrò nostrorum in ijs

* Fieldus lib. 3. de Ecclesia cap. 42. pa. 174. post med. & lib. 2. cap. 9. pag. 58. agnoscit, *Quosdam dictos esse Thomistas, quosdam vero Scotistas, quod diuersas in quæstionibus quibusdam nondum ab Ecclesia vniuersali definitis, sententias, sanctum Thomam vel Scotum secuti, tuerentur.*

F. Bunnius in tract. pacificationis sect. 17. p. 104. & 105. *Si quis ad honorem beatæ Virginis, seu Christi Domini, qui de ea carnem assumpsit, pertinere putet, quod illa ab omni peccato immunis habeatur, & ob eam causam sibi persuadeat, illam speciali quadam prærogatiua ab originalis peccati labe seruatã fuisse &c. qui ob hanc opinionem vel similes homines damnandos existimet, propterea quod non idem nobiscum sentiunt, à charitate Christiana longe abest, &c.*

G. Ita Iuellus in apol. Ecclesiæ Anglicanæ anno 1600. pag. 96. Danæus contra Bellar. parte 1. pag. 775. Fulco in respons. ad Pseudocatholicum pag. 65. Willet-

tus in Synopsi pag.60. Sparkus in respons.ad Ioannem de Albines pa.252. Gardinerus in dial. quem inscripsit Irenæus & Antimachus de Ritibus & cœremonijs Ecclesiæ Anglicanæ c.3. vbi ita scribit, *Quod dissentiones inter Monachos & rasos vidimus? Quorum alij in piscibus, alij in herbis, alij in calceis, alij in sandalis, alij in lineis, alij in laneis vestibus Religionem statuerunt, dum alij nigris, alij albis vestibus vtantur, alij strictiorem, alij largiorem coronæ rasuram eligerunt, alij soleati, alij nudis pedibus, alij cincti, alij denique dißincti, incederint.*

H. Tota controuersia illa circa factum fuit, an scilicet Formosus legitimus Papa esset, id enim omnes illi qui decreta eius impugnarunt, non agnoscebant, in eo nimirum errantes, quod electionem eius minime canonicam fuisse putarent. Qua de re vide Sigebertum in chron. anno 903. Mathæum Palmerinum anno 899. & Platinam in vitis illorum Pontificum. Quod vero vel in vno aliquo religionis articulo dissentirent, ne minime quidem suspitio est.

I. Vvhitakerus contra Bellarm. de Ecclesia controuersia 2. quæst.5. pag. 327.

K. Fulco cōtra Heskinum, Sanderum, &c. pag.295. fine.

L. Edwinus Sandesius in narratione religionis Occidētalium fol. 5.2. *Habent Papistæ Papam communē omnium Patrem, consiliarium, iudicē, qui lites dirimat, controuersias componat, religionem iuxta Conciliorum Decreta in vnitate conseruet, &c. è contra vero Protestantes vt disiuncta seu dissipata potius turma, dum quilibet sua via graditur,*

ijs omnibus quę ad fidem & religionem Christianam pertinent, summā consensionem, ipsi aduersarij tam perspectam habent, vt eam Vvhitakerus vel inuitus, vel inscius agnoscat, [i] *Contentiones* (inquit) *Papistarum friuolæ sunt, & futiles.* Cui & Fulco consonat dum ita scribit, [k] *Quod ad concordiam & pacem Papistarum inter se attinet, illa nihil aliud probat, quam quod tunc temporis iuxta diaboli placitum omnia fierent, quidni igitur ipse, interea cessaret & quiesceret?* Sed & hanc Catholicorum inter se de religione concordiam, & veram causam eiusdem, prudenter [l] sane Edvvinus Sandesius, & [m] Andreas Duditius obseruarunt.

III.

Iam vero quam longe Protestantes à fidei vnitate absint, videamus. Cumque singula de quibus litigant dogmata recensere, & immensi esset laboris & superuacanei, pauca solum capita attingemus. Primò igitur de ipsis scripturis sacris tanta est inter eos dissentio, vt non modo priuati, sed integræ etiam Ecclesiæ [n]

Episto-

omni medio lites terminandi carent, nullũ habent Patriarchã, nec vnum aliquẽ vel plures, qui solicitudinem & curam Ecclesiarum gerat, & vnitatem conseruet, nec vllum certum modum habent concilium generale conuocandi, qui vnica spes foret contentiones aliquando sopiendi.

M. Vide paulo supra subdiu. 6. ad p. q.

N. Vide supra tract.2.cap.2.sectione 10.subdiu. 2. ad r. s. & tractatu primo sect. 10. subdiu.3. ad a.

Epistolam sancti Iacobi, epistolam Iudæ, secundam Petri, secundam & tertiam Ioannis. Item epistolam ad Hebr. & Apocalypsin è Canone expungent. Quorum plerique ne in codice quidem Bibliorum has satis speciosas sacræ scripturæ partes, [o] remanere patiuntur. Secundò, de sacrosanctæ scripturæ versione, quam male conueniant, pleraque exempla iam supra [p] allata satis ostendunt: dum Lutherus Zuinglium, Caluinus Molinæum, Beza Castalionem, Lutherani Puritanos, & è conuerso hi illos, de sacra scriptura male versa condemnant. *Tertiò*, circa sacrarum scripturarum sensum [q] Cadmæi isti fratres miris modis digladiantur, & vt olim: [r] *Madionitæ mutuis se gladijs confodiunt.*

Hoc ipsæ [s] Lutheranorum inter se pugnæ, & eorundem cum [u] Caluinistis, Protestantium item, [x] inter se, & cum Puritanis contentiones, satis probant, nec non & illa [y] fidei dogmata amplius septuaginta infra citata quæ doctiores nonnulli Protestantes contra reliquos fratres suos tuentur, & propugnant, Cumque ipsemet glorietur, [z] *contentiones suas minime friuolas & futiles esse*, sed propter *fidem & Religionem*, luculenta huius discordiæ testimonia & quærelas eorum non paucas in hoc ipso tam breui tractatu majestati vestræ

O. In plerisq; Bibliorum Codicibus Germaniæ impressis hæc pœnitus omittũtur tanquam apocripha.

P. Vide supra tract.1. sect. 10. subdiu. 4. per totam.

Q. Ouid. Metamorphosis lib.3.

R. Iud.7. 22.

S. Dissentientes Lutheranorum opiniones recitat Nicolaus Gallus infra citatus tract 3.sect. 5. ad literam n. & Theologi Tigurini ibid. ad †. Quæ autem ibi dicuntur non de aliis quam de ipsis Lutheranis intelligenda sunt,

quod etiam notat Osiander ipse Lutheranus, in Epit. Centur. 16. pag.863.initio, adeo vt plerosque eorum in Catalogo hæreticorum nominet. Hinc factum est, vt in multas Sectas diuisi sint, & alij dicti Osiandrini ob nouum illud suum de iustificatione dogma: Alij Maioristæ quia cum Georgio Maiore & suis tenerent bona opera necessaria esse ad salutem. Alij Flacceani, à Flacco Illirico, quia opinioni Maioristarum tanquam Papisticæ, contradicunt, Alij Synergistæ, quia liberum arbitrium astruant, quod Flacciani negent, Alij Vbiquetarij, quod humanitatem Christi non minus quam diuinitatem vbique adesse putãt, Alij Substantiarij, quod originale peccatum dicant esse essentiam, naturam, & substantiam hominis, vnde plane sequeretur Deum authorem esse peccati, Alij accidentarii, qui Substantiarios impugnant. Et hi omnes confessionem Augustanam (quam Caluinistæ reiiciũt) profitentur, & suam quisque opinionem editis libris contra cæteros propugnat, quorum nonnullos infra inuenies, in primò Catalogo huic operi annexo, qui Lutheranorum contra Lutheranos scripta continet.

V. Quantum dissident Lutherani, à Zuinglianis, claré docet Conradus Schlusselburgus & ipse primæ notæ Lutheranus, in libro quem inscripsit, *Theologia Caluinistarum* in speciali illo Catalogo *præcipuorum doctrinæ capitũ, &c.* quẽ illi libro præfigit, in quo triginta tres articulos recenset, in quib⁹ Lutherani quorũ ipse partes tuetur, à Caluinistis dissentiunt quos omnes sigillatim impugnat. Sed & Lucas Osiander librum edidit sub hoc titulo, *Enchirid. controuersiarũ quas Augustanæ confessionis Theologi habent, cum Caluinianis*, Tubingæ millesimo sextagesimo tertio. Et Samuel Hubberus librũ scripsit Germ. impressus Regio monti 1592. cui titulum fecit, *Oppositio doctrinæ Lutheranæ & Caluinianæ, in quibusdam fidei articulis primarijs.* Vide hac de re testimonium Ioannis Pappi infra citati Tract.3. sect.7 post med. ad † post o.

X. Dissentiunt Caluinistæ, maxime vero Protestantes inter se & à Puritanis, in his sequentibus. *De reprobatione, & gratiæ vniuersalitate, De Primatu Petri, De visibilitate Ecclesiæ: An Christus in anima dolores Inferni perpessus sit? An post mortem ad Inferos descẽderit? De Confirmatione, De Baptismo per mulieres in casu necessitatis administrato? An liceat pecunias dare ad vsuram? An in casu Adulterij liceat parti Innocenti de nouo matrimonium contrahere? An Deus velit & decernat peccatum, an vero illud solum permittat? An Sacramenta nouæ legis conferant gratiam, an vero eandem solũ significent? An Sacerdos vere peccata remittat, an vero eadem solum remissa esse denuntiet? An Christi corpus realiter & substantialiter præsens sit ori fidei?* Vt vult Hookerus, Vvhitakerus & alij, *An vero solum sacramentaliter?* vt Puritani volunt, qui contrariam opinionem vt Papisticam condemnant. *An ordo Episcopalis legitimus, an vero Antichristianus sit? An ministri ab Episcopis per manuum impositionem ordinandi sunt, an vero per electionem Presbyterorum? An ab Apostolorum tempore aliqua vocatio extraordinaria fuerit, sit, aut esse debeat? An Deus ex iustitia post remissum peccatum pœnam aliquam temporalem infligat? An pro omnibus hominibus orandum sit? An ex peccatis in eodem homine quædam venialia sint, quædam autem mortalia? An vouere liceat Christianis, an vero hoc cæremoniale fuerit veteris legis, & iam in nouo Testamento abrogatum? An magistratus ciuilis possit esse caput Ecclesiæ? An Papa sit Antichristus? An Ecclesia Papistarũ sit vera Ecclesia, in qua homines saluari possunt, an vero falsa & hæretica, ac proinde omnia mẽbra eius dãnationi æternæ obnoxia sint?*

His addi possunt controuersia illa, de paupertate voluntaria, castitate, obedientia. An vidua liceat vouere castitatem? De communione sub vna tantum specie. De Sacrificio noui Testamenti iuxta ordinē Melchisedech. De certitudine electionis nostra, de libero arbitrio, de Cruce, de Superpelliceo, &c. Cum alijs multis id genus. Testimonia eorum de his omnibus recitare sigillatim minime necessarium ducimus, quæ tamen si opus erit nos ex ipsis aduersariorum libris citato capite & pagina allaturos promittimus. Interim videat lector quæ de hoc in genere citauimus infra Tractatu tertio sectione quarta in margine sub litera n. Sed & hæc ita se habere conqueruntur Puritani, quos partim citauimus supra tract.1.sect.9.subdiu 3.ad * proxime post 18. in margine. Illud verò Vvilletti testimonium, instar multorum esse poterit, qui cum pleraque dogmata è scriptis Hookeri & Covvelli publica authoritate munitis, deprompta recitasset, quæ ipse tanquam noua & à Protestantium fidei analogia aliena censet, in meditatione sua super psalm. 122. pag. 91. quam & Reginæ magnæ Britāniæ dicauit ita scribit. *Ab hoc fonte, ista & alia huiusmodi noua doctrinæ bullæ promanarunt,* verbi gratia *quod Christus non sit originaliter Deus. Quod scripturæ non sint media cognoscendi omnia, quæ de Deo vtiliter scimus. Quod ipsa per se sola non sufficiant ad æternam salutem: Quod verbum Dei non possit nos certos reddere, quid sit verbum Dei: Quod voluntas hominis apta sit naturaliter absque gratia acceptare, aut reiicere obiectum quodcunque particulare illi oblatum, & consequenter credere quod opera naturalia hominis, siue ea facere quæ natura dictat, absque gratia, non potest non esse Deo gratum: Quod sint opera quædam super erogationis: Quod homo iam plura opera facere potest, & Deus acceptare, quam quæ præcepta sunt: Quod non sit impossibile homini in hac vita ab omni peccato immunem seruari: Quod Ecclesia Romana vt nunc est, sit Ecclesia Christi: Quod Idolatræ, impij hæretici* (Papistas intelligit) *visibilis Ecclesiæ membra sint: Quod ordine sacro imprimatur character: Quod sacerdotes accipiant potestatem conficiendi corpus Christi, & cætera: Quod sacramenta conferant gratiam & instrumenta sint iustificationis: Quod sacramenta suo modo æquè necessaria sint & non minus requirantur quam fides ipsa: Quod animæ infantium sine Baptismo morientiū dānentur, &c. Hæc ausi sunt aliqui docere & quidem scribere: vt igitur schismatici* (Puritanos intelligit) *Ecclesiæ pacem turbarunt, vno modo de rebus externis ad disciplinam pertinentibus, contendendo, ita isti alio modo nimirum sanitati doctrinæ Protestanticæ nouas quasdam argutis & phantasmata opponendo, &c.* Hactenus Vvillettus inter nostrates rigidus non infimæ notæ Protestantes de iis solum controuersiis, quæ modo inter ipsos Protestans, agitantur (non enim loquitur de iis quos Protestantes cum Puritanis habent) nec tamen omnes id genus enumerat. Notissimum enim est dissentire eos *de extraordinaria vocatione, de descensu Christi ad Inferos, De matrimonio contrahendo post diuortium factum ob adulterium, De gratiæ vniuersalitate, & alijs innumeris*, quæ nos iam enumerare nihil est necesse.

Y. Septuaginta hæc dogmata infra singillatim enumerantur Tract. 3. sect.4. in margine sub litera m.

Z. Vide ibid. ad n.

passim a videre potest. Extant etiam Centenarij aliquot b librorum Polemicorum, quibus inter se digladiantur Nouatores & tanquam

A. Vide ibid. ad n.o.

B. Vide quartum Catalogū

quam * Ephraim & Manasses sese mutuò destruunt. Hoc denique monstrãt ipsa nomina Lutheranorum, Zuinglianorum, Caluinistarum, Protestantium, Puritanorum, &c. quæ non à nobis in derisioné inuenta (vt in [c] confesso est) sed ab ipsismet [d] necessitatis gratia sibi imposita, vt nimirum in tanta sectarum confusione, vna ab altera inter loquendum & scribendum distingueretur.

in fine huius operis.

* Esaiæ 9. 20. 21.

IIII.

Hæc autem Nouatorum inter se dissentiones tam acres & acerbæ fuerunt, vt alij alios, [e] *pro hæreticis* habuerint, & publicis edictis sese mutuo è finibus suis, [f] *exterminarint*: sub pœna lata prohibentes, 2. tam *lectionem* quam *venditionem* librorum suorum. Statuentes etiã vt in visitationibus: 3. Inquisitio de aduersariis fiat, *vt cognoscantur, apprehendantur*, 4. *incarcerentur*, 5. Negantes etiam suæ religionis hominibus in transitu, eam quæ peregrinis & aduenis exhiberi solet beneuolentiam: Immo bello 6. & *armis* se inuicem impugnarunt, & quæ fuit Lutheranorum sęuitia, ipsa 7. *mortuorum Caluinistarum cadauera immaniter tractarunt.* Collo-

C. Vide plura hac de re Tract. 1 sect.6. subd.6. post med. ad 1. & Bullingerus in lib. cui titulus fundamentum firmũ cap. 1. pag. 5. post med. ita scribit, *Ipsi inter se Euangelici acriter pungunt, & pugnant, & hinc audiuntur inter nos infælicia partium nomina, cum Lutheranorum, tum Zuinglianorum, &c.* Et Caluinistæ in Apologia modesta ad acta Conuentus quindecim Theologorum Torge, &c. pag. 6. ante med. ita scribunt. *Papistæ non alio quam Lutheranorum nomine omnes quos vocant hæreticos nuncuparunt, donec ab his nostris aduersariis Zuinglianorum & Caluinistarum nomine discerent, &c. Non ita pridem Selneccerus Caluinismo, quem appellat, non Christianismum, sed Lutheranismum opposuit.*

D, Vide vt hoc confiteatur Vvhitakerus Tract.1.sect.9.subdiu.6.ad h. vbi sic ait. *Distinctionis gratia hoc nomine Protestantium vti cogimur.* Simile ibidem habet Conradus Schlusselburgus.

E. Vide supra tract.2.cap.2.sect.10.subdiu.10.ad a.b.d.

F. Ibid. ad i. in marg.

2. Hospinianus in hist. sacrament. parte altera fol.393.b. circa med. & ibid. fol. 394.

394. Conqueruntur Lutherani de Caluinistis, quod Biblia & Cathechismum Lutheri, eiusque Sectatorum probibuerint.

3. Hospinianus vt supra fol. 393 b. refert Saxones à Duce petiisse, *vt famosos sacramentariorum libros prohibeat, & in authores debitis supplicis animaduertat, in futura visitatione diligentiam adhiberi iubeat, vt Caluinianorum ratio habeatur, ex scholis Ecclesiis, Magistratibus, aliisque publicis administrationibus eyciantur, &c.* Et fol. 394. a. quatuor articuli referuntur, de quibus examinandi erant ij, qui de Caluinismo suspecti essent. Et vide ibid. fol. 394. b. eiusdem *visitationis executionem* vbi & dicitur, *Multi Caluinianæ religionis suspecti examinantur.*

4. Idem vbi supra fol. 393. a. post med. *Nicolaus Crellius Saxoniæ Cancellarius in vincula conycitur* & ibidem *Theologi nonnulli diuersis in locis comprehensi & in vincula coniecti sunt.* Vide ibidem fol. 303. b.

5. Vide huius rei exempla Lutheranorum aduersus Caluinistas in Hospiniano hist. sacram. parte 2. fol. 399. a. & b. & fol. 354. a. Et apud Osiandrum Epit. cent. 16. pag. 608. Caluinistarum contra Lutheranos apud Conradum Schlusselburg. in Catalogo hæreticorum lib. 13. & vlt. pag. 828.

6. Vide huius rei exempla, Lutheranorum quidem contra Caluinistas apud Hospin. vt sup. fol. 395. a. & 397. b. Caluinistarum autem contra Lutheranos infra Tract. 3. sect. 2. in marg. ad i. & apud Osiandrum in Epit. cent. 16. pag. 755. & pagina 803.

7. Hospinianus in historia sacrament. parte 2. fol. 398. a. circa med. sic scribit. *Exemplum vatiniani & irreconciliabilis odij Lutheranorum erga Caluinistas commemorauimus: non pigebit tamen adhuc vnum vel alterum ascribere, & cætera.* Et paulo post. *Cum impetu occurentes Samdapilam & capulum comminuerunt, ipsumque cadauer immaniter tractarunt, & allectis canibus laniandum obiecerunt, &c. Iterum in cadauer insiliunt, &c.*

V.

Colloquia autem eorum reconciliationis gratia toties frustra habita prętermittá (quæ tamen notanda sunt, &* nonnulla eorum infra à nobis commemorantur) & ad illud veniam quod huius tragœdiæ Catastrophen meritò adornat Quòd scilicet (contra † quá Iuellus expectabat) vix vlla inposterum reconciliationis spes eis reliqua sit. Cum ipsimet agnoscant, g *Synodos optima esse media controuersias componendi,* h *& vnicam spem contentiones aliquando sedandi, &* i *quòd sine illis Ecclesia nec fuit vnquam, nec esse possit quieta, aut tuta*: Ipsimet

* Infra Tract. 3. sect. 7. versus finem in marg. ad 6. & Conradus Schlusselb. in Theologia Caluinistarum lib. 2. art. 15. de Synodis fol. 164 b. paulo ante med. sic ait. *Habitæ sunt aliquot Synodi seu colloquia cum Sa-*

cramentariis, sed laterem (quod dici solet) lauare moliti sunt recte sentientes, &cat. Marspurgensis Synodus & colloquiũ à Philippo Hassiæ Lantgrauio institutum inter Lutherum & Zuinglium, Philippum & Oecolampadium cæterosque quid attulit fructus? &c. Malbrunense colloquium in Suevia anno 64. tam placidum, quid apud sacramentarios obtinuit? Nihil. Ioannes Fredericus secundus Dux Saxoniæ anno 60. suos Theologos cum Electoris Frederici Theologis Heidelbergiæ committebat, &c. sed Æthiopes ita conabantur dealbare nostri, vt illi deinde rabiosius in suis erroribus pergerent. His proximis annis quid non Illustrissimus Dux Saxoniæ tentauit vt collationibus sincerorũ Theologorum quidam iuniores Theologi in Vvittembergensi Academia, & cætera in viam veritatis reducerentur, sed oleum & operam predidit. Cum itaque non semel, non bis, &c. Vide eundem in Catalogo hæreticorum lib.13.pag. 873.

† Iuellus in Apolog. Ecclesiæ Anglicanæ edit. 1600. pag. 101. inquit, *Zuingliani & Lutherani vtrique Christiani & inter sese amici & fratres sunt, non de principijs aut fundamentis Religionis nostræ, non de Deo, &c. tantum de vna, nec ea ita graui aut magna quæstione inter se dissentiunt. Nec desperamus vel potius non dubitamus breui fore concordiam.* Quod vero ait de vnica tantum eos quæstione contendere (manifeste falsum est) nec tantilla est controuersia illa de reali præsentia, quam tamen iste *non ita grauem aut magnam vocat.* Non dissimilia Iuello habet Vvhitakerus infra citatus in conclusione ad Iudices sect.6 in marg. ad g.

G. Bilsonus in lib. cui titulus perpetuum Regum, &c. pag. 374. & 370.

H. Sandus eques paulo supra citatus ad I.

I. Covvelli in modesto examine. &c. pag. 110. ante med.

etiam ingenuè fatentur se iuxta doctrinam suam 2. *omni carere medio* controuersias finiendi, cum generale Concilium congregandi 3. nullam certam viam habeant. Atque hoc vna cum causa eiusdem pleriq; & ij quidem docti Protestantes 4. agnoscunt, quod & ipsa tot annorum experientia satis constat, cum nullum hactenus generale Concilium pro partibus suis congregare vnquam potuerint.

Atque hæc

2. Sandus eques in narratione Religionis Occidentalium sect.47. fol.52. pag.6. & sect.26. *Protestantes nullum hactenus generale Conciliũ pro parte sua ad controuersias suas componendas toto huius sæculi nostri spatio congregare valuerunt.* Qua de re scribunt Caluinistæ Palatini in admonitione de libro Concordiæ impresso Neustadij anno 1581. pag. 138. post medium. *Vniuersalis Synodus & libera non potest conuocari ac rite administrari nisi vel Monarcharum vel principum ac rerum publicarum Christianorum consensu, opera & authoritate, quod vt obtineatur, tum propter multa impedimenta nec facile his temporibus, nec breue negotium esse omnes prudentes iudicabunt de vniuersali & communi omnium Ecclesiarum confessionis for-*

[ta]ula difficile est cogitare.
3. Vide ibidem.
4. Vide infra Tract.3.sect.vltima prope finem in marg. ad 7.

VI.

Atque hæc Protestantium inter se dissentio, plerisque illarum partium non infimæ notæ viris, magnum offendiculum præbuit. Vnde & eques ille nostras Sandus pro experientia sua quam peregrinando nactus est, Protestantes vocat, [k] *diuisas ac dissipatas turmas huc illuc per varias semitas palantes.* Et Andræas Duditius (qui Romanæ Ecclesiæ adeo infestus fuit, vt eidem [l] execrandas plane opiniones affingat, qui Bezæ *vir clarissimus* [m] *& ornatissimus habetur, qui denique ob pietatem, doctrinam & elegans ingenium* [n] *ab illo magna obseruantia colitur, & fratris* [o] *nomine decoratur*) de Romana Ecclesia hoc testimonium perhibet. *Non ita multis* [p] *dissentionibus scinditur, & habet vetustatis venerandæ, successionis ordinariæ, consensus perpetui speciem plausibilem. Et si veritas est, quam veteres Patres mutuo consensu sunt professi, ea Pontificiis tota stabit, &c.* De 5. reformatis vero que dicuntur Ecclesiis 6. totus turbatus & attonitus sic pronuntiat. [q] *Palantes circumferuntur omni doctrinæ vento agitati, & in altum sublati, modo ad hāc, modo ad illā partem deferuntur: horum quæ sit hodie de religione sententia scire fortasse posis, sed que cras de eadem futura sit opinio, neque tu certe affirmare queas:* [r] *In*

k. Paulo supra ad l.

L. Beza epist. 1.Theol.ad Andræum Duditium pag. 13.
M. Ibid. pag. 1. initio & 23.
N. Ibid. pag. 23. circa med.
O. Ibidem pag 2. initio & 3. ante med.
P. Ibidem pag.13. paulo ante med. Sic Beza Duditii verba refert. *Et si (inquis) multa eaque horrenda propugnantur in Romana Ecclesia quæ infirmo & putrido fundamento nituntur tamen non ita multis dissentionibus scinditur & habet vetustatis venerandæ, successionis ordinariæ, consensus perpetui speciem*

plausibilem, & si veritas est quam veteres Patres mutuo consensu sunt professi ea Pontificiis tota stabit, &c. Hæc tu de Pontificiis at nostri quales tandem sunt? Palantes (inquis (*omni doctrinæ vento agitati, & in altum sublati modo ad hanc ad illam, &c.* vt in textu.

5. Ibidem pag. 2. initio.
6. Ibidem.
Q. Ibid. pag. 13. post med. vt supra in marg. ad p.

[r] *In quo tandem Religionis capite congruunt inter se Ecclesiæ, quæ Rom. Pontifici bellum indixerunt? A capite ad calcem si percurras omnia, nihil propemodum reperias ab vno affirmari, quod alter statim non impium esse clamitet. Hæc tu in nos* (*mi Duditi*) *tot idem verbis. Hactenus* Beza qui & ibid. de eisdem ait, [s] *Theologi indies à seipsis dissident.* [t] *Menstruam fidem habent.* Et rursus ibidem. *De Arianis scripsit Hilarius fidem eos annuam & menstruam habere, id de nostris Euangelicis, &c.* Neque vero scrupulus hic plane inanis fuit aut solum Duditium torsit, ipsum etiam Bezam antequam conscientia eius iam callum induxerat, huiusmodi cogitationes diu multumque vexarunt, nam ipse ad Duditium scribit, *se aliquando* u *eodem in luto hæsisse &* x *eodem Labyrintho perplexum fuisse.* Sed & Sebastianus Castalio 7. perdoctus Caluinista *ob hanc ipsam causam dubitasse* se scribit y *vtrum clara veritatis lux suis affulsisset an non, & perpetuas has discordias non leui argumento esse ait, quod* z *densis adhuc ignorantiæ tenebris obruerentur.* a In eundem offensionis lapidem impegit Melancthon (inquit anonimus ille) dum in hæc verba irrumpit 8. *Quos fugiamus habemus, sed quos sequamur non intelligimus. Ea est hodie Ecclesiæ Anglicanæ conditio, præ opinionum varietate, quæ infirmos plurimum offendit, &c.*

R. Ibid. pag. 5.13. post med.
S. Ibid. pag. 5. post med.
T. Ibid. pag. 5. fine.
V. Ibid. pag. 14. fine.
X. Ibid. pag. 23 prope finem.
7. Vide supra tract. 2. c. 1. sect. 5. ad * ante c.
Y. Vide supra tract. 3. sect. 7. prope fine ad p.
Z. Ibidem
A. Author Tract. qui scribitur *speculum Martinistarum* anno 1590. p. 24 & Melancthon in Consiliis Theologicis parte 1. pag 149 ait: *Nulla res æque deterret ab Euangelio, ac nostra discordia.*
8. Hoc Melãcthonis dictum eodem modo applicat Duditius apud Bezã in epist. Theol. epist. 1. pag. 20.

His consonat Georgius Maior primarius Protestans, dum sic scribit, 9. *Obijciunt nobis Papistæ scandala & dissentiones, fateor quidem talia esse; nec ea satis deplorare possum, & inde simplicium animos commoueri, tentari, perturbari sat scio, adeo vt plane dubitent vbinam veritas inueniri possit, & an vera Ecclesia vsquam restet.* Nec minus aperte hoc vlcus tangunt, 10. Lutherus ipse, & Bullingerus. Atque ob hanc ipsam causam plerique eruditi sane viri Protestantium Ecclesiam & Religionem deseruerunt, *Fredericus Staphilus* (inquit Osiander) b *publicus Professor seu lector Theologiæ, in Academia Coninspargensi, ab Euangelio ad Papatum decessit.* Qua autem ratione motus fuerit, sic expressit Dresserus ipse Protestans, c *Ob Theologorum etiam dissidia, ad Catholicos defecit Staphilus.* De Bernardino etiam Ochino, *Magno illo* d *lumine & insigniter erudito viro,* ita scribit author quidam Protestans, e *Bernardinus Ochinus vir apprime doctus, &c. Angliam visitare voluit, & quo tempore ibi mansit, tot absurdas Sectas & Religiones vidit, vt tanquam canis ad vomitum redierit. O infælix Anglia quæ tam varijs de Religione opinionibus, &c.* Et de his quidem hactenus.

9. Georgius Maior in oratione de confusionibus dogmatum veteribus & recentibus, &c.

10. Lutherus in locis communibus classe 5. cap. 13. pa. 39. *Initio Prædicationis nostræ currebat doctrina de fide fælicißimè, coortis autem spiritibus &c. Vulgo iactabatur professores ipsius dissentire inter se: ea res multos offendit, & à veritate auertit, fecitque Papistis spem nos propediem interituros, cum doctrina quæ sibi ipsi non constaret, &c.* Et Bullingerus in fundamento firmo 1. parte cap. 1. pag. 5. post med. *Ipsi Euangelici inter se acriter pungunt & pugnant &c. Commouet vehemens & implacabilis hæc dissentio non paucos, adeo vt animum veluti despondentes dicant, se posthac nihil amplius nisi quod ipsis libeat credituros, quinimmò fidem abijcientes clamant quid, oro, fidei in tot factiones distractæ tribuas? Alij perseuerant in ea religione quam semel didicerunt, sed quamuis in eadem desiderant plurima, & audiant meliora: malunt tamen in Religione non admodum purgata cum eiusdem Religionis consortibus concordes viuere, quam in purgatissima dis-*

cindi, & contendere perpetuo. Non desunt deniq; qui cum in sincera religione perseuerent, fatigati tamen diuturna & molesta contentione, nec doctrinæ veræ tantum tribuunt quantum debeant, nec ministros amant, sed ipsis maledicunt.

B. Osiander epit.cent.16.parte 2.pag.613.post med.

C. Dresserus in Millenario 6.pag. 214.

D. De Ochino plura tract.2.cap.1.sect.5.post med.ad 7.8.9.10.

E. Libellus qui inscribitur *Reditus Pasquilli in Angliam, & eiusdem cum Morphorio occursus, &c.* anno 1589.pag.4.post med.

DE SEXTA NOTA ECCLESIÆ, *scilicet Regum & Regnorum Gentilium ad fidem Christi conuersione.*

SECTIO SEXTA.

DE vera Ecclesia iam olim per Prophetas prænuntiatum est, quod Reges multos * & Gentes ad fidem Christi adducet. Hinc illa vaticinia, [f] *Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* [g] *Suges lac Gentium, & vbera Regum.* [h] *Reges eorum ministrabant tibi, &c. & aperientur portę tuę iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & Reges earum adducātur &c.* Cum pluribus aliis id genus [i] testimoniis claris & irrefragabilibus. Hoc authoritate Hieremiæ confirmat Oecolampadius, dum ait, [k] *Deus hic de æterno Christi regno loquitur, &c. Habebit Reges & Sacerdotes, idque in æternum, nec paucos sed vt stellas cæli innumerabiles.* Astipulatur Lutherus, qui prędicta Esaiæ verba sic exponit,

* Apoc. 10.10. *Oportet te iterum Prophetare Gentibus & populis, & linguis, & Regibus multis.*

F. Esaiæ 49. 23. vbi Biblia Anglicana 1576 hanc habent Glossam, *Sensus est, quod Reges obedient Euangelio & potentiam suam & authoritatem ad Ecclesiam conseruandam impendent.*

G. Esa.60.61.

H. Esaiæ 60. 10. 11.
I. Esaiæ 62. 2. & Psalm. 102. 15. 22.
K. Oecolampadius in cap. 33. Hieremiæ

exponit, [l] *Reges obedient & credent Euangelio, Ecclesia perpetuo aliquos ad fidem conuertet, &c. Hoc enim significatur per portas semper apertas.* Cui & consonat † Szegedinus in eundem locum.

II.

Hoc cum ad facti quæstionem pertineat, & è sacra scriptura liquido colligatur, videndum iã erit, cui Ecclesiæ affuisse vel defuisse per tot iam sęcula contigerit. Et quidem hanc tam numerosam Regum conuersionem * tribus illis post Christum, & ante Constantinum sæculis minime euenisse, cuilibet illorum temporum persecutiones perpendenti, satis persuasum erit: & Barlous nuper Superintendens Lincolniensis id fatetur. [m] *In primitiua* (inquit) *Ecclesia hoc promissum de regibus sese Ecclesiæ submittentibus nondum perfectè impletum est, quia tunc illa potius Christi Domini Prophetia locum habuit, Ante reges ducemini propter nomen meum, & morte vos afficient.* A tempore vero Constantini vsque ad Bonifacium tertium, [n] tria fere sæcula effluxerunt, in quibus pauci admodum reges Christo nomen dederunt, præter ipsos Orientis & Occidentis Imperatores, è quibus Iulianus [o] Apostata fuit, Iustinianus [p] Eutichianus, & plerique

L. Lutherus to. 4. Vvittenbergæ in Esaiæ 60. fol. 23. 4. b.

† Szegedinus tabulæ analiticæ, &c. in Esaiã Prophetam cap. 60. pag. 126. *Prædicit futurum vt Gentes ac reges religionem populi Dei magno studio amplectantur, id quod ad regnum Christi referri debet, vbi accessionem Gentium prædicit, eamque tam numerosam vt stuporem esset incussura spectantibus.* vide eundem ibidem in cap. 31. Hieremiæ p. 239. fine.

* Hinc Fulco contra Stapletonum Martialem &c. pag. 5. ait, *Vel digito nobis ostendas reges illos, qui primus tribus à Christo sæculis innascentis Ecclesiæ splendore ambularunt, neque enim sat erit Abagarum Edessæ, aut Lucium Britanniæ producere, &c.*

M. Barlous in lib. quem inscripsit, *Discrepantia articulorum Religionis Protestanticæ*, pag. 34. Vide hac de re sanctum Augustinum epistola quadragesima octaua,

& Fulconem contra Stapletonum & Martialem pag. 51.
N. Vide Symonem de Voyon in catalogo Doctorum, vbi pag. 85. scribit, *Constantinum regnasse anno Domini* 320. *& pag.* 108. *Bonifacium* 3. *sedisse anno* 604.
O. Vide chron. Cooperi fol.128. & 129.
P. Chronologia Hanmeri pag. 1585.

plerique alij Ariani, nempe [q] *Constans*, [r] *Constantinus* [s] *Valens*, [t] &c. Ergo & tempus illud breuius, & reges tunc pauciores erant, quam vt per ipsos prædictæ Prophetiæ impleri potuerint. Adde quod reges quotquot tunc fuerunt, non religione Protestantes, sed Catholicos fuisse, plus quam probabile est: id quod supra in specie [u] probauimus, & in genere [x] ipsi aduersarij de Constantino omnium [y] optimo & maximo fatentur.

Quæcunque vero conuersiones in toto reliquo tempore factæ sunt, nempe à Bonifacio tertio, qui sedit anno circiter 600. vsque ad præsens, in quo potissimum prædictæ Prophetiæ [z] impletæ sunt (vt fusè ostendit [a] Ioannes Pappus Protestans in epitome histor. Ecclesiasticę de conuersionibus Gentium, & nos iam

Q. Ita sensit Fulco in responſ. ad Pseudocatholicum, pag. 15. sed errauit teste Athanasio in apolog. ad Constantinum.
R. Fulco ibidem & in replica ad Bristoum pag. 375.
S. Fulco ibid. & Cooperus in chronico fol. 129. & 131. & anno 380.
T. Plerique alij fuerunt principes Ariani, nempe Eudoxia, & maritus eius, Archadius, teste Osiandro in epit. centur. 5. pag. 37. Gensericus, teste eodem ibidem pag. 233. & 237. Transimundus Vandalorum rex, teste eodem pag. 485. & alij nonnulli Vandalorum reges, ibidem pag. 209. Item Theodoricus Italiæ Rex, teste Osiandro cent. 6. pag. 78. Almericus rex Gothorum Occidentalium, teste eodem ibid. pag 92. Item Anastasius Imperator ibid. pag. 76. Gilimerus ibid. pag. 112. Iustinianus, ibid. pag. 110. Iustinus Imperator, pag. 232. Leuigildus Hispaniæ rex, ibidem. De aliis autem illorum temporum principibus hæreticis, vide Centur. cent. 4. cap. 3. & cent. 5. cap. 3. & centur. 6. cap. 3.
V. Supra tract. 2. cap 1. sect. 3. per totam.
X. Tract. 2. cap. 1. sect. 3. ad 111.
Y. Abbas in responſ. ad Bishopum pag. 175. Bishopo enim S. Chrysostom. citat affirmantem (Constantinum) *Sanctos inuocasse*: Respondet Vvottonus in lib. aduersus Bishopum pag. 17. testimonium illud tanquam suspectum aut suppositum

positum reijciendo. Ipse vero Abbas in suo responso pag. 174. aliter respondet, *Non negamus*(inquit) *Chrysostom. authorem esse illorum verborum.* & ibid. pag. 175.ait, *Sanctum Chrysostomum de Arcadio locutum fuisse, qui sexaginta amplius annis post Constantinum imperauit. Sed de Constantino*(inquit)*nos inquirimus. Quid enim alij post tempora Constantini fecerunt, dum superstitio magis magisque ingrueret, hoc nihil ad Constantinum, &c.*

Z. Longe maior pars Gentium vltimo millenario conuersa fuit, vt apparet ex ijs quæ iam supradicta sunt tract.2.cap.1. sect. 4.in marg.ad * & cent. qui secundo ca. cuiusque centur.sigillatim cuiusque gentis conuersionem recensent.

A. Vide Ioannem Pappum in epit. hist. Ecclesiasticæ de conuersione Gentium, &c. a pagina 89 vbi conuersionem Angliæ, primo loco enumerat, circa annum Domini 599. quam Papisticam fuisse fatentur aduersarij supra citati tract.1.sect.1.ad d.e.& pag.92. Conuersionem Westphaliæ per Eualdos nostrates, quam & Papisticam fuisse probatur, ibidem tract. 1. sect. 1. ad f. Plura alia exempla enumerat ibidem vsque ad pag. 132.

iam supra claris, & b confessis exemplis plurimorum regum & regnorum Gentilium in Europa, & alibi ab eo tempore conuersorum probauimus) eos omnes in Catholica nostra Ecclesia, & per viros Catholicos factos esse audemus asserere. Hinc Vvhitakerus obiectioni illi respondens, de tot Gentibus ad fidem Christi à tempore Gregorij, qui Bonifacium 3. vno interueniente præcessit, conuersis, perfricta fronte inquit, *Conuersiones non puras & integras*, c *sed corruptas fuisse.* Id quod Danæus non sine contumelia, ne dicam blasphemia apertius expressit, d *Illa fidei dilatatio per Gregorium, Cononem, Zachariam, & alios Gregorios de tot Gentibus conuersis* (cuius mentionem e facit Bellarminus,) *inebriatio fuit mundi de qua Apoc.* 17. *vers.*4. & 18. *vers.* 3. His consonat Symon de Voyon qui ita scribit, f *Anno 605.cum Bonifacius tertius Papa sederet, &c. totus orbis Antichristianæ impietatis fecibus obrutus est, &c. Tunc facta est generalis illa decessio ab Apostolo prædicta.* Ac-

B. Vide hac de re supra ad z.a.

C. Vvhitakerus lib.de Ecclesia contra Bellarminum pag.336. ante medium.

D. Danæus in respons. ad disput. Rob. Bellarmini parte 1.pag.780.

E. Bellarm. parte 1.lib. 4. cap.10. de notis Ecclesiæ nota

9. conuers. Anglorum per Gregorium, & alios quamplurimos commemorat, ad quos omnes Danæus & Vvittakerus respondent, vt mox diximus ad lit. c. d.

F. Symon de Voion in catalogo doctorum Ecclesiæ, &c in epistola ad lectorem post med. & Fulco in responsione ad Pseudocatholicum pag. 27. circa med. ait, *Papæ omnes à Bonifacio 3. (sedit is anno 605.) blasphemi, hæretici, & Antichristi fuerunt.*

cedit Barlous, 2. qui illud Esaiæ Prophetæ, *Erunt reges nutricij tui & reginæ nutrices tuæ*, fatetur vt ante dixi, 3. *In primitiua Ecclesia impletum non fuisse*, sed de temporibus proxime sequentibus ita statuit, 4. *Tunc illud Domini promissum Ecclesiæ factum, & ab Esaia prænuntiatum, impletum est, & fidelium numerus adeo creuit (semper tamen inuisibiliter) vt quemadmodum sponsus loquitur in Canticis sexaginta reginæ, &c.* Itaque cum ex parte Ecclesiæ suæ has solum reginas, seu principes inuisibiles proferat Barlous, de nostra Ecclesia ab eo tempore quo regnauit Pipinus, 5. id est ab anno 750. ita scribit, 6. *Quod ad homagia illa & seruiles humiliationes Imperatorum & Regum:* (ita enim vocat Principum Christianorum sese Ecclesiæ Christi submittentium obedientiam) *Et illam Pippini donationem attinet, &c. non continetur in prædicta Esaiæ prophetia, sed ad illam potius pertinet, quam sanctus Ioannes præuidit & prædixit regum terræ cum meretrice Babylonica fornicationem.* Ex his igitur alijsque & sudradictis manifesto apparet, Religionem ad quam Reges & Reginæ ab illo tempore & deinceps conuersi sunt, illam ipsam Catholicam Romanam fuisse, quam & nos nunc profitemur, quamque aduersarij, vt talem reiiciunt & auersantur.

2. Barlous in defens. articul. &c. pag. 24. ante med.
3. Vide paulo supra ad m.
4. Barlous in defensione artic. &c. pag. 35. ante med.
5. Osiand. cent. 8. pag. 87. circa med.
6. Barlous vbi supra pag. 35. & Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 46 pag. 182. initio. Cum nationum conuersionem tanquã propriam Ecclesiæ notam à Cardinale Bellarmino assignatam commemorat, ne vnam quidem prouinciam sic

Supra

à Protestantibus conuersam citat. Cum tamen de Romana dicat, *Illud vero quod Romana Ecclesia Gentes plurimas ad fidem conuerterit, nihil ad rem facit. Iam enim supra ostendimus, nos minime dubitare quin Ecclesia illa in qua Pontifex sese superbia plus quam Luciferiana exaltauit, fuit nihilominus vera Dei Ecclesia, & salutificam veritatis Christianæ professionem tenuerit, qua & plurimos ab erroribus ad viam veritatis adduxit.* In hoc ergo Fieldus Barloo astipulatur, *Quod Romana Ecclesia gentes plurimas conuerterit:* licet in eo dissentiat, *Quod Romana Ecclesia saluificem veritatis quæ in Christo est professionem tenuerit.*

G. Vide supra tract.1.sect.2.ad K.l.& tract.2.cap.1. sect.4.ad q.r.s.

Supradictis autem conuersionibus merito addi possunt, & illæ quæ nostro iam sæculo in remotis ac dissitis, [h] Indiæ, [i] Americæ, & [k] Africæ regionibus factę sunt. De quibus tam gloriosis Ecclesiæ nostrę actis illud est aduersarij cuiusdam testimonium, [l] *Iesuitæ paucorum annorum spatio, &c. Asiam, Africam, Americam, suis idolis repleuerunt.*

De hac eadem re sic Danęus, [m] *Quod ad Iesuitas attinet, qui gloriantur se ad Christi fidem insulas quasdam Orientalis & Occidentalis Indiæ adduxisse, sic se res habet. Sub prętextu prædicandi Christum eos in peiorem longe idololatriam pręcipitarunt, &c. Miseros illos Indos sic ab ipsis conuersos magis gehennæ obnoxios reddentes, quam ante fuerant.* Nec minus absurde garrit [n] Harrisonus ille, in conuersionem nostram per S. Aug. annis ab hinc mille & amplius in virtute multa & signorum ostensione factã. Accedat porro locuples ille testis Philippus Nicolai, qui cum integrum 2. huius argumenti librũ componat, in quo & se 3, ostensurum profitetur, quomodo prædictæ Prophetię implerę fuerunt, non alia quam Paganorum à nostræ Ecclesiæ hominibus ad

H. De conuersione Indorum Orientalium, vide Ioan. Pet. Maffei historiarum Indicarum lib. 16.& Richardum Hacluithum lib. cui titulus Nauigationes celebriores &c. anno 1599.2. parte pag. 88.
I. De conuersione Indorum Occidẽtalium, seu Americæ, vide Iosephum Acostam de natura noui orbis & promulgatione Euangelij apud Barbaros. Item, l'Histoire generale des Indes Occidentales & terres Neuues à Paris 1587.
K. Narratio regni Congo in

Africa per Abrahamū Hartwellum anno 1597. præfat. ad lectorem.

L. Symon Lytus in responf.altera ad alteram Gretzeri apologiam pag.331.

M. Danæus contra Bellarm. disput. Theol. responf. parte 1. pag.781.

N. Harrisonus in descriptione Britanniæ annexa chronico magno Holinshedi parte 1. edit. vltima pag.27. vbi ita inquit, *Augustinus in aduentu suo ad Anglosaxones, conuertit illos quidem, sed vt est in prouerbio à malo ad peius eos perduxit, dum superstitione non minus noxia eos imbuit, quam illa fuit qua prius tenebantur, &c. publicam idololatriam in secretam commutauit, & Papismum inuexit*, pag.29. b. initio. Et Osiand. epit. cent. 6. p.299. *Postquā Angliam tredecim annis turbauerat, eamque Rom. Antichristi libidini subiecerat, mortuus est, &c.* vide Iunium in animaduersionibus ad controuersiam quintam, &c. de membris Ecclesiæ excusis 1611. pagina 685. art.7.8.9.10.11

2. Huius libri titulus est. *Commentariorum de regno Christi vaticinijs propheticis & Apostolicis accommodatorum libri duo, quorum alter hodiernam Ecclesiæ Christi amplitudinem propagationemque per omnes terras admirabilem describit, & oracula scripturarum de Iudæorum & Gentium, &c.*

3. In præfat. p.12. ait, *Se referre vaticinia Prophetarum & Apostolorum de nostris temporibus edita, rerumque gestarum historiis euentibusque illustrata:* vbi & Ducem Saxoniæ sic alloquitur, *Regium est & orbis Christiani proceribus dignum, inuestigare sermonem, considerare incrementum regni Christi, & secundum vaticiniorum varietatem diligenter obseruare & scrutari, quam late hodie pateat Christiana religio, quamque per Europam, Asiā, Africā, Americam, insulasq; remotissimas sit diffusa:* Vide ibid. l.1. c.1. p.2.3.

Christi fidem conuersorum exempla affert: vnde & Ethnicorum regna nuper industria & virtute 4. Hispanorum ad Christi cultum perducta commemorat, & 5. *eorum zelum & solertiam laudat.* Nec illas conuersiones tacet, quas 6. Lusitani, vel alij in 7. remotis Septentrionis regionibus, vel 8. Cataia longinqua item Indiæ prouincia, vel 9. Africa fecerunt. Quin & 10. *miracula*, quæ Catholici in prædictis conuersionibus faciendis operati sunt, ibidem refert & agnoscit.

Cumque

4. Ibidem lib. 1. pag. 315. *Tota Hispania sedulam & industriam sese præbuit, vt remotissimæ nationes populi Orientalis Occidui, & Australes sacro Baptismate tingerentur, & nomen Christi barbaris innotesceret, Decalogum, Orationem Dominicam, & Symbolum Apostolicum pro diuersitate Gentium (ad quas Portugalenses & Castellani classibus deportātur) varijs linguis promulgans, in Mauritania, littore Atlantico, Guinea, Nigritarum regnis, Armutio, Goa, Narsinga, Aurea Chersoneso, China, Taprobana, Insulis Moluccarum, America, Mexico, Peru, Brasilia, &c. quo Gentes illæ abiurato Paganismo, & Mahumetis superstitionibus reiectis, ad Christum traducantur. Proinde regionibus, nunc*

procul ab Orbe nostro dissitis, antea quæ incognitis annunciatur Christus, vt eius nunc Regno pars Africæ magna Viz Manicongrum, Guineæ, Nigritaramque Regna plurima, ad Lunæ ferme montes vsque porrecta, ad hæc Zofala, Deanamataxa, Quiola & Melinde, tum in remoto Oriente Sinus Persicus, Regnaque Indiarum plurima Cheul, Dabul, Bauda acquirantur. Et quid plura? Propagatur ibidem Christiani nominis Religio etiam ad Reges Narsingæ, Honori, Batæcallæ, Otisæ, Deli, Cananori, Colochi, Cochimi, Coulani, Insulæque Sylanæi & vltra Gangem per Regna Bengallæ, Peguæ, Scani, per magnam Mallacchæ ciuitatem Insulamq; Sumatram tum ad Iauam quoque minorem & maiorem, nec non per Insulas Iaponiam, Baudam, Moluccas, Burneum, itemque per Chinam, Lequios, Americam, Hispaniam nouam, Floridam, Regnum Peruanum, Brasileam, Canibales, & Insulas istorum adiacentes, &c.

5. Ibid. pag. 52. *Multa passim fundarunt Collegia, quorum Amplissimum in vrbe Goa varijs hominũ generibus abundante Iesuitæ possident, in quo vitra 600. diuersissimarum Gentium pueros ad pietatem & literas diligenter informari proditur, nimirũ Brachmannos, Persas, Arabes, Aethiopes, Casios, Canarios, Guzarates, Decamios, Malauares, Beagalones, Canareos, Peguos, Patanes, Chingalas, Iauenses, Melaios, Marancabos, Macazaios, Maluccos, Syomos, Mauros, Synos, & id genus alios plures. Numerantur autem præter collegium Goanum, & alia plurima videlicet, Cocchinense, Bozainense, Salsetanum, Malackense, & Iaponiarum Bungense. Ad hæc tredecim sunt Iesuitarum Residentiæ, Cherana, S. Thomæ, Damanensis, Tannensis, Bandoranensis, Calanæ, Tranancori, Comorinensis, Manarinensis, Sinensis Aethiopica, Ambrinensis, & sanctæ Trinitatis. Quibus addantur Iaponenses, vt Meacenses, Emurenses, & alia quædam.* Vide pag. 314. 315. & 318. 319. vbi Hispanorum zelum laudat, nisi esset (vt ille opinatur) *feruor* præposterus.

6. Ibid. fuse lib. 1. pag. 78. & 79.

7. Vide ibid. lib. 1. pag. 10. 11. 12.

8. Ibid. lib. 1. pag. 64. *Catayani, & Genenses in Monopolijs & Mercatorijs ædibus sua habent Sacella, in quibus pro Mercatorum peregrinantium salute, ritibus Missisque Pontificijs litatur.*

9. Vide ibid. pag. 79.

10. Miracula à Catholicorum in Papaganorum conuersione facta recensentur ibid. lib. 1. pag. 91. & 312. 313. 314. 318. 289. Quô autem lectori fucum faciat author ille, asserit *ea in attestationem verbi & Sacramentorum quæ ipsi administrarũt, non in Papistæ doctrinæ confirmationem fuisse facta.* Quasi vero Catholici Romani aliam doctrinam quam Papisticam prædicarint, aut ad aliam, quam illam quam prædicabant doctrinam confirmandam, miracula illa patrarint. Concludit autem pag. 91. his verbis, *Iesuitæ & Pontificij, licet sint Idololatræ, tamen possunt per nomen Christi Prophetare, Dæmonia eijcere, & virtutes magnas edere apud Indos, Americanos, &c.* Vide mox infra ad 11.

Cumque ne vnum quidem exemplum proferre posset, vel vnius alicuius Regni aut Regis per Protestantes à Paganismo ad Christi fidem conuersi, ad illas tandem Angustias

redigitur, vt licet solam Catholicã nostram Ecclesiam prædictas conuersiones & miracula fecisse concedat tamen non vt 11. *Catholicam sed vt Protestantem* (ô nouum & mirum inuentum) *eam hæc fecisse affirmet.*

Spectatum admissi risum teneatis?

Quinimò Bucerus licet expresse de nonnullis huius generis Prophetiis 12. tractet, tamen ne vnam quidem instantiam affert, qua eas in Protestantium Ecclesia impletas fuisse 13. ostendat. Quas quidẽ nunquã impletas fuisse, omnium dissertissime asserit in Protestãtium schola versatissimus Castalio, his verbis: 14. *Quo diligentius scripturas perlego, eo minus Prophetias illas hactenus adimpletas esse sentio, quomodocumque tandem eæ intelligantur.* Atque hæc quidem hactenus dicta sint, de tot Regum & Regnorum Gentilium conuersione, ab Ecclesia Catholica Apostolica Romana, primis, mediis, vltimis à Christi Ascensione temporibus facta.

Ad

11. Ibid. pag. 53. *Iesuitæ in prima Indorum & Insulariũ Orientalium conuersione sese Lutheranos siue Euangelicos præbent.* Et pag. 55. *vt olim Scribæ & Pharisæi Moysis Cathedrã tenentes, verbum Propheticum veteris Testamenti alijs tradiderunt, eoque multos Dei Regno acquisierunt, Dum ipsi humanis traditionibus immergerentur, Sic Iesuitæ in India gẽtes ad Christum ea Religionis via conuertunt, quam ipsi ne ingrediuntur,* & pag. 91. *Iesuitæ & Sacerdotes Pontificij disseminatione articulorum Christianæ fidei, Decalogi & orationis Dominicæ, itemque promulgatione textus Euangeliorum, Epistolarum Dominicalium, Baptismique administratione, Ecclesiam Christi tanquam Balamitæ ædificant, & in nomine Dei apud Indos & Americanos, Idola & Dæmonia Gentium non infeliciter expellunt, magnasque edunt virtutes, præsertim cum Idolatricarũ nationum conuersionem institutionemque auspicantur, non ab authoritate & commendatione Ecclesiæ Romanensis sed, &c. à simplici doctrina de Deo, creatione rerum, lapsu hominum, restauratione salutis nostræ per Christum facta, hucusque enim Lutherizant.*

12. Bucerus scriptis Anglicanis de Regno Christi libro primo capite secundo & tertio.

13. Bucerus ibidem pagina nona fine & capite tertio pagina decima secunda initio, & pagina decima octaua & decimanona, vigesima quinta vigesima sexta circa & post med.

14. Castalio supracitatus Tract.2.cap.1.sect.5.ad d. e.

III.

Ad Ecclesiam autem Protestantium quod attinet.illo solo contenti erimus,quod aduersarij vltro concedunt. Ipsimet enim agnoscunt,tantum abfuisse ab Ecclesia sua vt Reges aut Regna Gentilium ante Lutherum conuerterit,vt ingenuè fateantur, *illam* o *inuisibilem annis saltem mille latuisse.* Nec Barlous cum de hac re ex professo tractaret, Ecclesiam suam vel vno exemplo dato ab hac sterilitate vindicare potuit, sed ad *multitudinem Principum* * *inuisibiliter crescentem* confugit, quorum ne vnũ quidem nomine designat. De Regibus autem illis, qui à tempore Lutheri Protestantiũ Religionem profitentur, nihil loqui attinet, cum ij † omnes primũ à Paganismo ad fidem nostram Catholicam, idque per nostræ religionis homines conuersi fuerint, à qua post ea non ad Paganismum regressi sunt,sed à dicta fide Catholica primitiua ad secundariam nescio quam innouationem pro varia diuersorum persuasione declinarunt: Illam Saluatoris parabolam adimplentes. p *Post bonum semen in agro seminatum, venit inimicus homo & superseminauit Zizania & abiit.* Recte igitur Nouatorum indolem describit Tertullianus cum ait. q *Negotium est illis non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, quam si iacentibus eleuationem operentur.*

Quàm irritus vero fuerit Caluini & Ecclesiæ Geneuensis conatus, qui Richerium Calui-

O. Vide supra hoc eodem cap.2. sect.3 fine ad d.e.f.g.h.i.

* Paulo supra subdiu.2.ad 2.3. 4. post f.

† Hinc est quod Askamus in Apologia pro cœna Domini pag. 26. dicat, *Hic Rex Edoardus sextus Virgo primus omnium nostræ memoriæ Regum merito esse dicitur, qui ab omni non labe solum, sed suspitione etiam fornicationis cum meretrice Babilonica purus & integer virgo existit.*

P. Math. 13. 25.

Q. Tertul lib. de Præscriptione cap. 42.

nistam, quem Beza 2. *spectatæ pietatis & doctrinę virum* nuncupat, in Galliam Antarcticam misit, ad populum illum infidelem conuertendum, Richerius ipse non sine summo suo dedecore in epistola, ea de re ad Caluinum 3. scripta commemorat, & Philippus Nicolai author Protestans 4. latius prosequitur, nec non & ipse Villegaignon qui illi negotio non solum interfuit, sed etiam præfuit, quem virum 5. Richerius plurimum laudat, tanquam qui strenuam & sedulam illi rei operam nauarit. Nec meliori successu Caluinistæ quidam Galli suæ sectæ ministros aliquot in Brasileam Indiæ Regionem flumini Henaro vicinam 150. milliaribus à Sancto Vincentio dissitam miserunt. Vbi prius Patres religiosi societatis Iesu Euangelium prædicarant. Galli autem cum Duce Villegaignonio satis fœliciter illò appulissent, Castrum amplũ & bene munitum ibi erexerunt, sed nescio *qua infœlicitate seu animorum distractione* (vt Philippus Nicolai loquitur) omne Consilium illud 6. dissipatum est. Nec secus postea cum in Floridam Ioanne Ribantio Duce, noua manu appellerent. Immanis vero & plane tragica Protestantium in Sacerdotes Catholicos sæuitia, qui non inutilem in populo illo conuertendo operam nauarunt, à fide dignis authoribus 7. memoriæ proditur. *Sed &*

2. Beza in Iconibus.

3. Extat inter Caluini epist. 237. quæ est Richeri ad Caluinum à Gallia Antarctica anno 1557. in qua hæc scribit, *Latet eos an sit Deus, tantum abest vt legem eius obseruẽt, vel potẽtiã & bonitatẽ eius mirentur, vt prorsus sit nobis adempta spes lucrifaciendi eos Christo, quod vt omnium est grauissimum, inter cætera maxime ægre ferimus.*

4. Philippus Nicolai in cõmentariis de Regno Christi, &c. lib. 1. pag. 395. *Galli duce Villegaignonio in Brasileam fœliciter transportati, fatali infœlicitate & animorum distractione regimen & excitatum in ea castrũ amiserunt, ab Hispanis reiecti, nec secus postea cum in Floridam Ioanne Ribantio Duce noua manu appellerẽt, & propugnaculum ad Delphinum fluuium molirentur, &c.* Sed & Angli & cætera,

vt

vt in textu. Et Villegaignon in epistola præfixa libro cui titulus, *Les propositions contentieuses,&c.* vbi sic scribit, Lecteur, Chrestien sçachāt maistre Iean Caluin, &c. *Lector Christiane cum Dominus Ioannes Caluinus intelligeret, me Brasileam profecturum, vt ibi fidem Christianam propagarem, veteri qua inter nos fuerat amicitia motus, tam nomine suo, quam totius ciuitatis Geneuensis, ministros quosdam suæ Religionis, doctiores quos inuenire potuit, ad me misit, cum machanicis quibusdam operarijs. Ministri autem tam Caluini libris, quam aliis omnibus quibus opus habebant, quam optime instructi erant. Dum Lutetiam transirent, alij quidam Protestantes se illis adiunxerunt, ac inter cæteros Ioannes Comitatus ordinis Prædicatorum Apostata, homo versatili imprimis ingenio & acuti. Hi omnes Brasiliam cum apulissent, specioso admodum titulo sese ornarunt, reformatæ nempe Ecclesiæ, vnde ego omni humanitate eos amplectebar, sperabam enim eos operi illi quod destinaueram, non inutiles futuros, mox autem quã officio suo fungi cœpissent, satis prospexi falsum eos nomen sibi vsurpasse, &c. nec inter se conuenerunt, nec sibi ipsi quisquam eorum diu constitit, sed quotidie noua dogmata cudebant. Iacobinus ille Comitatus doctrinam sibi propriam sequebatur, & confessionem Augustanam defendere præ se ferebat, aperte vero Caluinum impugnabat. Vnde tanta inter eos contentio orta est, vt nullo alio modo dirimi potuerit, quàm alterutrum è ministris Geneuam remittendo.*

5. Richerius in epistola quæ extat iner Caluini epistolas & respons.pag.438. *Altero die postquam appulimus, Villegaignon voluit verbum Dei publice prædicari, deinde subsequenti hebdomoda sacrosanctam Christi cœnam administrari expetiuit, quam & ipse cum aliquot è suis domesticis religiose adijt, reddita primum suæ fidei ratione, cum magna Ecclesiæ quæ aderat ædificatione.* Et paulo post ibidem Richerius ait: *Proinde hac in re nobis operæpretium est sistere gradum, patienterque expectare, donec adolescentuli, quos Dominus à Villegaignone Barbaris huius Patriæ tradidit erudiendos, norint naturalem ipsorum distinguere linguam: ad hoc enim illi apud eos degunt, & versantur, &c.* Adeo instanter opus hoc promouebat Villegaignon, donec dissensione illorum & libidine non nominanda perspecta, (de qua vide Lannoy en la replique Chrestienne,&c. lib.2.cap.16.fol.251. Et Villegaignon aduersus articulos Richerij lib.1.cap.90.) eos & Religionem eorum detestaretur. Vnde & hoc totum inceptum in nihilum recidit.

6. Vide epistolas de conuersione Indorum Italicè Venetiis parte teria folio 132. *Erano tutti costoro heretici mandati, &c. Isti omnes hæretici à Caluino Hæresiarcha missi sunt ad regiones illas hæresi inficiendas, qui & duos ministros cum illis amãdauit, vt illi comites suos & alios falsa sua doctrina imbuerent, sed non ita multo pòst pro more hæreticorum inter se contendere cœperunt, cum alij hoc, alij aliud sentirent.* Quam inanes semper fuerint Protestantium in conuertendis infidelibus conatus, vide Franciscum Gomarum in lib. cui titulus: *Speculum veræ Ecclesiæ*, pag.161.& 168. & Philippum Nicolai mox sup. in marg. subdiu. 4.

7. Maffæus histor. Indicarum.&c. excusor. Colon.1593. pagina 448.& 449. vbi inter cætera hæc habentur. *Allatum huc est Iacobum Soriam maritimæ rei pro Nauarræ Regina præpositum, &c. stare cum nauibus septem in portu, &c. Tum Iacobus Soria vbi cognouit nostræ societatis homines ibi versari, omnes ad vnum occidi imperauit, vociferatus interfice, interfice, quoniam ad praua dogmata disseminanda Brasiliam petunt, &c. mactatus est autem omnium primus Ignatius, Soria ipso non solum imperante, sed etiã*

inspectante viuentium pectora dissecantur, & extracta crudeliter intestina deijciuntur in pelagus, & catera.

& Angli Martino Frobissero Nauarcha Boreale noui orbis latus aperuerunt, ibique Religionem suam plantare voluerunt (vt * ipsi Protestantes scripserũt) *sed re infecta, in Patriam reuersi sunt.* Hanc Ecclesiæ nostræ in Ethnicis conuertendis fœlicitatem, suorũ vero in eo genere infœlicitatem animaduertens Beza, se remotas illas Gentes Iesuitis conuertendas relinquere 8. protestatur, quod quidem ei non immerito vitio vertit 9. Sarauia eiusdem Religionis homo. Et doctus ille Castalio hac de re inquit, *Quo diligentius scripturas perlego, eo minus vaticinia illa hactenus completa esse video, quomodocumque intelligantur.*

Quæ cum ita sint (Domine mi Rex) minime importunum aut temerarium videatur, si hoc occasione Majestati vestræ memoriæ suggeramus, vt illi Religioni ac fidei secure se committat, quam tot & tanti Reges Christiani olim amplexi sunt, in quorum à Paganismo

* Vide Philippum Nicolai paulo supra in margine subd. 4. & Hacluitum lib. cui titulus. *Itinera & Inuentiones terrarum per Anglos excusa* anno 1589. pag. 680. ante med. vbi de casso eorum hac in parte labore sic ait, *Euentus ipse satis declarat, vel nostrates non Dei gloriam primo quæsiuisse, aut quod Deus non satis copiosam gratiam subministrauit, qua lux verbi & cognitio diuina populo illi infideli ante aliud statutum ab eo tempus reuelaretur.*

8. Beza apud Sarauiam in defensione Tractatus de diuersis gradibus Ministrorum pagina 309.

9. Sarauia vt supra 309. his verbis fuse ait: *Neque vero nobis curiose hic inquirendum puto, num ad omnes gentes peruenerint Apostoli: nec enim nunc magnopere nobis delegatione ad remotissimas aliquas Gentes laborandum, cum nobis domi, & in propinquo sit satis superque, quod nos & posteros nostros exerceat: has igitur potius tam longinquas peregrinationes, locustis illis Iesu nomen ementientibus relinquamus.*

R. Vide hoc fusius supra Tratatu secundo capite primo sectione quinta ad d. e.

nisimo ad fidem Catholicã conuersione prædicta Prophetarum oracula certissime completa esse constat, quamque tot vicini & confœderati huiusce ætatis Principes, tanquam vnicam æternæ salutis viam sequuntur, & Maioribus suis non loco modo & honorum titulis, sed fide etiam & pietate iure hæreditario succedentes colunt: quam denique Majestatis vestræ Ataui ad vnum omnes Angliæ & Scotiæ Reges & Reginæ, sanctam & illibatam conseruarunt. Horum vestigiis insistere heroïcum plane est, dignum Maiestatis vestræ prosapia & sanguine, dignum egregia illa indole vestra & naturæ dotibus, reipub. vero Christianæ religionis dissentionibus laboranti, languidæ ac prope perditæ & Majestatis vestræ imprimis auxilium speranti, & imploranti, plane necessarium: præsentibus salutare & gratum, posteris vero in omne æuum memorabile & gloriosum.

DE SEPTIMA VERÆ ECCLESIÆ nota, scilicet dono miraculorum.

SECTIO SEPTIMA.

Illvd saluatoris: *[s] Qui crediderit in me opera quæ ego facio, faciet, & maiora horum faciet,* [t] *ad totum Ecclesiæ corpus referri, in quo hæc virtus sem-*

s. Ioan. 14. 12

t. Notæ Bi-

bliorum Anglicè 1576. in Ioan.14. vers.12. & Martinus Lutherus tom.7. libro de Iudæis, &c. fol. 210.b. allegat contra Iudæos in fidei Christianæ testimoniũ, miracula illa, quæ singulis à Christo sæculis facta sunt, & tandem concludit his verbis: *A Deo* (fidem nostram) *didicimus & accepimus, vt æternum verbum & veritatem Dei hactenus mille quingentis annis miraculis & signis confessam & confirmatam.*

per relucebit, ipsi etiam aduersarij intelligunt. Miracula autem ad infideliũ conuersionem tam sunt necessaria, vt noua doctrina iã promulgata, statim quærant auditores, quemadmodũ olim Iudæi, † *Quod signum ostendis nobis?* Vnde & Apostoli hoc donum à Deo instanti u oratione petierunt, & Christus dominus de seipso ait, x *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Et S. August. inter cætera, *quę eum in Ecclesia retinuerunt, etiam* y *miracula connumerat.* Et hæc quidem miracula patrandi potestas in Ecclesia durauit, magna cum admiratione tempore z Irænęi, imo quadringentis post Christum annis viguit, vt ex * Zozomeno constat, & S. Augustino, qui de sui temporis miraculis loquens, refert, *corpora* a *S.S. Geruasij & Protasij post multos annos inuenta fuisse incorruupta, & quendam qui plures iam annos cæcus manserat, dum sudario feretrum earum tangeret, & oculis suis admoueret* b *visum recipisse.* Et hoc quidem miraculum, *Mediolani factum est* (inquit S. Augustinus) *dum ibi essemus vbi dicta corpora manserunt.* Quosdam etiam mortuos ad monumentum S. Stephani c *resuscitatos* fuisse asserit, & aliud etiam miraculam narrat

† Ioan.2.15.

V. Act.4.29.30

X. Ioan.15.24.

Y. Aug. tom. 6. contra epist. Manichæi cap. 4. & libro 22. de ciuit. Dei cap.8. *Antequã mundus crederet, miracula necessaria erant, vt crederet.*

Z. Vide supra trac.1.sec.5.ad *

* Zozomen. hist.lib.7.cap. 26. & citatur sup.tract.1. sect. 5. ad † post m.

A. Aug.9.confessione ca.7. & S. Hier. in vita Hilarionis *narrant corpus eius post decem menses inuentum fuisse incorruptum, & suaui odore fragrans.* Simile habet Beda de sancto Cuthberto libro quarto

historiæ capite trigesimo.
B. August.de ciuit.Dei lib.22. cap.8.
C. Ibidem post medium.

narrat, tam clarum (inquit d ille) *& illustre, vt nullum esse arbitror Hipponensium, qui illud non viderit vel didicerit.* Hoc autem fuit, vt ipse ibidem fusius narrat, quod *decem infirmi ad sancti Stephani memoriam sanitatem receperunt.* Et miracula quidem illo in loco tammulta & tam clara fuerant, vt cum plurima enumerasset sanctus Augustinus, subiungat, e *Quid faciam? vrget huius operis implenda promissio, vt non hic possim omnia commemorare quæ scio, & proculdubio plerique nostrorum cum hæc legent, dolebunt me tam multa prętermisisse, quę vtique ipsi mecum sat sciunt. Quos iam vt ignoscant rogo, & cętera:* & concludit his verbis, *Si enim miracula sanitatum, vt alia taceam, ea tantummodo velim scribere, quæ per hunc Martyrem id est gloriosissimum Stephanum facta sunt in colonia Calamensi & in nostro, plurimi conficiendi sunt* f *libri, nec tamen omnia colligi potuerunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis, & cætera.* Hæc illę. Pleraque autem alia huiusmodi, ab aliis huius sæculi g patribus referuntur: de quibus ita Vvhitakerus nostras, * *Non ea miracula vana iudico, quæ ad Sanctorum monumenta facta narrantur.* Et hæc miracula patrandi potestas in vera Ecclesia ab ipsis Apostolorum temporibus vsque

D. Ibidem versus finem.

E. August. ibidem.

F. Ibidem.

G. Basilius orat. in Namant. & Nazianz.orat. in Cyprianum, Chrysostomus libro contra Gentiles fine. Ambrosius sermone de SS. Geruasio & Prothasio, Hieron. contra Vigil. & in epist. ad Eustochium de vita Paulæ, & in vita Hilarionis. Sulpit. de vita S. Martini.

* Vvhitakerus contra Duræum libro decimo pagina octoc entesima sexagesima sexta ante medium.

que in præsens, tam sine controuersia perpetuo mansit, vt ipsi Centuriatores per mille trecentos post Christum annos, in quolibet sæculo talia plurima [h] recenseant, quorum non pauca à [i] *Monachis facta* fuisse Patres testantur, quantumuis vitam eorum tanquam [k] *asperam & [l] superstitiosam* aduersarij culpent. Imo plurima ab ijsdem Patribus ad pleraque Catholica dogmata astruenda facta narrantur. Hoc modo (vt alia omittam) probatur, [m] *Inuocatio Sanctorum*, [n] *Reliquiarum, &* [o] *imaginum veneratio*, [q] *realis præsentia Christi in Eucharistia*, [q] *Missæ sacrificium*, [r] *Purgatorium & oratio pro defunctis*, [s] *virtus signi Crucis*, [t] *Aqua benedicta*, [u] *lumina in Ecclesia de die accensa*, [x] *reseruatio Eucharistiæ*, [y] *Chrisma*, [z] *adoratio Crucis*, [a] *Confessio peccatorum Sacerdoti facienda*, [b] *extrema vnctio*, & alia pleraque quæ nunc nihil opus est commemorare.

II.

H. Centur. cap.13. cuiusque centuriæ.

I. Zozomen. histor. libro 3. cap.13. & lib.6. cap.8. & Euagrius hist. lib.6. cap. 22. Socrat. hist. lib.4. cap. 18. fine, & c.g. Hieron. in vita Hilarionis. Palladium in hist. Lausiaca passim. Theodoret. in Theoph. per totum. Osiand. epit. cent. 4. p. 369. 370. Centur. cent. 4. col. 493. lin. 18. Hi omnes insignia Monachorum miracula referunt.

K. De antiquorum Monachorum austeritate, Vide Epiphanium hærese vltima fine. Euagrium historia libro primo capite vigesimoprimo. Lucam Osiand. in epitome centur. quarta pagina trecentesima sexagesima octaua, & quingentesima sexta. Centuriatores centur. quarta colom. quadringentesima septuagesima prima linea vigesima tertia, & col. quadringentesima septuagesima tertia, 474. Socratem libro quarto capite decimo-octauo Zozomen. libro sexto capite vigesimonono, & libro tertio cap. decimo tertio. Euagrium libro quinto capite vigesimoprimo, & libro sexto capite vigesimo secundo. Theodoretum in Theophil. seu historia Sanctorum Patrum, capite secundo, tertio, quarto & vigesimo sexto. Palladium in historia Lausaica cap. quadragesima tertia 52. & 70. de Palladio autem honorificam mentionem facit Socrates lib. 4. c. 18. Plura hac de re tract. 2. cap. 1. sect. 4. ad 40. & 50.

L. Lucas Osiander in epit. centur. 4. pag. 99. 100. 103. (contra Fieldum de Ecclesia pag. 185. negantem vllum vnquam miraculum quo dogma aliquod inter protestantes & papistas controuersum confirmaretur, factum fuisse.)

M. Aug. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 8. de Palladia quadam narrat, *Quæ graui tremore diu concussa ad Sanctũ Martyrem Stephanum ire perrexerat. Quæ mox vt cancellos attigit, collapsa velut ad somnum, sana surrexit, &c.* Simile ibid. habetur de Florentio Hipponensi & Euchario Sacerdote Hispano.

N. Nazianz. orat. in Cypr. *Omnia potest puluis Cypr. cum fide, vt sciunt hi qui ipsi experti sunt, & miraculum vsque ad nos transmiserunt.* & S. Chrysost. lib. contra Gentiles de reliquiis S. Babilæ, *Sententiæ nostræ abunde faciunt fidem, quæ quotidiana à Martyribus eduntur miracula.* Foxius act. & monum. excusis 1576. pag. 61. b. refert, & astipulatur Chrysost. vbi supra, & Theodoret. libro 3. Theoph. c. 9. *Quod cum corpus S. Babilæ in templo poneretur, idolum mox conticuit, & dixit se ob præsentiam corporis Babilæ amplius responsa dare non posse.* Plura huius generis exempla habet Palladius historia Lausaica cap. 62. in vita Philemonis S. August. libro 22. de ciuit. Dei cap. 8. Hieron. contra Vigilantium. Basil. orat. in Namant. Gregor. Turon. de gloria Martyrum: de quibus vide Vvhitaxeri iudicium paulo supra citatum ad * post g.

O. Euseb. hist. lib. 7. cap. 14. narrat historiam, *Imaginis cuiusdam à deuota quadam fœmina erectæ, ad cuius basim herba quædam quæ omnia morborum genera curabat, crescere solebat.* Et S. Athanas. de passione imaginis Christi in Berito citatur in 2. Concil. Nic. act. 4. & à Gregor. Turonensi de gloria Martyrum lib. 1. c. 22. vtrobique autem mentio fit sanguinis inde profluentis.

P. S. Chrysost. de Sacerdotio lib. 6. cap. refert, *Senem quendam virum admirabilem, & cui reuelationum mysteria multa diuinitus detegi solerent, narrasse se olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus (sacrificij) de repentè Angelorum multitudinem conspexisse, candidis vestibus indutorum, altare ipsum circumdantium, deniquesic capite inclinatorum, vtsi quis milites præsente rege stantes videret, &c.* Illam vero Angelorum assistentiam, & causam eius paulo superius his verbis expresserat, *Per id tempus & Angeli Sacerdoti assident, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, Angelorum choris plenus est.* Quod vero aliquando Deus Sacramentum Eucharistiæ in carnem visibilem commutare, ad infidelium conuersionem vel confusionem dignatus sit, testatur Paulus Diaconus in vita sancti Gregorij lib. 2. c. 4. nec abnuit Humphredus Iesuitismi parte 2. rat 5. pagina 626. Simile habet Cirus Theodorus Prodromus (is vixit anno 440.) qui in Epigrammate Diui Basilij ita canit,

> *Intuitus panem, & nigrum in cratere Lyæum,*
> *Riserat Hebræus sacra mystica Christicolarum:*
> *Hæc vbi Basilius persenserat, vtraque edenda,*
> *Porrigit, illa statim cruor & caro versa resultant.*

Vide Centuriat. cent. 4. col. 431. lin. 39. & Paschasiũ de corpore & sanguine Christi cap. 14. vbi sic scribit, *Nemo qui sanctorum vitas & exempla legerit, potest ignorare, quod sæpe hæc mystica corporis & sanguinis sacramenta, aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes Christum visibili specie in agni forma, aut in carnis & sanguinis*

colore monstrata sint, &c. vt quod latebat in misterio, patesceret adhuc dubitantibus in miraculo.

Q. Sanctus August. 22. de ciuitate Dei cap.8. narrat, *Hesperium quendam, vbi cum afflictione animalium & seruorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogasse in sancti August. absentia Presbyteros suos, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deoque protinus miserante cessauit.* Et sanctus Gregor. homil 37. in Euang. & Beda libro quarto hist. capite vigesimo secundo de duobus diuersis ferunt, *Quod cum captiui tenerentur, & amici eorum eos mortuos existimarent, ideoque ad refrigerium animarum suarum Missam pro eis celebrari procurarent, quotidie in ipso Missæ tempore vincula soluebantur.* Huc etiam pertinet miraculum illud à sancto Chrysostomo proditum, quod videre licet ad p. immediate supra. Sed & S. Gregorius lib. 4. dial. cap. 55. refert, *Monachum quendā nomine Iustum qui* (inquit) *mihi in eodem Monasterio sedulo obsequi solebat, pro quo iam defuncto cum ex mandato sancti Gregorij per triginta dies continuos hostia salutaris oblata fuisset, fratri suo Copioso apparuit, eumque sic allocutus est, Vsque modo male fui, sed iam modo bene sum. Fratres vero sollicitè computantes dies, inuenerunt id accidisse eo die quo tricesima oblatio pro eo fuerat completa.* Similia miracula vide apud Centuriatores centur. sexta, col. 819. linea quinquagesima prima, & centuria 7. col. 577. lin. 37.

R. Hæc eadem miracula Purgatorium etiam & orationem pro defunctis confirmant.

S. Quæ Patres antiqui de signo crucis miracula referunt, prope infinita sunt. Hoc Couellus responsione ad Burgesium pag. 138. his verbis agnoscit, *Nemo negare potest, quin Deus post filij sui mortē potentiam suam cum summa totius mundi administratione, in hoc humili signo multorum miraculorum instrumento manifestauerit.* Qua de re vide sanctum Hieronymum in vita Hilarion. prope finem Athan. in vita Anton. Pallad. hist. capite 1. in vita Isidori. Theodoret. in Theophilo cap. Lactant. lib. 4. c. 27.

T. Epiphan. hæres. 30. refert, *Iosephum incantationes per aquam signo crucis benedictam soluisse.* Simile narrat de Marcello Theodoret. hist. lib. 5. c. 21. & Palladius de Machario in hist. Lausaica c. 19. *Sanitates etiam virtute aquæ benedictæ factas recenset.* S. Greg. lib. 1. dial. c. 10. S. Beda lib. 5. cap. 4. Pallad. c. 9. & 20. & Theodoret. in Theoph. cap. 13.

V. Insigne miraculū circa luminaria Ecclesiæ factū, refert Euseb. hist. l. 6. c. 8.

X. Narrat Cypr. serm. de lapsis post med. *Quod cum mulier quædam arcam suam in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita sit, ne auderet attingere.* Et S. Ambros. de obitu fratris sui cap. 7. narrat, *De eo quod in naufragio constitutus, ne vacuus mysterij exiret è vita, diuinum illud Sacramentū poposcerit, & illud ligari fecerit in orario, & orarium inuoluerit collo atque ita se deiecerit in mare, non requirens de nauis cōpage resoluta tabulam, cui supernatans importaretur, quoniam fidei solius arma quæsierat, &c. Denique primus seruatus ex vndis, & in portum terrenæ stationis euectus, præsulem suum cui se crediderat, recognouit, &c. statimque Dei Ecclesiam requisiuit, vt ageret gratias liberatus, & misteria æterna cognosceret.* Simile habet Euagrius histor. libro 4. cap. 35. & Gregor. Turon. de gloria Martyrum lib. 1. cap. 14.

Y. Optat.

Y. Optatus libro 2 & inuenitur tom. 4. Biblioth. sanctarum Patrum vltimæ edit. col. 448. prope finem, facimus immane quorundam Episcoporum Hæreticorum cõmemorat. *Iusserunt* (inquit) *Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuini iudicij. Nam ijdem canes accensi rabie, ipsos dominos suos quasi latrones sancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos & inimicos laniauerunt. Ampullam quoque crismatis per fenestram vt frangerent iactauerunt. Et cum casum adiuuaret abiectio, non defuit manus Angelica, quæ Ampullam spiritali subuectione deduceret, vt proiecta casum sentire non posset, & Deo muniente illæsa inter saxa consedit.* Et S. Bernardus Malachiam *lunaticum chrismate delibutum sanasse.* Hoc miraculũ inquit Holinskedus in Chron. Hiberniæ, anno 1577. pagina 13. & iuxta editionem vltimam, pag. 55. *Multa hominum centenarij viderunt, & confessi sunt, & per mundum vniuersum diuulgarunt.*

Z. Vide Euagrium libro 4. capite 25. & hist. Tripartit. libro 2. capite 19. post medium.

A. Qnod confessio peccatorum sacerdoti facta integra esse debeat, probatur miraculis illis, quæ habet Ioannes Climachus gradu quarto, & Petrus Damianus Epist. ad Desiderium, Petrus Cluniacensis libro primo, De miraculis, capite tertio, quarto, quinto, sexto. De neglectu vero confessionis, vide Bedam libro 5. hist. cap. 14.

B. Sanctus Bernardus in vita Malachiæ narrat, *De fœmina prope Monasterium Benchorense resuscitata vt extremam vnctionem acciperet.*

II.

Cùm igitur miracula faciendi potestas, non modo nascenti Ecclesiæ (vt volunt aduersarij) sed etiam adultæ perpetuo conueniat, licet non omnibus Ecclesiæ Pastoribus [c] *sicut duodecim Apostolis*, sed certis quibusdam personis & statis temporibus, pro diuinæ Prouidentiæ beneplacito data sit (neque enim nos dixerimus miracula æque nunc necessaria aut frequentia esse, ac tempore Apostolorum fuerunt, quod quidem Mortonus testimonijs non necessarijs [d] impugnat) iam despiciendum nobis erit, cuinam Ecclesiæ, Protestantum an Catholicorum à mille iam annis miracula facere datum fuerit. Et quidem cum Protestantes *Ecclesiam suam mille*

C. Matth. 10. 1.

D. Morton. in Apolog. Cath. parte 1. lib. 2. cap. 25.

mille saltem annos ante Lutherũ inuisibilem fuisse [e] *fateantur*, vel inde satis perspici potest, eam miraculis non claruisse. Cumque ipsius Lutheri vocationem quemadmodum & Caluini & aliorum extraordinariam fuisse aduersarij affirment, [f] quippe qui immediate à Deo non ab homine ordinationem acceperunt, *Hæc autem vt monstretur à Deo* [g] *esse miracula necessaria requirat*, ea tamen etiam ab ortu Lutheri in Protestantum Ecclesia defuisse tam manifestum est, vt Fulco dicat, [h] *Notum est, Caluinum & reliquos quos Papistæ hæresiarchas vocant, miracula non operari.* Consonat Scutiffus, [i] *Nos* (inquit) *miracula non operamur, nec ea ad doctrinæ veritatem confirmandam necessaria iudicamus.* Alij denique Protestantes cum meliora non suppetant, pro miraculo nobis obtrudunt. [k] *Tantam doctrinæ Lutheranæ dilatationem, tam breui tempore factã, Papa & Papisticis omnibus renitentibus & inuitis.* Sed isti præterquam quod suis aperte contradicunt, qui Luthero & Caluino miracula plane negant, etiam falsum assumunt, neque enim hoc quod asserunt, miraculum, id est supra totius naturæ & causarum secundarum vires * existimandum est, vel ipsorum doctiorum † Caluinistarum iudicio, & pari ratione Arrianismo

E. Tract. 2. cap. 3. sect. 3. fine ad e. f. g. h. 1.

F. Vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 11, subd 3. post f. ad * ¶ 1. & tract. 2. cap. 2. sect. 6. prope finem ad f. & tract. 2. cap. 3. sect. 4. ad q. * s. t.

G. Quod miracula ad extraordinariam vocationem probandam requirantur, probatur supra ex Amando Polono, Musculo, Henoch Clapham, Luthero, Sigvvarto, Sarauia, Bullingero, tract. 2. capite 2. sect. 3. sub. 2. ad z

H. Fulco contra test. Rhem. in capite 13. Apocal. sect. 3. fol. 478.

I. Sutcliffus in Exam. libri D. Kelleinsoni, pag. 8.

K. Foxius Actis & Monumentis, anno 1596. pag. 789. a. lin 59. & Sigvvhartus in Disputat. Theologorum, pagina 170. & Sutcliffus *De vera Catholica Christi Ecclesia*, pagina 33. Et Philippus Mornæus in tractatu Ecclesiæ, anno millesimo quingentesimo octogesimo primo, capite vndecimo, & Iustus Molitor *De Ecclesia militante*, pagina 159.

†. Theologi Casimiriani *in Admonitione sua* De libro Concordiæ Bergensis.

capite sexto, sic aiunt. *Scimus istos Theologos magnis clamoribus regerere Lutherum esse Prophetam, quia & ipse immediate & extra ordinem à Deo excitatus, &c. quia miracula fuerint res ipsius gesta, & successus & multa futura prædixerit, &c.* His ita respondent. *Miraculum quod ediderit nullum audiuimus, nam & fortunatio & defensio curriculi ipsius fuit beneficium Dei ordinarium secundum promissiones datas ipsum timentibus, &c. quod autem prædicit de pœnis ingratudinis pro luce Euangelij donata, vel similia, non sunt noua oracula, sed veterum oraculorum scripturæ ad nostra tempora accommodatio.*

* Protestantes eruditi sic miraculum definiunt. *Signum supra naturæ ordinem effectum.* Sic Amandus Polanus in partitionibus Theologicis, pagina 228. vide alia infra hac eadem sectione, subdiuisione sexta, ad * post K.

rianismo & Mahometismo miraculum ascribere possent, cum hi pessimi errores [l] latius quam Lutheri dogmata dispersi fuerint. Sed de his hactenus.

III.

Ecclesiæ autem Catholicæ (quæ sola vt ipsi aduersarij * fatentur, miracula patrandi potestatem sibi vendicat) clara extant, eaque egregie & luculenter testata miracula. Et vt ea primo loco numeremus, quæ Anglos proximè attingunt. Ex supradictis constat gentem nostram à mille iam annis & amplius, ad eam quam & modo nos profitemur fidé [m] Catholicam conuersam esse, adeo vt aduersarij scripserint Sanctum Augustinum, [n] *Papismum seu fidem* [o] *Papisticam in Angliam inuexisse, & ob eam causam in inferno sine dubio* [p] *demersum esse.* Miracula tamen quæ Deus per eum plurima operatus est,

L. Lutheranismus partem Aquilonis, id est vnius Europæ angulum occupauit, Arrianismus autem, non Europam modo, sed etiam Asiam, & Africam peruasit, adeo vt Sanct. Hieronim. in vita Sancti Damasi de eo tempore scripserit, *Ingemiscens orbis terrarum se Arrianum esse miratus est.* Et Daniel Camierus in Epist. Iesuit. parte altera, pagina 49. *Arrianorum venenum non portiunculam quandam, sed pene totum orbem contaminauit.* Vide Ioannem Pappum in Epitome hist. Ecclesiast. pagina 412. & 413. De Mahometismo autem, vide Melancthon. Chron. libro tertio, pagina tricentesima vndecima, vsque ad 317. & Illiricum in Apocalipsim, capite nono, a versu decimo tertio, vsque ad finem.

* Dovvnhamus de Antichristo libro primo, capite septimo, pag.111. *Nec Turcæ, nec Iudæi, nec vlla alia Christianorum Ecclesia nisi sola Papistica & Romana miracula iactitant.*

M. Tractatu primo, sectione prima.

N. Ibidem ad 9.

O. Ibidem.

P. Ibidem ad 6.

Q. Vide supra tract.1.sect.5. ad r. s. t.

R. Super tract.1.sect.5. ad n. q.*

S. Vide ibid. ad u. & Foxius Actis & monumentis, anno 1576.pag.17.a. prope finem. vbi de Sancto Augustino & socijs sic ait. *Commotus est Rex miraculis quæ Dei virtute per ipsos fiebant.*

T. Venerab. Beda libro 3. hist.cap.2.de sancto Osvvaldo sic scribit. *Iuxta meritum fidei suæ victoria potiti sunt. In cuius loco orationis innumeræ virtutes sanitatum noscuntur esse patratæ. Nam & vsque hodie multi languentes sanitati restituuntur.* Et inter cæteros Bothelmus *ante paucos annos.* Taceo quæ idem Beda de eodem Sancto refert libro 3. capite 9.10.& 12. & libro 3. capite 11. sic ait. *Nequaquam silentio prætereundum reor quid virtutis ac miraculi cœlestis fuerit ostensum cum ossa eius (Sancti Osvvaldi) inuenta atque ad Ecclesiam in qua nunc seruantur translata sunt. Nam tota illa nocte (qua scil. reliquiæ eius allatæ foris permanserant, tentorio maiore super carrum extenso) columna lucis à carro illo ad cœlum vsque porrecta omnibus pene eiusdem Lindissæ Prouinciæ locis conspicua stabat & cum alijs Abbatissa quædam venerabilis quæ vsque hodie superest, vocabulo Edilhilt se lucem ipsa nocte illa super reliquias Sancti Osvvaldi ad cœlum vsque altam*

est, & certum illorum temporum q testimonium, & etiam r venerabilis Bedæ qui sæculo sequenti vixit, habere noscuntur: imo ab ipsis aduersarijs s recensentur, & agnoscuntur. Vixit eo sæculo Sanctus Osvvaldus Northumbrorum Rex cuius indubitata miracula, & à fide dignis authoribus t referuntur, & aduersariorum confessione comprobantur. Sequenti sæculo id est circa annum Christi septingentesimum vixit ipse venerabilis Beda, qui de Ioanne quodam Hagulstadensis Ecclesiæ præsule sic scribit. u *De eo plurima miracula qui eum familiariter nouerunt dicere solent, & maximè vir Reuerendissimus veracissimus Berethun Diaconus quondam eius, nunc autem Abbas Monasterij quod vocatur in Deirvvood,* id est *in silua Deirorum.* Ex his aliqua x ibidem recenset.

Illustria

vidisse narrabat. Vnde & Holimskedus in Chron. iuxta postremam editionem volu.1.pag.115.a.lin.27.& iuxta 1 edit.pag.170.a. linea 38.de Sancto Osvvaldo scribit. *Primus fuit vniuersæ gentis Anglorum qui virtutem suam miraculis post obitum editis comprobauit.*

V. Beda hist. libro quinto, capite secundo, initio.

X. Beda ibidem narrat *muto cuidam sic nato os solutum fuisse vt ferunt* (inquit) *qui præsentes fuere*, & libro 5.capite 3. Ex narratione Berecti cuiusdam qui interfuit rei gestæ, refert *virginem quandam cui nomen Coenburg cui brachium vulneratum fuit, & versum in tumorem adeo vt vix duabus manibus complecti posset, quaque iacens in lecto præ nimietate doloris iam moritura videbatur, prædicti Episcopi Ioan. oratione & benedictione curatam esse*, & libro 5.cap. 4.narrat eundem, *aliam quandam fœminam ægrotam aqua benedicta sanasse*. Item, *alium morti vicinum* capite 5.& *alium* capite 6. Hæc miracula citant centuriat.centur.7.cap.10.col.533.& Osiand. in epit.centur.7.328.post medium. Nec aliud habent quod his respondeant nisi illud, *inter Antichristiana miracula sunt referenda.*

Illustria etiam Sancti Cuthberti miracula idem refert, nempe *vt mortem suam* y *prædixerit, & precibus à Deo impetrauerit, vt vnâ secum eodem tempore fidelis comes suus Herebertus ad cælos trãsiret.* z *Quod transactis à sepultura eius vndecim annis, aperto sepulchro, totum corpus inuentum sit quasi adhuc viueret, integrum & flexibilibus artuum compagibus multo dormienti quam mortuo similius, sed & vestimenta omnia quibus indutus erat, non solum intemerata, verumetiam pristina nouitate & claritudine miranda apparebant.* Tam multæ aliæ a sanitatum gratiæ ad memoriam eius facta sunt, vt venerabilis Beda integrum de ijs librum b composuerit.

Sed & *miracula* c *diuinitus ostensa quibus martyrium duorum Fratrum Evaldorum natione Anglorum patefactum est*, idem venerabilis Beda enarrat. Hi autem tam celebres religionis nostræ Catholicæ

Y. Beda hist. lib.4.c.29.

Z. Idem ibid. capite 30.

A. Ibidem c. 31. cui titulus est, *vt quidam ad tumbam eius sit à paralisi curatus*, & capite 32.cuius titulus est, *vt quidam ad reliquias eius nuper fuerit ab oculi langore curatus.*

B. Huius libri mentionem facit ipse Beda ibidem capite 30.& 31.fine.

C. Beda hist.libro quinto, capite vndecimo.

effecta sunt, ad confirmationem idololatriæ Pontificiæ circa Missam, inuocationem Sanctorum, &c. Vide miracula Sancti Anselmi per Edinerum in vita eius & Sancti Odilonis Abbatis Cluniacensis, per Petrum Damianum in vita eius.

K. Vide supra tractatu primo, sectione quinta, fine in margine ad 3.

L. Osiander in Epitome centuria 12. pagina 315 *Malachias Sancto Bernardo admodum familiaris fuit.* Vide Holinskedi Chronicum parte prima, iuxta vltimam editionem in varijs Hiberniæ inuasionibus in descriptione eiusdem, Et ante Chronica Hiberniæ, pagina 53. a. linea 43. Vide Sanctum Bernardum in Præfat. vitæ Malachiæ, vbi se eo quam familiariter vsum fuisse, & morti eius affuisse indicat, his verbis, *Me inter speciales amicos sanctus ille habebat, &c. Accurri ego vt benedictio morituri super me veniret, &c. eleuatis sanctis manibus super caput meum, benedixit mihi, & benedictionem hæreditate possideo.* Et ibi post multa stupenda illius sancti miracula recitata de vno quod mox à morte Sancti Malachiæ accidit, sic scribit. *Stabat eminus puer cui emortuum pendebat è latere brachium, magis illi impedimento quam vsui, apprehensam manum auidam, applicui ad manum Episcopi, viuificabat eam: nempe viuebat in mortuo gratia sanitatum, &c.* Ipse igitur Sanctus Bernardus huius miraculi testis occulatus fuit, de cæteris autem quæ ibi narrat, sic in Præfatione scribit. *Narrationis veritas apud me secura est, &c.*

M. Bernardus in vita Malachiæ.

quam celebre memoratur [n] *quo lunatico sanitatem restituit, dum ei sacramentum confirmationis administraret. Quod quidem à multis centenarijs visum & confessum* (inquit) [o] *Holinskedus, per orbem vniuersum diuulgatum est.*

S. autem Bernardi miracula [p] Godefridus & alij illius temporis authores, qui vitam eius scripserunt, tradunt. Inter quæ vnum illud dogmaticum contra Henricianos, seu Apostolicos factum referam. Negabant [q] illi (vt modo Protestantes) *realem Christi in Eucharistia præsentiam, Sacrificium Missæ, Chrisma,*

N. Idem ibidem, & Holinskedus vbi supra pagina 55. a. linea 56.

O. Holinskedus vbi supra.

P. Godefrid. in vita Sancti Bernardi, & Vvilhelmus Abbas Sancti Nicodorici Rhemensis, libro primo, capite decimo, in vita Bernardi & Bernardus, Abbas Bonævallis qui eodem tempore vixit in vita Sancti Bernardi, libro secundo, capite secundo, & tertio.

Q. Hac de re, vide tractatu secundo, capite secundo, sectione tertia, subdiuisione quinta, in margine ad n.

Chrisma, Purgatorium, orationem pro mortuis, inuocationem Sanctorum, &c. Hinc est quod Protestantes aliqui eos tanquam fratres [r] & Ecclesiæ suæ membra vendicent, ij Tholosæ in in Gallia suborti sunt, quo & Sanctus Bernardus ad eos refellendum profectus est. De quo Godefridus discipulus eius sic scribit, [s] *Est locus in regione Tholosana Sarlatum nomen est illi, vbi sermone completo, plurimos ad benedicendum panes, sicut vbique fiebat, Dei famulo afferebant, quos ille eleuata manu & signo crucis edito, in Dei nomine benedicens, in hoc,* inquit, *scietis vera esse quæ à nobis, falsa quæ ab hæreticis suadentur, si infirmi vestri gustatis panibus istis adepti fuerint sospitatem,* Et paulo post. *Tam ingens multitudo languentium gustato eodem pane conualuit, vt per totam prouinciam verbum hoc diuulgaretur, &c.* Hæc Godefridus qui illo tempore vixit, & discipulus eius fuit, de quo nulla fingendi aut mentiendi suboriri potest suspicio, qui rem tam seriam tanta circunstantiarum varietate describit, vt deprehendi falsitas, si quæ esset, facile posset. Sed & ipse Sanctus Bernardus hanc historiam confirmat, dum ad Tholosanos scribens, eius facti memoriam [t] insinuat, modeste tamen, ad Apostoli imitationem. 1. Thessalon. 1. 5. Denique Sancti Bernardi miracula tot & tam certa fuere, vt Osiander cum

R. Catalog. testium veritatis, anno 1597. tom. 2. pag. 561. & 562. & Symundus in Apocal. pag. 142. & 143.

S. Godefridus in vita Sancti Bernardi, libro tertio, capite quinto.

T. Sicut Apostolus indicat se apud Thessalon. miracula patrasse, dū ait, 1. Thessalon. 1. 5. *Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed in virtute.* Ita eum imitatus Sanctus Bernardus, in Epist. 241. quæ est ad Tholosanos, inquit. *Gratias agimus Deo, quia non fuit otiosus aduentus noster ad vos, & mora quidem breuis apud vos, sed non infructuosa, veritate nimirum manifestata, non solum in sermone sed etiam in virtute: deprehensi sunt lupi, &c.*

lupi, &c. Sed & sanctum Bernardum suorum ipsorum miraculorum testem citant Centur.cent.12.col.1634.lin.60.& col.1635 lin.1.& col.1649. lin.40.

cum ea negare nequeat, perfricet frontem & dicat, u *illa præstigijs Satanæ fuisse effecta.* Hunc tamen virum ipsi aduersarij, x *Catholico-papistam nihilominus tamen, y vere sanctum, z virum valde bonum, a Patrem bonum, ac lampadem Ecclesiæ Dei fuisse agnoscunt.* IIII.

Sæculo decimotertio (vt alios miraculorum gloria, claros b taceam) sanctus Franciscus, & sanctus Dominicus floruerunt, qui concionibus suis c Albigenses acriter impugnarunt. Negabant hæretici illi, d Purgatorium, orationem pro defunctis, confessionem auricularem, extremam vnctionem, Papæ Primatum, imagines, indulgentias, cœremonias: vnde & Protestantes pro e suis illos vendicant. Inter multa autem & magna horum sanctorum miracula, eademque egregiè testata, vnum illud duntaxat commemorabo, quod in vltima diui Francisci ægritudine Deus palam ostendit. Neque hoc ab aliqua dubiæ fidei legenda accepimus, sed à Mathæi Paris historia ab ipsis f aduersariis edita, qui & authorem; g *De magno studio, fideli diligentia, & simplici veritatis narratione laudant*, & h *ipsum opus laudatissimum appellant*, i *in quo* (inquiunt illi) *tam sæpe, tam manifestè, tam vehementer & intrepide notare, & simul detestari arrogantiam, superbiam, tyrannidem, & imperium Rom. Pontific. solet, vt eum Illiricus in* * *Catalogum testium veritatis reponat, &c.* Imo aliqui eum inter Protestantes

V. Osiander epit. centur. 12. lib. 4. cap. 6. pag. 310. post med. de sancto Bernardo inquit, *Miracula ei prope infinita à pontificiis scriptoribus affinguntur, quæ ego partim ab otiosis Monachis excogitata puto, partim permissione Dei præstigijs effecta Satanæ existimo. Non quod S. Bernardum Magum fuisse putem, sed quod verisimile sit Satanam talia miracula effecisse, &c. Tales fuisse puto S. Bernardi visiones, & post mortem suam apparitiones, præstigias viz. diabolicas, quibus Satan & ipsi sancto Bernardo dum viueret, & aliis illusit.*

X. Hoc probatur sup. tract. 1. sect. 5. fine in marg. ad 3.

Y. Vvhitakerus de Ecclesia pagina 369. *Ego*

quidem Bernardum vere fuisse sanctum existimo.

Z. Osiander Centur. 12. pag. 509. *Sanctus Bernardus Abbas Clareuallensis valde pius vir fuit, &c.*

A. Pasquilli in Angliam reditus pag. 8. & 13.

B. Alios plerosque sanctos numerare possemus, nempe sanctum Petrum, Thomam Aquinatem, Antonium de Padua, Bonauenturam, vide S. Antoninum 3. parte hist. tit. 23. & 24.

C. Act. & monum. pag. 70. anno 1215.

D. Sup. tract. 2. cap. 2. sect. 6. subd. 5. in marg. sub n.

E. Supra tract. 2. c. 2 in marg. ad q. & tract. 2. cap. 2. sect. 3. subd. 5. in marg. ad 3.

F. Mathæi Paris, &c. hist. maior, &c. Tiguri anno 1589.

G. Ibidem in præfat.

H. Ibidem.

I. Ibidem.

* Illiricus in catalogo testium veritatis, pag. 593. & 625.

† numerent. Hic igitur tam verax, fidelis, & æquus author, S. Francisci [k] contemporaneus, in illa sua ab aduersariis tantopere laudata, historia sic scribit, [l] *Quintodecimo die ante exitum suum de corpore, apparuerunt vulnera in manibus eius, ac pedibus sanguinem iugiter emittentia, sicut in mundi Saluatore in ligno pendente apparuerunt, cum crucifigeretur à Iudæis: latus quoque eius dextrum adeo apertum, & cruore aspersum apparuit, vt etiam secreta cordis intima perspicua viderentur. Quid ergo? factus est ad eum concursus populorum rem tam insolitam admirantium. Inter quos & ipsi Cardinales sciscitabantur ab eo, quidnã hæc visio sibi vellet? quibus ipse. Hæc visio in me ideo ostensa est eis, quibus misterium crucis prædicaui, vt credatis in eum, qui pro mundi salute hæc quæ videtis vulnera, in cruce pertulit, & etiam vt me sciatis eius esse seruum, quem Euangelizaui vobis crucifixum, mortuum, & resuscitatum. Et vt omni ambiguitate remota in hac fidei constantia vsque in finem perseueretis, hæc vulnera, quæ in me ita videtis, aperta & sanguine cruentata, statim*

† Vvalshus in replic. contra Gilbertum Brownum Sacerdotem pag. 181. fine, & Giffordus in Apocalypsin pag. 194.

K. Vixit Mathæus Paris anno 1250. S. vero Franciscus ordinem suum instituit, anno Domini 1215. ex act. & monum. pag. 70.

L. Mathæus Paris hist. pag. 329. initio, vide S. Bonauenturam in vita sancti Francisci.

cum defunctus fuero, adeo sana erunt, & cohærentia, ut carni cæteræ similia videantur. Qui continuo absque omni angustia corporis, & carnis cruciatu, corpore solutus, spiritum suo reddidit creatori. Quo defuncto nulla vulnerum prædictorum in latere, vel pedibus suis vel manibus stigmata remanserunt.

Hæc Mathæus Paris de sancto Francisco, quem aduersarij, & [m] Catholico papistam fuisse, & nihilominus [n] sanctam & austeram vitam egisse confitentur. Addi hic possunt alia eiusdẽ authoris testimonia, de quãplurimis [o] aliis miraculis certis in illo tunc sæculo editis.

Decimoquarto sæculo, miracula [p] sancti Bernardini, sancti Vincentij, sanctæ Catharinę Senensis, &c. notiora sunt, quam vt ea hic commemorare necesse sit. Restat iam vt sæculi nostri, scilicet isti miracula aliquot coronidis vice adiiciam. Et stupenda quidem S. Xauerij miracula in Orientalium Indorũ conuersione facta, satis nota, & ab aduersariis confessa

M. Whitakerus pag. 369. *Franciscus vero & Dominicus homines superstitiosi fuerunt; &c. De religione vero quod sciam, idem illi senserunt quod nunc vulgus Papistarum sentit,* Vide Fulconem in retentiua cõtra Bristoum pag. 101.
N. Pantaleon in chron. pag. 95. *Sanctus Franciscus sanctitate & eruditione illustris in Italia claret.* Foxius in actis & monumentis pag. 70. anno 1216. illi detrahens quantum potest, sic scribit, *Franciscus iste vsque ad superstitionem omnibus carere voluit, abiecto etiam cingulo fune se cinxit & pœnis corporalibus sic corpus castigauit, vt hiemis tempore glacie ac niuibus corpus immergeret. Paupertatem Dominam suam vocauit, Martyrij adeo sitiens, vt in Syriam ad Sultanum proficisceretur, &c.* Melanchon. in apolog. confessionis Augustanæ Vvittenbergæ 1573. fol. 221. sic ait, *Obediẽtia, paupertas & cœlibatus, adiaphora sunt exercitia, ideoque sancti vti eis sine impietate possunt, sicut vsi sunt Bernardus, Franciscus, & alij sancti viri.* Tindallus in lib. cui titulus, Reuelatio Antichristi, *Non dubito quin S. Bernardus, Franciscus, Dominicus, alijque viri sancti quam plurimi, circa Missam errarunt.* Actis & monumentis 1338. a. Quod vero Tindallus eius operis author fuerit, vide ibid. pag. 573 b. De S. Francisci religiosa austeritate vide centur. cent. 13. col. 1158. & 1162. & 1164. & Melanchon lib. cui tit. Corpus doctrinæ Lipsiæ 1561. cui multi Theologi Protestantes suscripserunt ibidem pag. 300. 301. Ibi autem pag. 85. sic habetur, *Antonius, Bernardus, Franciscus, Dominicus, & alij sancti Patres elegerunt certum vitæ genus, vel propter studium, vel propter alia vtilia exercitia, &c.*

O. Narrat Math.Paris pag.128.circa illa tempora, *Sanctum Albanum Martyrem in magno splendore Roberto cuidam apparuisse, & sepulchrum vna cum reliquiis sancti Martyris Amphibali reuelasse, quod cum apertum esset, magna lux inde emicuit, & magnus populorum concursus factus est, quos feruor deuotionis adduxerat.* & pag.130.plerosque *infirmos sanatos fuisse refert*, & pag.131.addit, *In præsentia sanctarum reliquiarum ipsius, necnon & in loco sepulturæ eius, ad laudem Dei, & gloriam martyris à diuersis infirmitatibus sanantur ægroti, membra paralitica solidantur, multorum ora ad loquendum laxantur, cæcis tribuitur visus, surdis auditus, claudis firmatur gressus, & quod magis magnificum est, arrepti à dæmonio liberantur, &c. ad vitam mortui reuocantur:* Vide ibid.pag.195.203.207.208.283.315.389.390.397.398.536.572.

P. Vide S.Antoninum 3. parte hist.tit. 23. 24. *vbi mortuos nonnullos resuscitatos narrat.* Et Raimundum Capuanum in vita S. Catherinæ Senensis, & Pet.Rauz in vita S.Vincentij: & Ioan.Capistranum in vita S.Bernardini.

fessa iam supra q cõmemorauimus: necnon & ea quę in cõuersione regni r Cõgo in Africa iã nostra ætate pariter ostẽsa sunt. Quę quidem tam certa & manifesta sunt, vt ea Protestantes agnoscant & referant, *Memorabile est & illud Ioannis à Francisco, qui Mexicanis verbum salutis annuntians, oratione ad Deum fusa absque studio illius gentis s idioma est assecutus.* Necnon & illud Aloisij Bertrandi, quem (sicut olim concionante sancto Petro accidisse t proditur) sermone Hispanico prædicantem, u Indi æque facile intellexerunt, ac si propria ipsorum lingua locutus fuisset. Illa interim miracula taceo, quæ in variis prouinciis nuper ad fidem x conuersis acciderũt, quæ tamen adeo sunt explorata, vt ea * Philippus Nicolai Protestans recẽseat.

Illud autem silentio prætereundum non est, quod mense Februarij anno 1510. accidit in oppido Marchionatus Brandeburgensis, nomine Knobloch, vbi sacrilegus quidam *nomine Paulus Formus y Ecclesiam intrans, direpta pixide in qua sanctissima Eucharistia seruabatur, duas inde hostias consecratas abstulit, quarum vnam* Iudæo cui-

Q. Vide sub tract.1.sect.5.in marg. ad * proxime post m.
R. Vide ibid.
S. Bozius de signis Ecclesiæ lib.12.c.21.
T. Act.2. 6.7.
V. Bozius lib. 6.c.2.& libro 7. cap.1.

X. Vide commentarium rerum in Oriente gestarum per totum. Item librũ qui inscribitur, *Auisi del Giapone de gli anni* 1582. 1583. 1584.edit.1586. Item historia *delle Indie Orientali in Venetia* 1577. libro 2. cap.53. & 57. & libro tertio capite 3.
* Vide Philippũ Nicolai.

supra citatum tractatu secũdo capite 3. sect.6. subdiu. 2. versus finem post n. in margine ad 10. 11.

Y. Vide Nicolaum Basilium additione ad Chronicon Naucleri.

dam vendidit, qui malitia occæcatus. Si Christianorum Deus sis (inquit) manifesta teipsum, quo dicto, sacramentum pugione confodit, & ecce sanguis ingenti miraculo vbertim effluxit. Huius rei fama longè latéque percrebuit, [z] *& triginta octa Iudæi qui huic sceleri consenserant, apprehensi, & publicè combusti sunt, decimo nono Iulij 1510. & Iudæi omnes illa occasione è finibus illis exterminati.* Atque hæc historia cum circumstãtiis loci, temporis, tot reorum morte & exilio ex edicto publico punitorum non à Catholicis [a] solum, verum etiam à [b] Melacthone & aliis [c] plerisque Protestantibus memoria proditur.

V.

Pleraque alia [d] huius generis exempla transiliam, & ad celeberrimum illud: *Margaretæ Lesopæ Anglicæ fœminæ veniam, quæ cum* [e] *anno 1568. Londini in vico cui nomen Vetus Baiua (vulgo old baily) hero cuidam natione Germano seruiisset, anno sequenti* [f] *peregre profecta est Bruxellas, vbi* [g] *pedibus*

Z. Vide ibid. & Melancth. vt infra ad b.

A Surius in chronico Pontanus lib. 5. rerum memorabilium. Linturius appendice ad fasciculum temporum.

B. Ioannes Manlius Lutheri discipulus in locis communibus pag. 87. *Anno post natum Christum* 1510. *die 16. Iulij conbusti sunt in Marchia Brandeburgensi 38. Iudæi qui sacramentalem hostiam à sacrilego quodam emptam pugionibus & cultellis in ipsius Christi & Ecclesiæ Christianæ ignominiam impie confoderant, adiectis blasphemijs quod Christianorum Deus nullum haberet sanguinem: qui tamen miraculose promanauit, adeo vt celari nullo modo potuerit: quare comprehensi scelerati illi, omnes viui sunt exusti, &c.* Manlius autem ille qui hæc scribit de Melancthone ea collegit, vt patet ex versib. frontispicio illius libri præfixis & ex iis quæ pag. 87. habentur. Ait enim se Ratisbone cum Eckio disputasse, quod de nemine alio quam de Melancthone intelligendum est.

C. Michael Beuther. in lib. cui titulus. Ephœmeris historica Basileæ pag. 226 Osiander in Epitome Centuriat. 16. cap. 14. pag. 28.

D. Pontanus lib. 5. rerum memorabilium, & Surius in commentario rerum in orbe gestarum simile facinus à Iudæis perpetratum in Polonia refert, anno

1556. ob quod Iudæus quidam nomine Bisphen & serua eus Dorothea, die veneris Ascensionis Dominicæ festum proxime sequenti ignib. traditi sunt. Simile quid narrat Iansonius in Mercurio Gallobelg. lib. 4. de tribus Iudæis par flagitium pari pœna luentibus Presburgi in Hungaria anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo.

E. Nata est hæc mulier Longvvici in parochia Risboro prouinciæ Buckingamiæ in Anglia. Et hanc totam historiam narrat Bristous in motiuis motiuo quinto.

F. Ioannem Master Germanum disponsatum ei maritum inquirebat, qui ab eadem grauida relicta aufugerat.

G. A puerperio adeo clauda fuit, vt anno integro non potuerit è lecto surgere, habens in dextro latere concauitatem ac si vna ex costis profundum corporis subintrasset.

bus capta est, vna enim è tibijs dimidio pede altera contractior euasit. Quo in statu cũ annos tres quatuor menses eleemosinis publicis sustentata vixisset, tandem baculo innixa templum sanctæ Gudulæ (vulgo Trigule) adiuit, vt missæ, quæ in memoriam celebrabatur Eucharistiæ illius ter [h] *stupendæ, quæ ibidem asseruatur, interesset, per quam* [i] *& plurima fieri miracula audierat. Quid plura? dum processionem quæ quotannis fit, magna cum deuotione peragit, pristinæ sanitati restituitur, id testantibus multorum testium oculatorum millibus, qui solennitati & huic facto præsentes aderant & in tanti beneficij memoriam, baculus cui innixa venerat, in eodem loco appensus hodie visitur.* Nec celari res poterat, quæ per omnia vrbis pulpita resonabat. Et ipsa quidem fœmina quæ hanc diuinam erga se bonitatem omnibus narrare solebat, nuper vixit. Testes autem rei gestæ oculati quamplurimi, aliique non pauci quibus ipsa rem totam indicauerit vsque hodie supersunt.

H Anno 1369 dum Iudæi quidam cultellis suis Eucharistiam confoderent, sanguis inde profluxit, & illi quidem comprehensi & facinus confessi viui combusti sunt, in festo Dominicę Ascensionis anno 1370. ipsa vero hostia ab eo tempore in Ecclesia Sanctæ Gudilæ Bruxellis vsque hodie incorrupta summa

Est & illud miraculum non minus memorabile: [k] *Erat Bruxellæ Joan. Clemens filius Iacobi*

Lucernæ

cum veneratione seruatur. Historiam autem eius fuse narrat Theodoricus Loer e regiſtis publicis depromptam, & summatim Tilmannus Bredenbachius collat sacrar. lib.9.cap.25.

I. Theodoricus Loer de miraculis Bruxellis editis circa ven. Euchariſtiam quorum pleraque recitat Bredenbachius vbi supra & in fine 9. libri publicorum commentarienſium teſtimonia recenſet.

k. Iustus Lypsius in libro cui titulus Diua Sichemienſis siue Aſpricollis Antuerpiæ 1605.cap. 45.

Lucernæ in mediis Heluetiis natus. Hic à natiuitate claudus, debibilis, immo monſtroſa quadam facie corporis fuit. Tibiæ & pedes contracti & antrorſum verſi in pectus: sic vt genua iungerentur & adhæreſcerent, nec eſſet digitum aut aliud immittere tanquam natiua concretione, & cæt. Globoſum aliquod corpus diceres, nec ſtare, iacere, ambulare idoneum, ſedere tantum & ſedendo proſerpere manuum aliquo nixu quæ fulcris etiã iuuabantur. Hæc deformitas patri dolori, matri etiam exitio fuerat, quæ in partu obiit, cum ventre exſecto ceſo hic prodiit, triſti fato: [l] *Hic poſtquam talis viginti totos annos manſiſſet, religione tactus & crebra miraculorum* [m] *fama motus, capitur ad Diuam Sichimenſem siue Aſpricollem venire, ſi forte & ipſe opem & ſolatium*

L. Vide Lypſium vbi ſupra per totum.

M. De horum miraculorum fama & certitudine ſic idem Lypſius in præfat. lib. prædicti ſcribit. *Quid enim de hominibus dicam? ſi quis non abnuit, ſed ambigit, in tam illuſtribus, nec homines eſſe, aut certe oculos claudere, ne ſolem hunc admittant tam claræ veritatis. Sunt enim in ſenſibus noſtris pleraque geſta. Quid etiam? ne fraus & fucus imponant, publico mandato Mechlinenſis Antiſtitis explorata, & inquiſita, &c. lege igitur & crede.* Et ibidem paulo ante dixerat. *Ecce in oculis atque auribus omnium noſtrum geſta, ecce concurſu, plauſu, fructu gentium celebrata. Quæ fides poteſt eſſe in rebus humanis, ſi hæc non eſt? &c.* Neque enim miraculi fidem minuit, quod non factum ſit in inſtanti, cum & Chriſtus Dominus cæcum illum Bethſaidæ non niſi ſucceſſu temporis curauerit, primo enim inquit, *video homines velut arbores ambulãtes*, deinde cœpit videre, & tandẽ viſus ſic reſtitutus eſt, vt clare videret omnia. Vt habetur Marc.8. 24. & *S. Aug.* de ciuitate Dei lib. 22. cap.8. pleraque miracula ſimili temporis mora ad S. Stephani monumentum facta recenſet, verbi gratia de Paulo ſic ſcribit. *Repente proſtratus & dormienti ſimillimus iacuit.* Et de *Palladia, Collapſa ſimiliter velut ad ſomnum ſurrexit.*

Et de alio quodam ibid. ait. *Ecce dormitum est, & ecce ante diluculum, &c.* & clarius de alio quodam Iuuene ad memoriam seu reliquias S. S. Geruasij & Protasij Mediolani *qui oculi sanitatem post septem dies consecutus est.* Hanc autem de Ioanne Clemente qui mense Iulij anno 1604. sanatus est narrationem, fuse recitat historia miraculorum montis acuti prope Sichem excusa anno 1606. p. 244. 245. &c. Et vide ibidem pag. 260. 261. 262. 263. &c. plerosque huius rei testes, qui solenni ritu iurati testimonia dixerunt, & ibid. pag. 267. huius rei memoria consignatur publicis regestis tam ciuitatis Bruxellensis apposito sigillo P. Numanni secretarij, decani etiam Louaniensis affixo R. de Prince dat. 29. Iulij & 2. Augusti 1604. vtriusque vrbis sigillis adhibitis.

solatium referret, vectus est curru, in sacellum repsit, culpas confessione & pœnitentia expiauit, sacram hostiam sumpsit. Tunc solennes Diuæ virgini laudes cane bantur, & ipse ante Aram, sentitque palam à terra se attolli, & pedes ante contortos & ligatos laxari, deijci, idque thorace qui velabat per vim disrupto, & statim directus pedibus suis stetit. Ipse attonitus: quid alij? &c. Hæc turbis ibi visa, Hæc Louaniæ cum rediit, hęc Bruxellę, & quis non accurret? Audiui medicos primarios & talium haud temere credulos, exclamantes, vere hanc vim & manum Dei esse. Quid vero aduersarij ad hæc? An negabunt facta esse? At ea ille apprime eruditus Iustus Lypsius ipsi loco vicinus, tanquam nuper facta anno sciz 1603. mense Iulio coram multis testibus, & tam scriptis quam concionibus trita literis consignauit, ac posteritati comendauit: immo hæc nobilibus plerisque Comitem Herefordiensem Majestatis vestræ in illis partibus nuper legatum comitantibus credibilia facta sunt, tã ipsius Ioannis conspectu & sermone, quam aliis fide dignis testimoniis. An Ioannem illum tãquam impostorem reiicient? At per annos

multos

multos in oculis omniũ fœdo illo ac deformi corporis habitu, quo diximus, vixit. Quid igitur aliud restat, quam vt honorem Christo Domino & virgini matri eius deferentes agnoscamus [n] *digitum Dei esse hic*, [o] *cuius manus nondum est abreuiata?* Alia multa miracula hoc eodem sæculo facta Iustus Lypsius in eũdem librũ retulit. Quibus addi possunt, & ea quæ proprio libro de virgine [p] Hallensi idem author cõplexus est: necnon & sanitates illæ supra naturę vires infirmis datæ addiuæ virginis Ratisbonensis & Greementhall, quas ex Melancthone describit, [q] Manlius, qui & posteriores aliquot ex certa scientia [r] narrat. Vera autem eaque frequentia hoc vltimo sæculo nostro facta esse miracula, Luthero tam persuasum fuit, vt instar dæmonij illius qui Christum. [s] *Sanctum esse Dei* confessus est, in hãc vocem eruperit: [t] *Quis enim his contradicere potest, quę Deus miraculose & visibiliter vsq; hodie ad sanctorũ monumenta operatur?* Cũ igitur miracula quæ iuxta sacras literas diuina * *testimonia sunt*, Ecclesię nostræ attestentur, illius venerabilis

N. Exod. 8. 19. & Luc. 11. 20

O Isaiæ 59. 1. & 5. 2. & Numer. 11. 23.

P. Iusti Lypsij Diua virgo Hallensis Antuerpia anno 1604.

Q. Manlius locorum communium collectaneis, vbi inter alios versus libro illi præfixos & iste cernitur. *Hæc partim scripsit, magno, dictante Philippo*, pagina autem 184. sic ait: *Ad Sanctam Mariam Ratisbonensem homines vltra viginti milliaria, nec bibentes nec comedentes currebant, quo cum venissent, iacebant prostrati quatuor horas, postea que liberabantur.* Et Osiand. Centur. 16. pagina 69. *viri & mulieres, Iuuenes, & virgines Ratisbonam currebant, ad idolam B. Virginis Mariæ: Ibi enim credebantur miracula stupenda fieri, & quidem edita fuisse quædam Antichristiana miracula præstigijs Satanicis credibile est.*

R. Manlius vbi supra pag. 185. *Nouimus homines cucurrisse ad Grimmenthal, qui amentes fuerunt, & iacuerunt ante ciuitatem per aliquot horas, postea redierunt ad se: Hæc dixerunt esse miracula Sanctæ Mariæ.* Quòd ad factum igitur attinet, ipsos aduersarios confitentes habemus.

S. Marci 1. 24. Luc. 4. 34.

T. Lutherus in *purgatione quorundam articulorum.*

* *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* Ioan.5.36.

rabilis patris vocem merito vsurpare possumus. [u] *Domine si error est (quod credimus) à te decepti sumus, ea enim in nobis tantis signis & prodigijs confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt*: vel illud potius Nicodemi de saluatore dictum Ecclesiæ nostræ applicabimus: [x] *Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.*

V. Rich. de S.Victore lib.1. de Trinit.cap.2.

X. Ioan. cap. 2. 23.

VI.

Iam vero nebulas illas quibus aduersarij hanc miracula patrandi facultatem sole clariùs in Catholica Ecclesia lucentem abscondere vel saltem obscurare nituntur, dispellamus. *Et primò*, quidem nobis obiiciunt legendas illas fabulosas, quas magno numero apud Catholicos prodiisse dicunt. Deinde miracula *alia quidem ficta, alia vero impostorum* versutia fieri solita commemorant. Sed quid? An quia falsa multa narrantur, omni historiæ fidem abnuemus? scitum est illud Sancti Augustini. [y] *An dicet aliquis falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino vllis literis esse credendum, potest etiam dicere, nec Deos vllos curare mortalia.* Ad illa vero ficta quod attinet, verbi gratia sanguinem illum Hailensem in Anglia suppositium, auersionem faciei crucifixi artificiosè factam, &c. non magis mirum videri debet, talia in Ecclesia Catholica aliquádo accidisse, quam

Y. August. de ciuit. Dei lib. 10.cap.18.6.

quam ministrum illum somniatorem, nescio quæ deliria Maiestatis vestræ nuper tanquam oracula Prophetica obtrudere voluisse, aut [z] Archiministrum Dorrellum, quasi Somerus & alij agyrtæ Energumeni fuissent, populo impossuisse, aut *spectrum* [a] *illud in pariete inclusum regnante Maria Londini apparuisse.* Quid? quod tales strophæ apud nos, & diligenter inquiri & dignis pœnis † vindicari solent: nec pauca adultera aut ficta, omnem veris fidem abrogare debeant. Pari enim ratione ipsos etiam sacros noui testamenti codices reiiceremus. Plures enim [b] suppositititij sub Apostolorum nomine iam olim obtrudebantur, quam nunc veri extant, & ex his ipsis quos modo authenticos habemus, nonnulli in primitiua Ecclesia (vt ipsi Protestantes

Z. De Strophis Ioan. Dorelli extat integrum volumen excusum anno 1599. per Ioan. Vvolfum, Item, aliud per Ioan. Diaconū & Ioan. Vvalkerum prædicatores 1601.

A. Stowus in annalibus anno 1592. editis pag. 1058.

† Huius generis exempla recitat Osiand. Centur. 16. pag. 32. & 770. & 771. Vide etiam duos libellos editos 1600. quorum prior agit de vitis Pontificum Rom. &c. secundus vero de Missa, &cæt. Item, de falsis miraculis quibus Maria dicta de visitatione priorissa Annunciatæ Vlissiponensis plerasque decepit, & tandem deprehensa & condemnata est. Quam acriter vero inquisitores Catholici in hypocritam illam animaduerterint, vide ibi pagina 362. 424. 425. 427. & in fine eiusdem libelli narratur Religiosum quendam Leonem nomine Hispali similis culpæ similes pœnas dedisse. Ficta vero miracula quam nostris ingrata sint, satis ostendit illustris ille Thomas Morus eques Auratus Dial. *de veneratione imaginum, reliquiarum &c.* lib. 1. cap. 14. Et refert Osiand. Epitome Centur. 16. pagina trigesima secunda: *fœminam quandam quæ se sine cibo aut somno viuere finxit, à nostris deprehensam, merito supplicio affectam fuisse.*

B. Scripta plurima quæ Apostolis falso ascribebantur, recitat Euseb. histor. libro tertio capite decimo nono & libro sexto capite decimo, vide Sanctum Augustinum contra aduersarios legis & Prophet. lib. primo capite vigesimo & Gelasius in decret. cum 70. Episcopis & Zozomenum historiarum lib. septimo capite decimo nono post medium, vide Hamelmannum Protestantem de traditionibus Apostolicis, & cætera, primæ partis libro primo columna ducentesima quinquasima prima & parte tertia libri tertij col. 841. linea decimaquinta

Geruasij & Protasij de Arianis inquit, *Dicunt dæmones Martyribus, venistis perdere nos, Ariani dicunt, non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta & composita ludibria.* Et sanctus Hieronymus contra Vigilantium capite 4. sic eum alloquitur, *In morem Gentilium, impiorumque Porphyrij & Eunomij has præstigias dæmonum esse confingas, & non vere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta, &c.* Et Theodoretus hist. lib. 3. cap. 3. *Dæmonibus specie qua solent apparentibus, metus coegit Iulianum signo crucis frontem suam signare. Dæmones igitur dominici trophæi conspicati figuram, confestim euanuerunt, &c. Iulianus se virtutem crucis vehementer admirari dixit, & dæmones quoniam eius figuram ferre non poterant aufugisse: cui præstigiator, nec* (inquit) *amabo sic existimes, siquidem non ob eam causam quam tu asseris, formidabant, sed tuum factum detestati se ab oculis nostris remouerunt.* Et addit Theodoret. *Ita miser, &c.* vide Zozomen. hist. libro 5. cap. 2. paulo post initium. Et Arnobius contra gentes lib. 10. de Christo inquit, *Cuius nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus, aruspices inconsultos reddit, arrogantium Magorum frustrari efficit actiones, non horrore, (vt dicitis) nominis, sed maioris licentia potestatis.* Qua fronte igitur vocem illam emisit Osiander, *Diaboli simulata sua fuga voluerunt vulgi superstitionem confirmare, quasi signo crucis dæmones abigantur.*

† Vide Osiander centur. 10. 11. 12. &c. pagina 63. & initio, & 298. fine & 310.

dicentes, * *Hic in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* Hoc modo Centuriatores, quod ad monumentum sancti Hilarionis *multi ægroti & dæmoniaci curarentur*, [h] *inter signa mendacia, quibus superstitiones & Antichristi idololatria confirmarentur, numerant.* Atque idem de aliis, tam [i] olim quam [k] nuper in Catholica nostra Ecclesia editis miraculis censent.

Quod

* Math. 12 24. & Luc. 11. 15.

H. Centur. 4. col. 1445. lin. 8. nec aliam responsionem affert Iunius, in animaduersionibus ad controuersiam quintam, &c. de membris Ecclesiæ &c. excusis anno 1602. pag. 612. & 614. ad illa miracula obfuscanda, quæ ad reliquias S. Simeonis edita fuisse narrat Theodoretus.

I. Vide Centuriat. cent. 5. col. 1489. linea 54. & 57. & col. 1587. lin. 14. & centuria sexta a col. octogentesima sexta vsque ad 821. agunt, *De miraculis superstitionem & idololatriam redolentibus.* de quibus col. 807. linea 47. sic inquiunt, *Hæc absque dubio Deo permittente à diabolo sunt facta, vt inuocatio mortuorum constabiliretur.* Similia habent col. 809. lin. 39. & 47. & col. 817. lin. 12. sic scribunt, *Gregorius magnus plurima recenset miracula in libris suis, præsertim vero dialogis, quæ palam confirmant superstitionem, fiduciam in sanctos, idololatriam, innocationem mortuorum, Missam, &c. de quibus concludunt col. 821. lin. 31. quod fuerunt præstigia hominibus à malis spiritibus obiecta.*

K. Vide Osiand. centur. 16. pag. 69. &c.

Quod quam præposterum ſit, quis non videt? Illa enim miracula ad ſepulchrum ſancti Hilarionis, ad reliquias ſanctæ Babilæ, & alia pleraque iam ſupra commemorata in primitiua Eccleſia incorrupta iam tunc facta fuiſſe noſcuntur, id eſt ante periodum illam temporis, quam ipſimet aduerſarij aduentui Antichriſti aſſignant. Deinde ex Vrſino & aliis pleriſque primæ claſſis authoribus Proteſtantibus iam ſupra oſtendimus, * *Antichriſti miracula circa talia ſemper verſari, quæ ordine naturæ minime mutato, hominum ſeu dæmonum fraudibus effici poſſunt, quæ vero præter aut contra naturæ & cauſarum ſecundarum ordinem fiunt, non niſi diuina potentia effici poſſe.* Huius generis ſunt morbos ſubito & ſine medicinis curare, & alia id genus, qualia ſupra quamplurima recenſuimus. Hæc cum negare nequeant aduerſarij, quid tandem concludunt? Pro reliquis hac in re reſpondeat Vvhitakerus noſtras, is cum in Ecclesia

* Vide Vrſini verba ſupracitata tract.1.ſect.5 initio in margine ad c. & Hemingius in expoſit. Pſalm. 84. parte 1. c. 6. pag. 68. 69. 70. ait, *miracula quæ omnem naturæ vim ſuperant, Deum habent authorem.* Et Beza & Theologi Geneuenſes in propoſitionibus, & principiis diſputatis in Academia Geneuenſi pagina 28. numero 10 ſic inquiunt, *Ea miracula dicimus, quæ contra omnem naturæ ordinem fiunt, dæmones patrare nequeunt, ſi quæ vero talia ab iis fieri videantur, ſecreta quadam naturæ operatione eueniunt.* Et Piſcator in Analiſi epiſtolarum Pauli in ſecundo ad Theſſalonicenſes 2. pag. 470. ante med. ait, *Miraculorum, quædam diuina ſunt, alia Satanica. Diuina ſunt quæ per potentiã Dei ita fiunt, vt omnẽ facultatem creatæ naturæ ſuperent, vt excitatio mortuorũ, ſanatio ægrotorum ſubita, &c. Diabolica ſunt quæ à diabolo per vires naturæ occultas efficiuntur, &c.* Et Danæus in Iſagogæ Chriſti parte quarta libro ſecundo capite octauo pagina 46. ait, *Vera miracula ſunt, & fiunt à Deo, & quidem ſolo, & ad eiuſdem ſolius laudem, &c. Solus enim Deus id poteſt proprie, quod eſt ſupra naturam creatam:* & cap. 6. pagina 43. *Miraculum Chriſtianum eſt opus Dei ipſius, totius naturæ creatæ vires & facultates ſuperans, quod inuocato Dei nomine ad veræ fidei confirmationem fit.* Similia habet Amandus Polanus in partitionibus Theologicis libro primo pagina ducenteſima vigeſima octaua, & ducenteſima vigeſima nona, & Hieronymus Zanchius in diui Pauli epiſtolis ad Philippenſes, Coloſſenſes,

O. Narrat Math. Paris pag. 128. circa illa tempora, *Sanctum Albanum Martyrem in magno splendore Roberto cuidam apparuisse, & sepulchrum vna cum reliquiis sancti Martyris Amphibali reuelasse, quod cum apertum esset, magna lux inde emicuit, & magnus populorum concursus factus est, quos feruor deuotionis adduxerat.* & pag. 130. *plerosque infirmos sanatos fuisse refert*, & pag. 131. addit, *In præsentia sanctarum reliquiarum ipsius, necnon & in loco sepulturæ eius, ad laudem Dei, & gloriam martyris à diuersis infirmitatibus sanantur ægroti, membra paralitica solidantur, multorum ora ad loquendum laxantur, cæcis tribuitur visus, surdis auditus, claudis firmatur gressus, & quod magis magnificum est, arrepti à dæmonio liberantur, &c. ad vitam mortui reuocantur:* Vide ibid. pag. 195. 203. 207. 208. 283. 315. 389. 390. 397. 398. 536. 572.

P. Vide S. Antoninum 3. parte hist. tit. 23. 24. *vbi mortuos nonnullos resuscitatos narrat.* Et Raimundum Capuanum in vita S. Catherinæ Senensis, & Pet. Rauz in vita S. Vincentij: & Ioan. Capistranum in vita S. Bernardini.

Q. Vide sub tract. 1. sect. 5. in marg. ad * proxime post m.
R. Vide ibid.
S. Bozius de signis Ecclesiæ lib. 12. c. 21.
T. Act. 2. 6. 7.
V. Bozius lib. 6. c. 2. & libro 7. cap. 1.

X. Vide commentarium rerum in Oriente gestarum per totum. Item librũ qui inscribitur, *Auisi del Giapone de gli anni* 1582. 1583. 1584. edit. 1586. Item historia *delle Indie Orientali in Venetia* 1577. libro 2. cap. 53. & 57. & libro tertio capite 3.
* Vide Philippũ Nicolai.

fessa iam supra q cõmemorauimus: necnon & ea quę in cõuersione regni r Cõgo in Africa iã nostra ætate pariter ostẽsa sunt. Quę quidem tam certa & manifesta sunt, vt ea protestantes agnoscant & referant, *Memorabile est & illud Ioannis à Francisco, qui Mexicanis verbum salutis annuntians, oratione ad Deum fusa absque studio illius gentis* s *idioma est assecutus.* Necnon & illud Aloisij Bertrandi, quem (sicut olim concionante sancto Petro accidisse t proditur) sermone Hispanico prædicantem, u Indi æque facile intellexerunt, ac si propria ipsorum lingua locutus fuisset. Illa interim miracula taceo, quæ in variis prouinciis nuper ad fidem x conuersis acciderũt, quæ tamen adeo sunt explorata, vt ea * Philippus Nicolai Protestans recẽseat.

Illud autem silentio prætereundum non est, quod mense Februarij anno 1510. accidit in oppido Marchionatus Brandeburgensis, nomine Knobloch, vbi sacrilegus quidam *nomine Paulus Formus* y *Ecclesiam intrans, direpta pixide in qua sanctissima Eucharistia seruabatur, duas inde hostias consecratas abstulit, quarum vnam Iudæo cui-*

supra citatum tractatu secũdo capite 3. sect.6. subdiu. 2. versus finem post n. in margine ad 10. 11.

Y. Vide Nicolaum Basilium additione ad Chronicon Naucleri.

dam vendidit, qui malitia occæcatus. Si Christianorum Deus sis (inquit) manifesta teipsum, quo dicto, sacramentum pugione confodit, & ecce sanguis ingenti miraculo vbertim effluxit. Huius rei fama longè latéque percrebuit, [z] *& triginta octa Judæi qui huic sceleri consenserant, apprehensi, & publicè combusti sunt, decimo nono Julij 1510. & Judæi omnes illa occasione è finibus illis exterminati.* Atque hæc historia cum circumstãtiis loci, temporis, tot reorum morte & exilio ex edicto publico punitorum non à Catholicis [a] solum, verum etiam à [b] Melacthone & aliis [c] plerisque Protestantibus memoria proditur. V.

Pleraque alia [d] huius generis exempla transiliam, & ad celeberrimum illud: *Margaretæ Lesopæ Anglicæ fœminæ veniam, quæ cum* [e] *anno 1568. Londini in vico cui nomen Vetus Baliua (vulgo old baily) hero cuidam natione Germano seruiisset, anno sequenti* [f] *peregre profecta est Bruxellas, vbi* [g] *pedibus*

Z. Vide ibid. & Melancth. vt infra ad b.

A Surius in chronico Pontanus lib. 5. rerum memorabilium. Linturius appendice ad fasciculum temporum.

B. Ioannes Manlius Lutheri discipulus in locis communibus pag. 87. *Anno post natum Christum 1510. die 16. Iulij conbusti sunt in Marchia Brandeburgensi 38. Iudæi qui sacramentalem hostiam à sacrilego quodam emptam pugionibus & cultellis in ipsius Christi & Ecclesiæ Christianæ ignominiam impiè confoderant, adiectis blasphemijs quod Christianorum Deus nullum haberet sanguinem: qui tamen miraculosè promanauit, adeo vt celari nullo modo potuerit: quare comprehensi scelerati illi, omnes viui sunt exusti, &c.* Manlius autem ille qui hæc scribit de Melancthone ea collegit, vt patet ex versib. frontispicio illius libri præfixis & ex iis quæ pag. 87. habentur. Ait enim se Ratisbone cum Eckio disputasse, quod de nemine alio quam de Melancthone intelligendum est.

C. Michael Beuther. in lib. cui titulus. Ephœmeris historica Basileæ pag. 226 Osiander in Epitome Centuriat. 16. cap. 14. pag. 28.

D. Pontanus lib. 5. rerum memorabilium, & Surius in commentario rerum in orbe gestarum simile facinus à Iudæis perpetratum in Polonia refert, anno

1556. ob quod Iudæus quidam nomine Bisphen & serua eus Dorothea, die veneris Ascensionis Dominicæ festum proxime sequenti ignib. traditi sunt. Simile quid narrat Iansonius in Mercurio Gallobelg. lib. 4. de tribus Iudæis par flagitium pari pœna luentibus Presburgi in Hungaria anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo.

E. Nata est hæc mulier Longvvici in parochia Risboro prouinciæ Buckingamiæ in Anglia. Et hanc totam historiam narrat Bristous in motiuis motiuo quinto.

F. Ioannem Master Germanum disponsatum ei maritum inquirebat, qui ab eadem grauida relicta aufugerat.

G. A puerperio adeo clauda fuit, vt anno integro non potuerit è lecto surgere, habens in dextro latere concauitatem ac si vna ex costis profundum corporis subintrasset.

bus capta est, vna enim è tibijs dimidio pede altera contractior euasit. Quo in statu cū annos tres quatuor menses eleemosinis publicis sustentata vixisset, tandem baculo innixa templum sanctæ Gudulæ (vulgo Trigule) adiuit, vt missæ, quæ in memoriam celebrabatur Eucharistiæ illius ter [h] *stupendæ, quæ ibidem asseruatur, interesset, per quam* [i] *& plurima fieri miracula audierat. Quid plura? dum processionem quæ quotannis fit, magna cum deuotione peragit, pristinæ sanitati restituitur, id testantibus multorum testium oculatorum millibus, qui solennitati & huic facto præsentes aderant & in tanti beneficij memoriam, baculus cui innixa venerat, in eodem loco appensus hodie visitur.* Nec celari res poterat, quæ per omnia vrbis pulpita resonabat. Et ipsa quidem fœmina quæ hanc diuinam erga se bonitatem omnibus narrare solebat, nuper vixit. Testes autem rei gestæ oculati quamplurimi, aliique non pauci quibus ipsa rem totam indicauerit vsque hodie supersunt.

H Anno 1369 dum Iudæi quidam cultellis suis Eucharistiam confoderent, sanguis inde profluxit, & illi quidem comprehensi & facinus confessi viui combusti sunt, in festo Dominicæ Ascensionis anno 1370. ipsa vero hostia ab eo tempore in Ecclesia Sanctæ Gudilæ Bruxellis vsque hodie incorrupta summa

Est & illud miraculum non minus memorabile: [k] *Erat Bruxellæ Joan. Clemens filius Iacobi Lucernæ*

cum veneratione seruatur. Historiam autem eius fuse narrat Theodoricus Loer è regiſtis publicis deprompcam,& summatim Tilmannus Bredenbachius collat sacrar.lib.9.cap.25.

I. Theodoricus Loer de miraculis Bruxellis editis circa ven. Euchariſtiam quorum pleraque recitat Bredenbachius vbi supra & in fine 9. libri publicorum commentariensium teſtimonia recenset.

k. Iuſtus Lypsius in libro cui titulus Diua Sichemiensis siue Aspricollis Antuerpiæ 1605.cap. 45.

Lucernæ in mediis Heluetiis natus. Hic à natiuitate claudus, debibilis, immo monstrosa quadam facie corporis fuit. Tibiæ & pedes contracti & antrorsum versi in pectus: sic vt genua iungerentur & adhæreſcerent, nec eſſet digitum aut aliud immittere tanquam natiua concretione, & cæt. Globoſum aliquod corpus diceres, nec ſtare, iacere, ambulare idoneum, ſedere tantum & ſedendo proſerpere manuum aliquo nixu quę fulcris etiã inuabantur. Hæc deformitas patri dolori, matri etiam exitio fuerat, quæ in partu obiit, cum ventre exſecto cęſo hic prodiit, triſti fato: [l] *Hic poſtquam talis viginti totos annos manſiſſet, religione tactus & crebra miraculorum* [m] *fama motus, capitur ad Diuam Sichimenſem ſiue Aſpricollem venire, ſi forte & ipſe opem & ſolatium*

L. Vide Lypsium vbi supra per totum.

M. De horum miraculorum fama & certitudine sic idem Lypsius in præfat. lib. prædicti scribit. *Quid enim de hominibus dicam? si quis non abnuit, sed ambigit, in tam illuſtribus, nec homines eſſe, aut certe oculos claudere, ne ſolem hunc admittant tam clara veritatis. Sunt enim in ſenſibus noſtris pleraque geſta. Quid etiam? ne fraus & fucus imponant, publico mandato Mechlinenſis Antiſtitis explorata, & inquiſita, &c. lege igitur & crede.* Et ibidem paulo ante dixerat. *Ecce in oculis atque auribus omnium noſtrum geſta, ecce concurſu, plauſu, fructu gentium celebrata. Quæ fides poteſt eſſe in rebus humanis, ſi hæc non eſt? &c.* Neque enim miraculi fidem minuit, quod non factum sit in inſtanti, cum & Chriſtus Dominus cæcum illum Bethsaidæ non nisi ſucceſſu temporis curauerit, primo enim inquit, *video homines velut arbores ambulãtes*, deinde cœpit videre, & tandẽ viſus sic reſtitus eſt, vt clare videret omnia. Vt habetur Marc.8.24.& *S.Aug.* de ciuitate Dei lib.22. cap.8. pleraque miracula simili temporis mora ad S. Stephani monumentum facta recenset, verbi gratia de Paulo sic scribit. *Repente proſtratus & dormienti ſimillimus iacuit.* Et de *Palladia*, *Collapſa ſimiliter velut ad ſomnum ſurrexit.*

Et de alio quodam ibid. ait. *Ecce dormitum est, & ecce ante diluculum, &c.* & clarius de alio quodam Iuuene ad memoriam seu reliquias S. S. Geruasij & Protasij Mediolani *qui oculi sanitatem post septem dies consecutus est.* Hanc autem de Ioanne Clemente qui mense Iulij anno 1604. sanatus est narrationem, fuse recitat historia miraculorum montis acuti prope Sichem excusa anno 1606. p. 244. 245. &c. Et vide ibidem pag. 260. 261. 262. 263. &c. plerosque huius rei testes, qui solenni ritu iurati testimonia dixerunt, & ibid. pag. 267. huius rei memoria consignatur publicis regestis tam ciuitatis Bruxellensis apposito sigillo P. Numanni secretarij, decani etiam Louaniensis affixo R. de Prince dat. 29. Iulij & 2. Augusti 1604. vtriusque vrbis sigillis adhibitis.

solatium referret, vectus est curru, in sacellum repsit, culpas confessione & pœnitentia expiauit, sacram hostiam sumpsit. Tunc solennes Diuæ virgini laudes canebantur, & ipse ante Aram, sentitque palam à terra se attolli, & pedes ante contortos & ligatos laxari, deijci, idque thorace qui velabat per vim disrupto, & statim directus pedibus suis stetit. Ipse attonitus: quid alij? &c. Hæc turbis ibi visa, Hæc Louaniæ cum rediit, hęc Bruxellę, & quis non accurret? Audiui medicos primarios & talium haud temere credulos, exclamantes, vere hanc vim & manum Dei esse. Quid vero aduersarij ad hæc? An negabunt facta esse? At ea ille apprime eruditus Iustus Lypsius ipsi loco vicinus, tanquam nuper facta anno sciz 1603. mense Iulio coram multis testibus, & tam scriptis quam concionibus trita literis consignauit, ac posteritati comendauit: immo hæc nobilibus plerisque Comitem Herefordiensem Majestatis vestræ in illis partibus nuper legatum comitantibus credibilia facta sunt, tã ipsius Ioannis conspectu & sermone, quam aliis fide dignis testimoniis. An Ioannem illum tãquam impostorem reiicient? At per annos multos

multos in oculis omniũ fœdo illo ac deformi corporis habitu, quo diximus, vixit. Quid igitur aliud restat, quam vt honorem Christo Domino & virgini matri eius deferentes agnoscamus [n] *digitum Dei esse hic,* [o] *cuius manus nondum est abreuiata?* Alia multa miracula hoc eodem sæculo facta Iustus Lypsius in eũdem librũ retulit. Quibus addi possunt, & ea quæ proprio libro de virgine [p] Hallensi idem author cõplexus est: necnon & sanitates illæ supra naturæ vires infirmis datæ addiuæ virginis Ratisbonensis & Greementhall, quas ex Melanchthone describit, [q] Manlius, qui & posteriores aliquot ex certa scientia [r] narrat. Vera autem eaque frequentia hoc vltimo sæculo nostro facta esse miracula, Luthero tam persuasum fuit, vt instar dæmonij illius qui Christum. [s] *Sanctum esse Dei* confessus est, in hãc vocem eruperit: [t] *Quis enim his contradicere potest, quę Deus miraculose & visibiliter vsq; hodie ad sanctorũ monumenta operatur?* Cũ igitur miracula quæ iuxta sacras literas diuina * *testimonia sunt*, Ecclesię nostræ attestentur, illius venerabilis

N. Exod. 8.19. & Luc.11.20

O Isaiæ 59.1. & 5.2. & Numer.11.23.

P. Iusti Lypsij Diua virgo Hallensis Antuerpia anno 1604.

Q. Manlius locorum communium collectaneis, vbi inter alios versus libro illi præfixos & iste cernitur. *Hæc partim scripsit, magno, dictante Philippo,* pagina autem 184. sic ait: *Ad Sanctam Mariam Ratisbonensem homines vltra viginti milliaria, nec bibentes nec comedentes currebant, quo cum venissent, iacebant prostrati quatuor horas, postea que liberabantur.* Et Osiand. Centur. 16. pagina 69. *viri & mulieres, Iuuenes, & virgines Ratisbonam currebant, ad idolum B. Virginis Mariæ: Ibi enim credebantur miracula stupenda fieri, & quidem edita fuisse quædam Antichristiana miracula præstigijs Satanicis credibile est.*

R. Manlius vbi supra pag. 185. *Nouimus homines cucurrisse ad Grimmenthal, qui dementes fuerunt, & iacuerunt ante ciuitatem per aliquot horas, postea redierunt ad se: Hæc dixerunt esse miracula Sanctæ Mariæ.* Quòd ad factum igitur attinet, ipsos aduersarios confitentes habemus.

S. Marci 1.24. Luc.4.34.

T. Lutherus in *purgatione quorundam articulorum.*

* *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* Ioan.5.36.

rabilis patris vocem merito vsurpare possumus. [u] *Domine si error est (quod credimus) à te decepti sumus, ea enim in nobis tantis signis & prodigijs confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt*: vel illud potius Nicodemi de saluatore dictum Ecclesiæ nostræ applicabimus: [x] *Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.*

V. Rich. de S. Victore lib.1. de Trinit.cap.2.

X. Ioan. cap. 2. 23.

VI.

Iam vero nebulas illas quibus aduersarij hanc miracula patrandi facultatem sole clariùs in Catholica Ecclesia lucentem abscondere vel saltem obscurare nituntur, dispellamus. *Et primò*, quidem nobis obiiciunt legendas illas fabulosas, quas magno numero apud Catholicos prodiisse dicunt. Deinde miracula *alia quidem ficta, alia vero impostorum* versutia fieri solita commemorant. Sed quid? An quia falsa multa narrantur, omni historiæ fidem abnuemus? scitum est illud Sancti Augustini. [y] *An dicet aliquis falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus neget omnino vllis literis esse credendum, potest etiam dicere, nec Deos vllos curare mortalia.* Ad illa vero ficta quod attinet, verbi gratia sanguinem illum Hailensem in Anglia suppositium, auersionem faciei crucifixi artificiosè factam, &c. non magis mirum videri debet, talia in Ecclesia Catholica aliquádo accidisse, quam

Y. August. de ciuit. Dei lib. 10.cap.18.6.

quam ministrum illum somniatorem, nescio quæ deliria Majestatis vestræ nuper tanquam oracula Prophetica obtrudere voluisse, aut [z] Archiministrum Dorrellum, quasi Somerus & alij agyrtæ Energumeni fuissent, populo imposuisse, aut *spectrum* [a] *illud in pariete inclusum regnante Maria Londini apparuisse.* Quid? quod tales strophæ apud nos, & diligenter inquiri & dignis pœnis † vindicari solent: nec pauca adultera aut ficta, omnem veris fidem abrogare debeant. Pari enim ratione ipsos etiam sacros noui testamenti codices reiiceremus. Plures enim [b] suppostitij sub Apostolorum nomine iam olim obtrudebantur, quam nunc veri extant, & ex his ipsis quos modo authenticos habemus, nonnulli in primitiua Ecclesia (vt ipsi Protestantes

Z. De Strophis Ioan. Dorelli extat integrum volumen excusum anno 1599. per Ioan. Vvolfum, Item, aliud per Ioan. Diaconũ & Ioan. Vvalkerum prædicatores 1601.

A. Stowus in annalibus anno 1592. editis pag. 1058.

† Huius generis exempla recitat Osiand. Centur. 16. pag. 32. & 770. & 771. Vide etiam duos libellos editos 1600. quorum prior agit de vitis Pontificum Rom. &c. secundus vero de Missa, &cæt. Item, de falsis miraculis quibus Maria dicta de visitatione priorissa Annunciatæ Vlissiponensis plerasque decepit, & tandem deprehensa & condemnata est. Quam acriter vero inquisitores Catholici in hypocritam illam animaduerterint, vide ibi pagina 362. 424. 425. 427. & in fine eiusdem libelli narratur Religiosum quendam Leonem nomine Hispali similis culpæ similes pœnas dedisse. Ficta vero miracula quam nostris ingrata sint, satis ostendit illustris ille Thomas Morus eques Auratus Dial. *de veneratione imaginum, reliquiarum &c.* lib. 1. cap. 14. Et refert Osiand. Epitome Centur. 16. pagina trigesima secunda: *fœminam quandam quæ se sine cibo aut somno viuere finxit, à nostris deprehensam, merito supplicio affectam fuisse.*

B. Scripta plurima quæ Apostolis falso ascribebantur, recitat Euseb. histor. libro tertio capite decimo nono & libro sexto capite decimo, vide Sanctum Augustinum contra aduersarios legis & Prophet. lib. primo capite vigesimo & Gelasius in decret. cum 70. Episcopis & Zozomenum historiarum lib. septimo capite decimo nono post medium, vide Hamelmannum Protestantem de traditionibus Apostolicis, & cætera, primæ partis libro primo columna ducentesima quinquasima prima & parte tertia libri tertij col. 841. linea decimaquinta

& vigesima secunda. Quibus in locis pleraque scripta sub nomine Petri, Pauli, Bernabæ, Thomæ, Mathæi, Andreæ, Ioannis Apostolorum edita numerantur. Idem insinuat S. Paulus 2. ad Thessalon. 2. 2.

testantes c ferunt) pro suspectis habebantur Hæc igitur allegata infirmiora sunt, quam vt nulla in Ecclesia Catholica miracula fuisse probent, cum præsertim ipsi Protestantes doctiores contrarium plane d fateantur. *Secundò*, pleraque miracula dæmonum præstigiis facta fuisse dicunt aduersarij, ac nominatim e prisci temporis exorcismos & energumenorum adiurationes, cuius generis pleraque exempla numerantur, necnon & spiritum immundorum, per signum crucis & reliquias, & id genus alia, vel voluntate dæmonis vel dissimulatione accidisse f autumant: sicut olim Gentiles, & impij illi g Porphirius & Eunomius opinati sunt. *Tertiò*, si quæ miracula tam manifestũ post se effectũ relinquant, vt prædicta effugia illis minimè quadrare possint, cuiusmodi sunt verbi gratia infirmorum sanitates, &c. talia isti † Antichristiana fuisse & dæmonis virtute edita clamitant, Haud aliter sane quam olim Pharisæi Christum saluatorem blasphemabant, dicentes,

C. In colloquio in Turre Londinensi cum reuerendo patre Edmundo Campiano habito anno 1581. die 1. Decani D. Pauli & Vvindesoræ sic de se loquũtur. *In huius rei testimonium, S. Hieronymum in Catalog. adduximus, vbi sic scribit, Epistola Iacobi ab alio sub eius nomine edita fertur, de secunda autem Petri inquit multos negare quod sit eius. Citauimus etiam Eusebium sic scribentem. Ea in quibus contradictio aliqua fuit, cum tamen à quam plurimis Ecclesiis recipiantur, hæc sunt, epistola Iacobi sed & Iudæ, Petri quoque secunda, item Ioan. 2. & 3.* Quarto vero die fol. 2. colloquij illius Vvalkerus sic ait. *De epistola ad Hebræos Hieronymus testatur plurimos de ea dubitasse. Idem de secunda Petri asserit, & nonnulli de duabus S. Ioannis epistolis posterioribus dubitarunt, &c.*

D. Constat hoc exemplis Protestantum supra citatis.

E. Inter eos qui minoribus ordinibus insigniti fuerunt, etiam exorcistæ meminit S. Ignat. in ep. ad Antioch. Cornel. apud Euseb. l. 6. c. 35. Cypr. l. 4. ep. 7. vbi sic scribit. *Quod hodie etiam geritur, vt per exorcistas voce humana & potestate diuina.*

flagelletur & vratur & torqueatur diabolus. Vide hac de re Zepperũ protestantẽ l. de Sacram. edito anno 1606. p. 362. Quod autẽ aduersarij volunt Exorcistæ gradũ non ad Ordines referendum, sed potius inter gratias gratis datas numerandum esse, cuiusmodi sunt gratia sanitatum, &c. quæ primitiuæ tantum Ecclesiæ ad fidem primo plantandam & propagandam speciali quodam priuilegio concessæ sunt, nunc autem vt cętera eius generis cessauerunt, friuolum esse patet. Primò, quia Patres antiqui inter cæteros minores ordines etiam hunc numerarunt, quod tamen de gratia sanitatum, &c. dici non potest. Secundò etiam post fidei purgationem iam factam inter cæteros Ecclesiasticos ordines etiam exorcistæ officium numeratur à Concilio Laodicen. can. 26. & Conc. Antiocheno can. 10. Item à Concilio 4. Carthag. can. 7. vbi & ritus illum ordinem conferendi recensentur, & Sulpitius in vita Martini cap. 4. illius ordinis meminit. Tertiò, cum etiam in veteri lege ad immundos spiritus eiiciendos exorcistæ fuerint, de quo vide Iosephum lib. 8. Antiquit. c. 2. Cur non eandem potestatem etiam in nouo vigere concedamus? Hanc certe non ob aliam causam negant aduersarij, quam quod eam quotidie in nostra Ecclesia numquam sine fructu. & sæpe mirabili cum effectu exerceri vident, suæ vero Ecclesiæ eandem penitus destituit sciunt. Illæ enim Dorelli cum Somero & aliis contextæ strophæ, & præstigiæ circumforaneæ tandem compertæ & à suis explosæ sunt, vt supra mox ad z. in marg. diximus.

F. Tot sunt quotidiana huius generis in nostra Ecclesia exempla, vt ea cõmemorare nihil opus sit. Solo igitur testimonio Boordi medici Protestantis hac in re contenti erimus. Is igitur in Breuiario salutis anno 1575. cap. 11. postquam itineri sui ad vrbem Romam mentionem fecisset, & pro more Protestantũm in summum pontificem, Cardinales, & vrbem ipsam inuehi desijsset, *Narrat se oculis suis vidisse nobilem quandam, quæ è Germania Romam aduenerat, vt ab immundis spiritibus, quibus male vexabatur, liberaretur. Modus procedendi* (inquit) *stupendus fuit, & omnem rationem superans.* Quod vero iana facta fuerit, cum Deo gloriam dare & Ecclesiæ Catholicæ super immundos spiritus potestatem *agnoscere nolit, ipse virtuti sanctorum verborum quæ pronuntiarit Sacerdos attribuit. Simile habet illud ordinis equestris decus Thomas Moorus de imaginum & reliquiarum venerat.* libro primo capite decimo sexto, *de Margarita quadam Kent vvortha, in cuius ab immundo spiritu deliberatione tot circumstantias enumerat, vt nulla fingendi suspicio suboriri possit.*

† Id etiam de primitiuæ Ecclesię miraculis asserere non verentur, quod vel vnius Osiandri exemplo patet. Is enim Centur. 4. pag. 326. cum de signo Crucis à Iuliano facta agit, de qua mox infra ad g. sic scribit, *Diaboli simulata sua fuga voluerunt vulgi superstitionem confirmare &c.* & eadem Centur. pag. 377. *Cum de sancti Babilæ sepulchro, & illa Satanæ confessione mentionem faciat, quasi malus dæmon negauit responsa ibi dare posse, ob sanctæ Babilæ corpus tam vicinum. Responsum* (inquit Osiander) *haud dubiè à Satana ideo datum, vt paulatim cultum idolatricum reliquiarum in Ecclesiam inueheret.* Quod tamen à Deo ob honorem sancti Babilæ factum sanctus Chrysostomus & omnis antiquitas iudicauit. Eandem rem eodem quo Osiander modo interpretantur Centuriatores centuria quarta 1446. linea 18.

G. Sanctus Ambrosius sermone 93. de inuentione corporum sanctorum

Geruasij & Protasij de Arianis inquit, *Dicunt dæmones Martyribus, venistis perdere nos, Ariani dicunt, non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta & composita ludibria.* Et sanctus Hieronymus contra Vigilantium capite 4. sic eum alloquitur, *In morem Gentilium, impiorumque Porphirij & Eunomij has præstigias dæmonum esse confingas, & non vere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta, &c.* Et Theodoretus hist. lib. 3. cap. 3. *Dæmonibus specie qua solent apparentibus, metus coegit Iulianum signo crucis frontem suam signare. Dæmones igitur dominici trophæi conspicati figuram, confestim euanuerunt, &c. Iulianus se virtutem crucis vehementer admirari dixit, & dæmones quoniam eius figuram ferre non poterant aufugisse: cui præstigiator, nec* (inquit) *amabo sic existimes, siquidem non ob eam causam quam tu asseris, formidabant, sed tuum factum detestati se ab oculis nostris remouerunt.* Et addit Theodoret. *Ita miser, &c.* vide Zozomen. hist. libro 5. cap. 2. paulo post initium. Et Arnobius contra gentes lib. 10. de Christo inquit, *Cuius nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus, aruspices inconsultos reddit, arrogantium Magorum frustrari efficit actiones, non horrore, (vt dicitis) nominis, sed maioris licentia potestatis.* Qua fronte igitur vocem illam emisit Osiander, *Diaboli simulata sua fuga voluerunt vulgi superstitionem confirmare, quasi signo crucis dæmones abigantur.*

† Vide Osiander centur. 10. 11. 12. &c. pagina 63. & initio, & 298. fine & 310.

dicentes, * *Hic in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* Hoc modo Centuriatores, quod ad monumentum sancti Hilarionis *multi ægroti & dæmoniaci curarentur*, [h] *inter signa mendacia, quibus superstitiones & Antichristi idololatria confirmarentur, numerant.* Atque idem de aliis, tam [i] olim quam [k] nuper in Catholica nostra Ecclesia editis miraculis censent.

Quod

* Math. 12 24. & Luc. 11. 15.

H. Centur. 4. col. 1445. lin. 8. nec aliam responsionem affert Iunius, in animaduersionibus ad controuersiam quintam, &c. de membris Ecclesiæ &c. excusis anno 1602. pag. 612. & 614. ad illa miracula obfuscanda, quæ ad reliquias S. Simeonis edita fuisse narrat Theodoretus.

I. Vide Centuriat. cent. 5. col. 1489. linea 54. & 57. & col. 1587. lin. 14. & centuria sexta a. col. octogentesima sexta vsque ad 821. agunt, *De miraculis superstitionem & idololatriam redolentibus.* de quibus col. 807. linea 47. sic inquiunt, *Hæc absque dubio Deo permittente à diabolo sunt facta, vt inuocatio mortuorum constabiliretur.* Similia habent col. 809. lin. 39. & 47. & col. 817. lin. 12. sic scribunt, *Gregorius magnus plurima recenset miracula in libris suis, præsertim vero dialogis, quæ palam confirmant superstitionem, fiduciam in sanctos, idololatriam, inuocationem mortuorum, Missam, &c. de quibus concludunt col. 821. lin. 31. quod fuerunt præstigia hominibus à malis spiritibus obiecta.*

K. Vide Osiand. centur. 16. pag. 69. &c.

Quod quam præposterum sit, quis non videt? Illa enim miracula ad sepulchrum sancti Hilarionis, ad reliquias sanctæ Babilæ, & alia pleraque iam supra commemorata in primitiua Ecclesia incorrupta iam tunc facta fuisse noscuntur, id est ante periodum illam temporis, quam ipsimet aduersarij aduentui Antichristi assignant. Deinde ex Vrsino & aliis plerisque primæ classis authoribus Protestantibus iam supra ostendimus, * *Antichristi miracula circa talia semper versari, quæ ordine naturæ minime mutato, hominum seu dæmonum fraudibus effici possunt, quæ vero præter aut contra naturæ & causarum secundarum ordinem fiunt, non nisi diuina potentia effici posse.* Huius generis sunt morbos subito & sine medicinis curare, & alia id genus, qualia supra quamplurima recensuimus. Hæc cum negare nequeant aduersarij, quid tandem concludunt? Pro reliquis hac in re respondeat Vvhitakerus nostras, is cum in Ecclesia

* Vide Vrsini verba supracitata tract.1.sect. 5.initio in margine ad c. & Hemingius in exposit. Psalm. 84. parte 1. c. 6. pag.68.69.70. ait, *miracula quæ omnem naturæ vim superant, Deum habent authorem.* Et Beza & Theologi Geneuenses in propositionibus, & principiis disputatis in Academia Geneuensi pagina 28. numero 10 sic inquiunt, *Ea miracula dicimus, quæ contra omnem naturæ ordinem fiunt, dæmones patrare nequeunt, si quæ vero talia ab ijs fieri videantur, secreta quadam naturæ operatione eueniunt.* Et Piscator in Analisi epistolarum Pauli in secundo ad Thessalonicenses 2. pag. 470. ante med. ait, *Miraculorum, quædam diuina sunt, alia Satanica. Diuina sunt quæ per potentiã Dei ita fiunt, vt omnẽ facultatem creatæ naturæ superent, vt excitatio mortuorũ, sanatio ægrotorum subita, &c. Diabolica sunt quæ à diabolo per vires naturæ occultas efficiuntur, &c.* Et Danæus in Isagogæ Christi parte quarta libro secundo capite octauo pagina 46. ait, *Vera miracula sunt, & fiunt à Deo, & quidem solo, & ad eiusdem solius laudem, &c. Solus enim Deus id potest proprie, quod est supra naturam creatam:* & cap. 6. pagina 43. *Miraculum Christianum est opus Dei ipsius, totius naturæ creatæ vires & facultates superans, quod inuocato Dei nomine ad veræ fidei confirmationem fit.* Similia habet Amandus Polanus in partitionibus Theologicis libro primo pagina ducentesima vigesima octaua, & ducentesima vigesima nona, & Hieronymus Zanchius in diui Pauli epistolis ad Philippenses, Colossenses,

& Thessalonicenses pagina 241. & 242. Et Szegedinus in locis communibus pag.188.

clesia Catholica, quamplurima eaque verè facta esse miracula sat sciret, quæ & l *Nulla alia vi quam diuina fieri posse asserit*: ne aut Antichristo, vel Satanæ vim diuinam tribuat, aut Catholica Ecclesiæ miracula concedat, m suis plane contradicens, hanc portentosam sententiam Majestatis vestræ virgula censoria merito coercendam protulit, n *Ex miraculis non posse sufficiens testimonium suum, aut certum argumentum colligi veræ doctrinæ*. Cuius rationem paulo infra adiungit, *Nam possunt* (inquit) *vera miracula etiam à falsis doctoribus & Pseudo-prophetis fieri; sed tamen Dei, non illorum virtute*. & paulo post; *Constat enim Deum non modo veris sed & falsis doctoribus vim & facultatem tribuere huiusmodi* (*vera*) *faciendi miracula, non tamen quo confirmet eorum falsa dogmata, sed vt tentet eos, ad quos mittuntur*. Ad hoc paradoxum confirmandum ipsam scripturam, o sacram plane repugnantem trahere est ausus, quæ passim clamat, miracula p confirmare, & q testificari veritatem, & esse r signa, & s testimonia eiusdem.

L. Vvhitakerus de Ecclesia pag. 348. circa med.

M. Sigwartus in disput. Theologica pagina 172. ait, *Pseudo-doctores vel etiam ipsum Satanam ad stabiliendas hæreses prodigia verè diuina designare posse pernegamus.* Hoc probatur fusius super tract.1.sect.5. initio in margine ad e. & hic paulo supra in margine ad * ante i. Consonat Antonius Vvottonus in examine tituli cleri Rom. &c. pag.115. *Ego quidem arbitror. Aliorum tamen iudicio me submitto) nullum vnquam miraculum effectum esse, aut efficiendum ad falsæ doctrinæ confirmationem, neque enim existimare possum, Deum omnipotentem suam ad falsum testificandum exercere velle.*

N. Vvhitakerus vbi supra pag.349. cui astipulatur Danæus in respons.ad Bellarm.disput.&c. parte 1.pag.784.

O. Locus iste Deuteronomij 13. 1.2. quem ibi affert Vvhitakerus, *Non de facilitate aliqua, vel potestate miracula faciendi falsis Prophetis concessa, sed de Dei permissione qua tales populum suum tentare permittit, intelligi debet. Nec ea futura locus ille complectitur, quæ sola reuelatione diuina innotescunt, sed quæ in causis suis iam determinata in eisdem præuideri queunt. Vel etiam quæ probabili saltem coniectura ex circumstantijs personæ, temporis, & loci coniici possunt,*

Octaua

possunt, quæ quidem infallibiter, nec semper, aliquando tamen eueniunt. Vnde & additur clausula illa conditionalis (si) *si surrexit* (inquit) *in medio tui Propheta, aut qui somnum vidisse se dicit, & prædixerit signum atque portentum & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi eamus & sequamur Deos alienos, &c.* Illa enim clausula (si) etiam cum verbo, euenerit, construenda est. *Secundo licet aliqui qui à Deo reuelationes accipiunt, vel dæmonia eyciunt, vel miracula vera operantur, reprobi sint,* vt supra tractatu primo, sectione quinta, initio ad f.g. h. dictum est, *Hæc tamen dona habent, non vt Pseudodoctores, nec ad falsæ suæ doctrinæ testificationem, sed ad veritatem astruendam, cum nihilominus, ipsi ob vitam male actam damnandi sint.* Atque his recte perpensis, multæ obiectiones quæ hac de re fieri solent, dilui possunt.

P. *Domino sermonem confirmante sequentibus signis.* Marci vltimo 20.

Q. *Contestante Deo signis, & portentis & varijs virtutibus.* Ad Hæb. 24.

R. *Signa Apostolatus mei facta sunt supes vos, in signis & prodigijs & virtutibus.* 2.ad Corinth.12.12.

S. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Ioan.5.36.

DE OCTAVA ECCLESIÆ NOTA, *scilicet doctrinæ sanctitate.*

SECTIO OCTAVA.

OCTAVA *Ecclesiæ nota est doctrinæ sanctitas, quæ* t *viam Dei in veritate docet:* u *viam scilicet iustitiæ* x *in qua ambulare nos oportet Deo placentes:* hæc via non est lata illa (licentiæ & voluptatis) *y ad interitum ducens*, quam falsos Prophetas docturos scriptura sacra prædicit,* *libertatem promittentes &* † *gratiam Dei transferentes in luxuriam, sed potius* z *via illa arcta* * *pie, iuste, & sobriè viuendi in hoc sæculo* quæ ad vitam æternam ducit. Hæc iam cuinam

T. Matth. 22.16.
V. Esaiæ 26. 7. Oseæ 14.9.
X. Hæb.12. 1.
Y. Matth. 7.13.
* 2. Petr. 3. 19.
† Iud. vers. 4.
Z. Matth.7. 14. & Luc.13. 24.

* Ad Tit.2.2. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt ab negantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, &c.*

cuinam ex prædictis duabus Ecclesis adsit, vel absit, paucis examinibus. Quam arctam vero Ecclesia Catholica viam suis præscribat, vel inde perspici potest, quod ab omnibus filiis suis peccatorum confessionem, pœnitentiam, & si quid fortè contra iustitiam peccatum sit) restitutionem exigat, stata ieiunia, ac orandi tempora statuat, bona opera præcipiat, magis perfecta consulat, Nempe voluntariam castitatem, paupertatem, obedientiam, & alia huiusmodi, quæ iam aduersarijs non modo [a] ingrata, sed etiam vana videtur, & talia, qualia nec ipsi, nec patres eorum vnquam portare potuerunt. Adeo vt si quis disciplinam Christianam paulo diligentius obseruet,

A. Quam ingrata aduersarijs vitæ austeritas sit, vel ex illo Danæi ad Card. Bellarm. responso satis apparet, qui primæ partis altera parte, pag.939. circa medium, de SS. Bernardo, Francisco, Dominico, & alijs Monachis ita scribit. *Respondeo his stulti fuere, qui sibi ipsis nulla de causa hoc tam graue iugum imposuerunt, &c. Præterea manifeste crudeles fuerunt, qui contra Pauli præceptum.* Ephes. 5.29. *se suamque carnem & naturam vexarunt.* Et Vvillettus in Sinopsi, pagina 258. ex professo in austeritatem antiquorum Patrum inuehitur, his verbis. *Solitaria Heremitarum vita, iucundam hominum societate fugiens, & carnem suam contra nat[illegible]inem & Euangelij normam castigans, &c.* Item, *crudelis illa & inhumana casti[illegible]orporis per ieiunia, & aliam eius generis disciplinam, prorsus illicita est.* Et infra *SS. Basilium & Greg. Nazian. quod corpora sua ieiunio macerauerint, arguit.* Inter cætera ita inquiens, *vbinam sacra scriptura istos sic corpora punire docuit?* Et Lutherus in Epist. ad Gal. capite 4. vers. 30. *Si Papatus illam sanctitatem & vitæ austeritatem haberet, quam tempore veterum Patrum Hieronimi, Ambrosij, August. & aliorum habuit, quid iam contra Papatum proficeremus?* Et paulo post. *Quare si externa illa species veteris Papatus hodie maneret, parum fortè doctrina nostra de sola fide contra eum praualeret.* Et Osiander in Epitome hist. centur. 4. pag. 99. Sanctum Antonium qui tempore Constantini vixit, his verbis sugillat. *Cum in concione quadam audiuisset recitari illud Christi dictum, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ac sequere me. Hoc dictum ad se impertinenter accommodauit, atque quæ ex hæreditate habuit, vendidit, &c. solitariam vitam eligens, &c. anno 35. ætatis in heremum secessit, vt ibi vitam duriorem ageret. Erat illi cibus, panis solus & sal, potus aqua, prandij tempus solis occasus, cum tamen sæpius biduum, aut dies plures ieiunus maneret, vigilabat noctes integras, preca-*

tioni vacans, &c. vestimentum eius interius erat cilicium, &c. Itaque vita Antonij non caret multiplici superstitione. Et ibidem pagina 103. ante medium. *Quod autem in Ægypto author Monastica fuit, quod corpus suum nimium afflixit, & alia similia, inter stipulas numeranda sunt, de quibus Paulus loquitur.* Displicuerunt etiam Caluino veterum Patrum pœnitentiæ & satisfactiones, vnde & libro quarto, Institut. cap. 12. sectione 8. ita scribit. *Qua in parte nullomodo excusari potest immodica veterum austeritas, quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa.* Et libro 3. capite 4. sect. 38. *Parum me mouent, quæ in veterum scriptis de satisfactione passim occurrunt. Video quidem eorum nonnullos (dicam simpliciter omnes fere quorum libri extant) aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac durè locutos.* Vide Iunium in animaduersionibus ad controuersiam 5. de membris Ecclesiæ, pag. 611. & 613. vbi prophanus iste, *Sanctissimum illum Simeonem Stilitem*, de quo multa Theodoretus, *Melancholicum, impeditum, superstitiosum vocat*, pag. 612. *admirandum eius quadraginta dierum ieiunium tanquam fictum condemnat*, pag. 612. & 614. *continuam eius in Pyramide orationem Battologiam censet*, pag. 613. *miracula eius magicos*, pag. 612. *prædictiones eius humana prudentia vel Diaboli suggestione factas asserit*, pagina 614. Quid ad hanc impietatem addere potuit Lucianus, aut Porphyrius?

obseruet, is statim Papistæ, id est Catholici nomine per irrisionem nuncupandus veniat. Fatetur hoc nō sine dolore Iacobus Andræas Protestans, his verbis. b *Grauis & Christiana disciplina apud nos nouus Papismus siue Monachismus appellatur. Dicunt didicisse nos per solam in Christo fidem saluos fieri, &c. non posse nos ieiunio, oratione, Eleemosina satisfacere, &c. facessant igitur ista, quandoquidem alia faciliori via scilicet sola gratia Dei saluari possumus. Et quo omnes intelligant, istos qui hæc dicunt, Papistas non esse, nec in bonis operibus confidere, ab illis faciendis facile abstinent.* Hæc ille. Cui & consonat, Eques ille nostras * Edvvinus, Sandus, Liquet igitur vel ipsorum aduersa-

B. Iacobus Andræas conc 4. in capite 21. Lucæ.

* Sandus Eques in narratione religionis Occidentalium, &c. sect. 48. *Si Protestantes æquis oculis Papistarum gubernandi rationem, ac politiam intuerentur, nonnulla præclara ab eis in eo genere constituta cernerent; & singularia quædam pietatis ac deuotionis adiumenta, ad vitia extirpanda, & virtutes promouendas: E contra vero si claro oculo & ob amore proprio purgato seipsos inspicerent, liquido viderent, doctrinam suam & reformationem, non esse vsque adeo perfectam, &c.*

Et de alio quodam ibid. ait. *Ecce dormitum est, & ecce ante diluculum, &c.* & clarius de alio quodam Iuuene ad memoriam seu reliquias S. S. Geruasij & Protasij Mediolani *qui oculi sanitatem post septem dies consecutus est.* Hanc autem de Ioanne Clemente qui mense Iulij anno 1604. sanatus est narrationem, fuse recitat historia miraculorum montis acuti prope Sichem excusa anno 1606. p. 244. 245. &c. Et vide ibidem pag. 260. 261. 262. 263. &c. plerosque huius rei testes, qui solenni ritu iurati testimonia dixerunt, & ibid pag. 267. huius rei memoria consignatur publicis regestis tam ciuitatis Bruxellensis apposito sigillo P. Numanni secretarij, decani etiam Louaniensis affixo R. de Prince dat. 29. Iulij & 2. Augusti 1604. vtriusque vrbis sigillis adhibitis.

solatium referret, vectus est curru, in sacellum repsit, culpas confessione & pœnitentia expiauit, sacram hostiam sumpsit. Tunc solennes Diuæ virgini laudes cane bantur, & ipse ante Aram, sentitque palam à terra se attolli, & pedes ante contortos & ligatos laxari, deijci, idque thorace qui velabat per vim disrupto, & statim directus pedibus suis stetit. Ipse attonitus: quid alij? &c. Hæc turbis ibi visa, Hæc Louaniæ cum rediit, hęc Bruxellę, & quis non accurret? Audiui medicos primarios & talium haud temere credulos, exclamantes, vere hanc vim & manum Dei esse. Quid vero aduersarij ad hæc? An negabunt facta esse? At ea ille apprime eruditus Iustus Lypsius ipsi loco vicinus, tanquam nuper facta anno sciz 1603. mense Iulio coram multis testibus, & tam scriptis quam concionibus trita literis consignauit, ac posteritati comendauit: immo hæc nobilibus plerisque Comitem Herefordiensem Majestatis vestræ in illis partibus nuper legatum comitantibus credibilia facta sunt, tā ipsius Ioannis conspectu & sermone, quam aliis fide dignis testimoniis. An Ioannem illum tāquam impostorem reiicient? At per annos multos

multos in oculis omniũ fœdo illo ac deformi corporis habitu, quo diximus, vixit. Quid igitur aliud restat, quam vt honorem Christo Domino & virgini matri eius deferentes agnoscamus [n] *digitum Dei esse hic,* [o] *cuius manus nondum est abreuiata?* Alia multa miracula hoc eodem sæculo facta Iustus Lypsius in eũdem librũ retulit. Quibus addi possunt, & ea quæ proprio libro de virgine [p] Hallensi idem author cõplexus est: necnon & sanitates illæ supra naturę vires infirmis datæ addiuæ virginis Ratisbonensis & Greementhall, quas ex Melancthone describit, [q] Manlius, qui & posteriores aliquot ex certa scientia [r] narrat. Vera autem eaque frequentia hoc vltimo sæculo nostro facta esse miracula, Luthero tam persuasum fuit, vt instar dæmonij illius qui Christum. [s] *Sanctum esse Dei* confessus est, in hãc vocem eruperit: [t] *Quis enim his contradicere potest, quę Deus miraculose & visibiliter vsq; hodie ad sanctorũ monumenta operatur?* Cũ igitur miracula quæ iuxta sacras literas diuina [*] *testimonia sunt*, Ecclesię nostræ attestentur, illius venerabilis

N. Exod. 8. 19. & Luc. 11. 20

O Isaiæ 59. 1. & 5. 2. & Numer. 11. 23.

P. Iusti Lypsij Diua virgo Hallensis Antuerpia anno 1604.

Q. Manlius locorum communium collectaneis, vbi inter alios versus libro illi præfixos & iste cernitur. *Hæc partim scripsit, magno, dictante Philippo,* pagina autem 184. sic ait: *Ad Sanctam Mariam Ratisbonensem homines vltra viginti milliaria, nec bibentes nec comedentes currebant, quo cum venissent, iacebant prostrati quatuor horas, postea que liberabantur.* Et Osiand. Centur. 16. pagina 69. *viri & mulieres, Iuuenes, & virgines Ratisbonam currebant, ad idolum B. Virginis Mariæ: Ibi enim credebantur miracula stupenda fieri, & quidem edita fuisse quædam Antichristiana miracula prastigijs Satanicis credibile est.*

R. Manlius vbi supra pag. 185. *Nouimus homines cucurrisse ad Grimmenthal, qui amentes fuerunt, & iacuerunt ante ciuitatem per aliquot horas, postea redierunt ad se: Hæc dixerunt esse miracula Sanctæ Mariæ.* Quòd ad factum igitur attinet, ipsos aduersarios confitentes habemus.

S. Marci 1. 24. Luc. 4. 34.

T. Lutherus in *purgatione quorundam articulorum.*

* *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me* Ioan.5.36.

rabilis patris vocem merito vsurpare possumus. [u] *Domine si error est (quod credimus) à te decepti sumus, ea enim in nobis tantis signis & prodigijs confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt*: vel illud potius Nicodemi de saluatore dictum Ecclesiæ nostræ applicabimus: [x] *Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.*

V. Rich. de S.Victore lib.1. de Trinit.cap.2.

X. Ioan. cap. 2. 23.

VI.

Iam vero nebulas illas quibus aduersarij hanc miracula patrandi facultatem sole clariùs in Catholica Ecclesia lucentem abscondere vel saltem obscurare nituntur, dispellamus. *Et primò*, quidem nobis obiiciunt legendas illas fabulosas, quas magno numero apud Catholicos prodiisse dicunt. Deinde miracula *alia quidem ficta, alia vero impostorum* versutia fieri solita commemorant. Sed quid? An quia falsa multa narrantur, omni historiæ fidem abnuemus? scitum est illud Sancti Augustini. [y] *An dicet aliquis falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino vllis literis esse credendum, potest etiam dicere, nec Deos vllos curare mortalia.* Ad illa vero ficta quod attinet, verbi gratia sanguinem illum Hailensem in Anglia suppositititium, auersionem faciei crucifixi artificiosè factam, &c. non magis mirum videri debet, talia in Ecclesia Catholica aliquãdo accidisse, quam

Y. August. de ciuit. Dei lib. 10.cap.18.6.

quam ministrum illum somniatorem, nescio quæ deliria Majestatis vestræ nuper tanquam oracula Prophetica obtrudere voluisse, aut [z] Archiministrum Dorrellum, quasi Somerus & alij agyrtæ Energumeni fuissent, populo imposuisse, aut *spectrum* [a] *illud in pariete inclusum regnante Maria Londini apparuisse.* Quid? quod tales strophæ apud nos, & diligenter inquiri & dignis pœnis † vindicari solent: nec pauca adultera aut ficta, omnem veris fidem abrogare debeant. Pari enim ratione ipsos etiam sacros noui testamenti codices reiiceremus. Plures enim b supposititij sub Apostolorum nomine iam olim obtrudebantur, quam nunc veri extant, & ex his ipsis quos modo authenticos habemus, nonnulli in primitiua Ecclesia (vt ipsi Pro- testantes

Z. De Strophis Ioan. Dorelli extat integrum volumen excusum anno 1599. per Ioan. Vvolfum, Item, aliud per Ioan. Diaconũ & Ioan. Vvalkerum prædicatores 1601.

A. Stowus in annalibus anno 1592. editis pag. 1058.

† Huius generis exempla recitat Osiand. Centur. 16. pag. 32. & 770. & 771. Vide etiam duos libellos editos 1600. quorum prior agit de vitis Pontificum Rom. &c. secundus vero de Missa, &cæt. Item, de falsis miraculis quibus Maria dicta de visitatione priorissa Annunciatæ Vlissiponensis plerasque decepit, & tandem deprehensa & condemnata est. Quam acriter vero inquisitores Catholici in hypocritam illam animaduerterint, vide ibi pagina 362. 424. 425. 427. & in fine eiusdem libelli narratur Religiosum quendam Leonem nomine Hispali similis culpæ similes pœnas dedisse. Ficta vero miracula quam nostris ingrata sint, satis ostendit illustris ille Thomas Morus eques Auratus Dial. *de veneratione imaginum, reliquiarum &c.* lib. 1. cap. 14. Et refert Osiand. Epitome Centur. 16. pagina trigesima secunda: *fœminam quandam quæ se sine cibo aut somno viuere finxit, à nostris deprehensam, merito supplicio affectam fuisse.*

B. Scripta plurima quæ Apostolis falso ascribebantur, recitat Euseb. histor. libro tertio capite decimo nono & libro sexto capite decimo, vide Sanctum Augustinum contra aduersarios legis & Prophet. lib. primo capite vigesimo & Gelasius in decret. cum 70. Episcopis & Zozomenum historiarum lib. septimo capite decimo nono post medium, vide Hamelmannum Protestantem de traditionibus Apostolicis, & cætera, primæ partis libro primo columna ducentesima quinquasima prima & parte tertia libri tertij col. 841. linea decimaquinta

& vigesima secunda. Quibus in locis pleraque scripta sub nomine Petri, Pauli, Bernabæ, Thomæ, Mathæi, Andreæ, Ioannis Apostolorum edita numerantur. Idem insinuat S. Paulus 2. ad Thessalon. 2. 2.

testantes [c] ferunt) pro suspectis habebantur Hæc igitur allegata infirmiora sunt, quam vt nulla in Ecclesia Catholica miracula fuisse probent, cum præsertim ipsi Protestantes doctiores contrarium plane [d] fateantur. *Secundò*, pleraque miracula dæmonum præstigiis facta fuisse dicunt aduersarij, ac nominatim [e] prisci temporis exorcismos & energumenorum adiurationes, cuius generis pleraque exempla numerantur, necnon & spiritum immundorum, per signum crucis & reliquias, & id genus alia, vel voluntate dæmonis vel dissimulatione accidisse [f] autumant: sicut olim Gentiles, & impij illi [g] Porphirius & Eunomius opinati sunt. *Tertiò*, si quæ miracula tam manifestũ post se effectũ relinquant, vt prædicta effugia illis minimè quadrare possint, cuiusmodi sunt verbi gratia infirmorum sanitates, &c. talia isti † Antichristiana fuisse & dæmonis virtute edita clamitant, Haud aliter sane quam olim Pharisæi Christum saluatorem blasphemabant, dicentes,

C. In colloquio in Turre Londinensi cum reuerendo patre Edmundo Campiano habito anno 1581. die 1. Decani D. Pauli & Vvindesoræ sic de se loquũtur. *In huius rei testimonium, S. Hieronymum in Catalog. adduximus, vbi sic scribit, Epistola Iacobi ab alio sub eius nomine edita fertur, de secunda autem Petri inquit multos negare quod sit eius. Citauimus etiam Eusebium sic scribentem. Ea in quibus contradictio aliqua fuit, cum tamen à quam plurimis Ecclesiis recipiantur, hæc sunt, epistola Iacobi sed & Iudæ, Petri quoque secunda, item Ioan. 2. & 3.* Quarto vero die fol. 2. colloquij illius Vvalkerus sic ait. *De epistola ad Hebræos Hieronymus testatur plurimos de ea dubitasse. Idem de secunda Petri asserit, & nonnulli de duabus S. Ioannis epistolis posterioribus dubitarunt, &c.*

D. Constat hoc exemplis Protestantum supra citatis.

E. Inter eos qui minoribus ordinibus insigniti fuerunt, etiam exorcistæ meminit S. Ignat. in ep. ad Antioch. Cornel. apud Euseb. l. 6. c. 35. Cypr. l. 4. ep. 7. vbi sic scribit. *Quod hodie etiam geritur, vt per exorcistas voce humana & potestate diuina.*

flagelletur & vrgatur & torqueatur diabolus. Vide hac de re Zepperũ protestantẽ l.de Sacram. edito anno 1606.p. 362. Quod autẽ aduersarij volunt Exorcistæ gradũ non ad Ordines referendum, sed potius inter gratias gratis datas numerandum esse, cuiusmodi sunt gratia sanitatum, &c. quæ primitiuæ tantum Ecclesiæ ad fidem primo plantandam & propagandam speciali quodam priuilegio concessæ sunt, nunc autem vt cętera eius generis cessauerunt, friuolum esse patet Primò, quia Patres antiqui inter cæteros minores ordines etiam hunc numerarunt, quod tamen de gratia sanitatum, &c. dici non potest. Secundò etiam post fidei purgationem iam factam inter cæteros Ecclesiasticos ordines etiam exorcistæ officium numeratur à Concilio Laodicen. can. 26. & Conc. Antiocheno can. 10. Item à Concilio 4. Carthag. can. 7. vbi & ritus illum ordinem conferendi recensentur, & Sulpitius in vita Martini cap. 4. illius ordinis meminit. Tertiò, cum etiam in veteri lege ad immundos spiritus eiiciendos exorcistæ fuerint, de quo vide Iosephum lib. 8. Antiquit. c. 2. Cur non eandem potestatem etiam in nouo vigere concedamus? Hanc certe non ob aliam causam negant aduersarij, quam quod eam quotidie in nostra Ecclesia numquam sine fructu & sæpe mirabili cum effectu exerceri vident, suæ vero Ecclesiæ eandem penitus destituit sciunt. Illæ enim Dorelli cum Somero & aliis contextæ strophæ, & præstigiæ circumforaneæ tandem compertæ & à suis explosæ sunt, vt suprà mox ad z. in marg. diximus.

F. Tot sunt quotidiana huius generis in nostra Ecclesia exempla, vt ea cõmemorare nihil opus sit. Solo igitur testimonio Boordi medici Protestantis hac in re contenti erimus. Is igitur in Breuiario salutis anno 1575. cap. 11. postquam itineri sui ad vrbem Romam mentionem fecisset, & pro more Protestantũm in summum pontificem, Cardinales, & vrbem ipsam inuehi desijsset, *Narrat se oculis suis vidisse nobilem quandam, quæ è Germania Romam aduenerat, vt ab immundis spiritibus, quibus male vexabatur, liberaretur. Modus procedendi* (inquit) *stupendus fuit, & omnem rationem superans.* Quod vero iana facta fuerit, cum Deo gloriam dare & Ecclesiæ Catholicæ super immundos spiritus potestatem *agn. scere nolit, ipse virtuti sanctorum verborum quæ pronuntiant Sacerdos attribuit. Simillia habet illud ordinis equestris decus Thomas Moorus de imaginum & reliquiarum venerat.* libro primo capite decimo sexto, *de Margarita quadam Vventvvortha, in cuius ab immundo spiritu deliberatione tot circumstantias enumerat, vt nulla fingendi suspicio suboriri possit.*

† Id etiam de primitiuæ Ecclesię miraculis asserere non verentur, quod vel vnius Osiandri exemplo patet. Is enim Centur. 4. pag. 326. cum de signo Crucis à Iuliano facta agit, de qua mox infrà ad g. sic scribit, *Diaboli simulata sua fuga voluerunt vulgi superstitionem confirmare &c.* & eadem Centur. pag. 377. *Cum de sancti Babilæ sepulchro, & illa Satanæ confessione mentionem faciat, quasi se malus dæmon negauit responsa ibi dare posse, ob sancti Babilæ corpus tam vicinum. Responsum* (inquit Osiander) *haud dubiè à Satana ideo datum, vt paulatim cultum idololatricum reliquiarum in Ecclesiam inueheret.* Quod tamen à Deo ob honorem sancti Babilæ factum sanctus Chrysostomus & omnis antiquitas iudicauit. Eandem rem eodem quo Osiander modo interpretantur Centuriatores centuria quarta 1446. linea 18.

G. Sanctus Ambrosius sermone 93. de inuentione corporum sanctorum

Geruasij & Protasij de Arianis inquit, *Dicunt dæmones Martyribus, venistis perdere nos, Ariani dicunt, non sunt dæmonum vera tormenta, sed ficta & composita ludibria.* Et sanctus Hieronymus contra Vigilantium capite 4. sic eum alloquitur, *In morem Gentilium, impiorumque Porphirij & Eunomij has præstigias dæmonum esse confingas, & non vere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta, &c.* Et Theodoretus hist. lib.3.cap.3. *Dæmonibus specie qua solent apparentibus, metus coegit Iulianum signo crucis frontem suam signare. Dæmones igitur dominici trophæi conspicati figuram, confestim euanuerunt, &c. Iulianus se virtutem crucis vehementer admirari dixit, & dæmones quoniam eius figuram ferre non poterant aufugisse: cui præstigiator, nec* (inquit) *amabo sic existimes, siquidem non ob eam causam quam tu asseris, formidabant, sed tuum factum detestati se ab oculis nostris remouerunt.* Et addit Theodoret. *Ita miser, &c.* vide Zozomen.hist.libro 5.cap.2.paulo post initium. Et Arnobius contra gentes lib.10.de Christo inquit, *Cuius nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium vatibus, aruspices inconsultos reddit, arrogantium Magorum frustrari efficit actiones, non horrore, (vt dicitis) nominis, sed maioris licentia potestatis.* Qua fronte igitur vocem illam emisit Osiander, *Diaboli simulata sua fuga voluerunt vulgi superstitionem confirmare, quasi signo crucis dæmones abigantur.*

† Vide Osiander centur. 10. 11. 12. &c. pagina 63. & initio, & 298. fine & 310.

dicentes, * *Hic in principe demoniorum eijcit demonia.* Hoc modo Centuriatores, quod ad monumentum sancti Hilarionis *multi ægroti & dæmoniaci curarentur*, h *inter signa mendacia, quibus superstitiones & Antichristi idololatria confirmarentur, numerant.* Atque idem de aliis, tam i olim quam k nuper in Catholica nostra Ecclesia editis miraculis censent.

* Math. 12 24. & Luc. 11. 15.

H. Centur. 4. col.1445. lin.8. nec aliam responsionem affert Iunius, in animaduersionibus ad controuersiam quintam, &c. de membris Ecclesiæ &c. excusis anno 1602.pag.612.& 614.ad illa miracula obfuscanda, quæ ad reliquias S. Simeonis edita fuisse narrat Theodoretus.

I. Vide Centuriat.cent.5.col.1489. linea 54. & 57. & col.1587.lin. 14.& centuria sexta a.col. octogentesima sexta vsque ad 821. agunt, *De miraculis superstitionem & idololatriam redolentibus.* de quibus col. 807. linea 47. sic inquiunt, *Hæc absque dubio Deo permittente à diabolo sunt facta, vt inuocatio mortuorum constabiliretur.* Similia habent col.809. lin.39. & 47. & col.817. lin. 12. sic scribunt, *Gregorius magnus plurima recenset miracula in libris suis, præsertim vero dialogis, quæ palam confirmant superstitionem, fiduciam in sanctos, idololatriam, inuocationem mortuorum, Missam, &c. de quibus concludunt col.821.lin. 31. quod fuerunt præstigia hominibus à malis spiritibus obiecta.*

K. Vide Osiand.centur.16.pag.69.&c.

Quod

Quod quam præposterum sit, quis non videt? Illa enim miracula ad sepulchrum sancti Hilarionis, ad reliquias sanctæ Babilæ, & alia pleraque iam supra commemorata in primitiua Ecclesia incorrupta iam tunc facta fuisse noscuntur, id est ante periodum illam temporis, quam ipsimet aduersarij aduentui Antichristi assignant. Deinde ex Vrsino & aliis plerisque primæ classis authoribus Protestantibus iam supra ostendimus, * *Antichristi miracula circa talia semper versari, quæ ordine naturæ minime mutato, hominum seu dæmonum fraudibus effici possunt, quæ vero præter aut contra naturæ & causarum secundarum ordinem fiunt, non nisi diuina potentia effici posse.* Huius generis sunt morbos subito & sine medicinis curare, & alia id genus, qualia supra quamplurima recensuimus. Hæc cum negare nequeant aduersarij, quid tandem concludunt? Pro reliquis hac in re respondeat Vvhitakerus nostras, is cum in Ecclesia

* Vide Vrsini verba supracitata tract.1.sect.5.initio in margine ad e. & Hemingius in exposit. Psalm. 84. parte 1. c. 6. pag.68.69.70. ait, *miracula quæ omnem naturæ vim superant, Deum habent authorem.* Et Beza & Theologi Geneuenses in propositionibus, & principiis disputatis in Academia Geneuensi pagina 28. numero 10 sic inquiunt, *Ea miracula dicimus, quæ contra omnem naturæ ordinem fiunt, dæmones patrare nequeunt, si quæ vero talia ab ijs fieri videantur, secreta quadam naturæ operatione eueniunt.* Et Piscator in Analisi epistolarum Pauli in secundo ad Thessalonicenses 2. pag. 470. ante med. ait, *Miraculorum, quædam diuina sunt, alia Satanica. Diuina sunt quæ per potentiã Dei ita fiunt, vt omnẽ facultatem creatæ naturæ superent, vt excitatio mortuorũ, sanatio ægrotorum subita, &c. Diabolica sunt quæ à diabolo per vires naturæ occultas efficiuntur, &c.* Et Danæus in Isagogæ Christi parte quarta libro secundo capite octauo pagina 46. ait, *Vera miracula sunt, & fiunt à Deo, & quidem solo, & ad eiusdem solius laudem, &c. Solus enim Deus id potest proprie, quod est supra naturam creatam:* & cap. 6. pagina 43. *Miraculum Christianum est opus Dei ipsius, totius naturæ creatæ vires & facultates superans, quod inuocato Dei nomine ad veræ fidei confirmationem fit.* Similia habet Amandus Polanus in partitionibus Theologicis libro primo pagina ducentesima vigesima octaua, & ducentesima vigesima nona, & Hieronymus Zanchius in diui Pauli epistolis ad Philippenses, Colossenses,

& Thessalonicenses pagina 241. & 242. Et Szegedinus in locis communibus pag.188.

clesia Catholica, quamplurima eaque verè facta esse miracula sat sciret, quæ & l *Nulla alia vi quam diuina fieri posse asserit*: ne aut Antichristo, vel Satanæ vim diuinam tribuat, aut Catholica Ecclesiæ miracula concedat, m suis plane contradicens, hanc portentosam sententiam Majestatis vestræ virgula censoria merito coercendam protulit, n *Ex miraculis non posse sufficiens testimonium suum, aut certum argumentum colligi veræ doctrinæ*. Cuius rationem paulo infra adiungit, *Nam possunt* (inquit) *vera miracula etiam à falsis doctoribus & Pseudo-prophetis fieri; sed tamen Dei, non illorum virtute*. & paulo post; *Constat enim Deum non modo veris sed & falsis doctoribus vim & facultatem tribuere huiusmodi* (*vera*) *faciendi miracula, non tamen quo confirmet eorum falsa dogmata, sed vt tentet eos, ad quos mittuntur*. Ad hoc paradoxum confirmandum ipsam scripturam, o sacram plane repugnantem trahere est ausus, quæ passim clamat, miracula p confirmare, & q testificari veritatem, & esse r signa, & s testimonia eiusdem.

Octaua

L. Vvhitakerus de Ecclesia pag. 348. circa med.

M. Sigwartus in disput. Theologica pagina 172. ait, *Pseudo-doctores vel etiam ipsum Satanam ad stabiliendas hæreses prodigia verè diuina designare posse pernegamus.* Hoc probatur fusius super tract.1. sect.5. initio in margine ad c. & hic paulo supra in margine ad * ante i. Consonat Antonius Vvottonus in examine tituli cleri Rom. &c. pag. 115. *Ego quidem arbitror. Aliorum tamen iudicio me submitto) nullum vnquam miraculum effectum esse, aut efficiendum ad falsæ doctrinæ confirmationem, neque enim existimare possum, Deum omnipotentem suam ad falsum testificandum exerere velle.*

N. Vvhitakerus vbi supra pag. 349. cui astipulatur Danæus in respons. ad Bellarm. disput. &c. parte 1. pag. 784.

O. Locus iste Deuteronomij 13. 1.2. quem ibi affert Vvhitakerus, *Non de facilitate aliqua, vel potestate miracula faciendi falsis Prophetis concessa, sed de Dei permissione qua tales populum suum tentare permittit, intelligi debet. Nec ea futura locus ille complectitur, quæ sola reuelatione diuina innotescunt, sed quæ in causis suis iam determinata in eisdem prauideri queunt. Vel etiam quæ probabili saltem coniectura ex circumstantijs personæ, temporis, & loci, coniici possunt,*

possunt, quæ quidem infallibiter, nec semper, aliquando tamen eueniunt. Vnde & additur clausula illa conditionalis (si) *si surrexit* (inquit) *in medio tui Propheta, aut qui somnum vidisse se dicit, & prædixerit signum atque portentum & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi eamus & sequamur Deos alienos, &c.* Illa enim clausula (si) etiam cum verbo, euenerit, construenda est. *Secundo licet aliqui qui à Deo reuelationes accipiunt, vel dæmonia eyciunt, vel miracula vera operantur, reprobi sint,* vt supra tractatu primo, sectione quinta, initio ad f.g. h. dictum est, *Hæc tamen dona habent, non vt Pseudodoctores, nec ad falsæ suæ doctrinæ testificationem, sed ad veritatem astruendam, cum nihilominus, ipsi ob vitam male actam damnandi sint.* Atque his recte perpensis, multæ obiectiones quæ hac de re fieri solent, dilui possunt.

P. *Domino sermonem confirmante sequentibus signis.* Marci vltimo 20.

Q. *Contestante Deo signis, & portentis & varijs virtutibus.* Ad Hæb. 24.

R. *Signa Apostolatus mei facta sunt supes vos, in signis & prodigijs & virtutibus.* 2.ad Corinth.12.12.

S. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt persiciam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Ioan.5.36.

DE OCTAVA ECCLESIÆ NOTA, scilicet doctrinæ sanctitate.

SECTIO OCTAVA.

OCTAVA *Ecclesiæ nota est doctrinæ sanctitas, quæ* t *viam Dei in veritate docet:* u *viam sciz iustitiæ* x *in qua ambulare nos oportet Deo placentes.* Hæc via non est lata illa (licentiæ & voluptatis) *y ad interitum ducens*, quam falsos Prophetas docturos scriptura sacra prædicit, * *libertatem promittentes &* † *gratiam Dei transferentes in luxuriam, sed potius* z *via illa arcta* * *pie, iuste, & sobriè viuendi in hoc sæculo* quæ ad vitam æternam ducit. Hæc iam cuinam

T. Matth. 22.16.
V. Esaiæ 26. 7. Oseæ 14.9.
X. Hæb.12. 1.
Y. Matth. 7.13.
* 2. Petr. 3. 19.
† Iud. vers. 4.
Z. Matth.7. 14. & Luc.13. 24.

* Ad Tit.2.2. *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, &c.*

cuinam ex prædictis duabus Ecclesiis adsit, vel absit, paucis examinibus. Quam arctam vero Ecclesia Catholica viam suis præscribat, vel inde perspici potest, quod ab omnibus filiis suis peccatorum confessionem, pœnitentiam, & si quid fortè contra iustitiam peccatum sit) restitutionem exigat, stata ieiunia, ac orandi tempora statuat, bona opera præcipiat, magis perfecta consulat, Nempe voluntariam castitatem, paupertatem, obedientiam, & alia huiusmodi, quæ iam aduersarijs non modo [a] ingrata, sed etiam vana videtur, & talia, qualia nec ipsi, nec patres eorum vnquam portare potuerunt. Adeo vt si quis disciplinam Christianam paulo diligentius obseruet,

A. Quam ingrata aduersarijs vitæ austeritas sit, vel ex illo Danæi ad Card. Bellarm. responso satis apparet, qui primæ partis altera parte, pag.939. circa medium, de SS. Bernardo, Francisco, Dominico, & alijs Monachis ita scribit. *Respondeo bis stulti fuere, qui sibi ipsis nulla de causa hoc tam graue iugum imposuerunt, &c. Præterea manifeste crudeles fuerunt, qui contra Pauli præceptum.* Ephes. 5. 29. *se suamque carnem & naturam vexarunt.* Et VVillettus in Sinopsi, pagina 258. ex professo in austeritatem antiquorum Patrum inuehitur, his verbis. *Solitaria Heremitarum vita, iucundam hominum societate fugiens, & carnem suam contra naturæ ordinem & Euangelij normam castigans, &c.* Item, *crudelis illa & inhumana castigatio corporis per ieiunia, & aliam eius generis disciplinam, prorsus illicita est.* Et infra *SS. Basilium & Greg. Nazian. quod corpora sua ieiunio macerauerint, arguit.* Inter cætera ita inquiens, *vbinam sacra scriptura istos sic corpora punire docuit?* Et Lutherus in Epist. ad Gal. capite 4. vers. 30. *Si Papatus illam sanctitatem & vitæ austeritatem haberet, quam tempore veterum Patrum Hieronimi, Ambrosij, August. & aliorum habuit, quid iam contra Papatum proficeremus?* Et paulo post. *Quare si externa illa species veteris Papatus hodie maneret, parum fortè doctrina nostra de sola fide contra eum praualeret.* Et Osiander in Epitome hist. centur. 4. pag. 99. Sanctum Antonium qui tempore Constantini vixit, his verbis sugillat. *Cum in concione quadam audiuisset recitari illud Christi dictum, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ac sequere me. Hoc dictum ad se impertinenter accommodauit, atque quæ ex hæreditate habuit, vendidit, &c. solitariam vitam eligens, &c. anno 35. ætatis in heremum secessit, vt ibi vitam duriorem ageret. Erat illi cibus, panis solus & sal, potus aqua, prandij tempus solis occasus, cum tamen sæpius biduum, aut dies plures ieiunus maneret, vigilabat noctes integras, preca-*

tioni vacans,&c. vestimentum eius interius erat cilicium,&c. Itaque vita Antonij non caret multiplici superstitione. Et ibidem pagina 103. ante medium. *Quod autem in Ægypto author Monastica fuit, quod corpus suum nimium afflixit, & alia similia, inter stipulas numeranda sunt, de quibus Paulus loquitur.* Displicuerunt etiam Caluino veterum Patrum pœnitentiæ & satisfactiones, vnde & libro quarto, Institut. cap. 12. sectione 8. ita scribit. *Qua in parte nullomodo excusari potest immodica veterum austeritas, quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa.* Et libro 3. capite 4. sect. 38. *Parum me mouent, quæ in veterum scriptis de satisfactione passim occurrunt. Video quidem eorum nonnullos (dicam simpliciter omnes fere quorum libri extant) aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac durè locutos.* Vide Iunium in animaduersionibus ad controuersiam 5. de membris Ecclesiæ, pag. 611. & 613. vbi prophanus iste, *Sanctissimum illum Simeonem Stilitem*, de quo multa Theodoretus, *Melancholicum, imperitum, superstitiosum vocat*, pag. 612. *admirandum eius quadraginta dierum ieiunium tanquam fictum condemnat*, pag. 612. & 614. *continuam eius in Pyramide orationem Battologiam censet*, pag. 613. *miracula eius magicos*, pag. 612. *prædictiones eius humana prudentia vel Diaboli suggestione factas asserit*, pagina 614. Quid ad hanc impietatem addere potuit Lucianus, aut Porphyrius?

obseruet, is statim Papistæ, id est Catholici nomine per irrisionem nuncupandus veniat. Fatetur hoc nō sine dolore Iacobus Andræas Protestans, his verbis. b *Grauis & Christiana disciplina apud nos nouus Papismus siue Monachismus appellatur. Dicunt didicisse nos per solam in Christo fidem saluos fieri, &c. non posse nos ieiunio, oratione, Eleemosina satisfacere, &c. facessant igitur ista, quandoquidem alia faciliori via scilicet sola gratia Dei saluari possumus. Et quo omnes intelligant, istos qui hæc dicunt, Papistas non esse, nec in bonis operibus confidere, ab illis faciendis facile abstinent.* Hæc ille. Cui & consonat, Eques ille nostras * Edvvinus, Sandus, Liquet igitur vel ipsorum aduersa-

B. Iacobus Andræas conc 4. in capite 21. Lucæ.

* Sandus Eques in narratione religionis Occidentalium, &c. sect. 48. *Si Protestantes æquis oculis Papistarum gubernandi rationem, ac politiam intuerentur, nonnulla præclara ab eis in eo genere constituta cernerent; & singularia quædam pietatis ac deuotionis adiumenta, ad vitia extirpanda, & virtutes promouendas: E contra vero si claro oculo & ab amore proprio purgato seipsos inspicerent, liquido viderent, doctrinam suam & reformationem, non esse vsque adeo perfectam, &c.*

aduersariorum testimoniis, viam arctam iustitiæ, per notam & confessam Ecclesiæ Catholicæ disciplinam monstrari. E contra vero quænam Ecclesia viam latam pandit, quæ ducit ad interitum vel ex illis aduersariorum dogmatibus apparet, quibus Purgatorium, & omnem peccati iam remissi satisfactionem tollunt. Cum enim suos doceant * se à statis ieiuniis, oratione, peccatorum confessione, pœnitentia & satisfactione solutas esse, sub hoc scilicet prætextu, quod Christus iam pro c omnibus satisfecerit, pari certe ratione ab omni prorsus oratione & ieiunio cessabunt, quia Christus pro omnibus etiam orauit ac ieiunauit. Nos vero ex aliis doctrinę eorum capitibus, quam latam viam sequantur, ostendemus. Primo igitur docent, d *castitatē non esse in nostra potestate*, proinde nec sub voto cadere. Hinc illa Lutheri dogmata supra citata nata videntur. e *Non est in potestate nostra fœmina carere, &c. Non est in potestate nostra vt cohibeatur aut reprimatur, sed æque necessarium est, ac comedere, bibere, ventrem purgare, nasum emungere, &c.* Quam apertū vero & euidens ostium hinc aperiatur iuuenibus, imo & matrimonio iunctis, in absentia coniugis vel ægritudine eiusdem, libidinibus suis indulgendi, cum præsertim impossibile putent easdem frænare, per se patet & experientia quotidiana, cui ipsi etiam aduersarij f attestantur, satis compertum est.

* Parkinsus in Catholico reformato, pag. 221. *Certum ieiunandi tempus non magis præceptum est, quam lugendi.*

C. Vvillettus in Synopsi, pagina 516. *Christus plene pro nobis satisfecit, ergo nulla nobis satisfactio reliqua est, &c.*

D. Parkinsus vbi supra, pag. 161. *Continentiæ votum non est in eius potestate qui vouet.*

E. Luth. tom. 5. Vvittembergæ serm. de matrimon. fol. 119. a. versus finem.

F. Siluester Czecanonius *De corruptis moribus, &c.* Vvigandus de bonis & malis Germaniæ.

Hinc noua & inaudita licentia, aliam coniugem ducendi, *cum vel* g *altera sua sponte discedat, vel* h *ob adulterium separetur, vel puerperio* * *aut alia perpetua infirmitate laboret, aut ex alia quaplam causa etiam* † *leuiori* (hoc enim vel ipsi parti i reæ concedunt) imo libellum repudij sicut olim Iudæis, sibi licitum * arbitrantur. Potest igitur quis iuxta k Lutherũ, decem vel plures superstites habere vxores transfugas, ac totidem diuortio separatas. Atque hæc de castitate & matrimonio hic dicta sint, de quibus etiam supra fusius l egimus.

G. Quod nubere liceat si coniunx discedat, vide supra tract.2.cap.2. sect.10.sub.5. initio ad y. b.c.

H. Quod nubere alteri liceat, in casu diuortij ob adulterium, vide Fulconem contra Rhem. testam. in Matth.19. sect.4. fol.38.a. circa medium. Et est communis praxis Ecclesiæ Anglicanæ. Hinc Vvillettus in Sinopsi Papismi, pagina 528. fine ait. *Ob fornicationem saluator licentiam concessit tam dissoluendi matrimonium, quam iterum contrahendi.*

II.

Illa vero iam olim † damnata aduersariorum doctrina, qua asserunt, * *impossibile homini esse*

* Hac de re, vide supra tractatu 2. capite 2. sect.10. sub.5. ad P.

† Vide minorem occasionem ibidem ad n. o.

I. Huius rei exempla passim in Anglia inueniuntur. Et est communis opinio Lutheri, Melancthonis, Caluini, Buceri, &c. quos supra citauimus tractatu 2. capite 2. sect.10. sub.5. in margine ad E.

* Vide supra tractatu 2. capite 2. sect.10 sub.5. ad 4. post 3.

K. Lutherus tom.5. Vvittembergæ folio 112.b. fine ait. *Quid si & secundum coniugium non oportune caderet, &c. donec tertium, vel quartum coniugium attingeretur, daturne viro toties vxorem ducere? Quoties alia ei fmodi (vt iam dictum) esset, vt decem vel plures adhuc viuentes transfugas haberet.* Et rursum. *Licebitne vxori decem aut plures, qui iam omnes profugerint, esse maritos? Respondeo D. Paulo non possumus obstruere os, neque cum illis luctari, qui eius doctrina quoties necesse fuerit, vti volunt: verba eius aperta sunt, fratrem aut sororem liberos esse à coniungij lege, si aliter discesserit, vel cum hoc habitare non consenserit, neque vt semel tantum fiat, hoc dicit, sed liberum relinquit, vt quoties res postulat, vel pergat, vel consistat.*

L. Supra tract.2 cap.2. sect.10. subdiuisione 5.

† Quod olim hæc doctrina damnata sit, vide supra tract.1. sectione 8. subdiuisione 5. ad g.

* Vvillettus in Sinopsi, pag.564. *Lex adhuc manet, quam vt nos seruemus præ imbecillitate carnis impossibile est.*

esse Dei mandata seruare, quantum omnes ab honestæ vitæ studio, & Dei præceptis seruandis retrahit ac deterret? Hinc voces illæ nouatorum hominum planè dissolutorum. [m] *Non eo fine præcepta Dei nobis data sunt, vt ea seruaremus, sed vt per ea damnationem nostram intelligeremus, & misericordiam Dei imploraremus.* [n] *Præcepta Decalogi ad Christianos non pertinent.* [o] *Quisquis vere credit, Deum pro se operari, sinit, & sibi vitam æternam disponere, ipse planè ad eam rem nihil operis seu laboris conferens.* Nec aliunde quam ab hoc fonte promanauit impia illa secta * Antinomorum.

III.

M. Actis & Monumentis, pagina 1335.b. hæc verba citat ex lib. cui titulus *Parabola iniquæ Mammonæ*, cuius author Tindallus perhibetur, pagina 573.b. prope finem, & 486. a. initio.

N. Luther. ser. de Moysi. Et Vvhitakerus contra Campian. rat.8. pagina 153. ait, *Christus conditionem nobis aliam multo faciliorem proponit, Crede & saluus eris. Hoc nouo fœdere vetus abrogatur, vt quisquis Euangelio crediderit, legis conditione soluatur. Nam qui credunt, ij non sunt sub lege, sed sub gratia. Quid plura? Christiani execratione legis liberantur, non obedientia.* Si Christiani *legis conditione soluantur, & execratione legis liberentur*, quomodo ad obedientiam eiusdem obligantur? aut quomodo in obedientia legis eis nocere potest? Nonne hæc persuasio ad omnem libidinem fræna laxat.

O. Hoffmannus Protestans & quidem eruditus in Commentarijs de Pœnitentia excusis Hallæ Sueuorum per Petrum Brubachium 1540. (quos apprimè laudat Melancthon in Præfatione quam eisdem præfixit) libro 2. folio 113. b. fine.

* Sicut Luth. Moysen reiecit (qua de re, vide supra tractatu 2. capite sectione 10. subdiuisione 2. post t. ad 4.) sic etiam & Antinomi, qui sic scribunt. *Lex diuina digna non est quæ Dei Verbū appelletur. Si scortus es, si scortator, si adulter, vel alioquin peccator, crede & in via salutis ambulas. Cum in peccatum demersus es ad summum vsque, si credis, in medi a beatudine versaris. Omnes qui circa Moysen hoc est decem præcepta versantur, ad Diabolum pertinent, ad patibulum cum Moyse.* Hæc verba ex Theologis Mansfeldens. in Confessione Mansfeldensium ministrorum tit. de Antinomis fol. 39. & 90. transcripsimus. Similia de Islebio refert Osiand. cent. 16. pagina 310. His consonat Luth. in colloquijs mensalibus Germanicè, fol. 152. & 153. vbi sic scribit, *Ad Iudæos pertinet lex Moysis, neque nos ligat deinceps, cum quispiam Moysen tibi proponit cum suis præceptis, teque cogere vult, vt ea obserues, tunc dic: Abi ad Iudæos, cum tuo Moyse, ego Iudæus non sum, nec me cum Moyse inuoluas, Magister est omnium carnificum, &c. Moysen cum sua lege non volo ego habere, Est enim Christi Domini hostis.* Author vero ipsorum Antinomorum fuit Ioannes Islebius

Lutheri discipulus (teste Sleidano historiæ libro 12.) Dum discipulis suis explicitè & apertè ea tradit, quæ à Luthero Magistro suo magis cautè & astutè dicta acceperat. Vnde & Lutherus coactus est seipsum pugare & Antinomos illos redarguere. Hac de re Osiander in Epitome centuria 16.pagina 311. ait. *Docuit Islebius Decalogum non esse docendum in Ecclesia, sed pertinere in curiam.* & pagina 312.de Islebio ait. *Errorem suum Antonomicum publicis scriptis disseminauit, & in errorem suum viros aliquos doctos pertraxit. Videtur occasionem erroris sumpsisse ex scriptis Lutheri non recte intellectis.*

III.

Opinio vero illa *iustificari homines per solam fidem*, Bone Deus, quantam libertatem in occasionem carnis subministrat? Hinc vox illa plebis Lutheranæ. [p] *Didicimus nos sola fide saluari, ieiunio, oratione, Eleemosina nostra satisfacere non possumus, Apagesis igitur ista, &c.* Hinc etiam assertiones illæ doctiorum Protestantium. [q] *Non potest homo etiamsi maxime vellet à salute excidere, quibuscũque peccatis quantumcũque enormibus, nisi credere nolit.* [r] *Qui semel crediderit, non poterit postea à gratia Dei excidere, aut fidem amittere, adulterio vel alio huiusmodi peccato. Verbi gratia* [s] *Dauid dum adulterium committebat, erat, & mansit Dei Filius, nec adulterio, aut homicidio Spiritum sanctum amisit, aut à fide excidit.* Cum multis alijs id genus quæ ex prædicta opinione *sola fide iustificari hominem* [u] necessario consequuntur.

P. Vide supra hac eadem sectione ad b. Et vide Stubbesium in Exhortatoria ad bona opera, anno 1596. pagina 42. vbi inter cætera hæc habet. *Plura (vti vereor) per Papistas quam rei Protestantes quotidie fiunt bona opera.* Cuius hanc rationem reddit. *Protestans se sola & nuda fide sine operibus seipsum seducens saluari sperat, vnde bona opera negligit, aut saltem parui æstimat.*

IIII.

Q. Vide supra tractatu secundo, cap.2. sectione decima, subdiuisione tertia, initio ad d.

R. Vide ibidem ad 3.

S. Ibidem ad 4.

V. Si sola fides hominem iustificet, hæc autem non possit amitti, teste Vvhitakero contra Camp.pag.143.vbi ait, *Fides aut perpetua est, aut nulla est*: Certe qui semel crediderit, licet postea adulter sit, aut homicida nihilominus saluabitur, vt de Dauide dicunt aduersarij.

IIII..

Quartò dum discrimen mortalis ac venialis peccati, non ex obiecto, & natura rei, *sed ex* [*] *persona statuitur, ita vt fidem* [x] *habentibus omnia venialia sint*; [y] *non habẽtibus autem omnia mortalia*, fit, vt quisq; peccata sua leuia reputet, quippe quæ [z] *actum fidei elicientis* (qui valde facilis videtur) *minime noceant*. Huiusmodi sunt & illa eorum axiomata. [a] *Nullum opus Deo displicet, nisi author eiusdem ei prius displiceat*. [b] *Dum peccamus, non diminuimus gloriam Dei, sed tantum proximo nostro scandalo sumus*. [c] *Peccatum remittitur, quam primum committitur, quia fidelis simul & semel accipit* [d] *remissionem peccatorum, tam præteritorum quam futurorum*.

V.

Supradictis addi potest, quod bona opera parui faciunt, vt iam supra [e] partim tetigimus: & in particulari [f] *ieiunium*, [g] *castitatem*, [h] *voluntariam paupertatem*, &c. *contemnant*.

Opinio

* Musculus in locis communibus, pag. 28. *Sciendum est magis esse in hac causa personas peccantium quam ipsa peccata considerandas*.

X. Musculus ibidem, & Fulco contra test. Rhemen. in Epist. Ioan. sect.5. initio, & fol.447. & Caluin. instit. lib.3.c.4.sect. 28.

Y. Vvillettus in Sinopsi, pag. 560. & Musculus in locis communibus, pagina 28.

Z. Vvhitakerus de Ecclesia. pagina 501. *Nos dicimus si quis actum fidei habeat, ei peccata non nocere, idque cum Luth. affirmat, id vos omnes dicimus*.

A. Luth. in Concil. Angl. anno 1578. pag 176.

B. Actis & Monumentis, pag.1538.b. post medium.

C. Antonius Vvottonus in responso ad attic. Papistarum, pag.92.

D. Idem ibidem, pagina 41.

E. Supra tract.2.cap.2.sect.10.sub 4. per totam.

F. Vvillettus in Sinopsi, pag. 243. *Nec Deo honor exibetur comedendo, vel non comedendo* Parkinsus in Catholico reform. pag. 220. *Ieiunium in se est quid indifferens, sicut & comedere, vel bibere*. Quæ si vera essent, cur ergo ieiunarunt Niniuitę?

Aut

Aut cur sacra scriptura non comedentibus, aut bibentibus sed ieiunantibus præmia repromisit? Matth. 6.17.18. Aut cur Christus ieiunio eijci dæmonia affirmauit? Matth.17.21.

G. Luth.tom.5. Vvittembergæ in Exeg. ad.cap.7.1. Cor.fol.107. *De vsu vel abusu cœlibatus & matrimonij pro præsenti nihil dicemus, sed de conditione & natura eorum in se, & concludimus matrimonium esse instar auri, cœlibatum vero instar luti:* & in assertionibus ait. *Matrimonium longe pretiosius est virginitate. Christus & Apostoli Christianis virginitatem dissuaserunt.* Hoc Vvhitakerus contra Camp. agnoscit & defendit rat.8.pagina 155. ante medium, vbi de virginitate asserit, *quod non absolutè sed quodam modo bona sit, numquam matrimonio præstat nisi κατά τὶ*, id est *ob circunstantias quasdam annexas, cum absolutæ virginitati coniugium ἁπλῶς sæpenumero præstet, & virginitas expetenda sit non omnino, sed propter molestias, quæ matrimonium plerumque comitantur.* Quam sententiam August. expresse confutat, lib.de virgin. capite 13. teste Fulcone contra test. Rhem. in 1. Cor.7. sectione 13. folio 273.b. post medium. Lutheri autem defensionem concludit Vvhitakerus, his verbis. *Hæc certe Lutheri propria non sunt, ea enim omnes boni agnoscunt, & defendunt.* Illa autem Apostoli verba. 1. Corinth.7.38. *Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, qui autem non iungit, melius facit.* Vvhitakerus contra Duræum, libro 8. pagina 693. post medium, sic exponit. *Melius hoc loco vocat Apostolus, quod est commodius.*

H. De voluntaria paupertate, quam sic admirati sunt primitiuæ Ecclesiæ Christiani, de qua & saluator noster inquit. *Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* Matth.19.21. Et vide ibid. vers.27.& 28. Et Act.4.32. Et Act.5.1.2.3.4. Vvillettus in Sinopsi, pag.245. his nonobstantibus sic scribit. *Inimicus gloriæ Dei, qui conditionem vitæ opulentam in qua Deo seruire potest, in egenam & pauperem commutauerit.* Quanto consultius & prudentius Reges illi & Imperatores, qui sæculi diuitijs contemptis Monachi facti sunt?

Opinio etiam eorum de reprobatione, & liberi arbitrij negatio, tam secundum iudicium patrum antiquorum quam ipsorum [i] Protestantum, *amicas admonitiones, obtestationes graues, expostulationes acerbas tollit.* Denique opinio eorum de prædestinatione, & fictitia illa

I. Hemnigius magni nominis Caluinista de Gratia vniuersali, pag. 109. *Theologi quidam primarij & alioqui praclare de Ecclesia Christi meriti, quos vt fratres in Christo amo proxime ad Manichaos & Stoicos accedentes ex eodem planè principio suam sententiam de libero arbitrio, & alijs euentibus extruunt, &c. Hinc non verentur quidam inferre, Deum ordinasse adulterium Dauidis.* Et ibidem pag.111. *Horum sententia pugnat cum verbo Dei vocantis & inuitantis, omnes, ad pœnitentiam reddit homines partim*

desperabundos,&c.& pagina 113.ante medium. *Cur Deus promittit præmia? vt præmijs voluntatem hominis ad obedientiam flectat. Cur idem minatur pœnas? vt pœnis voluntatem à contumacia deterreat. Cur Dominus addit conditionem? vt scias esse permissum arbitrio tuo eligere vtrum vis, alioqui conditio omnino esset otiosa. Huc accedunt paßim in scripturis blandæ inuitationes,&c. Ad hec si homo non potest libero voluntatis arbitrio obedire Deo vocanti, docenti, hortanti, comminanti, aspiranti, hominem, profecto ludit, quod vel cogitare impijßimum fuerit.* Similia habet S. August. de fide contra Manichæos, capite nono.

illa certitudo [k] salutis etiam eorum qui in statu ac voluntate [l] peccandi manent, quid aliud quam periculosissimam quandam præsumptionem fouet? Quæ omnia absque vlla exaggeratione nostra vel illatione Majestatis vestræ graui censuræ submittimus. Et de his quidem hactenus.

DE NONA

K. Parkinsus in refor.Cath. pag.39.initio.

L. Hoc ex illo necessaria quadam consequentia sequitur. Si enim, dum peccat quis, incertus sit suæ salutis, quomodo antea fuit certus? Certe prioris certitudinis memoria remanet, hæc autē ipsa sufficit, vt peccator persuasum habeat se saluandum fore, etiam tunc cum in peccato manet. Hinc est quod adulteros, homicidas, &c. etiam dum tales existunt, certos tamen faciunt isti, eos in gratia manere, vt supra ostendimus, tract.2.cap.2. sectione 10.subdiuisione 4.post c. ad 2.3.4.5.6.&c. *Hæc opinio scelerum omnium scaturigo*, licet eam Ioannes Reinoldus Puritanorum os & prolocutor in Colloquio Hamptoniensi coram Majestate vestra mordicus defenderit, vt ex historia illius colloquij apparet, pag.24.& 40. meritò tamen explosa est, à Decano D.Pauli (ibidem pagina 42. & Bancrofto nuper Superintendenti Cantuariensi, ibidem pag. 28.29.) nec satis arridere visa est Majestati vestræ, ibidem pagina 41. Vnde factum existimamus, vt Majestas vestra dogma illud de prædestinatione non nisi obiter & discretè admodum pro concione proponendum esse censeret, ne forte desperata quædam præsumptio ex certudine illa permanendi & perseuerandi in gratia, nasceretur. Vt ibidem pagina 50. paulo post medium constat.

DE NONA ECCLESIÆ NOTA, scilicet vitæ sanctitate.

1. *De Catholicis.*
2. *De Luthero.*
3. *De Zuinglio.*
4. *De Caluino.*
5. *De Beza.*
6. *De Laicis Protestantibus.*
7. *De Clero Protestantico.*

SECTIO NONA.

NONA Ecclesiæ nota est vitæ sanctitas, quam in religionis præconibus, seu restauratoribus imprimis relucere debere, docet illud Saluatoris, m *Bonus arbor fructus bonos affert.* Illos autem in quibus hæc non inuenitur cauendos esse idem docet, his verbis. n *Attendite vobis à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos.* Itaque de religionis nostræ Catholicæ primis quasi parentibus (vt nihil iam de duodecim Apostolis dicam, quos

M. Matth. 7.17.

N. Matth. 7.15.16.20. & Foxius in 14. Apocal. pag. 468. dum tractat de Ecclesia quæ vera sit, quæ falsa, quæ veræ eius notæ & proprietates sic scribit. *Ad fructus vitamque eorum nos mittit Christus. Ex fructibus inquit eorum cognoscetis eos.* Et Rursus, *Omnis arbor bona facit fructus bonos, &c.* & pagina 469. *Ex morum igitur vera innocentia, vitæque institutione certissimum sumitur indicium, &c.*

quos etiam aduersarij sibi perperam vendicant) Sancto [o] Augustino & socijs agendum, à quibus Angli Catholicam Rom. quam & nunc profitentur fidem acceperunt, constat autem illorum sanctitatem tantam ac tam illustrem fuisse, vt ab ipsis etiam aduersarijs testimonium acceperit. De his Chronica nostra sic perhibent. [p] *Postquam Canturiam aduenissent, Apostolorum mores imitati, continuæ orationi, vigilijs & diuini Verbi prædicationi instabant, mundana omnia contemnebant, in omnibus doctrinæ quam prædicabant, sese conformes exhibebant.* Similia de cæterarum nationum † Apostolis, qui vspiam Religionem Catholicam propagarunt, q narrantur.

Adeo

O. Quòd S. August. Anglosaxones ad fidem Catholicam Rom. conuerterit, vide sup. tract. 1. sectione 1. per totam.

P. Holinsked. Chronic. vlt. edit. parte 1. pag. 100. b. lin. 31. Et Stovvus in Annalibus, 1592. pag. 64. *Gregorius Augustinum, Mellitum, Iustum & Ioannem, & plerosque alios Monachos Deum timentes ad annuntiandum nationi Anglorum Euangelium misit.* Vide Godvvinum in Catalog. Episcoporum, pag. 3. & 7.

† De Sanctitate Bonifacij, qui Germaniam ex aduersariorum confessione ad Catholicam Rom. conuertit, vide Dresserum. in Millenario 5. p. 263. 264. 265. Et centuriatores centuria 8. col. 724. linea 49. sub tit. *Operarius in Ministerio bona,* & ibidem col. 795. lin. 23. Quod vero Catholicus Rom. fuerit, vide ibid. col. 794. lin. 51. & col 796. lin. 43. 44. &c. Et ibidem col. 801. lin. 41. sub tit. *de Donis & virtutibus eius.* Simile de plerisque alijs nationum Apostolis passim à Protestantibus referuntur, que omnia recensere longum nimis esset, pauca igitur exempli gratia ex ipsis centuriatoribus delibemus. Videantur igitur ea quæ de *Ludgero* scribunt, cent. centur. 8. col. 815 lin. 31. 52. 56. *De Gregorio* 2. cent. eadem, col. 685. lin. 45. sub titulo *De sanctitate vitæ eius: de Gregor.* 3. cent. 8. col. 693. linea 9. sub tit. *de Virtutibus eius. de Fratribus Evaldis,* centur. 7. col. 66. 67. & col. 559. linea 10. 11. &c. & quæ de ijs refert Beda hist. libro 5. cap. vndecimo. Quod vero hi Catholico-Papistæ fuerint, supra tractatu primo, sectione prima, ad f. Similia de alijs Ecclesiæ Catholicæ luminibus literarum monum. mandantur. Verbi gratia *De Sancto Beda* centuria 8. col. 852. lin. 32. 33. & col. 853. lin. 14. *Quod vero is Catholico-Papista fuerit,* vide tractatu primo, sectione prima ad g. *De Sancto Malachia* centur. 12. col. 1592. linea 38. & col. 1591. linea 28 *De Paulo Heremita* apud Osiand. in Epitome, centur. 16. pagina 799. *De Benedicto* 3. apud Crispinum de statu Ecclesiæ, pagina 241. *De Nicolao* 4. apud eundem, pagina 379. ante medium.

Q. Plurimas nationes à tempore Sancti Augustini ad fidem Catholicam conuersa, vide supra tract.2.capite 1.sect. 4.initio ad *

Adeo vt 1. Richardus Hacluithus [r] minister egregiam sanctitatem [s] Francisci Xauerij, qui nostra ætate plerosque Indiæ Orientalis populos ad fidem nostram Catholicam conuertit, agnoscat. Sed & primos illos religiosorum ordinum institutores, Sanctum Benedictum, Dominicum, Franciscum, &c. à quibus Benedictini, Dominicani, Franciscani, &c. [t] sanctos fuisse ipsi aduersarij [u] confitentur. Quod & de Sancto [x] Bernardo [y] Catholico-Papista Monachorum [z] Patre * speciatim *Bernardinorum*, & aliis innumeris testantur. De promiscua autem Catholicorum multitudine qui septimo sæculo vixerunt, sic scribunt

R. Richardus Hacluithus in libro cui tit. de primarijs nauigationibus, &c. 2. parte 2. volum. pag. 81. *Pius ille confessor & solers Indorum in ijs quæ ad religionem pertinent institutor Franciscus Xauerius, post multos exantlatos labores, post iniurias & calamitates magna patientia toleratas, omnibus benedictionibus spiritualibus repletus, obijt anno 1552. postquam multa hominum millia ad fidem Christi perduxisset. De hoc viro Sancto, virtutibus eius & mirabilibus, &c. omnes recentes Indorum historiæ loquuntur.*

S. *Quomodo corpus eius à putrifactione conseruatum fuerit,* vide supra tractatu primo, sectione quinta, in margine ad * post m.

T. De confessa Sancti Francisci sanctitate, vide supra tract.2.capite 3.sect.7. subdiu.4.ad n. De S. vero Dominico Pantaleon in Chron. pag.100.initio ait. *Dominicus vir doctus & bonus prædicatorum ordinem instituit,* anno 1225.&c. Et vide quæ de austera eiusdem vitæ ratione referunt centur.cent. 13.col 1179.linea 18.50 & 1180.lin.11.12.&c. Et Osiand. in Epitome cent.10.cap.6.pag.169.fine. Et Luth.in locis communibus, classe 5 pagina 117.circa medium, ait. *Fateor sane non defuisse sua dona Francisco, Dominico, Bernardo, & alijs, qui primi instituisse Collegia Monachorum dicuntur, &c. sed ista dona personalia sunt, &c.*

V. Vide tractatu secundo, capite tertio, sect. 7. subd.4.ad n.

X. Vvhitakerus de Ecclesia, pagina 69.ait. *Ego quidem Bernardum vere sanctum fuisse existimo.* De confessa vitæ eius sanctitate & austeritate, vide quæ habent centur.cent.12.col.1637.linea 10.11.&c.

Y. Quod Catholico-Papista, vide supra tract.1.sect.5. fine in margine ad 3.

Z. Danæus contra Bellarm primæ partis altera parte p.940.

* Pantaleon in Chronico pag. 90.ait. *Monasteria 160. huius ordinis (Bernardorum) D. Bernardus suis temporibus constituit.*

A. Centur.7. capite 7. col. 181. linea 15.

ſcribunt Centuriatores. [a] *Etſi hoc ſæculo veri Dei cultus, veraque virtutum officia humanis traditionibus, earumque ſuperſtitioſis obſeruationibus magna ex parte obſcurata erant, tamen ſtudium ſeruiendi Deo, & pie iuſteque viuendi, miſeræ plebeculæ non defuit. Quantus enim fuerit amor pietatis, quantus ardor hominum erga religionem, inde æſtimari poteſt &c. Precationibus vero adeo fuerunt intenti, vt fere totum diem illis tribuerint, &c. Quanta fuerit reuerentia erga viros Eccleſiaſticos, quantus concurſus ad conciones publicas, dictum eſt ſupra de congreſſibus, &c. Magiſtratibus honorem & obedientiam exhibuerunt debitam, &c. Amicitiæ, concordiæ, & ſocietatis erant ſtudioſiſſimi, adeo vt iniurias, & offenſas citra negotium remitterent, &c. In honeſta quoque vocatione, & labore verſari ſingulis ſtudio fuit, &c. In egenos, & peregrinos maximè fuerunt humani & liberales, &c. In iudicijs denique & contractibus maximè veritatis fuerunt amantes, &c.*

B. Stubbæus in exhortatoria ad bona opera, anno 1596. pag. 43. *Certe vt verum fatear, magis ſecundum bonam conſcientiam & ingenuum candorem agunt plerique Papiſtæ, quā Proteſtantes. Quod ſi ad ſæcula præterita reſpeximus, maiorem pietatem, deuotionem, ac zelum, maiorem charitatem, fidem ac probitatem in ipſis, quam in noſtris inueniemus*, & pag. 1. *Annon meritò pudere nos debet, maiores noſtros, qui tempore ſuperſtitionis vixerant, &c. tam longe in bonis operibus faciendis nos ſuperare, vt ne infimo quidem gradu cum illis comparandi ſimus?*

His [b] Stubbæus noſtras & [c] Martinus Lutherus aſtipulantur. Ad clerum Catholicum veniamus. De quibus ipſis poſteriorib⁹ ſæculis peioribusquando ſic abundauit iniquitas, vt iuſto Dei iudicio [e] *Energiam illam erroris* pepererit, qua totus pene mundus obrutus eſt, & omnia prope religionis monumenta & trophæa à maioribus erecta, funditus euerſa ſunt, de his, inquam, tam funeſtis temporibus, & clero vtcumque degeneri, ſic ſcribit Muſculus.

C. Luth. Dominic. 26. post Trinit. *Olim cum per Papam seduceremur, quisque libenter bona opera sequebatur, &c.*
E. Thessalon. 2. 11.

Musculus. f *Absit, quin vt in ordine sacerdotum inueniantur qui nec simoniaci sunt,* g *nec scortatores, nec indocti, nec irreligiosi. Reperiuntur enim inter illos multi, qui & probè intelligunt res sacras illasque religiose tractant, ac simul inculpate viuunt.* Et ibid. in marg. *Inter missatores multos esse bonos.* Nec minus locuples testimonium clero nostro Anglicano tam veteri quam recenti perhibet, eruditus ille antagonista noster * Franciscus Goodvvinus, Illustrissimi Thesaurarij Angliæ nuper defuncti quondam capellanus, nunc autem antistes Landaffensis: Cleri etiam nostri Catholici laudes fuse prosequitur aduersarius eorum denunciatus Eques * Sandus. Singula quæ tam Clericorum quam Laicorum nostrorum laudes loquuntur, persequi, infinitū esset. Ipsa pietatis monumenta, quæ religiosi maiores nostri posteris reliquerunt, authores suos satis celebrant. Hinc author ille Protestans Stubbæus, de proauis nostris Catholicis sic

F. Musculus in locis communibus, &c. *De Missa Papistica*, pagina 374.
G. Musculus vbi supra.

* Goodvvinus in Catalogo Episcoporum Angliæ probitati ac virtuti nostrorum attestatur, verbi gratia sanctitati *Cuthberti*, pag. 497. *Dunstani*, p. 21. *Elphegi*, pag. 23. *Landfranci*, pag. 31. 32. *Anselmi*, p. 33. 34. 36. 37. virtuti *Rodulphi*, pag. 38. *Baldvvini*, pag. 53. 55. *Huberti Vvalteri*, p. 57. 58. 59. *Sancti Edmundi*, pag. 67. 68. *Iohannis Pecchami*, pag. 77. 78. *Roberti Vinchelsei*, pag. 82. 83. *Iohannis Stratfordi*, p. 90. 91. *Thomæ Bradvvardini*, p. 93. *Simonis Sudburiensis*, pag. 102. 103. *Sancti Hugonis*, pag. 236. 237. *Hugonis Tatshulli*, pagina 259. *Paulini*, p. 431. *Godefridi Plantagenets*, p. 461. *Richardi Scropi*, pag. 476. & 478. *Richardi Porri*, pag. 517. denique recentiorum *Richardi Foxij*, pag. 192. 193. *Ioannis Mortoni*, pag. 117. *Reginaldi Poli*, pagina 125. *Cuthberti Fonstalli*, pagina 532. & aliorum multorum quorum facta memorabilia & res gestas laude dignas author ille Protestans commemorat.

* Edvvinus Sandus Eques in narrat. de relig. Occident., sect. 48. *Plurimi sine dubio vtriusque partis sunt, tam virtute quam doctrina præditi, amore diuino feruentes, & quod caput est, magnæ cordis & affectionum integritatis, qui non modo labores, sed & vitam ipsam ob Ecclesiæ bonum impendere velint.* Et ibidem paulo infra. *Si oculis*

charitatis Protestantes nostri Papistas intueri vellent, quædam apud ipsos politici regimini egregia documenta inuenirent, singularia quædam pietatis & deuotionis adiumenta, quibus extirpari vitia, virtutes verò inseri poßint. E contra si seipsos acriori iudicio penitius explorauerint, doctrinam suam ac reformationem non vsque adeo perfectam esse intelligerent, &c. Et sectione sexta, de Clero Catholico, sic inquit. *In concionibus plurima quæ ad fidem & pietatem pertinent, à viris zelo ac spiritu plenis luculenter sane differuntur.* Et sectione 27. *Omnia regna Iesuitarum libris de oratione & pietate lingua vulgari conscriptis abundant, vnde non parua illi ordini decus & clara cum laude notitia acquiritur.* Et sectione 42. de fœlicis recordationis Clemente 8. inquit. *Vir admodum temperatus habetur, &c. in vijs suis deuotus, & sine dubio se recta via incedere putat. Sæpe lacrimatur, quod alij imbecillitati cuidam, & cordis teneritudini longa consuetudine confirmatæ imputant; alij vero misericordiæ, & piæ cuidam compassioni attribuunt. In Missa, processionibus, Iubilei promulgatione, oculi eius madere visuntur, aliquando & in lachrimas difluere, &c Dissolutioni religiosorum, luxui, & sæculari splendori Cardinalium infensus, &c. In apparatu exteriori magnificus, cæremoniarum obseruantißimus, in victu priuato austerus, & humilis, Denique vir bonus, bonus Princeps, & bonus prælatus fuit.* Viderint ipsi Protestantes quam hæc Antichristo quadrent.

H. Stubbeus vbi supra pag. 44.45. Hic Author alias *Catholicos blasphemos & sacrilegos Papistas vocat*, pagina 42. & Catholicam religionem blasphemat, pagina 124.125.126. 127. 128. vt testimonium eius in laudem Catholicorum vi veritatis ab ipso extortum esse nemo dubitare possit.

* Statutum vulgo Mortmain dictum, prohibet, ne quis prædia Ecclesiæ largiatur, sine licenti a speciali à Rege obtenta.

sic scribit: [h] *Quam longe nos maiores nostri in bonis operibus superant, nemo non videt, verbi gratia quam magnifica ædificia, quæ antiqua monumenta posteris reliquerunt? Qualia templa, capellas, ædes in quibus preces ad Deum funderentur & religio ac diuinus cultus conseruaretur, erexerunt? Qualia Monasteria, Abbatias, prioratus, aliasque religiosorum domus, fundauerunt, dotauerunt, ditauerunt? Quot pontes construxerunt? Quot Nosocomia, Hospitalia & alia pauperum vsibus hospitia? Quæ pauimenta & quidem lapidibus strata? denique quæ Gymnasia, Academiæ, scolæ stipendijs proprijs dotatæ?* Adeo vt statutũ quod vulgo * *Mortmain* quod priscis tẽporibus ad piorum Eleemosinam moderanda quodammodo necessarium videbatur, iam plane superfluum sit & inutile.

II.

Ex altera iam parte, primi authores (seu vt aduersarij loquuntur) restauratores religionis

religionis Protestanticæ, quam tot ante Lutherum sæculis i *incognitam latuisse* fatentur: fuere Lutherus, & Iacobus Andreas præcipuus doctrinæ Lutheranæ propagator. Sequuntur deinde Zuinglius, Caluinus, Beza. De quibus singulis (aliis secundariis interim omissis) nunc agemus, & de his quidem ipsis parce ac leuiter, nihil aliud de illis asserentes, quam quod vel per se clarum est, aut ab ipsis aduersariis concessum. Ac primo quidem de Luthero iam monstrauimus eum, k *Castum ac probum fuisse quandiu Catholicus mansit*, postea autem libidini adeo prostitutum, vt diceret, l *sicut non est in potestate mea, vt vir non sim, sic nec in potestate mea est, vt fœmina caream,* m *Effræni carnis concupiscentia exæstuo*, n *vror carnali libidine, luxuria, accedia, &c.* Cum aliis plerisque id genus dictis supra p commemoratis. Charitatem autem quam doctrina q extenuauit, etiam in moribus præcipue erga fratres suos Zuinglianos caruisse conuincitur, quos tam intemperanter exagitat, tanquam r *hæreticos*, s *insathanizatos, supersathanizatos, & persathanizatos*, & aliis id genus lædoriis t exonerat, vt eum Angli Protestantes, *non solum* u *modestiæ, sed & Christianæ charitatis* x *limites excessisse*, censeant. Superbiæ typho tam inflatus fuit, vt se *tanquam solus esset* † *mortalium quem Satan cribrandum expeteret*, vanissimè iactitarit, quasi *religio* scilicet, *cum illo* § *inciperet ac desineret*. Vnde ab aduersariis nonnullis doctioribus y *arrogans, insolens,* z *& valde superbus censetur:* qui *& asserunt*, a *Deum ob eam causam verum suum*

I. Ecclesiam Protestantum ante Lutherum latuisse fatentur ipsimet supra citati tract. 2. c. 2. sect. 11. subd. 3. ad ¶ e. * f. K.
K. Vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 10. subd. 11. initio ad k. l. m.
L. Sup. tract. 2. cap. 2. sect. 10. subd. 11. ad p.
M. Ibidem ad q.
P. Ibidem subd. 11. per totam.
Q. Sup. tract. 2. cap. 2. sect. 10. subd. 3 initio ad x. y. z.
R. Vide ibid. subd. 10. initio ad a. b. g.
S. Ibid. ad d.
T. Ibidem a. b. d. g.
V. Fulco contra censuram p. 155. circa med.
X. Vbi supra pag. 101.
† Luther. in locis commun. classe 4. pag. 50. *Videtur mihi Satanas à pueritia mea aliquid in me præuidisse eorum quæ nunc patitur, ideo ad perdendū*

ad impediendumque me insaniuit incredibilibus machinis, vt sæpius fuerim admiratus, egone solus essem inter mortales quem peteret.

§. Ipsius Lutheri verba vide sup.tract.2.cap.2.sect.11.subd.3.in marg.ante e. ad † proxime ante l.

* Lutherus in locis commun.classe 2.pag.33. *Nobis adhuc viuentibus, &c. perpauci sunt etiam inter illos qui pij videri volunt, & nobiscum profitentur Euangelium, qui ista recte teneant: Quid futurum putatis nobis ablatis?* & classe 5.pag. 40. *Timeo quod ista doctrina nobis extinctis iterum obscurabitur.* & ibid.classe 5.pag.40. *Si nostra Ecclesia pulcherrime instituta, &c. sic subuerteretur vt me amplius doctorem suum agnoscere non vellet, id quod aliquando fiet, si non viuentibus nobis, tamen sublatis, &c.* & ibidem pag.43. *Erit forte tempus, vt & mihi liceat dicere, omnes vos scandalum patiemini in ista nocte:* & paulo post, *Quantum Sectarum excitauit Satan nobis viuentibus, &c. Quid futurum est nobis mortuis?* & ibid.classe 2.pag.53. *Legis vsus, vt timeo, post tempora nostra iterum obscurabitur, & prorsus obruetur.*

Y. Zuinglius tom.2.fol.478. Luthero improperat, *Magnam arrogantiam & arrogantem verborum fastum.* Et Oecolampad. in respons. ad confess. Lutheri de illo inquit, *Arrogantiæ & superbiæ affectu inflatus, &c.* Vide Hospin.in hist.sacrament.parte 2.fol.40.b.initio & 68. circa med.

Z. Theologi Tigurini in respons. libri contra Zuinglium, *Lutherus pertinax est, nimia insolentia effertur,* &c. Vide Hospin vbi supra fol 188.a.post med.

A. Vide sup.tract.2.cap.2.sect.10.subd.10.ad g.

spiritum illi abstulisse. De immodestia Lutheri qua principes ac dominos temporales sæpe contumeliis affecit, (quod ne Christianum quidem decet, multo minus Euangelij * restauratorem) iam supra [b] aliquid diximus, & plura à Caluinistis afferuntur, qui eum [c] *impatientiæ,* d *insaniæ* [e] *oris impudentiæ accusant, imo illum* [f] *plenum dæmonijs asserunt, & talia* [g] *effutire solitum, qualia nec ipse malus dæmon furens debacharetur.* Quin & ipse Lutherus hanc hominum de se opinionem agnoscit, * *Video (inquit) ab omnibus in me desiderari modestiam.* Rursus, *Omnes ferme in me damnant mordacitatem.* Denique sic de eo censet Caluinus, [h] *Magnis vitijs laborat:* Rursus, [i] *Vtinam recognoscendis suis vitijs plus operę dedisset.* Et teste Sleidano charissimo Lutheri discipulo

* Vide supra tract.2.cap.2. sect.11. subdiu. 3.ad f. k.

B. Vbi supra sect.10. subd.6. ad K.l.m.n.

C. Conradus Gesnerus in vniuersali Bibliotheca de Luthero ait, *Illud non est dissimulandum, Lutherum vehementioris spiritus esse ac impatientem. Faxit Deus ne contentione sua & oris impudentia Ecclesiæ noceat,*

cuius incunabula hactenus tam feliciter dilatauit.

D. Theologi Tigurini in confessione Germanica impressa Tiguri anno 1544.fol.3. *Lutheri scripta plena sunt dæmoniis, plena immodestis conuitiis, abundant ira, & furore.*

E. Mox infra ad c.

F. Paulo supra ad d.g.

G. Vide supra tract.2.c.2.sect 10. subd. 10. ad d.

* Lutherus in locis communibus classe 4.fol.35.

H. Caluinus apud Schlusselburg in Theologia Caluinistica lib.2. fol.126.

I. Caluinus ibidem.

lo ipse Lutherus de se fatetur [k] *Se non moribus aut vita, sed de doctrina sermonem instituere, &* [l] *quoniam suæ professioni mores atque vita non responderent, optare se vt à docendi remoueatur officio.* Vnde Protestantes quidam si quando genio indulgere vellent, dicere solebant, † *Hodie Lutheranicè viuemus.* Et de Luthero quidem hactenus.

De Iacobo autem Andrea * Primario huius nostri sæculi Lutherano, nec minus Germaniæ charo ac claro quam Caluinus & Beza Geneuæ, hæc refert Hospinianus ab ipsis Protestantibus accepta, [i] *Nicolaus Seluecerus de ipso sæpe coram multis bonis & fide dignis viris dixisse fertur, quod* 2. *nullum omnino habeat Deum, si Mammonam & Bacchum excipias, nam se nunquam audiuisse, vel coniectura aliqua saltem animaduertere potuisse, toto illo tempore quo illo cum suis venalem vbiquitatem circumuexerunt, quod vel cubitum iturus vel de lecto surrecturus, aut orationem Dominicam recitauerit,*

K. Sleidanus lib 3. anno 1521.

L. Sleidanus lib.2. ann.1520.

† Hoc fusius retuli supra tract.2.c.2.sect. 10.subd.11.ad 2.post d.

* Cancellarius fuit Academiæ Tubingensis, quæ eum *Cancellariũ nostrum dignissimum nuncupat;* apud Hospin. hist. Sacr. parte 2. fol.128. a. ante med. Et Osiand. in epit. centur. 16. pag. 1084. sic de eo scribit, *Doctor Iacobus Andreas præpositus & Cancellarius Academiæ Tubingensis, &c. Fuit Latinè, Grecè, & Hebraicè doctus, in philosophia, Theologia, & in artibus dicendi ita exercitatus, &c. in concionibus suis grauiter in Antichristum Romanum est inuectus, &c. Multas Ecclesias piè reformauit, &c.*

2. Hospin.hist.Sacram.parte 2.fol.389. b.initio.

recitauerit, aut vllam Dei mentionem fecerit. In reliqua vero vita, dictis, factis, consilijs Andreæ, se nullam pietatis scintillam, summam vero leuitatem semper deprehendisse. Citat & Sturmium Caluinistam, qui 3. *auaritiæ, adulterij, depilationis pauperum, sacrilegij, eum insimulet, & aliorum* 4. *plurimorum criminum quorum ibi sit mentio.*

III.

Iam de Zuinglij (*quem Bullingerus Doctorem Huldericum Zuinglium magistrum meum illustrem appellat*) tam carnalibus moribus, quam doctrina, quædam è suis ipsius scriptis depromam. Primò igitur constat, p eum cum alijs quibusdam Euangelicæ doctrinæ Ministris, qui vna cum illo Heluetiorum Reipub. q admonitorum exhibuerunt, (*Hi autem veritatem Euangelicam annuntiare se dicunt:* quamobrem & indignantur se, r *Lutheranos & hæreticos vocari*) (*summis precibus contendisse, ne matrimonij vsus illis denegaretur, qui carnis suæ infirmitatem experti, castitatis studium sibi à Deo non concessum esse sentirent: Si enim* (inquiunt illi) *Pauli verba consideremus, non aliam apud hunc matrimoniorum causam, quam* carnis

3. Hospin. ibid. versus finem hæc Sturmij de Iacobo Andrea verba recitat, *Virgæ fabribus inuentæ sunt, contra auaritiæ crimen, & lapidationes, Item adulteris, si ab his duobus criminibus Iacobus Andreas solutus est, non est quod metuat: Ego facile fero quod celatum est occultum esse, neque ipsum scrutor, &c. Quid secum diuitiarum è Saxonia & Misnia abstulit, scio id pauperum esse debere, & ad pauperum fiscum redigi, & illorum esse debitam mercedem, quos è suis muneribus vnacum vxoribus eiecit, & tam magnum esse ipsius sacrilegum, &c.*

4. Ibidem folio 379. citat Seluecerum & Andream Musculum, qui *Iacobum Andream Erronem, leuissimum scurram vocant, qui vt ex dictis & factis eius cognoscatur, neque religionem neque conscientiam vllam habeat, &c.* Plura ibidem fol. 389. a.

p. Admonitorium illud hanc habet inscriptionem; *Pietate & prudentia insigni Heluetiorum Reipub. Huldericus Zuinglius, alijque Euangelicæ doctrinæ Ministri gratiam & pacem à Deo &c.* tom.1.fol.110.a.

Q. Zuinglius ibid.113.a.post med.
R. *Cum odiosis & inuisis penes omnes nominibus eos infames reddunt, qui Evangelicam veritatem bona fide prædicant, Lutheranos, Hussitas & hæreticos illos nominando.* Zuinglius ibid.fol.113.b.
S. Zuinglius tom.1.fol.115.a.

carnis ad libidinem calentem æstum reperire licet, quem in nobis feruere negare non possumus, cum huius ipsius opera nos coram Ecclesiis infames reddiderint. Quo vero melius intelligamus, quam carnalis fuerit iste, & quid sibi velit *calens ille carnis ad libidinem æstus* quo se suosque flagrare fatetur, his verbis illa iam citata proximè sequentibus exponit. t *Æstus vero libidinis illas carnis cupiditates & affectus intelligimus, quibus homo tantum non accensus, carnis libidinosæ studia animo suo versat, vt carnis furori satisfaciat.* Ex quibus satis apparet quam carnales tunc temporis Zuinglius, sociique eius fuerunt, quales vero reliquo vitæ suæ tempore essent, in sequentibus declarat: u *Si inquit carnis licentiam quærere animus esset, quis non videt, quam commodius foret, si vt hactenus, à matrimoniorum legibus abstineremus, &cæt. Nouimus quam facile in hoc statu nostro soluto & libero mulierem cum nos capit satietas, permutatio fieri posset, quare non carnis libidine, sed castitatis & animarum nobis commissarum amore permoti, hoc petimus, ne hæ exemplo nostræ libinis diutius offendantur. Quare cum carnis nostrę infirmitas nobis non semel (proh dolor) pudendi lapsus causam fuisse experti simus, &c.* In alia item epistola quam ad Episcopum Constantiensem scripserunt, y *eidemque subscripserunt*, Zuinglius, Leo, Iudas,

T. Ibidem.

V. Ibid. fol. 119.a. ante med.
X. Zuinglius ibid. fol.119.a.

Y. Zuinglius tom.1.123.b.

Erasmus, Fabricius, & octo alij ministri ibid. nominati, post nonnullam [z] *cælestis doctrinæ tam diu absconditæ nuper vero reuelatæ* mentionem ij omnes vna voce vxores petunt,& carnis suæ infirmitatem manifestant,his verbis: [a] *Hactenus experti hoc donum esse nobis negatum, &c.* [b] *Arsimus (proh dolor) tantopere, vt multa indecore gessimus, vt libere, sine ostentatione loquamur,* [c] *non vsque adeo in ciuilibus moribus sumus, vt vllum ob flagitium male audiamus apud gregem nobis creditum, hoc vno excepto.* Hiccine Apostolorum aut antiquorum patrum spiritus? An talia iuuenibus matrimonij vinculo solutis intimare oportuit,qui præsentaneum inde venenum facile hauriant? Hic igitur Zuinglius tam coopertus vitiis carnis, dum missam impugnare satagit,à Spiritu quodam doctus qui [d] *albusne fuerit an niger ipse non meminit*, mira quadam vafritie * *tempori seruiens*, paradoxa quædam antè inaudita & illa quidem omnia libertatem carnis spirátia tradit. Ac primò quidem (vt interim taceam quantum doctrina eius † homines à bonis operibus reuocet) Baptismum infantum rem indifferentem ac [e] *cæremoniale quiddam esse affirmat, quo vt alijs rebus externis Ecclesia dignè & honeste vti potest, vel idem hoc omittere & rite tollere, &c.* Cui sententiæ collega eius [f] Oecolampadius subscribit.

Secundò,

Z Tom.1.fol. 120. post med.

A. Ibid.121.a. fine.

B. Ibid. fol. 122.

C. Ibid.123. prope initium.

D. Vide sup. tract.2.cap 2. sect.11.subdiu. 2.fine in marg. ad 1.vbi authores Protestantes qui hoc narrant citantur.

* Zuinglius tom.2.fol.202. b. *Retractamus igitur hic, quæ illic diximus, tali lege, vt quæ hic damus anno ætatis nostræ 42. propendeant eis quæ 40. dederamus, quando vt diximus tempori potius scripsimus, quam rei, sic iubente Domino, vt tali ratione ædificemus, ne intra initia canes & porci nos rumpant,* vnde & indice Alphabet.sub litera z. notatur, *Zuinglius docendo seruiuit tempori.*

† Zuinglius tom.1.fol.371.*sed contra, ista sunt hyperochæ atque hyperbolæ, Si vis*

ad vitam ingredi, serua mandata, &c. Et quæcunque alia promissa nostris operibus facta sunt. Ergone verba illa quibus promissa in sacris literis bene facientibus statuuntur, hyperbolica solum censenda sunt?

E. Zuinglius tom. 2. fol. 96. a. circa med.

F. In lib. 2. epist. Zuinglij & Oecolampadij pag. 363. sic de baptismo scribit Oecolampadius, *cogitare illos decebat, rem externam esse, quæ Charitatis lege dispensabilis est ad ædificationem proximi, fatemur non esse legem baptizandi pueros, &cat.* Vide ibidem pagina 301.

Secundò, de peccato originali docuit g *contagionem tantùm esse & morbum, ex se autem peccati nomen non mereri, nec reuera peccatum esse, aut damnationem afferre posse. Quia* h *non vere sed Metonimicè à primi parentis admisso culpa vocatur.* i *Deniq; fidelium liberos propter originalem illum & hæreditarium morbum damnationem subire nullam,* k *sed solos adultos ob culpam originalem damnari existimat: idque quando in actionem prorumpit.* Estque in his asserendis tam insulsus, *vt à fratribus suis ob eam causam* l *male audiat, qui & amicis* m *cauent, ne in ruinam ab illo se trahi patiantur, hac tam execranda opinione. Tertiò*, viam salutis tam latá ac facilem, reddit vt n Ethnicos *viz. Herculem Theseum, Socratem, &c. Christum ignorantes, & eorum* o *paruulos iam tenera ætate morientes saluari posse putet.* Ob quam opinionem (licet eandé p Gualter. etiá & q Bullingerus sequatur) à plerisque r Protestantibus arguitur. *Quartò*, quam parum authoritatis Apostolorum scriptis tribuat, ex vno Sancto Paulo æstimare licet, de quo sic scribit, s *Quasi vero Paulus epistolis suis iam tum cum illas*

G. Zuinglius tom. 2 lib. de Baptismo fol. 89. b. *Peccatum ergo originale damnationem nō meretur, si modo quis parentes fideles nactus fuerit* & ibid. pag. 90. a. *Qui enim fieri potest, vt, quod morbus & contagio est, peccati nomen mereatur, vel peccatum reuera sit? &c. Morbus enim hic damnationem nobis afferre nequit* & pagina 90. b. *Ea quoque Pauli verba considerabimus, quibus Theologi nostri abusi, originalem illum morbū peccatum esse dixerunt, &c. sed toto cœlo errant.* Et tom. 2. fol. 115. a. & in epist. Zuingl. & Oecolamp. lib. 1. pag. 252. *Quid enim breuius dici potuit, quam originale peccatum non esse peccatum sed morbum? &c.*

H. Zuinglius tom. 2. fol. 116. *Hoc ipsum volo, culpam originalem non verè sed Me-*

tonimicè à primi parentis admisso culpam vocari. Et in epist. Zuingl.& Oecolamp. lib.1.pag.258. *Est ergo ista ad peccandum amore sui propensio, peccatum originale, quæ quidem propensio, non est propriè peccatum, sed &c.* Et tom.2. ad Carolum Imper. fidei rat.fol.539.b.initio. *Patrem igitur nostrum (Adam) peccauisse fateor, peccatum quod verè peccatum est, &c. At qui ex isto prognati sunt, hoc modo non peccarunt, &c. velimus igitur nolimus, admittere cogimur peccatum originale vt est in filys Adæ, non proprie peccatum esse, quomodo exposuimus. Non enim est facinus contra legem, morbus est propriè, &cat.*

I Vide Zuinglij verba apud Schlusselburg. Theolog. Cal.libro primo fol. sexaginto quinto.

k. Tom.2.fol. 90. *Vbi legis cognitio nulla est, ibi nec peccati cognitio esse potest: vbi vero peccati cognitio non est, ibi nec prauaricatio est, adeoque nec damnatio, &c. Supina igitur iacet Theologorum sententia, & omnibus constat, fidelium liberos propter originalem & haereditarium morbum damnationem subire nullam, quoad legem & legis sententiam ignorant: de iis autem loquor, qui per ætatem legis cognitionem habere non possunt: non de iis, qui vel scire nolunt vel etiam scientes nesciunt.* Similia habet tom. 2. fol. 118.a.& tom.1.fol.372.b.& in epist. Zuinglij & Oecolampadij pag. 503. gentilium liberos ab omni originalis peccati immunes putat, quia (inquit ille) *lex nulla eos damnat.* Vnde eundem pag.969. circa med. & tom.2.fol. 540. vbi ait: *Verum quomodocumque de Gentilium infantibus statuendum sit, hoc certe asseueramus, propter virtutem salutis per Christum præstitæ, præter rem pronuntiare, qui eos æternæ maledictioni addicunt, &c. Non debent igitur temere à nobis damnari, qui fidem per ætatem non habent, &c.*

L. Conradus Schlusselbur. in Theol Cal.lib.1.fol.65. & Hunnius in *Papismo Caluinianorum, &c.* Papis.21.sect.132.133.& Zuing. tom.2.de peccat orig. declar. initio & 115. b. Ad vrbanum Regium inquit. *Nec enim solus insolite nos putas de humanæ generationis contagione tum sentire, tum scribere: sunt enim & alia magna nomina qui idem existimant, &c.*

M. Ibidem fol.115. post med.

N. Zuinglius in epist. Zuingl. & Oecolamp. lib. 1. pag. 39. *Æthnicus si piam mentem domi foucat, Christianus est, etiamsi Christum ignoret.* Zuingl.tom.2.de peccato origin.fol.118.a.& tom.2.fol.159.b. *Adam, Abel, Enoch, &cat. Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, &c. in cælo esse affirmat.*

O. Vide sup. ad K. in margine.

P. Gualterius in Apologia pro Zuinglio & operibus eius tomo operum Zuinglij follio vigesimo septimo a. b. & follio vigesimo octauo & vigesimo nono a. b.

Q. Vide Simlerum in vita Bullingeri. Vide approbationem Bullingerij illius tractatu Zuinglij tomo secundo follio quingentesimo quinquagesimo b. initio.

R. Hunnius in Papismo Caluinianorum parte primo Papismi numero 115. & 117. Et Benedictus Morgenstern. tractatu de Ecclesia pagina septuagesima secunda. Et Lobechius in disputationem Theologorum pagina centesima sexaginta tertia. Et ipse Lutherus tomo sexto in capite quadragesimo septimo Genes. follio sexagesimo trigesimo tertio fine. Hanc opinionem vocat *perniciosissimum errorem.*

S. Zuinglius

S. Zuinglius tomo secundo contra Catabaptistas folio decimo b. ait, *Ignorantia (vestra est) quod putatis cum Paulus haec scriberet, Euangelistarum commentarios & Apostolorum epistolas iam in manibus Apostolorum atque authoritate fuisse, quasi vero Paulus epistolis suis, &c.* vt in textu.

cum illas scriberet, tribuerit, vt quicquid in eis contineretur sacrosanctum esset, &c. Pari audacia illud Euangelij. *Hoc est corpus meum*, corodere est *ausus, & loco eius in textum substituere:* [t] *Hoc significat corpus meum. Quintò*, Deum authorem peccati *facit.* Sic enim scribit: [u] *Mouet Deus latronem ad occidendum* [x] *Deo impulsore latro occidit.* [y] *Mouet & impellit Deus, vsquequo ille occisus est.* [z] *Latro coactus est ad peccandum*, [a] *Imo in legem peccantes, non sunt tanquam authores, sed quasi instrumenta, quibus Deus liberius pro sua voluntate vti potest.* [b] *Vnum, atque idem factum quod Deo authore fit, illi honorificum est, at homini crimen ac nefas.* [c] *Adulterium Dauidis ad Deum authorem pertinet.* Denique, [d] *vnum atque idem facimus puta adulterium aut homicidium, quantum Dei est authoris, motoris, ac impulsoris, opus est, crimen non est, quantum autem hominis est, crimen ac scelus est. Ille enim lege non tenetur, hic autem lege damnatur.* Quid apertius dici potuit ad statuendum Deum authorem si non peccati, cuius subiectum capax non est, at illius saltem quod in nobis peccatum est? Quam opinionem pij omnes horrent, detestantur, execrantur. *Sextò, de obedientia ciuili*

T. Conradus Schlusselburg. in Theolog. Cal. lib. 2. artic. 6. fol. 43. b. *Nec potest hoc scelus Zuinglij vllo colore excusari. Res est manifestissima in Graeco textu non habetur significat sed est, &c.* & fol. 44. a. Zuinglianos sic alloquitur. *Nec potestis rem inficiari, aut occultare, quia exemplaria Francisco Regi Galliarum à Zuinglio dedicata, sunt in plurimorum hominum manibus, excusa Tiguri anno 1525. in mense Martio in octauo, &c.* Et addit de Exemplari Germanico.

Ego in Saxoniae oppido Mundera anno 60. apud scholae rectorē Humbertum vidi exemplar Germanicorum Bibliorum quae Tiguri erant impressa, vbi non sine insigni admiratione & animi perturbatione verba filij Dei ad imitationem Zuinglij somniatoris deprauata

esse deprehendi. Nam in omnibus illis 4. locis Math.26. Marci 14. Luc.22. & 1. Cor. 11. vbi verba institutionis Testamenti filij Dei recensentur, hoc est corpus meum, in hunc modum textus erat falsatus, hoc significat corpus meum, hoc significat sanguinem meũ. Vide ipsum Zuinglium tomo secundo libro de vera & falsa religione folio ducentesimo a. ante medium, vbi hæc verba habentur. *Sic ergo habet Lucas, & accepto pane gratias egit, fregit, & dedit eis dicens, Hoc significat corpus meum, & cætera.*

V. Zuingl. tom.1.fol.336.a.
X. Ibidem paulo post.
Y. Ibidem.
Z. Ibidem paulo post medium.
A. Ibidem a. initio
B. Ibidem.
C. Ibidem fol. 363.b.fine.
D. Ibidem.

E. Vide supra tract.3.sect.2. ante med ad q.

F. Gualterus in Apologia pro Zuinglio & operibus eius in initio primi tomi operum Zuinglii impressor Tiguri 1581. fol.18.a. ante med.& b. prope initium.

* Vbi supra

G. Osiander in Epitome historiæ Eccle-

ciuili docuit, e Reges deponendos, si quando religionem (puta Zuinglianam) impugnarent. Huic doctrinæ praxis eius conformis fuit. Vnde & f Protestantes quidam licet agnoscant, *eum quędam bene docuisse, in multis tamen alijs errasse contendunt, & licet Ecclesiam à Pontificiæ superstitionis luxu & sordibus, (ita illi lingua sua Babilonica loquuntur) purgauerit, id tamen non iusta & legitima verbi prædicatione fecit, sed tumultuario & fanatico spiritu, quo per omnia temerè grassatus est, & cæt. * violenter arma & à Christo prohibitum gladium corripiens, nimirum in suam sententiam sibi contradicentes compulsurus. Fertur & Gentiles suos Heluetos ad arma accendisse, atque eius instinctu Tigurinos & Bernates qui illi adhęserunt, bellum alijs illis quinque oppidis indixisse, atque inter cæteras pacis conditiones illas proposuisse, g vt quos ob diuersam Religionem in exilium iam eiecissent, reciperent, nec scripturarum lectione prohiberent, & cæt. Has cum quinque oppida prædicta*

non

siastic. Centur. 16. pagina ducentesima tertia inio.

non sine stomacho reiecissent, [h] *fame & necessitate coacti, eo quod Tigurini & Bernates illis comeatum intercluderent, bellum redintegrarunt, in quo & Zuinglius* [i] *casus est, non quidem vt concionator, sed vt gladiator in castris armatus.* Vnde censores illi [k] Protestantes quos recenset Gualterus, probantes quidem [m] *reformationem Pontificiæ superstitionis* à Zuinglio factam, sed media quibus eam fecit [n] improbantes, *quos & magni nominis Theologos vocat,* [o] *ipsum Zuinglium in peccatis mortuum, & proinde gehennæ filium esse pronuntiare non verentur.* Quin & ipse Carion (teste Gualtero) [p] *Tigurinos tanquam Rodulpho Romanorum Regi seditiosos traducit.* Atque hæc de Luthero & Zuinglio dicta sint. Quibus rite pensatis videat Maiestas vestra serenissima & iudicet, an quis eulogio illi Apologiæ Ecclesiæ Anglicanæ tutò subscribere possit, quo [q] *hi duo viri præstantissimi* nuncupatur: *ad illustrandum orbem terrarum à Deo dati, cum in mediis illis tenebris exoriri primum cepisset & lucere radius aliquis ignotæ tum & inauditæ veritatis.*

IIII.

H. Osiand. ibidem & in Apologia Gualteri fol.30. a. circa med. *vocant Zuinglium iniquissimum belli authorem, qui superbia & crudelitate impulsus, Tigurinis noui & exquisiti facinoris contra socios audendi author fuit, vt victos inopia & famis necessitate eos in suas partes concedere cogeret.*

I. Osiander ibidem.

k. Gualterus in Apologia, & cætera folio 31. b. prope finem.

L. Idem ibidem.

M. Paulo supra ad f.

N. Gualterus in Apologia, follio trigesimo a. prope finem: *Non ignoro contra quos, & quantos viros hic nobis quadam dicenda sunt, & cætera. Sunt quidam inter hos magni nominis Theologi, & cætera.*

O. Vide paulo sup. ad l.

P. Gualter. in Apol. fol.30.a. fine.

Q. Apologia Ecclesiæ Anglicanæ parte quarto capite quarto diuisione secunda, & vide defensionem eiusdem Apologiæ anno millesimo quinquagesimo septuagesimo primo pagina 426.

IIII.

De Ioanne Caluino dicturus, illa tot ac tanta eius flagitia vltro prætermittam, quæ Hier. Bolsecus doctor medicus, qui admodũ familiariter cum eo Geneuæ vixit, de eo r narrat, nec splendidam Caluini mensam, s tanto apparatu & cura instructam, vt Dominos Bernates meritò offenderit, commemorabo, nihil denique eorum quæ Bolsecus affert recensebo. Licèt enim is sanctè in se t suspiciat se non nisi vera referre, quia tamen ille prauis Caluini moribus offensus eũ deseruit, & ad Ecclesiam Catholicam rediit, in qua & mansit dum Caluini vitam literis mandauit, ego vero in initio promisi me non nisi certa & aduersariorum potissimum testimoniis nixa allaturum, illis omnibus, quæ Bolsecus tradit, supersedendum censeo. Solo igitur testimonio publico Conradi Schlusselburgi v primarij inter Lutheranos viri, iam contentus ero. Is de Caluino sic scribit. x *Deus manu sua potenti adeo hunc hæreticum percussit, vt desperata salute, dæmonibus inuocatis iurans, execrans, & blasphemans, miserrime animam malignam exhalarit. Obijt autem Caluinus morbo pediculari (qui pessimis plerunque peccatoribus à Deo infligi solet) vermibus circa pudenda in Apostemate seu vlcere fœtentissimo crescentibus, ita vt nullus assistentium fœtorem amplius ferre posset. Hæc publicis scriptis Caluino obijciuntur, in quibus etiam de ipsius Aselgia, varijs flagiijs & Sodomiticis libidini-*

R. Hieron. Bolsecus D. medicus lib. de vita & morte Ioannis Caluini anno 1577.

S. *Vinum Caluini electum fuit, quod poculo argenteo eidem conuiuanti afferri solebat, panis eius similagineus, ex aqua rosarea saccharo, Cinamomo, & aniso confectus, & bis coctus genus solius Caluini palato peculiaris, &c. Hæc Geneuæ ciuibus notissima sunt.* Bolsecus vbi supra.

T. In initio prædicti libri, quem reuerendissimo Archiepiscopo & comiti Lugdunensi Epinaco dicauit, hæc protestatur Bolsecus.

Deum testor, & Diuos omnes, viuentes, & ipsum vitæ principium spiritum sanctum, me nec ira, nec inuidia nec malitia quicquam loqui, vel scribere, quod aut à veritate alienum sit, aut cui conscientia reclamet.

V. Fuit is vt inscriptione libri eius apparet, *Diœceseos Raceburgensis Superintendens, & coniunctarum Megapolensium Ecclesiarum generalis inspector.*

X. Conradus Schlusselburg. in Theolog. Caluinistarum lib. 2. fol. 72. a. circa & post med. quæ citantur tract. 2. c. 2. sect. 10. subd. 11. in marg. ad 3.

Y. Hoc mortis genere percussit Deus Antiochum 2. Macchab. 9. 5. 9. 10. & Herod. Act. 12. 23.

*libidinibus ob quas stigma * ferro candenti dorso Caluini impressum fuerat à Magistratu (Novioduni) sub quo tum vixit, horrenda narrantur, ad quæ non video solidam & luculentam refutationem &c, Scio & lego Bezam aliter de vita, moribus, & obitu Caluini scribentem. Cum vero Beza eadem hæresi, & eodem ferme peccato nobilitatus sit, vt historia de Candida eius meretricula testatur, nemo ipsi in hac parte fidem habere potest.* Hæc de vita & moribus Caluini Schlusselburgus. Addam & de dogmatibus eius tot ac tam pestiferis vnicum illud Majestatis vestræ virga censoria merito coercendum, quo asserit, † *Licere subditis (si Principes nolint) religionem reformare, idque vi & armis, si id aliter fieri nequeat.* Praxim autẽ Caluini & suorum huic doctrinæ conformem, videre est Geneuæ, * cuius incolæ dominum suum ac principem iure temporali illius ciuitatis abdicarunt, quo & vsque in præsentem diem spoliatus manet.

V.

* Refert Bolsecus vbi supra Nouiodunum (ea est Picardiæ vrbs) in qua Caluinus hæc perpetrauit, & ex qua stigmaticus aufugit, hãc totam rem Domino Bertelier Secretario consilij Geneuensis sub Chirographo Notarij publici & iurati significasse, cuius instrumentum (inquit ille) etiam hodie extat, & mihi ac aliis quãplurimis visum est. An vero hic author tam splendidum mendacium typis excusum, tot circumstantiis vestitum, ex quibus facile refelli posset, à ciuitate Galliæ Nouioduno, scilicet satis celebri nec ita remota, orbi Christiano obtruserit, non meum, sed æqui lectoris iudicium esto. Hoc sane constat, quod cum reuerendus Pater Campianus in rat. 5. hoc Caluino tanquam notiorum impreperaret, *eum stigmaticum perfugam* appellando, Vvhitakerus in respons. pag. 50. initio non

aliter probrum illud amolitur, quam dicendo, *Stigmaticus Caluinus, fuit etiam Paulus, fuerunt & alij*. Cumque Duræus contra Vvhitakerum fol.73.b. iuxta editionem 1582. replicaret hæc Caluini ob scelera sua inflicta stigmata cum illis D. Pauli ob Christi nomen acceptis nimis prophane conferri. Vvhitakerus in respons. ad Duræum pag. 280. vbi ad cætera Duræi allegata replicat, totam illam rem silentio inuoluit. Prudenter sane, quippe qui sciret, se nullum satis probabile responsum dare posse, nec camerinam illam amplius mouendam iudicauit.

† Vide infra tract. 3. sect. 2. paulo post med. ad n. & vide Caluini verba ibidem ad f.

* Vide ibid. circa med. ad o.p.

V.

Quintò, de Theodoro Beza dicendum, cuius vitam scripsit prædictus Hieron. Bolsecus, & [z] confidenter promulgauit anno 1582. quia vero is multa & magna flagitia Bezæ impingit, ego ex omnibus ea solum commemorabo, quæ pari doctorum Protestantum testimonio confirmantur. Primò igitur inter [a] plurima *lasciua sua poëmata*, quibus petulantes illos *Catullum & Nasonem stilo imitatus est*, illud non minus celebre quam scurrile Epigramma occurrit (hic in margine [b] citatum) quo Ganimedem suum nomine Andebertum, & amicam Candidam subando proritat, ac diu multumq; dubitat [c] vtri amasiorum se potissimũ dedat, tandem vero pæderastes esse mauult, & [d] cinædum Candidæ præfert. Hunc quidem Fulco nostras,

Z Librum illum author dicauit, *Magistratibus, Consiliarijs, aliisque Geneuæ rectoribus, qui* (inquit) *optime norunt, an ea quæ retuli, vera sint, & si qua dubia sint, eorum veritatem optime indagare possunt.* Addit, *se Beza adhuc viuente illa scribere, vt si quæ falsa illi imputasset, pro se ipso respondere posset.*

A. Antonius Faius lib. de vita & obitu clarissimi viri D. Theodori Bezæ Geneuæ 1606. pag. 9. sic scribit, *Poëmata illa quæ (Vvolmario) præceptori illi suo inscripsit, in quibus non mores sed stilum, Catulli & Nasonis ad imitandum sibi proponens, Epigrammata quædam licentiosius quam postea voluisset, scripta effudit, &c.*

B. Beza in Epigram. Parisijs 1548. de Andeberto & Candida,

Abest Candida, Beza quid moraris?
Andebertus abest, quid hic moraris?
Tenent Parisij tuos amores,
Habent Aurelij tuos lepores,
Et tu Vezelijs manere pergis?
Procul Candidula, amoribusque
Immo Vezelij procul valete,
Et vale pater, & valete fratres:
Nam Vezelijs carere possum,
Et carere parente, & his, & illis,
At non Candidula, Andebertoque, &c.

Subiungit paulo post,

C. *Sed vtrum rogo praeferam duorum?*
Vtrum inuisere me decet priorem?
An quenquam tibi Candida anteponam?
An quenquam anteferam tibi Andeberte?
Quid si me in geminas secem ipse partes?
Harum vt altera Candidam reuisat,
Currat altera versus Andebertum,
At est Candida sic auara noui,
Vt totum cupiat tenere Bezam.
Sic Bezae est cupidus sui Andebertus,
Beza vt gestiat integro potiri.
Amplector quoque, sic hunc & illam,
Vt totus cupiam videre vtrumque,
Integris frui integer duobus.
Praeferre attamen alterum necesse est,
O duram nimium necessitatem,
Sed postquam tamen alterum necesse est,
D. *Priores tibi defero Andeberte,*
Quod si Candida forte conqueratur,
Quid tum? Basiolo tacebit vno.

nostras, in illo suo libello aduersus censurae Coloniensis defensionem, excusat, [e] factum negando, sed frustra. Res enim in confesso est, quam non modo [f] Conradus Schlusselburg, & [g] Tilmannus Heshusius celebres, & Primarij authores Protestantes, sed & Angli illi nostrates, [h] Sparkus, & [i] Mortonus agnoscũt. Nec aliam excusationem prętexunt, quam quod *haec fecerit, cum iam Papista esset*, an-

E. Cum defensor censurae Coloniensis hoc Bezae improperet. Fulco in respons. per Thomam Thomasium Cantabrigiae pag. 246. non aliter respondet, quã ea omnia ne-

gando, quæ contra Bezam afferuntur.

F. Schusselburg. verba, vide supra tract.2.c.2. sect.10.subd.11. fine in marg. ad 3. Et de Theol. Caluinist. libro 1. fol.93.a. initio, vbi ait, *Constat & hoc Bezam obscænissimos versus scripsisse ad Germanum Andebertum Aureliæ electum, & eundem tanquam Adonidem à Beza factum esse.*

G. Tilmanus Heshusius Protestans in lib. cui titulus, Veræ & sanæ confessionis &c. sic scribit, *Spurcissimis suis moribus dedecori fuit ipsius disciplinis honestis, quique nefandos amores, illicitos concubitus, scortationes, fœda adulteria sacrilego carmine decantauit orbi, non contentus eo quod ipse more porci in cœno flagitiosarum libidinum sese volutaret, nisi etiam aures studiosæ iuuentutis sua illuuia contaminaret.* Qui & ibid. asserit, *Bezam rithmos suos sacrilegos ad instrumenta musica cantare solitum.*

H. Sparkus in respons. ad Ioan. de Albines pag.400. *Hæc omnia fecit antequam nostram religionem, imo cum vestram profiteretur, vester ergo erat cum hæc faceret.*

I. Mortonus in apol. Catholica parte 1. lib.2. c.21. pag.355. his verbis obiectionem proponit, *Orbi natum est, quam salax fuit Beza, qui publicatis poëmatibus paidastrias suas celebrare non erubuit, Galliæ probrum, Simoniacus, Sodomita, omnibus vitiis coopertus.* Nec aliam deinde quam hanc apponit responsionem, *Erat, erat, sed dum in voluntabro vestro miser hæserat, &c. Ille igitur Beza dum Papista hircus fuit, & cæt.*

K. Friuolum est. Licet enim grauissimi plerique peccatores per pœnitentiam conuersi postea sancti euaserint, tamen à Christo nato non est auditum, quenquã tam inhumanis & à naturæ ordine alienis flagitiis contaminatum, quã fuisse Bezam iam ostendimus, à Deo vocatione extraordinaria (quẽadmodum de se Beza in colloquio Ratis-

tequam scilicet, noua Euangelij lux eidem affulsisset. Quod quidem & [k] friuolum est, & testimonio [l] Antonij Faij charissimi Bezæ collegæ & Geneuę successoris falsum esse probatur. Hic [m] enim scribit, *Bezam iam duodennem sub Vvolmaro literis imbutum esse, & ab eodem è puro diuini verbi fonte veræ Christianæ pietatis cognitionem hausisse.* Immo ipse Beza in vltimo testamento suo, [n] *immensas Deo immortali gratias agit, quod 16. ætatis suæ anno veram Christianæ religionis cognitionem adeptus fuerit.* Facta igitur supputatione natiuitatis suæ 24. Iunij anno 1519. & Epigrammatum prædictorum Lutetiæ impressorum per Robertum Stephanum anno 1548. liquido apparebit, illuminationem illam suam qualemcumque longe ante factam esse, quam prædicta epigrammata ederentur: quæ Antonius Faius cum Magistro suo p

Vvol-

possiaco affirmat, qua de re iam supra egimus tract.2.c.2.sect.6. fine in marg. sub lit. f. ad religionem & Dei cultum restaurandum aliquando vocatum esse. Hoc autem illud est quod modo vrgemus, & omni carere exemplo affirmamus. Quod vero Mortonus in apol. Catholica pag. 355. de Saulo affert facto Paulo, non minus ineptum est, quam sancto illo Apostolo indignum. Ille enim licet *ignorans in incredulitate*, ex præpostero zelo persecutus sit Ecclesiam Dei, Act. 22.3. 4. nulla tamen vitiorum aut scelerum impuritate coinquinatus est, quod ex illo non tam ipsius quam Spiritus sancti testimonio apparet. Ad Philip. 3. 5. 6. *Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela.* Item, *Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum, vsque in hodiernum diem.* Act. 21. Item, *Et quidem vitam meam à iuuentute quæ ab initio fuit in gente mea in Hierosolymis, nouerunt omnes Iudæi præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus.*

L. Antonius Faius de obitu & vita Bezæ pagina quadragesima sexta fine.

M. Idem vbi supra pagina octaua fine. & 9. ante medium, & pagina vndecima ante medium.

N. Faius vbi supra pag. 73.

O. Ibid. pag. 8. post med.

P. Sup. hac subd. ad a.

Vvolmaro dedicasse, insinuat à quo q primum in Religione instructus est. Atque hæc hactenus de lasciuis Bezæ carminibus, cuius generis alia plurima refert r Schlusselburg ex diuersis Bezæ scriptis excepta. Nec omittendus est spiritus ille Poëticus, quo Beza etiam senex percitus est, & quo agitatus dum Psalmos Dauidis carminibus exprimeret, (quod opus s idem Faius plurimum laudat) inter cæteros Psalmum 50. paraphrasticè reddidit, qui cum ad pœnitentiam accendat, & dolores ac lachirmas ciere apt⁹ natus sit, videat æquus arbiter versus illos, hic t in margine citatos,

Q. Mox sup. ad m.

R. Schlusselburg. in Theol. Caluinist. lib. 2. fol. 92. a. & b.

S. Faius vbi supra pagina octogesima. *Beza Psalmos vario Latinorum carminum genere elegantissime & suauissime expressos orbi Christiano dedit.*

--- Rex Dauid amore
Correptus, vertit Bersabæ ad lumina vultus,
Bersabæ qua non formosior altera cunctas
Isacidum populos inter numerata puellas.
Sed coniuncta viro, & mater iam digna videri,
Et mox tam raras mortali in corpore dotes
Miratus, patulæ radiantem frontis honorem,
Purpureasque genas, pulchri & discrimina nasi,
Os roseum, & flauos per eburnea colla capillos,
Marmoreumque sinum, porrectaque brachia longe,
Et teretes digitos: me vero ludere in istis
Fas oculis, inquit, &c.

Paulo post Bersabam sic describit,

Omnibus arridet pulchræ sibi conscia formæ,
Nunc finit extrema crispantes fronte capillos
Ludere, nunc varia discriminat arte vagantes,
Iam celare sinum simulat, mammasque coërcet,
Et super obiectat tenuis velamina telæ,
Iam cunctas ostentat opes, colloque superba
Nudato, pulchra mentitur imagine Diuam.
Interdum excultis illi qui stabat in hortis
Marmoreo insignis labro, atque perennibus vndis
Fonte lauat, celeresque oculis iaculatur amores.

tatos, & iudicet, quam alienum à contriti Dauidis sensum, ne dicam lasciuum Beza reddiderit, Sed inceptam Bezæ vitam prosequamur. Doctus igitur ille Lutheranus Schlusselburg ijs quæ iam commemorauimus, hæc addit, u *Constat & hoc, Bezam sibi despondisse suam Candidam, insciis parentibus, & cum ea quatuor annos consueuisse, ea concubina vtendo, antequam eam in vxorem duxerit.* Fertur & Bezam, ne quas incontinentiæ suæ pœnas daret, secreta fuga sibi ac Candidæ suæ consuluisse, eamque primam occasionem habuisse Geneuam adeundi, vbi & eam in vxorem ducere coactus est, ad fornicationis suæ scandalum quod iam percrebuerat, tollendum. Et fidem

u V. Schlusselburg in Theologia Caluinistica lib. 1. fol. 92.b.fine.

astruit, quod Antonius Faius de matrimonio Bezæ agens, non contradicat, sed magis suspicionem augeat, his verbis, [x] *Beza voluptatum illecebris & ambitiosula gloriæ dulcedine, quam ex Epigrammatum suorum editione erat adeptus, honorumque amplissimorum spe irretitus, ne à iuuenilibus illis desiderijs superaretur, vxorem sibi despondit, sed clam conscio vno & altero ex pijs amicis. Postquam vero diu cum ea consueuisset, tandem* (inquit) *se in voluntarium exilium cum sua coniuge recipit* [y] *Geneuam, & anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, ibi primum palam in Ecclesia solemni inter Christianos ritu matrimonium celebrauit.*

X. Faius vbi supra fol.11.

Y. Idem ibidem.

Hæc, inquam, an prædictam accusationem infirment, an vero confirment, cuiuslibet æqui æstimatoris, non nostrum iudicium esto. Vt & illud, an Bezæ, [z] *Extraordinariam vocationem decceret*: cum iam [a] 70. annos haberet, vno minus, [b] *ac solus esset, absque liberis, post mortem Claudiæ*, falsò in Epigrammatibus suis dictç Candidæ, infra [d] paucos menses Catharinam Iuuenculam Francisci Tharassi relictam [c] matrimonio sibi copulare, quod quidem illi tam domi, quam foras tunc probro vertebatur.

Z. De hac re vide sup. tract. 2.c.2.6. fine in margine ad f.

A. Faius vbi sup.pag.54. ait, *Anno 1588. mense Aprili è viuis excessit Claudia de Nossa Bezæ coniux, cum qua coniunctissime vixerat annos 40.*

I. Inso-

B. Idem vbi supra pag.74. *Liberos nullos vnquam habuit.*

C. Faius vbi supra pag. 8. ait Bezam natum esse anno 1519. 24. Iunij, *Claudia autem mortua est mense Aprilis anno 1588. Fuit igitur Beza in Iunio sequenti annorum sexaginta nouem vno mense minus.*

D. Constat ex Faio vbi supra pag. 96. & 67. obiisse Bezam 13. Octob. anno 1605. cum annos vitæ haberet 86. tres menses, vixerat autem cum secunda vxo-

re annos Septemdecim, ex eodem Faio pag. 74. Si igitur demas 17. ab 86. apparebit Bezam illam duxisse intra Aprilem & decimum tertium diem Octobris anni 1588. in qua prior vxor eius defuncta est. Ob hanc forte rationem Faius, qui cætera Bezæ exactè computat, verbi gratia *Natiuitatem eius*, pag. 8. *mortem* pag. 66. *primas nuptias eius Geneuæ* pag. 12. secundi tamen matrimonij tempus incertum relinquit, sub his verbis, *aliquanto post tempore*, ibidem pagina 55.

E. Faius ibid. pag. 55.

1. *Insolentiam vero Bezæ, 2. superbiam, 3. Petulantiam, 4. & in Patres antiquos procacitatem silentio tegere malo, quam scriptis prodere. Crimina vero illa* [f] *seditionum & coniurationum, iusta an iniusta, quibus exteras nationes turbasse accusatur, Item scripta illa sua 5. temeraria, quibus* [g] *subditos in Principes armasse, & * omnem Christianorum Regum, & Magistratuum authoritatem eneruasse* nostrates Protestantes Anglicani contendunt, ad æquos harum rerum æstimatores referimus. Et hæc quidem ex ipsis Protestantibus de Luthero, Caluino, Zuinglio, & Beza primis ac Primariis religionis (vti vocant) reformatoribus sint dicta.

VI.

2. Vide Bancroftum olim Superintendens Cantuar. in lib. cui titulus, *Recognitio prætensæ sanctæ disciplinæ* pag. 54. initio.

3. Idem ibidem.

4. Ibidem p. 59. post med.

5. Ibidem pagina 219. & 220.

F. Idem vbi supra pag. 42. ait, *Qui Caluini & Bezæ epistolas, annales Galliæ, & aliorum nonnullorum etiam Protestantium commentarios perlegerit, mirabitur sane quibus se isti negotijs immiscuerint, belli, pacis, obedientiæ subditorum quo vsque se extendat, reformationis, non expectato Magistratus consensu, fœderum, vectigalium, &c. Ad hanc & illam Rempublicam litteras mittunt, &c.* Et Bolsecus de vita Bezæ, & defensio censuræ pagina octogesima octaua, & octogesima nona Bezam accusant, *Quod multas detestandas coniurationes excitauerint, & plurimos libros seditiosos ediderint, qui & ibi recensentur.* Et Bancroftus vbi supra pag. 48. commemorat plerosque libros Geneuæ impressos, quibus defendebatur *Principes deponi posse.*

G Vide infra tract. 3. sect. 2.

* Vide ibid.

VI.

Ad vulgus ipſum Proteſtantum deſcendamus. Non ego hic iam illa congeram, quæ concionatores more ſuo, ex vnius cuiuſpiã delicto totam congregationem ſugillantes, paſſim declamitant, ſed ea ſolum vrgebo, quæ rem ipſam propius attingunt, quorum aliqua obiter plebem etiam Anglicanam perſtringunt: In quo ſi hac ſolum vice præter morem meum & propoſitam mihi methodum durius aliquid attulero, non alio fine à me ſcriptum exiſtimari velim, quam vt ex ipſis aduerſariis, quas in nos ac religionem noſtrã immeritas, & ſcandalo plenas calũnias iaciunt, retundã. Sic igitur ſcribit Richard[9] Ieffræus. [h] *Liceat mihi quæ peregrinando vidi, & obſeruaui, libere propalare. Non in Flandria ebrietas, &c. non in Iudæa hypocriſis, non in Turcia impietas, non in Flandria iniquitas licentioſius exercetur, quam paſſim in Anglia, atque adeò Londini: hoc quidem ad oculum patet, &c.* Nec minus clare ac diſerte Andreas [i] Muſculus, Iacobus Andreas & alij, de

H. Richard. Ieffreus in con- in Conc. ad D. Pauli crucem 17. Octob. anno 1604. & edit. 1605. pag. 31. prope initium. Sed & Puritani in moderata defenſione, &c. apud Povvellũ de Adiaphoris pag. 136. paulo poſt medium ſic ſcribunt. *Quis tam cæcus, qui non deploret miſerum ſtatum Eccleſiæ noſtræ, quantumlibet glorioſa reputetur, magnam dico ignorantiam, neglectum Dei cultum, horrendas blaſphemias, iuramenta in domibus, in plateis, &c. irreuerentiam, ſuperiorum, ſuperbiam, crudelitatem, fornicationem, adulteria, ebrietatem, vſuras, auaritiam, & alias id genus abominationes, &c. videant omnes ac deplorent miſerandam Eccleſiæ noſtræ his in rebus conditionem, &c.*

I. Andræas Muſculus Dom. 1. Aduentus. *Cum nobis Lutheranis ſic ſe iam res habet. Si quis nebulonum cuneũ, ſeditioſorũ, fraudulentorũ, doloſorũ, fœneratorũ multitudinem videre cupiat, adeat vrbem aliquam, in qua Euangelium purum putum annuntiatur, & ibi copioſam eorum multitudinem inueniet. Luce enim clarius eſt, nunquam inter Ethnicos, Turcas, aut infideles inuentos eſſe magis effrænes, immorigeros, magiſque à virtute*

omni & probitate alienos, quam nunc inter Euangelij professores inueniuntur. Vide eundem authorem lib. de Prophetia Christi. Et Iacobus Andræas ad cap. 21. Lucæ ait: *Altera pars & turba Germanorum, suum quidem locum verbo diuino, vt prædicetur, tribuit, nulla vero sentitur apud illos morum emendatio, sed cernitur horrenda, Epicuræa, & bestialis apud illos vita, in conuersationibus, compotationibus, cupiditatibus, (&cæt.) loco ieiunij, commessationibus & perpotationibus nocte dieque vacant.* Et Melanchthon ad cap. 6. Matthæi, dicit: *Loquitur res ipsa, in his regionibus, omne fere studium conuiuiorum apparatibus & ebrietati, atque immanibus illis poculis impendi &c. Ea barbaries est in populo, vt plerisque persuasum sit, se, si vnum diem ieiunent, noctem continuo sequentem non posse viuere.* Et Ioannes Vvigandus in libro de bonis & malis Germaniæ ait: *Iuuentutem Euangelicorum quotidie fieri deteriorem, intractabiliorem, eaque vitia audere perpetrare, quibus olim adulti vix erant obnoxij.* Et magnus ille superintendens Symon Paulus in serm. Dominicæ 13. post Trinitatem ait: *Nostro tempore iustè conqueri possunt, & dicere verbi Ministri, væ tibi Lubeca, væ tibi Hamburgum, væ tibi Rostochium, væ vobis omnibus quotquot ditio hæc continet, væ vobis certis & impij adulteris, fornicatoribus, belluonibus, vsurariis, mendacibus, omnibusque vicinis peccatoribus, quia verbum Dei quod purum & syncerum vobis annunciatur turpiter negligitis, &c. Et tu Saxonia, licet cælum vsque exaltata sis, ob Euangelium quod ex te primum ortum, totum terrarum orbem iam ante diem iudicij sanctum peruasit, in inferno tamen detruderis, eo quod tantum donum non agnoueris, & in tanta Euangelij luce prauos mores non correxeris.*

de Protestantibus Germanis similia perhibent. Sed & Stubbæus pro ea, quam Angliam per circuitum peragrando nactus est, experientia, fatetur, [K] *se in Anglia magnum bonorum operum defectum, immo plane generalem defectionem & à Deo Apostasiam obseruasse.* Vnde & suæ Religionis professores sugillat, [l] *non modo vt indeuotos, quippe qui nulla Christianæ pietatis aut charitatis monumenta post se reliquerint,* [m] *verum etiam quia nec ea quæ maiores eorum (Catholici) erexerunt, conseruarint.* Sed nequis nos

K. Stubbæus in motiuis ad bona opera impress. 1596. in epist. dedicator. ad Prætorem Londinensem circa & ante medium postquam suam per vniuersam Angliam peregrinationem longam illam quidem ac laboriosam recensuisset, addit. *Quod ad incolas attinet, perspexi eos plerisque in locis dissolutos, superbos, inuidos, maleuolos, indignabundos, auaros, ambitiosos, bonorum operum vacuos, &c.*

L. Stubbæus ibidem.

M. Idem in epist. dedicat. vbi sup. *Quod ad monumenta piorum maiorum nostro-*

rum attinet, nempe ægrorum & peregrinorum domus, Nosocomia, Xenodochia, templa, capellas, scholas, pontes, pauimenta, & similia, pleraque dissoluta, alia caduca & proxima ruinæ inueni, adeo vt ea fundatores primi vix possent agnoscere. Plura id genus habet idem ibidem pag. 84. & 85.

nos existimet animo maleuolo aduersarios traducere velle, aut meritis cuiuspiam laudibus ex inuidia detrahere, quin potius pro ea quam modo tractamus questione indagare cuinam Ecclesiæ Protestantum an Catholicorum illa de qua in præsenti agimus sanctitatis nota conueniat: plura huiusmodi testimonia tanquam offensioni & sinistræ interpretationi obnoxia & nobis ob eam causam ingrata citare supersedebimus: & cum bona Maiestatis vestræ venia, illorum solum quos iam supra allegauimus memoriam renouabimus, qui collatione facta vtriusque Ecclesiæ, facile primas Catholicæ nostræ deferunt. Hi sunt [n] Stubbæus, [*] Covvellus, & ipse Martinus [o] Lutherus, qui illam vocem protulit (cui & alij omnes opinor facile annuent) [p] *A quo tẽpore pura Euangelij doctrina ad lucem primum reuocata fuit, mundus in peius semper ruit.* Imo [q] Lutherus, [r] Vvolfgangus Musculus & [s] Erasmus, addunt, *Quod ij ipsi qui à fide Catholica ad Protestantiſmum apostatarunt, simul etiam & moribus deteriores facti sunt, & tantam sibi licentiam assumpserunt, vt apertis verbis* [t] *operibus renuntiantes se sola fide saluandos esse præsumerent, & hoc esse dicerent* [u] *Lutheranice viuere, seu iuxta* [x] *institutionem Euangelicam.* Hæc quidem omnia tam

N. Verba eius citantur supra hac eadem sect. subdiu. 1. ad h.

* Covvellus in defensione Hookeri pag. 46. *agnoscit humilitatem multorum Ecclesiæ Romanæ filiorum, longè superare videri illam Protestantium.*

V. Vide verba Luth. supra tract. 2. cap. 2. sectione decima subdiu. 11. versus finem ad f.

P. Luther.ibid. ad g.
Q. Idem ibidem ad e.
R. Musculus ibidem ad h.
S. Erasmus ibidem ad i.
T. Iacobus Andræas & Stubbæus supra sect. 8.initio ad b. & post med.ad p. Et Bucerus de regno Christi lib.1.cap.4. *maxima eorum pars id tantum ex Euangelio Christi petijsse visa est, vt iugum qualiscunque disciplinæ pœnitentiæ & religionis vniuersæ quæ in Papatu reliqua fuit, abijcerent, proque carnis suæ arbitrio ac libidine instituerent, agerentque omnia, tum non ingratum fuit eis audire iustificari nos fide in Christum non bonis operibus, quorum multo tenebantur studio.* Extat hoc opus inter scripta Anglic. pag. 24.circa med.
V. Vide supra tractatu secundo capite 2.sectione decima subd.11.fine ad m.
X. Ibid.ad n.

tam manifesta sunt, vt plerique Protestantes iidemq; primarij ea de causa de religionis suę veritate dubitauerint. Hinc illa Stubbæi vox. *Quod Papistæ nostros bonis operibus superāt, y neuus est professioni nostrę.* Et illa Lutheri, z *Res scandalo plena est, quod à tempore puræ doctrinæ Euangelicę ad ad lucem primum reuocatæ homines indies peiores fiāt.* Denique & illa Pauli Eberi inter primos authores Protestantes nominati. a *Cum mala (congregationis Euangelicæ) quisque propriis oculis intuetur meritò dubitat, an noster Euangelicus cœtus vera sit Ecclesia necne.* Atq; hæc de Protestantū vulgo, de quo plura dici posset ipsi quotidianæ posteriorum temporum experientiæ consona, imò ipsis carcerib9, pistrinis, furcis b tribunalibus, homines post noui Euangelij Lutheranici promulgationem deteriores esse factos, contestantibus. Hodie enim plures vincti, fures, morti adiudicati, c litigātes, deniq. (vt periuros & ebrios taceam) plures absque numero nunc in Anglia spurij, d & illegitimi, quam olim cum Catholica vigeret religio, reperiuntur.

Y. Stubbæus in epist. dedic. supra dicta.
Z. Vide paulo sup.ad p.
A. Paulus Eberus in præfat. commentar. Philippi in epist. ad Corinth.
B. conferantur annales priorum temporum cum præsentibus.
C. Hoc tribunalia cuiusq; in Anglia prouinciæ testantur, & numerus causidicorum haud paulo nostra iam ætate auctior, quam priscis temporibus fuerunt.
D. Hęc an vera sint cōmune omnium iudicium appello.

VII.

VII.

Reſtat vt de cleri Proteſtantici tepore,iam tum cum in primo ſuo ortu maxime feruere oporteret, aliquid dicamus,ſicut & cleri noſtri Catholici licet his noſtris nouiſſimis temporibus nonnihil remiſſi,auſteritatem, ac ſeueritatem iam ſupra oſtendimus. Quo in genere [e] *illa Sanctorum volumina*, quibus Proteſtantes ſe cleri Puritanici mores deſcripturos minantur,libens prætermittam,ne quã forte Theologi noſtrates offenſionis anſam inde arripiãt,vt& eiuſdẽ farinæ libellũ,cui titulus, *Bubonis Kalendarium*, quo Puritani viciſſim ſe Superintendentes immerito (vt opinor) traducturos ſpondent. His, inquam omiſſis Vvolfgãgi Muſculi de Proteſtantibus miniſtris cenſuram videamus. [f] *In eo* (inquit) *culpabiles deprehenduntur quod recta & vtilia non ex animo, ſed obiter peragunt, & quæ iuxta fideli ſunt facienda miniſtro prorſus negligunt. Dum ſic miniſtrat haud quidem ſuperſtitiones & errores inducunt in Eccleſiam, id quod ſæculis eſt præcedentibus factum: Interea tamen in diuerſum latus inclinantes, cauſas ebiliciunt populo, quibus paulatim incinat in adiaphoriam religionis omnium peſtilentiſſimam, & Epicuriſmum, inbibat, omnis religionis videlicet vaſtationem & extinctionem. Sub horum miniſterio nemo vereatur, ne naſcantur hypocritæ, ſuperſtitioſi, cultores ſimulachorum, & iuſtitiarij, hac ſolicitudine abunde liberent & ſe & alios.* Huic conſonat [g] Ioan. Vvigandus & alij plerique Proteſtantes.

Illud modo celſitudo veſtra, ſi placet,

E Vide lib.cui tit. *Paſquillus Angliæ ad Martinũ iuniorem* impreſſ.anno 1589 & Paſquillum & Morphoriũ impreſſ. eodem anno 1589. fol.2.b.& 14.a. Et Sutcliffus in in reſpon ad libellum ſupplicem pag.89. de Puritanis concionatorib.ait. *Superbia eorum malitia, crudelitas, auaritia, gula & conuiuia cubicularia, quæ ieiunia vocant, & colore piorum exercitiorum obducunt, eos egregie conuincunt. Nec tamen omnia narro, inquit, ſed quædam tanquã in bellaria reſeruo, &c.* paulo ante dixerat, *hæc omnia manifeſta ſunt.*

F. Muſculus in locis com-

munibus cap. de ministris verbi Dei pag.180. circa med.

G. Ioannes Vvingandus in libro de bonis & malis Germaniæ. *Reperiuntur non pauci inter verbi ministros Eceboli, & Gnatones, qui peccata potentum contra ipsorum dicta factaque, mira fraudulentia excusare, carbonesque ignitos supponere non verentur: quo fit vt magis accensi politici doctores in synceros aridentius sæuiant, eosque è suis locis & Cathedris exturbent: ita vt etiam plerique ex illis parturientium dolores sustineant.* Et Paulus Eberus in præfat. comment. Philippi in epist. ad Corinth. *vniuersa nostra Euangelica congregatio tot scismatibus & offendiculis scatet, vt nihil minus sit, quam quod se esse gloriatur. Si ad Euangelicos doctores spectes, vides quod illorum alij vana gloria & inuido Zelo & præiudicio, &c. quidã sine causa lites excitant & inconsulto liuore tuentur, plures sunt, qui omne id quod vera doctrina ædificarunt, mala & scelerata vita destruant.*

exacti iudicij sui trutina perpendat, an non ista de qua loquimur vitæ dissolutæ licentia, vera causa & origo fuerit, apostasiæ Lutheri & sequacium eius contra Ecclesiam Catholicam his nouissimis temporibus insurgentiũ. Id enim vsu venire docet illud Apostoli, ¶ *Bonam conscientiam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Atque illud forte * monstris illis & portentis in Germania anno pręcedenti quam Lutherus cucullum † excessit, ortis, tanquam sinistro quodam omine præsignificatum fuisse interpretari licet. Nam & eodem tempore Leonardus Koppen Lutheranæ tragœdiæ prologus * nouem vna vice moniales dissolutas ex vno Monasterio pellexit, & ipse Lutherus, quem dum Ecclesiæ Catholicæ adhæreret, caste vixisse iam supra h ostendimus, mox à decessione sua tam dissolutus & gnauiter impudens euasit, vt diceret, i *non esse in sua potestate fœmina carere*, vnde & Catherinam k Borram ex monialibus illis petulcis vnam, cũ ingenti scandalo, sub matrimonij specie sacrilego nexu sibi copulauit: ob quod scelus

¶ 1. ad Tim. 1.

* Osiand. in Epitome cent. 16. pag. 90. sub fine anni 1523. *Friburgi in Misnia natus est vitulus cui monachi cucullati formam gerebat. Et Hallæ Saxoniæ porcus è scropha prodiit, qui sacerdotis caput habebat.*

† Osiand. vbi supra pagina nonagesima septima anno (millesimo quingentesimo vigesimo quarto) Lutherus

cx

monasticum habitum deposuit.

* Osiand. vbi supra pag. 90. *Leonardus Koppen septimo Aprilis die anno 1523. nouem moniales genere nobiles è monasterio Nymptsen extractas Vvittembergam adduxit, inter quas fuit Katherina à Boren, quæ postea Luthero nupsit.*

H. Sup. tractatu secundo capite secundo, sectione decima, subdiuisione vndecima initio ad m.

I. Vide ibid. ad p. Et quam ægrè tulerit Zuinglius vitam cœlibem, vide sup. hac eadem sect. subd. 3 initio ad s. t. u.

k. Vide tractatu secundo capite secundo sectione decima subdiuisione vndecima in margine ad u.

ex iuris ciuilis statuto ipsis venerandis primitiuæ Ecclesiæ temporibus lato, † *capite plecti meruit*. Nec ita multo post Balæus, Conradus Pellicanus, Petrus Martyr, Bucerus, Oecolāpadius, Zuinglius, sociique eius, quos iā supra * diximus carnis ardore inflammatos, ab Heluetiæ magistratibus vxores petiisse, deniq; innundatio magna talium spurcorum apostatarum in omni se libidinis spurcitie disrupto cœlibatus voto volutantium Christiani orbis faciem cooperuit.

Id quod pleriq; eorum, viz *Lutherus, Petrus Martir, Bucerus, &c.* nescio maiori scelere an scandalo etiam votas Deo § virgines constuprādo fecerunt. Sic & l Archiepiscopus ille Coloniensis apostata veteris religionis nouā reforma-

† Zozomenus hist. lib. 6. cap. 3. ait, legem illam à Iouiniano latam fuisse, qui tertius post. Constantinum imperauit. Extat Cod. lib. 1. de Episcopis & clericis. *Si quis non dicam rapere, sed atentare tantum iungendi causa matrimonij sacratißimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.*

* Vide supra hac eadem sect. subdiuisione tertia initio in vita Zuinglij ad s. t.

§ Lutherus Katherinam Boren, & *Petrus Martyr ordinis S. Augustini canonicus regularis Katherinam aliam è claustro Metensi profugam nupsit* de qua re vide Hardingū in detectione anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo folio trigesimo sexto b. De Buceri nuptiis Vide Melanch. in consiliis Theolog. pagina 569.

l. Osiand. in Epit. lib. 4. cap. 18. pag. 948. *Interea Archiepiscopus Coloniensis Elector Gebardus, Baro Truschesius, reformationem ¶ Religionis meditabatur & matrimonium Agneti quæ monialis fuerat, promisit, eamque tandem aperte vxorem duxit.* Vide ibidem pagina 953. post med.

reformationem virginem Deo dicatam funestando inchoauit. Tales fuerunt * *a voto Apostatæ*, qui ex simili carnis pruritu Catholicæ religionis in Anglia mutationem promouerunt. Extant huius generis alia plurima deploranda sane exempla, m *à patrum antiquorum spiritu & norma prorsus aliena*, qui Iouinianũ & alios ob huiusmodi dogmata n hæresis condemnarunt, quorum tamen errores aduersarij nostri longe * superarunt. Et de his quidem hactenus.

* Hooperus Vvigorniensis, Barlous Cicestrensis, Dovvnhamus Vvcestrēs. Scoreus Herefordiēsis, Barcleius Bathonensis & Vvellensis, Covverdalius Exoniensis, & plerique alij monachi professi fuerunt, Cranmerus Cantuariensis, Sandus Eboracensis, Balæus Offoriensis in Hibernia & pleriq; alij consecrati episcopi & sacerdotes ausu sacrilego ac nefario castitatis votum violarunt.

M. Vide supra tract.1.sect.3.subdiu.1. per totam. S. Augustin. tom. 8. in psal. 83. *Sanctimonialis, virgo, si nupserit Christi adultera reputabitur.* Simile habet in psal.75. super illud: *vouete & reddite* & de bono viduitatis cap.11. ait: *huiusmodi scelus peius esse adulterio.* Epiph. hær.61. *Tradiderunt sancti Dei Apostoli peccatū esse post decretam virginitatem ad nuptias conuerti.* S. Hieron. contra Iouinian.lib.1. cap.7. *Si nupserit virgo non peccat, non virgo quæ semet Dei cultui dedicauit, harum enim si quæ nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, &c. virgines enim quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quam incestæ.* S. Basil. lib. de vera virginitate, de virgine quadam Deo dicata ait. *Neque enim est mortuus vir eius, vt cui vult nubat, viuente mortali viro merito censetur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit.* Simile habet in epist. ad virginem lapsam, quæ est epist. 185. S. Ambros. ad virginem lapsam capite 5. *Dicet aliquis melius est nubere quam vri, hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam: Cæterum quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, iā nupsit, iam immortali iuncta est viro, & iam si voluerit nubere, cōmuni lege coniugij adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.* S. Chrysostom. epist.6. ad Theodor. monachum. *In te nomen adulterij accipiet, si volueris vnquam (quod absit) nuptias cogitare:* Conc. Calced. Can.16. *Si qua virgo se dedicauerit Deo, similiter & monachus, non licere iungi nuptijs, &c.* Infinita sunt patrum hac de re testimonia. Quod vero obiiciunt aduersarij S. Augustinum Cyprianum & alios nonnullos ex patribus dicentes: *matrimonium virginum etiam Deo dicatarum verum matrimonium esse, nec dissoluendū,* Respondeo eos de virginibus loqui simplici voto obstrictis, & solum quasi promissis, non autem solemni voto consecratis, quo persona aliqua traditur Ecclesiæ, & ab Ecclesia ritu quodam solenni acceptatur, & ita Christo in perpetuū dicatur. In quo casu matrimonium omne à patribus irritum censetur vt ex testimoniis eorum iam citatis apparet. In alio vero casu matrimonij post simplex votū contracti, licet matrimoniū validum sit, nec dissolui debeat: Patres tamen omnes ita contrahere grauissimū esse peccatū censent. De hac vero

voti simplicis & solennis distinctione, vide Innocent.epist.2.ad Victor.cap.12. & 13. Et Conc.4.Carthag.Can.104.

N. Sup tract.1.sect.8.subd.2.ad * I.m.n.& S. Augustinum lib.2.retract.cap. 22. Ob hanc opinionem Iouinian. *monstrum vocat*: Et S. Hieronym. Iouin.& sequaces *Christianos Epicureos*.

✠ Ex S. August.hær. 82. *Iouinianus non habebat vel habere nolebat vxorem,& solum seduxit nonnullas sanctimoniales.* Ex S. August.libro.2. retractat. cap.2. Et ex eodem S. August. hær. 82.vbi ait. *Ista hæresis oppressa & extincta est,nec vsque ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire.*

DE DECIMA ET VNDECIMA VERÆ Ecclesiæ nota.

Videlicet
1. *Non exiisse ab aliquo alio Christianorum cætu priori.*
2. *Ob noua fidei dogmata introducta ab alio Christianorum cætu non fuisse impugnatum.*

Vbi exempla afferuntur antiquorum illorum Cypriani, Origenis, Tertulliani, &c. quibus ob paucos alios minoris momenti errores contradictum est, cum interim ijdem pleraque Catholicæ fidei nostræ dogmata sine vlla contradictione professi sint, vt ex ipsorum aduersariorum confessione probatur.

3. *Aduersariorum à notis prædictis effugia generali quadam præoccupatione obstruuntur.*

SECTIO DECIMA.

NOVEM illis notis supradictis duas alias ex pluribus quæ afferri possent, addemus. Prima eaque ordine decima est, *non exijsse è cętu aliquo Christianorum visibili antiquiori, qui pręcessisse noscatur.* Secunda,

eademque vndecima est, *Non incepisse tempore aliquo ab ipsis Apostolis intermedio, alio aliquo Christianorum cœtu contradicente.* De his iá antè obiter disseruimus, hic tamen quædam addenda duximus. Quoad decimam igitur notam, iam è o scriptura sacra, & p consequentiis inde necessariò deductis ostendimus. Primò, Ecclesiam quę nunquam exiit à visibili aliquo cœtu antiquiori; non posse esse falsam. Secundò, quòd ob huiusmodi illicitam decessionem vocabulum *hæresis* (quod electionem seu separationem significat) in malam partem q plerunque sumitur, & dictio *Apostata* quæ eum qui deseruit seu exijt, denotat, ab omnibus in * malam partem exponitur. Tertiò, quod r Patres antiqui talem decessionem condemnarunt: Immo ipsi Protestantes, s *pro nota hæreticis propria* eam habuerint. Protestantum autem Ecclesiam è Catholica his nouissimis temporibus t exijsse, iam supra ex sua ipsorum confessione monstratum est. Nec docti aduersarij nostri, vel vnum quidem u assignare possunt in tot sæculis præcedentibus, qui in se vel saltem magistro suo Catholicus non fuerit, id

O. Vide sup. tract.1.sect.9. subdiuisione 4. initio ad 1.2.3.4. &c.

P. Si Romana vel quæcunque Ecclesia, quæ semel verę Catholicæ visibilis Ecclesiæ vniuersalis membrum fuit, nunquam ab eadem decessit, necesse est vt adhuc in ea sit, verumque eiusdem membrũ maneat. Cumque veritas quam Apostoli Ecclesiæ reliquerunt, prior, & antiquior sit errore (qui nihil aliud est quã negatio quædam & priuatio veritatis) certe nunquam hæreticus esse potest, vel innouator (omnis enim error & innouatio, vt dixi, posterior est veritate) qui non se prius separauerit è visibilis Ecclesiæ cœtu exeundo. Illa igitur Ecclesia quæ nunquam ab alio visibili cœtu antiquiori exiit, illam semper doctrinam retinuit, quæ prior & antiquior, & per consequens vera est, atque adeo ipsa vera Ecclesia manet. Hac de re plura vide sup.tract.2.c.2.sect.12.

Q. Sup.tract.1.sect.9 sub.4. ad 6.7.

* Dovvnhamus de Antichristo lib.2.pag.27.initio.

R. Sup.tract.2.c.2.sect.12.in marg.ad fig.5.

S. Sup.tract.2.cap.c.2.sectione 6. initio ad t.
T. Caluinus epist.141.pag.273.paulo post med.inquit, *Decessionem à toto mundo facere coacti sumus.*
V. Sup.tract.2.c.2.sect.12.post med.

id quod x exemplo Berengarij, Vvaldonis, Vvicclefi, Hussi, Lutheri, Caluini, &c. quos omnes primo Catholicos fuisse notissimum est, confirmauimus. De Catholica vero nostra Ecclesia, licet inuiti & tergiuersantes confitentur tandem Bunnius, Fieldus, Sutcliffus, quod y *non decesserit, sed* z *semper cum vera Ecclesia communicauerit, nec* [a] *vnquam è Christianorum cœtu exierit.*

X. Ibid. ante med.
Y. Bunnius supracitatus tract.1.sect.9. subd.4. post med.ad 10.11.12
Z. Fieldus vbi citat ad † post 12.
A. Sutcliffus ibid.ad 14.

11.

Quoad vltimam denique earum quas modo proponimus, eamque haud obscuram veræ Ecclesiam notam, iam supra ostendimus, aduersarios originem etiam minimæ cuiusq; Missæ cœremoniæ ex historiis petitam sedulò recensere * solitos. Illud etiam [b] sacræ scripturæ, [c] Doctorum Protestantum, & [d] sancti Augustini testimonio comprobauimus, Ecclesiæ pastores pullulantes fidei ac religionis errores semper palã impugnaturos. Adeo vt [e] S. Hieronymus verissime pronuntiauerit, (cui & S. Iren. consonat) *Hæresim ad suum principium reduxisse, confutasse est.* Huic sententiæ [f] Vvhitakerus, Vvhitgiftus, Sarauia, Iuellus, Bellus, tanquam axiomati vero, confesso, & manifesto insistunt, eamque, vt fert occasio, g

Hoc

* Super tract. 1.sect.7.subd. vlt.in fine ad *.
B. *Super muros tuos Hierusalem posui custodes, tota die ac nocte non tacebunt &c.* Esaiæ 62.6. *Dedit quosdam quidẽ Apostolos, &c. alios Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum, &c. vt non simus paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ, &c. ad circumuentionem erroris &c.* Ephesios 4.11.

C. Vera Ecclesia omnibus falsis dogmatibus semper restitit, eaque palam arguendo impugnauit. Sic inquit Fulco in respons.ad Pseudocatholicum pag.11.

& 92. *Cum religio à Deo sit, nullus amor humanus Pastores deterrebit, &c.* ait Deeringus in lect.sup.epist.ad Hebræos in c.2.vers.12.& cap.3.lect.12.

D. Vide sanctum Aug.citatum sup tract.1.sect.9. subd.5.initio ad 19.

E. Hieron.ad Clitephont. Iren. lib.3.c. 4. sic Valentinianos & Marcionistas refellit, *Ante Valentinum non fuerunt qui sunt à Valentino, neque ante Marcionem erant qui sunt à Marcione,&c.*

F. Vvhitakerus contra Duræum lib. 7. pag. 479. *Multum ad hæreses refutandas conferre earum originem nosse, nemo negat.*

G. Vvhitgifti verba vide sup.tract.1.sectione 3. subd.15.ad m. Item Sarauiæ, Ievvelli, & Belli sup. tract. 1. sect.7. subd. 30. prope finem in marg. ad * post q. Bilsoni autem tract.1.sect.8.ante med.in marg.ad * ante ü. subdiuisione secun prope initium.

acriter vrgent.

Hoc multarum cuiusque sæculi hęresum exemplo monstrauimus, quas Patres iam subnascentes [h] *oppugnarunt*, ac nominatim illarum iam olim explosarum, & nuper ab aduersariis renouatarum hæresum negatiuarum, *Non orandum aut sacrificandum pro mortuis, Sanctos non esse inuocandos, nec imagines aut reliquias eorum venerandas, non habere hominem liberum arbitrium,* & alia pleraque protestantum dogmata, quæ Patres antiqui iam olim [i] cum primum nascerentur, impugnarunt. Quas vero contra Catholicos hoc in genere oppositiones affert Vvhitakerus, eas futiles esse ibidem [k] ostendimus. Atque hęc quidem noua dogmata contradicendi consuetudo tam certa & solennis semper fuit, vt aduersarij ne vnam quidem hæresim proferre possint, cui non statim Patres ab ipso primo ortu & promulgatione contradixerunt. Quas enim allegare solent detortas & male intellectas instantias iam supra vidimus, & [l] confutauimus.

Porrò nos testimoniis [m] Cartvvrigfti, [n] Vvhita-

H. Iren. Epiphan. Theodoretus, Augustin. Damascen.&c. contra hæreses larga volumina ediderunt. Et Centur.in 5.cap. cuiusque centuriæ hoc monstrant. Et Ioan. Pappus in epit. histor. Ecclesiast. tract. de hęresibus & Conciliis a. pa. 249. per multa folia.

I. Sup. tract. 1.sect.8. subd.2. ad c d.e.f.g.h.i. k l m n. o p.q.r.

K. Sup. tract. 1.sect.7. per totam.

L. Sup tract.1. sect 9. subd. 5, ante med. in margine ad † ante 2.

M. Vide sup. tract. 1. sect. 9. subd. 3. initio ad † ante 2.
N. Vvhitakerus & Conellus ad 2.

Vvhitakeri [o] Povvelli ostendimus nullam nouam Ecclesiæ nostræ originem ab Apostolorum tempore assignari posse. Et ex Napperi, Fieldi, Fulconis confessione, quod qui dogmata illa Catholica inuexerunt, quæ aduersarij post tempora Apostolorum inuenta fuisse contendunt, [p] *Non sunt litigiosam aliquam contradictionem passi*, [q] *non sunt explosi, aut pro damnandis hæreticis habiti*, *nec* [r] *contra eos Ecclesiæ Pastores prædicando insurrexerunt*. Restat igitur (iuxta illam Vvhitgifti [s] regulam supradictam) quod religio nostra Catholica ab ipsis Apostolis dimanauerit, aut illorum saltem ætati coæua fuerit. Atque hæc religionis nostræ antiquitas clarius apparebit, si attendamus veteres illos Origenem, Cyprianum, Tertullianum omnes eadē ætate florentes in aliquibus errantes reprehensos fuisse: verbi gratia Cyprianus, *quod* [t] *baptizatos ab hæreticis rebaptizandos diceret*: [u] Origenes *quod etiam ipsos dæmones quamuis post longissima tempora purgatos, atque liberatos, regno Dei lucique restituendos assereret*: Tertul. *quod* [x] *secundas nuptias tanquam stupra damnaret*. Hi tamen ipsi pleraque fidei quam nunc profitemur Catholicæ dogmata passim in scriptis suis obiter inseruerunt: verbi gratia, [y] *Realem Christi in Eucharistia præsentiam*, [*] *eandem non nisi a ieiunis & castis sumendā*, [z] *priuatā eiusdē reseruationem*, [a] *maiorem vigilantiā adhibitam, ne qua eius particula in terrā caderet, quam de aqua baptismali*, [a] *Sacrificium*, [b]

O. Povvellus ibid. ad 3.
P. Napperus sup. tract. 1. sect. 9. subd. 5. post med. ad 2.
Q. Fieldus ibid. ad * post 2.
R. Fulco ibidē ad † ante 3.
S. Vvhitgiftus sup. tract. 1. sect. 3. subd. 15. ad m. n. fuse probat authoritate sancti Augusti. Zuinglij, Caluini, Gualteri, &c. quod quia prima origo Archiepiscoporum Metropolitan. &c. inueniri nequeat, nomina illa & munera ad ipsos Apostolos referenda sit. Et Fieldus de Ecclesia li. 4. c. 21. pag. 242. cum titulus illius capitis sit, *De regulis quibus veræ traditiones à falsis discerni possint*, sic scribit, *Secunda regula est. Quicquid omnes, vel plerique celebriores omnium secu-*

AAA a

orum, vel saltem aliquorum constanter tradiderunt, vel à maioribus acceperunt nemine contradicente, vel in dubium vocante, Apostolica censenda est.

T. Augustinus tom.7.de Baptismo contra Donatistas lib.2.cap.7. *Nolite nobis obijcere authoritatem Cypriani ad Baptismi repetitionem, &c.* vide ibidem lib.5.cap.23. & eodem tom.contra Gaudentium lib.3.c.10. & contra Crescon. lib.2.c.32.

V. August.de hæresibus ad, Quodvult deum hær.43.

X. August.ibid. hær.86.

Y. Vide & hoc de Cypriano aduersarij fatentur tract.1. sect.subd.2.ad 6. Qui & in ser.de Cœna Domini paulo post initium ait, *Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro.* De quo Centuriat.cent.3. col. 247. lin. 26. sic scribunt, *Sentit Cypr. in cœna corpus Christi verum & sanguinem esse*, in serm.de Cœna Domini. Quod idem de Cypr. & Tertulliano affirmant cent.3. col. 58. linea 13. & 40. & de Origene col. 260. linea 15.

* Hoc ex Tertulliano citatur tract.1.sect.3.subd.2.ad 33. & fatentur. Centur. cent.3.col.132.lin.10.

Z. Kemnitius exam, parte 2.pag.102.a. *Huius consuetudinis de priuata reseruatione Eucharistiæ, testes sunt Cyprianus ser.5.de lapsis; Tertul.lib.2.ad vxorem, Ambros. Hieron. Basil.&c.*

* Vide sup.tract.2.c.1.sect.3.ad 16. in Tertul. & Orig.

A. Vide vt hoc Centur. de Cypr. fatentur sup. tract.3.sect.1 initio in marg. sub t.ad annum 240.& in Orig.sup.tract.1.sect.7.subd.3.in marg.ad i.

B. Vide apud Cyprianum & Tertullianum sup. tract.1. sect.3. sub 4.ad x. Et Giffordus in demonstratione quod Brovvnistæ Angliæ sint Donatistæ pag.38. ait, *Oblationem offerre pro defunctis generalis mos fuit in Ecclesia, longe ante ætatem Augustini, vt in Cypriano & Tertulliano videre est.* Idem fatentur Centur. cent.3. col.138.& 139.

C. Cyprianus lib.2.epist.3. sub initio, *In Sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentum præfiguratum videmus, &c. Qui ordo vtique hic est de sacrificio illo veniens & inde descendens, quod Melchisedech Sacerdos Dei summi fuit, quod panem & vinũ obtulit, &c.*

eiusdem, pro mortuis oblationem, [c] *sacrificium secundum ordinem Melchisedech*, [d] *aqua cum vino mixtione in calice*, [e] *Chrisma, & confirmationẽ plura* [f] *quam duo vel tria Sacramenta*, [g] *ordinariam Pastorum successionem*, [h] *Diaconos*, [i] *Subdiaconos*, [k] *Acholithos*, [l] *Exorcistas*, [m] *cœlibatum Sacerdotum*, [n] *castitatem virginum ex voto*, [o] *velamen virginum*, [p] *remissionem peccatorum per Baptismum & alia Sacramenta*, [*] *necessitatem* Baptismi, [q] *Benedictionem aquæ baptismalis*, [r] *vsum crucis in Baptismo*, [s] *vnctionem*, [t] *& alias cæremonias Baptismi*, [u] *virtutem signi crucis*, [†] *erectionem eiusdem in domibus & locis publicis*,

Obtulit hic idem (Christus) quod Melchisedech obtulerat, panem & vinum suum scilicet carnem & sanguinem. Et Fulco. contra Heskinum, Sanderum, &c. pag. 100. circa med. *Concedo Cyprianum putasse panem & vinum quem protulit Melchisedech, figuram esse Eucharistia, & quod in eo etiam Sacerdotium Christi prafiguraverit.*

D. Vide sup. tract. 1. sect. 3. subd. 2 ad 26. 27. 28. Et Abraham Scultetus in medulla Theolog. pag. 370. *Naui in Cypriano notantur &c. quod nimis anxie & superstitiose vrget in Cœna aquam vino miscendam, &c.*

E. Cyprianus in serm. de vnctione Chrismatis prope initium, *Hodie in Ecclesia &c. Sacrum chrisma conficitur, &c.* & lib. 1. epist. 12. *Vngi quoque eum necesse est qui baptizatus sit, vt accepto crismate &c.* Quod eius dictum perstringunt Centur. cent. 3. col. 125. lin. 13. & ibidem lin. 9. reprehendunt Tertullianum his verbis, *Ablutionem sequebatur vnctio, & manus impositio, de quibus Tertul. &c. quem ritum Cyprianus non sine errore necessarium facit.* Idem tribuunt Cypriano ex alio eius dicto citato ibid. lin. 20. Porro Tertullianus lib. de resurrectione carnis sic ait, *Caro vngitur vt anima consecretur, caro signatur vt anima muniatur, caro manus impositione adumbratur, vt anima spiritu illuminetur.* Vide Kemnit. in exam. parte 2. pag. 58. a. vbi Cyprianum & alios taxat, quod Chrisma & confirmationem asserant, adeo vt ibid. pag. 65. dicat, *Nec Cyprianus & Tertull. qui hac in parte non obscure Montanizant authoritate premi volumus.* Et Ministri Diœcesis Lincolniensis in summa &c. pag. 42. Cyprianum & Tertullianum erroris insimulant, *quod baptizatos signo crucis confirmauerint.*

F. Cyprianus libro 2. epist. 1. prope initium, Baptismi & confirmationis expressam facit mentionem dicens, *Tunc plane sanctificari & filij Dei esse possunt, si Sacramento vtroque nascantur.* Vide vt hoc dictum reiiciat Kemnit. exam. parte 2. pag. 58. a. Sed & Cyprianus in serm. de ablutione pedum prope initium mentionem facit, *Baptismi & aliorum Sacramentorum.* Idque ibidem adeo expresse, vt Kemnit. exam. parte 2. pa. 7. b. post med. dicat, *quinque Sacramenta numerat:* Nec aliter euadit Kemnit. quam negando opus illud esse Cypriani, cuius confutationem, vide sup. tract. 1. sect. 3. subd. 2. ad 7.

G. Centuriat. cent. 3. col. 85. lin. 7. *Habet Cypr. alias opiniones periculosas, vt quod Pastoratum ad ordinariam successionem alligat,* lib. 1. epist. 6.

H. Origines hom. 7. in Luc. *Neque Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse bigami.*

I. Cyprianus lib. 3. ep. 22. *Fecisse autem, me sciatis lectorem Saturum, & Hipodiaconum.*

k. Cypr. lib. 2. epist. 3. *Legi literas tuas quas per Saturum fratrem nostrum Acholithum misisti.*

L. Lib. 4. epist. 7. *Quod hodie etiam geritur, vt per exorcistas, voce humana & potestate diuina flagelletur, & vratur, & torqueatur diabolus.*

M. Vide hoc apud Originem supracitat. tract. 1. sect. 7. subd. 3. in marg. ad i. Et quod eandem doctrinam tradat Cypr. lib. de singularitate Prælatorum, Vide Abrahamum Scultetum in medulla Theolog. pag. 357. Quod vero aduersarij dicunt librum illum non esse Cypriani, non satisfacit. Est enim saltem docti alicuius illius sæculi, teste Sculteto, vbi supra pag. 359. dum agnoscit vnum & eundem authorem esse illius libri & sermonum de Cardinalibus operibus Christi, &c. de quibus vide sup. tract. 1. sect. 3. sub. 2. in marg. ad 7.

* Vide sup. ad h. & Tertul. & Origenem quos citant Centuriat. cent.3.col.3.. lin. vltima col.86.lin.1.2.7,&c. Et Beza Poligamia pag.211.ait, *Origenes omnibus post Apostolicum Concilijs anterior in Lucam hom.17. scribit non solum fornicationem, sed etiam nuptias ab Ecclesiasticis dignitatibus repellere, nempe secundas, &c. Origenem hic penitus reijciendum, vt doctrinæ Apostolicæ repugnantem dico.* Et Tertul. de Monogamia capite 12. de sui temporis Catholicis ait, *Adeo* (inquiunt) *permisit Apostolus iterare connubium, vt solos qui sunt in clero Monogamiæ iugo astrinxerit.* Hanc autem vt communem Ecclesiæ doctrinam tradit in exhortatione ad castitatem ca. 12. & lib. 1. ad vxorem cap. 7.

N. Centur. cent. 3. col 140. *Cyprianus indicat libro. 1. epist. 9. & 11. fuisse inter Christianos virgines Deo dicatas, quæ continentiam præstare voluerunt & potuerunt, &c.* Et postea lin. 27. *Voti continentiæ expresse meminit Tertullianus in lib. de velandis virginibus* & centur. 3. col. 176. linea trigesimanona, *Virgines castitatem vouentes non debere habitare cum masculis, statuitur à Cypriano & collegis suis* libro primo epistola vndecima.

O. Tertul. librum scripsit de velandis virginibus. Et sanctus Cyprianus alium de habitu virginum, ex quo testimonium citat sanctus Augustinus de doctrina Christiana libro 4. c. 21. vide Centuriatores centuria tertia col. 140. linea 59. vbi hunc librum sancti Cypriani citant, & col. 141. lin. 4. illum alium Tertulliani.

P. Cyprianus serm. de Baptismo Christi, *Remissio peccatorum siue per Baptismum, siue per alia Sacramenta donetur, propriè spiritus sancti est. Et quod originale peccatum per Baptismum remittatur* expresse tradit Cypr. ser. de ablutione pedum: & lib. 3. ad Quirinum sect. 65. sic probat, *Omnia delicta in Baptismo deponi*: Et Centur. cent. 3. col. 260. lin. 11. de Origine dicunt, *De effectu Baptismi rectè docuit peccati sordes per eum deponi*: tract. 35. in Mathæum, & homilia quindecima in Iosue, & col. 247. linea nona Centuriatores sic scribunt, *Baptismo Cyprianus sentit omnia peccata deponi, &c.*

* Abraham Scultetus in medulla Theologica pag. 370. *Naui in Cypriano hi notantur, &c, quod Baptismum absolutè & simpliciter necessarium putat*: vide eius hac de re sententiam lib. 3. ad Quirinum, & ad Iubaianum de hæreticis baptizandis versus finem.

Q. Centur. cent. 3. col. 82. lin. 49. Cypr. lib. 1. epist. 12. *Oportet* (inquit) *mundari & sanctificari aquam prius à Sacerdote, vt possit Baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere.* & vide ibidem col. 248. lin. 3.

R. Centur. cent. 3. col 125. linea 16. *Origines hom. 2. in Psalm. 38. etiam signo crucis baptizatos signari solitos ostendit, cuius ritus etiam Tertul. meminit, de resurrectione carnis: meminit & manuum impositionis cum oratione, & signationis etiam Cypr. in libro de hæreticis baptizandis.*

S. Cent. 3. col. 143. lin. 48. & Scultetus in medulla Theologiæ pag. 370. Cypr. arguit, *quod consecrationem & vnctionem post Baptismum retineat, defendat, & vrgeat*: & vide Centuriatores cent. 3. col. 125. linea 9. & 15. & col. 240. linea 56. de Tertulliano.

T. Plerasque Baptismi cæremonias recensent Centur. cent. 3. col. 125. per totam, & col. 126. lin. 11. & 19.

V. Vide Burgesij verba sup. tract. 2. c. 1. sect. 7. in marg. ad 81. qui in marg. libri

sui citat. Originem hom.8.in diuersa: Tertul.de corona militis. Cypr.epist.6. & ad Demet.& aduersus Iudæos lib.2. vide Cypr.ibid.c.20.& 21.& Sculteus in medulla Theologica pagina 129.sectione septimo citat Tertul.in libro de corona militis dicentem, *Ad omnem progressum, aditum, exitum, frontem crucis signaculo terimus.*

† Centur.cent.3.col.121.lin.52. *Crucis imaginem seu in locis publicorum congressuum seu domi priuatim Christianos habuisse in eodem libro (Apologet.) indicare videtur Tertullianus.*

X. Centur.cent.3.col.127.lin.38. *Eorum qui peccata leuiora sic confitebantur, etiam vita inspiciebatur, & indicabatur an pœnitentiam iustam egissent, quemadmodum ex libro 3. epist.16.Cypriani apparet. Imponi etiam solitam illis satisfactionem pro modo delicti apparet ex sermone 5.de lapsis. Meminit eius & Tertul.in libro de Pœnitentia*, & col.81. linea 13.ijdem Centur.sic scribunt, *Plerique huius sæculi scriptores doctrinam de Pœnitentia mire deprauant.* Hoc idem confitentur aduersarij supracitati tract. 1. sect. 3. subd. 9.ad 13.14.

x *satisfactionem pro modo delicti, & pœnitentiam,* y *confessionem,* z *absolutionẽ,* a *per manuum (vt nunc fit) impositionem,* b *iustificationẽ, &* c *meritũ ex operibus, Dei*

Y. Hoc fuse tractatur sup. tract.1.sect.7. subd.7.in margine ad e. & tractatu primo, sectione tertia subd.9. ad 10.11.

Z. Centuriatores centur.3.col.127.lin.44. de Christianis illorum temporum sic scribunt, *Postea absoluebantur, & ad ius communionis admittebantur per manus impositionem ab Episcopo & clero: indicat illud ipsum Cyprianus.*

A. Vt supra, & vide tractatu primo sectione tertia subdiuisione nona in margine ad 16.

B. Centur. cent.3. col.265.lin.54. de Orig.dicunt, *Iustificationis causam facit bona opera,* & col.79.lin.33.*Iustitiam coram Deo operibus tribuerunt &c.* sicut Origenes lib.1.in Iob.& ibid.lin.31.*Videtur magna ex parte hunc summum articulum de Iustificatione obscuratum esse.* & Vvinkelmanus in Apoc.pag.206.ait, *Operibus ascripsit Origines causam iustificationis.*

C. Ibidem col.octogesima linea duodecima, *Doctores huius ætatis à vera doctrina Christi, & Apostolorum de operibus declinarunt:* & linea 27.*præparationem ad salutem & causam adeo pluribus in locis Origenes tribuit operibus*, vt tract.32.in Math. &c. & homilia vigesima quarta in Iosuam, & vigesima sexta, *Inhabitationem Dei in nobis meritis nostris tribuit.* & lin.50, *Simili errore Cyprianus lib.3.epist.25. Meritorum præcedentium defensione obuelari peccata subsequentia, &c.* & col.247.lin.58. *de Cypriano dicitur, Bonis operibus nimium tribuit.* Et Sculteus in medulla Theologica pagina trecentesima septuagesima circa medium, Cyprianum arguit, dicens, *Satisfactionibus remissionem peccatorum tribuit Cyprianus sermone de lapsis:.* & Centuriatores cent.3.col.240. lin. 23. *Satisfactionibus remissionem peccatorum tribuit Tertullianus.*

† *Dei legem non esse seruatu impossibilem*, d *limbum Patrum*, * *orationes*, *&* *oblationes pro defunctis*, e *Purgatorium*, f *inuocationem Sanctorum*, *&* g *Angelorum*, item, *diuersos ordines Angelorum*, h *Apostolicas traditiones non scriptas*, i *statos*

* Centuriat. cent.3.col. 247. de Cypriano inquiunt, *liberi arbitrij vehemens est vbique assertor*. Et columna septuagesima septima lin. vigesima nona. *Orig. hom. nona in numeros sentit sensum nostrũ posse bona eligere, vt fiat vas in honorem, aut mala & terrena, vt fiat vas in contumeliã*. Cumque alia multa eiusdem testimonia citent & reiiciant, addunt, *Idem & Cyprianus sensit libro tertio epistola tertia. Homo inquit, libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem*, prætermitto illa quæ reiicit Humphredus in Iesuitismi parte secundo pagina quingentesima quadragesima ante medium. De Tertulliano autem Cent. 3. columna ducentesima quadagesima sic scribũt. *Liberum arbitrum homini etiam post naturæ corruptionem tribuit, multis & prolixis sententijs, &c.* & columna ducentesima quingenta octaua, linea quingentessima quarta, & columna quadragesima octaua, decima quinta. Originem & doctores omnes prioris sæculi ob eandem sententiam damnant.

† Centur. cent.3. columna ducentesima quadragesima linea decima septima de Tertulliano dicunt. *Non poneretur* (inquit Tertullianus) *lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate; eodem enim errore ad legis possibilitatem passim inclinat*. Et col.265. linea quadragesima octaua de Origine. *Legis possibilitatem asserit, &c.* Hinc homilia octaua in Exod. *Baptizatos* (inquit) *per omnia posse legem implere*: Et columna septuagesima octaua, linea quadragesima prima, idem affirmant & Vvinkelmannus in Apocal. pagina ducentesima sexta ante medium de Origine inquit; *Statuit Origines legem hominibus non impossibilem esse seruatu*.

D. Vide supra tractatu primo sectione tertia subdiuisione quarta circa med. ad 2.3.4. Et Origines hom. decima quinta, in Genes. ait: *In fine sæculorum vnigenitus filius pro salute mundi vsque ad inferna descendit, & inde Protoplastum reuocauit*. Vide eundem in epist. ad Rom. capite quinto. Et Tertulliano libro de anima capite quingentesimo quinto. *Nec ante ascendit Christus in sublimiora calorũ, quam descendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas & Prophetas compotes sui faceret*. Vide eundem contra Marcionem libro secundo capite quarto, & libro quarto capite sexto, & libro quinto capite decimo, & Cyprianum de resurrectionem Christi. *Honorificatus est Christus resurgens à mortuis, victor mortis, spolians inferos, & captiuos præmittens ad superos*. Vide eundem de vnctione Crismatis.

* Vide supra tractatu primo sectione tertia subdiuisione quarta ad i. Et Cypr. libro primo epist. 9 *prioris cuiusdam canonis mentionem facit, quo decernebatur, vt si quis talis culpæ reus moriretur, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur: quem Canonem contra Geminium Faustinum vrget. Non est* (inquit)

quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut deprecatio. Et paulo ante: *Neque enim apud altare Dei in sacerdotum prece meretur nominari.* Et Tertul. de Corona militis capite tertio. *Oblationes pro defunctis facimus.* Et in exhortat. ad castitatem capite vndecimo. *Et iam repete apud Deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas.* Et de Monagamia capite decimo: *Pro anima eius orat, & refrigerium appostulat ei.* Vide vt Centuriat. cent.3. columna centesima trigesima octaua& centesima trigesima nona, Cypr.& Tertul.hac de re accusent & taxēt.

E. Ioan. Vvinkelman.in Apoc. pag. 206. *Purgatorium statuit Origenes in quo post hanc vitam peccata quædam purgantur.* Et Centur.cent.3.col.87.lin.27. *Semina Purgatorij in aliquot locis apud Originem subinde sparsa videas*, vt hom.2.in psal.36. Et ibid.vide plurima Originis testimonia, quibus purgatorium asserit. Vnde col.265.lin.41.de Origine inquiunt. *Pœnam vero peccatorum statuit esse Purgatoriū in lib. de principijs*, cuius verba quædam ibid.citant. Vide Cypr.4. epist.2. paulo post med.lib.3.ad Quirinum cap.57.& Tertul. de anima cap. 35.

F. Vide sup.tract.1.sect.3.subdiu.7.ad 26.27.28.

G. Vide ibid.ad † post 27.

* Centur. cent.3. col. 75. lin. 23. *De ordinibus Angelorum multa somniauit inepta (Origines) lib.1.de principijs cap.8. & lib. 4. contra Celsum vbi sic inquit. Nec nos quidem clam habet in hoc Angelorum ordine thronos alios vocitari, alios dominationes, alios potestates, & principatus dici.* Vide ibidem col.44. linea quadragesima tertia, vt Methodius idem sapiat.

H. Vide supra tract.1.sect.3.subdiu.4. ad x. & kemnit. qui nonnullorum patrum traditiones Apostolicas asserentium sententias citat, & reiicit, nempe Origenis pag.87. a. b. qui & sic concludit. *Ita Origines censet esse Apostolicas traditiones.* Et de Tertul.parte 1 pag.90. idem affirmat. Et Fulco in confut. Purgatorij pag. 393. fatetur *Tertullianum ex traditione Apostolorum sacrificium & orationem pro defunctis asseruisse.* Et S. Cyprianum traditiones Apostolicas tenuisse fatetur Reinoldus supra tract.1.sect.3.subdiu.12. ad 6. Et Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 685. cui & respondet primo, *Cyprianum non fuisse Apostolum, ac proinde examinanda esse eius verba, nec omnia recipienda, &c.* Et paulo post: *Non ergo attendamus quid ipse dixerit, &c.* Vide Originem homilia quinta in numeros vbi ait: *In Ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen eorum ratio omnibus patet.* Vnde mox plerasque traditiones non scriptas enumerat. Et Tertul.libro de Corona militia affert exempla aliarum obseruationum, *quas* (inquit) *sine vllius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus.* Et postquam cæremonias baptismi, signum crucis, sacrificium pro defunctis, &c. commemorasset, addit. *Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum, si legem ex postules scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix.* De Cypriani autem opinione quod aqua miscenda sit vino in calice, vide supra tractatu primo sectione tertia subdiuisione secunda ad vigesimo sexto, vigesimo septimo, vigesimo octauo, quam Cyprianus libro secundo epistola tertia, vocat *traditionem Dominicam.* Et libro primo epist. duodecima ait: *vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit.* Et in serm. de ablutione pedum initio ait: *Nec minus ratum est quod dictante spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit, &c.*

[i] *statos ieiuniorum dies,* [k] *excepta tamen (vt & nunc sit) die Dominica,* [l] *horas canonicas, orationem vultu ad Orientem conuerso, denique* [m] *Petri primatum, &* [n] *Rom. Ecclesiæ principatum.*

Cum

I. Centuriat. cent.3. col.136. lin.39. *Origenes hom.10.in Leuit. dierum quadragesimalium meminit ieiunij consecratorum, item quartæ & sextæ, in quibus solennia dicit fuisse ieiunia.*

K. *Non ieiunandum esse die Dominico asserit Tertul.* lib. de Corona militis & fatetur Cartvvrightus apud Vvhigiftum in defensione pag.99. Idem, sentit Augustinus epist.86. ad Castulanum col.3.a. fine d. *die autem Dominico ieiunare scandalum est magnum.* quem citat Vvhitgift. ibid. pag. 102. Idem, asserit Ignatius, quem citat Cartvvrightus ibid. pag. 99. prope finem.

L. Centur. cent.3. col.134. lin.44. *In libro de ieiunio Tertul. ait, tres illas horas, tertiã scilicet, sextã, & nonã, insigniores esse in orationibus diuinis. Cypr. vero in orationẽ Dominicam, primam, tertiam, sextam & nonam, horas vocat orandi antiquitus obseruatas.*

* Centur. 3. columna centesima trigesima quinta, linea decima tertia. *Orabant vultu ad plagam Orientalem conuerso, quemadmodum rursus in Apologet. Tertul. asserit.*

M. Centur. cent.3. col.84. lin. 37. *Tertul. in lib. de Pudicitia non sine errore sentire videtur, claues soli Petro commissas, & Ecclesiam super ipsum extructam esse.* Et ibid. lin.60. de Cypriano: *Alibi vero passim dicit Cyprianus super Petrum Ecclesiam fundatam esse vt lib.4. epist. 9. tract. 2. de habitu virginum serm. 3. de bono patientiæ & in epist. ad Quirinum.* Quod vero obiici solet S. Cyprianum reliquos Apostolos Petro æquales fuisse respondetur, Cyprianum non sibi contradicere, sed solum dicere Apostolos æquales fuisse quantum ad officium Apostolatus, id est omnes æque Apostoli fuerunt ac ipse Petrus, non tamen quoad iurisdictionem & gubernandi potestatem. Quam distinctionem agnoscit Bridgesius superintendens Oxoniensis in defens. &c. pag.313.445.446. & Vvgitgift. nuper superintendens Cantuariensis in respons. ad monitionem pag. 303. post medium vbi ait: *Archiepiscopos non differre à reliquis pastoribus quoad ministerium, sed quod regimen*, & ibid. pag.386. dum respondet tritæ illi obiectioni è Sancto Hieronymo, qui etiam Episcopum Papæ æqualem facit, respondet, *eos æquales quidem esse quoad ministerium, non tamen quoad politiam.* Et vide eundem ibid. p. 320.461. & 390. In hoc ergo sensu cæteri *Apostoli Petro, & reliqui Episcopi Papæ æquales sunt id est quoad ordinem*, non tamen quoad iurisdictionem. Et hæc quidem distinctio prædictæ è S. Cypriano obiectioni tam manifestè satisfacit, vt Cartvvrightus apud Vvitgiftum pag. tricentesima octogesima nona, cum contrauenire non posset, dicat: *Hac eadem distinctione Papistæ Papæ potestatem tuentur.* Porro Centur. cent.3. col.85. de Origene sic scribunt. *Origenes tract. 5. in Math. dicit. Petrus per promissionem meruit fieri Ecclesiæ fundamentum.* Idem, hom.17. in Lucam Petrum vocat *Apostolorum principem.*

N. Vide supra tractatu primo sectione tertia, subdiuisione 10. ad 79.80.81. 85. 86. 87. 88.

Cum

Cùm hæc igitur tam multa & tam magna religionis nostræ Catholicæ dogmata passim in prædictorum patrum scriptis reperta, eo discrimine per illius sæculi doctores discreta fuerint, vt errores quidem prædicti ad vnum omnes licet pauci, & minoris momenti, iidéque ex nimia pietate, & indiscreto quodam zelo profecti, in autoribus tamen suis primariis & celebrioribus illius sæculi authoribus notati & contradicti fuerint, idque non clanculū, obiter, aut per consequentias quasdam, sed palam, integris tractatibus de industria elaboratis, & expresse contra [o] Origenem, [p] Cyprian. [q] Tertul. editis, in quibus errores prædicti recitantur pariter, & confutantur: Ex alia vero parte ne vnum quidem authorem Catholicum proferre possint aduersarij nostri eruditi, qui Orig. Cyprian. Tertul. vel ob vnum aliquod Catholicorum dogmatum prædictorum perstrinxerit, quin potius omnes vno consensu ea singula [r] probauerint & docuerint, certissimo argumento est, doctrinam illam tam vulgatam & sine contradictione currentem, tunc verè Catholicam & Orthodoxam habitam fuisse, ipsis illis Origenis, Cypriani, Tertulliani, temporibus, *quorum vltimus (vt Couelli [s] verbis vtar) infra ducentesimum post Christum annum, & infra centesimum post sanctum Ioannem Apostolum floruit, in quo tam breui post Christum spatio non sine Christianæ religionis iniuria quisquam suspicari poterit, superstionem idololatricam antiquam & venerabilem esse habitam.*

O. Vide supra ad u prius.
P. Ibidem ad t.
Q. Ibidem ad x.

R. Hæc, & alia Catholica dogmata vnanimiter docuisse patres ostenditur, tract.2.cap.1. sect.3. per totam.

S. Covellus in respon.ad rationes quasdam Ioannes Burgesij. pag. 139.post medium.

III.

Cùm iam hactenus de notis Ecclesiæ prædictis pauca pro argumenti amplitudine & copia dixerimus, illi iam aduersariorum obiectioni occurrendum censemus, qua dicere solent, quasdam ex illis non nostræ Ecclesiæ proprias sed quibuslibet alijs communes esse, verbi gratia ordinariam pastorum successionem, & infidelium ad Christi fidem conuersionem. *Habent enim* (inquiunt illi) [t] *Græci, successionem illam, &* [u] *Arriani, Gothos & Vandalos, ad Christi fidem conuerterunt. Cum tamen neutri horum cœtui dabitis* (inquiunt) *vt vera Ecclesia dicatur.* Atque alia nonnulla similia satis friuola contra aliquas ex notis prædictis contorquent. Nos vero multa prætermittentes, *quæ de* [x] *successione illa Græcorum, &* [y] *Gothorum, atque Vandalorum per Arrianos facta conuersione* dici possunt, vt has omnes eorum detortas obiectiones & alias quascunque his similes vnico simul responso diluamus, Majestati vestræ cum omni qua decet submissione suggerimus; quod cum facile præuideremus, nos has singulas notas fuse ac sigillatim persequendo, & quomodo quælibet earum veræ Ecclesiæ conueniat, aperiendo, prolixiores futuros esse, quam proposito nostro expedire iudicaremus, à quæstione ista tali methodo discutienda

T. Fulco in responso ad Pseudocatholicum, pagina 27. & in replicat. ad Bristoû, pagina 327.

V. Idem in confutatione Purgatorij, pagina 337.

X. Quod Græci integram habeant successionem falsissimum est. Interrupta enim est ab ijs *qui ob dogma circa Spiritus sancti, à Patre Filioque processionem* à Romana Ecclesiá se separarunt: sicut & alij alibi non successione legitima sed intrusione Catholicorum Episcoporum sedes in prouincijs hærese seductis inuaserunt. Olim autem Græci Patriarchas suas ex ordinatione seu confirmatione Rom. Pontificis acceperunt. Quem ordinem tempore Greg. magni obseruatum esse ipse-

met expresse significat libro 7. epist. 63. his verbis. *Nam de Constantinopolitana Ecclesia quis eam dubitet sedi Apostolicæ subiectam.* Hac de re plura, vide tractatu 1. sect. 7. subd. 9. ad 18. Et centur. cent. 6. col. 426. lin. 46. & col. 427. linea 3. & 35. & col. 428. lin. 4. & col. 433. lin. 40 & 45. & col. 438. lin. 20. & 33. De sæculis autem præcedentibus, vide supra tract. 1. sect. 3. subd. 10. in marg. ad 25. & 77.

Y. Gothi non primum conuersi sunt per Arianos, sed ab Arrianis peruersi fuere, teste Socrate lib. 4. capite 27. Et Zozomeno, libro 6. capite 37. & Theodoreto, libro 4. capite vltimo qui ex professo vt Arrianorum iactantiam reprimat, ostendit Gothos primo Catholicos, postea autem falsa informatione, & imprimis Vlphili Episcopi sui authoritate ab Arrianis seductos, ac peruersos fuisse. *Ante enim* (inquit ille) *radijs diuinæ cognitionis illustrati pascebantur dogmatibus Apostolicis.* Adde quod exemplum hoc vnius nationis Gothorum, si verum esset, nihil tamen contra prædicta probaret. Illa enim de qua nunc agimus nota è Prophetarum oraculis petita, est multorum Regum & regnorum Gentilium conuersio, de qua iam supra egimus sectione 6. initio ad f.g.h. & tract. 2. cap. 1. sectione 1. initio ad y.z.a.b.&c. Quam quidem in Catholica Ecclesia nostra impletam esse fatentur aduersarij, hic paulo supra citati, sectione 6. ante, circa & post medium, ad c.d.e.f.l.&c.

discutienda consulto abstinuisse, illo solo contenti quod ad rem præsentem sufficit, quod per se notum est, quod ipsi denique aduersarij confitentur: Nempe notas prædictas à vera Ecclesia omnino [z] inseparabiles esse, siue illi soli conueniant, siue non. Sic igitur argumentamur, non affirmatiue, vbicunque hæ notæ sunt, ibi vera Ecclesia est, sed negatiue, vbi hæ notæ non sunt, ibi vera Ecclesia non est. Quæ quidem argumentatio si recte concludat, mihi certe ab omni decoro, ne dicam ratione, alienum videtur, vt Ecclesia aliqua cui hæ notæ desunt, quæcunque tandem illa fuerit, cum Catholica nostra certet, cui has omnes conuenire & nos probamus, & ipsi aduersarij fatentur. Quæ mihi cogitanti mirari subuenit, cur non cessant tandem aduersarij sub solius scripturæ prætextu, è cuius aperto sensu & confesso notæ

Z. Non ita inseparabiles dicimus has notas, quasi Ecclesia actu semper illa exerceret, quæ per eas significantur, verbi gratia quod semper in gentibus conuertendis, miraculis patrandis, &c. versetur, sed quia ex sacra scriptura habetur, has omnes notas veræ Ecclesiæ affuturas, quarum aliquæ,

prædictæ colliguntur, Catholicam Ecclesiam notis illis omnibus supradictis conspicuam & illustrem quasi errantem ac falsam traducere; suam vero illis omnibus carentem quasi sinceram & veram iactitare. Cùm præsertim sacræ scripturæ vt antè dixi, iuxta ipsorum interprætationem prædixerint, has omnes notas supradictas veræ Ecclesiæ affuturas, imo Catholica nostra ex aduersariorum confessione eas habuerit, è contra vero Protestantum Ecclesia adeo eis caruisse noscatur, vt ne illas quidem sibi vendicet, sed tanquam victa manus dedat, innumeras excusationes prætexens, quod eis caruerit, & in plures se tergiuersationum formas transmutans, quam olim Cacus ille à facie Herculis fugiens.

nimirum continua duratio, successio pastorum odinariorum, visibilitas, & aliæ quædam, à prima fidei propagatione ab Ecclesia Christi nunquam aberunt. Ergo cuicunque cœtui illæ desunt, vera Christi Ecclesia esse non potest, quam Oracula Prophetarum hisce notis discernendam prædixerunt. Illæ autem aliæ notæ, miraculorum, conuersionis Infidelium, &c. iuxta Prophetarum vaticinia non nisi certis temporibus à Deo constitutis locum habent.

NOTÆ ECCLESIÆ A PROTESTANTIbus assignatæ expenduntur, illæque ipsæ Catholicis plane fauere, Protestantibus vero aduersari ostenduntur.

SECTIO VNDECIMA.

CVM hactenus eas notas quibus falsa Ecclesia à vera re ipsa discerni possit, attulerimus, restat vt etiam illas quas ipsi aduersarij assignant, discutiamus. Hi cum sat scirent

notas prædictas è sacris literis petitas illis aduersari, nouas inuenerunt, & iusti iudicij examen subterfugientes, hæc duo, nempe [a] *sanam doctrinam & rectum sacramentorum vsum*, tanquam certa veræ Ecclesiæ dignoscendæ symbola proponunt. Hoc vero nihil aliud est, quam idem per idem sub diuersis terminis quo imperitis imponant, repetere. De his igitur nos quatuor quæstiones, ea qua possumus breuitate ventilabimus.

A. Vvhitgiftus in defensione respons. &c. pagina 81. *Notæ essentiales Ecclesiæ hæ solæ sunt, verbi prædicatio & recta sacramentorum administratio.* Et Vvillettus in Sinopsi Papismi, pagina 69. *Notæ externæ quibus vera Ecclesia visibilis discerni possit, non admodum multæ sunt, &c. Hæ nimirum sunt duæ notæ essentiales, vera verbi prædicatio & rectus sacramentorum vsus.* Vbi & Ecclesiasticam disciplinam, partim vt in prædictis comprehensam, partem tanquam non essentialem reijcit. Item, confessio Augustana articulo septimo. *Habet Ecclesia proprie dicta signa sua sciz. puram & sanam Euangelij doctrinam, & rectum vsum sacramentorum.* Et Caluinus 4. Institutionum, capite primo, sectione decima. *Symbola Ecclesiæ dignoscendæ, verbi prædicationem sacramentorumque obseruationem posuimus.* Et sectione nona, initio ait, *Vbicunque enim Dei Verbum sincere prædicari atque audiri, vbi sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic aliquam esse Dei Ecclesiam nullo modo ambigendum est.* Idem sentit Vvhitakerus contra Campianum, ratione tertia, pagina quadragesima quarta, & contra Duræum, libro tertio, pagina ducentesima quadragesima nona, & pagina ducentesima sexagesima.

Primò, an duo ista supradicta * *nobis notæ esse possint dignoscendi non § locum* in quo Ecclesia maneat, sed quænam ex tot congregationibus, quæ sibi nomen Ecclesiæ vendicant, vera Christi Ecclesia censenda sit.

Secundò, num aduersarij non hoc ipso quod alias notas omnes recusant, & ad has confugiunt, verbis solum nugentur ac sophisticé ludant, & ita causam suam prodant, ac perdant.

Tertiò,

* Cum ex Lubberto de Ecclesia libro quarto, capite 2. pag. 201. edit. 1607.

Notius duplex sit, vnum natura, alterum nobis, Sciat lector, quæstionem præsentem non de eo quod natura notius est, sed de eo quod nobis notius est institui, fatemur enim rectam verbi & sacramentorum administrationem, licet abditas & internas, veras tamen & cum ipsa Ecclesiæ essentia connexas esse notas, quæ & à Catholicis authoribus vt mox infra dicetur §. sequenti, inter Ecclesiæ notas plerunque numerantur. Præsens autem quæstio de eo instituitur, quomodo perfecta notitia Ecclesiæ acquiri possit, adeo vt ratio omnis de ea dubitandi cesset. Qua de re plura, vide mox infra ad † ante b. & hac eadem sectione subdiuisione tertia, in margine ad * ante r.

§. Vbi recta verbi & sacramentorum administratio cessat aut deest, ibi vera Ecclesia ex omnium confessione esse nequit: quibus autem Ecclesia iam innotuit, vna cum recta verbi. & sacram. administratione, quæ ipsam Ecclesiam semper concomitantur, quia horum exercitium siue publicum, siue priuatum, satis indicat locum, in quo Ecclesia manet, ista quodammodo Ecclesiæ notæ dici possunt, licet absolutè loquendo certam viam monstrare nequeant Ecclesiam inuestigantibus (de talibus autem notis præsens quæstio instituitur) quare istæ propriæ notæ huius generis dici nequeunt.

Tertiò, dato quod duo illa prædicta vera essent signa & notæ Ecclesiæ, annon ipsis Nouatoribus plane aduersentur?

Quartò, annon nobis potius faueant. De his singulis ordine dicemus.

Quoad primum. Constat vocabulum (nota) ex vi termini illud * significare quod notum facit. Scitum enim est, notam quid notius esse, illo cuius est nota. Notum enim per ignotius docere velle, plane absurdum, & primis quasi principijs cantrarium esset. Dicimus ergo sanam doctrinam, seu quod idem est, verum verbi diuini sensum, quem rectus sacramentorum vsus concomitatur, qualiscunque tandem ex natura sua sit (quod non est præsentis instituti definire) saltem nobis non æque notam esse ac ipsam Ecclesiam, quamobrem nobis certum Ecclesiæ symbolum esse non potest. Quod autem sin-

* Fieldus de Ecclesia libro 2. capite 1. pag. 37. *Nota, signum, seu character est, quo vnum ab alio discerni potest.*

cera doctrina nobis non æque nota sit ac Ecclesia (de qua inquit Sanctus * Augustinus *Apertius dixerunt Prophetæ, quam de Christo*) præterquam quod id fatentur † aduersarij, vel inde satis probatur, quod prius credere nos oportet per Ecclesiam, quam quam veram doctrinam discere possimus. Dicentes b *quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audirent sine prædicante?* Cui consonat illud Prophetæ, c *In diebus illis erit præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c. & fluent ad eum omnes gentes, & multi populi ibunt ac dicent, venite ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas.* Vias igitur Domini in hoc monte seu domo Dei discernere nos oportet, non autem per has vias ipsum mōtem inuestigare. Vnde cum sponsa sponsum inquirat, & scire cupiat vbi d pascat, sic eam sponsus instruit, e *Si ignoras te, abi post vestigia gregum & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* f *Hic rudes & imperitos* (inquiunt aduersarij) *ad pastores suos amandat.* Et ob hanc causam Propheta Esaias * *Ecclesiam semitam rectam nuncupat, in qua nec stulti errent.* Hanc viam

* August. in Psal. 30. conc. 2. *Obscurius dixerunt Prophetæ de Christo quam de Ecclesia, puto propterea quia videbant in spiritu contra Ecclesiam homines facturos esse particulas & de Christo non tantam litem habituros, de Ecclesia magnas contentiones excitaturos ideo illud, vnde maiores lites futuræ erant, planius prædictum est, apertius Prophetatum est, vt ad iudicium illis valeat qui viderunt & foras fugerunt.*

† Lubbert. de Ecclesia impress. 1607. pag. 201. prope finem. *Nobis notiora sunt externa signa, per quæ rem quandoque cognoscimus*, & pag. 226. *Sacramenta in vero vsu sunt nobis minus nota quam ipsa Ecclesia, sunt tamen natura notiora. Sed hoc ad quæstionem præsentem non pertinet.*

B. Rom. 10. 14.

C. Esaiæ 2. 2. & Mich. 4. 1. vbi notæ marg. in Esaiam 2. 2. textum illum ad Ecclesiam Christi referunt.

D. Cant. 1. 6.

E. Cant. 1. 7.

F. Vide notas marginales Bibl. Anglic. 1576. in eum locum.

* Esaiæ 35. 8. vnde Luth. tom. 4. Vvittemberg. in capite 35. Esaiæ fol. 157. b.

paulo ante medium, ait. *Erit tam plana via in qua ne stulti quidem errent.*

viam tenendam [g] Patres docent: hanc [h] Caluinus & [i] Protestantes docti probant: Imo quod amplius est, dicimus, non possemus absque Ecclesiæ authoritate prius nobis cognita, verum Dei Verbum agnoscere, quod Sanctus [k] Augustinus disertis verbis asserit, cui & [l] Vvhitakerus [n] aliique docti Protestantes non pauci suffragantur.

Atque

G. Irenæus lib.3. cap.4. *Quid enim etsi de aliqua modica quæstione disceptatio orta fuisset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, & ab eis sumere de præsenti quæstione quod certum & re liquidum est?* Et Tertul.in lib.de Præscript.cap.21. *Quid prædicauerint Apostoli,* id est *quid illis Christus reuelauerit & hic præscribam non aliter probari debere nisi per easdem Ecclesias quas ipsi Apostoli condiderunt.* Vide similia Sancti Augustini dicta supracitat.tract.1.sect.10.subd.2.fine in margine sub o.

H. Caluinist.li.4.capite 1 sect.5.initio. *Videmus vt Deus qui posit momento suos perficere, nolit eos adolescere in virilem ætatem, nisi educatione Ecclesiæ, &c. Hoc concilio voluit olim sacros haberi conuentus ad sanctuarium, vt fidei consensum aleret doctrina per os sacerdotis prolata, &c. Sicut autem & veterem populum non ablegauit ad Angelos, sed doctores excitauit è terra, qui vere præstarent munus Angelicum, ita & nos hodie humanitus vult docere. Ac sicut olim non contentius fuit sola lege sed sacerdotes addidit interpretes, ex quorum labijs populus inquireret verum illius sensum: ita hodie, &c.*

I. Bancroftus in conc.habit 8. feb.1588.pag 42 & 43. *Deus Ecclesiæ suæ eo fine se affuturum promisit, vt homines per eam in rebus dubijs dirigentur.* Et Fieldus in Epist. Dedicat. lib. de Ecclesia hanc operis illius scribendi rationem reddit. *Quandoquidem* (inquit) *controuersiæ de religione hac nostra ætate tot sunt numero, ac natura sua tam difficiles, vt paucis per otium, paucioribus per intellectus acumen eas examinare liceat, quid demum restat veritatem in rebus tam necessarijs inquirentibus, quam sedulò inuestigare, quinam inter tam varios qui modo extant, sit cœtus ille sanctorum, illa domus fidei, illa sponsa Christi & Ecclesia Dei viuentis, quæ est columna & firmamentum veritatis, vt communionem eius amplectantur, consilia eius sequantur, denique iudicio eius acquiescant?* Quid clarius dici potest, quo ostendatur in dubijs & controuersijs de religione definiendis prius nos cognoscere debere Ecclesiam, & ab ea demum veritatis institutionem accipere? Similia multa testimonia citantur tract. 1. sect.10.subdiu.2. fine in margine ad m.n. Vide etiam tract.3. sect.4 in margine ad m. numero 53. qui est de fide implicita, quam ad eos potissimum spectare hic Fieldus docet, *qui non satis perspicati intellectus acumine pollent ad controuersias examinandas*, quos ad Ecclesiam amandat. Non oportet igitur per doctrinæ veritatem Ecclesiam, sed è contra per Ecclesiam doctrinæ veritatem discernere, vel ipso Fieldo iudice.

K. August.tom 6.contra Epist fundam.cap.5. *Ego vero Euangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholicæ commoueret authoritas.* Et paulo post. *Cui libro* (loquitur

autem

Sextò, de præscientia Dei sic docet Caluini Schola, *Non alia ratione quæ futura sunt* g *præuidet (Deus) nisi quia ita vt fierent decreuit. Deus eorum omnium* h *auctor est, quæ isti censores (Theologos scholasticos intelligit) volunt otioso tantum eius permissu contingere.* An non hæc manifesto indicant Deum iuxta horum sententiam peccati authorem esse? Cum enim Catholici quod in peccato positiuum est seu materiale, ipsum nempe actionem humanam (ad quam dicimus Deum i in quo mouemur & sumus tanquam causam primam suo modo concurrere) & formale peccati id est deformitatem recte inter se distinguamus, certe qui hanc distinctionem non admittunt, sed Deum eorum nimium authorem statuūt quæ futura præuidet, eūdem ipsius etiam deformitatis authorem (vt recte plerique k Protestantes contra Caluinum decernunt) facere necesse habent: quandoquidem deformitatem non minus quam ipsam actionem Deum præuidere nemo negauerit.

Septimò, plerique tam Caluinistæ quam Protestantes, ijque magni inter suos nominis, hanc Caluini, Bezæ, & aliorum eis adhærentium, opinionem l respuunt, & eos, qui illam sequuntur, m Deum peccati authorem facere, pro comperto habent.

Cum

G. Caluinus lib.3.instit. cap. 23. sect. 6. *Cum non alia ratione quæ futura sunt præuidet Deus, nisi quia vt ita fierēt decreuit, frustra de præscientia lis mouetur vbi constat ordinatione potius & nutu omnia euenire.* Vide vt idem asserat Beza in responsione ad acta colloquij Montisbelg. parte altera pagina 152. & in manifestatione stratagematum Papist. pag.237. & Parkinsius in tract. de gratuita Dei gratia, &c. pag.148. edit. anno 1602. & Knoxius in respons. ad aduersarios prædestinationis Dei pag.16. & 223. edit.1591.

H. Caluinus lib.1.instit.cap. 18.sect.3. *Iam satis aperte ostendi, Deum vocari omnium eorum authorem quæ isti censores volunt otioso tantum eius permissu contingere.*

I. Act.17. 28.

K. Sitzlinus in disput. Theolog. præside Marbachio sacræ Theologiæ Doctore eiusdemque Argent. Academiæ professore, &c. sect.150. & Schaffmanus in lib. de peccatorum causis pag.27. paulo post med. de fratribus suis sic inquit, *Scribunt Deum nihil præscire nisi quod ex decreto factusus sit, &c.* contra quos ille sic argumentatur, *at ipsam actionem ἀταχίαν, seu peccatum præuidet Deus, ergo sequitur Deum ipsius peccati authorem esse*: Vide ibidem pag. 29. circa med. Idem argumentum format Hemnigius lib. de vniuersali gratia pag.107.108.& 109.

L. Hanc Caluini opinionem primo damnant Lutherani, nempe Iacobus Andreas in respons. Bezæ, act. colloquij Montisbelgardi parte secunda pag. 251. & in epit. colloquij Montisbelgardi pag. 50. & 62. Item Hafferefferus in in loco Theolog. lib. 3. pagina 112. & 187. Item Conradus Schlusselburgus in Theologia Caluinist. lib. 1. art. 12. fol. 39. & 40. a. b. & 41. a. Gesnerus in disputatione pro sanctissimo libro Concordiæ disput. 3. cap. 3. pag. 60. 61. 62. Lobechius in disput. Theolog. p. 21. & 507. 508. 509. Adamus Francisci in Margarita Theologica pag. 296. & 277. 281. 287. 288. & 289. Christmannus in Diagraph. electionis cap. 8. de Caluinistarum absoluto decreto, & cap. 10. Sitzlinus in disput. Theolog. de electione, &c. thesi 16. 19. 30. Grauerus in absurda absurdorum absurdissima, &c. cap. 5. de prędestinatione. Schaffmanus lib. 1. de peccatorum causis pag. 24. 25. 26. 27. &c. Secundo qui Caluinum in aliis sequuntur, nempe Bullinger. in Apoc. c. 5. ser. 28. fol. 79. & in Decad. Anglice versis p. 492. 493. 494. Amandus Polanus in partitionib. Theolog. p. 76. & p. 8. 11. 12. Hemnigius de gratia vniuersali per totum. Castalio qui peculiarē hac de re tract. cōtra Caluinum edidit, quem inscripsit de prædest. Melancthon in consil. Theolog. parte 2. pag. 111. 112. Hookerus nostras in Ecclesia polit. lib. 5. pag. 104. Cowellus in defens. Hookeri pag. 62. 63. Snecanus in Methodica descriptione edit. 1591. pag. 124. 126. 541. 544. 581. 649. 778. Gilbonsius in quæst. & disput. in Gen. q. 2. pag. 108. circa med. Foxius in Apoc. pag. 473. Smithus in lib. cui titulus, *quod liceat pro omnibus orare, &c.* pag. 40. Napperus Puritanus in Apoc. pag. 190. Plures Caluinistas qui hanc opinionem sequuntur citat Huberus in Thesibus *Christum Iesum esse mortuum pro peccatis totius generis humani*, pag. 156. 160. 163. 164. 166. 167. vbi & dicta Gualteri, Bullingeri, Confessionem Tygurinam, Confessionem Bernensem, Musculum & alios allegat. Vide Schaffmanum lib. 3. de prædestinatione Francofurti 1597. pa. 83. & 84. qui & dicta Bullingeri, Strigelij, Hemnigij, & Rolocheti Scoti in 8. ad Rom. citat. Vnde & Willettus in Synopsi anno 1600. pag. 784. prope finem sic queritur, *Vniuersalis illa gratiæ distributio, plerisque nostratium probari videtur, & iam in nostra Ecclesia suos habet Patronos, authores, defensores,* Vide ibid. pag. 808.

M. Hoc Caluinistis obiicit Hemnigius lib. de vniuersali gratia pag. 199. &c. Sitzlinus in disput. Theolog. de prouidentia Dei, sect. 141. Schaffmanus de peccatorum causis pag. 155. vide supra ad *K.* Sed & Lobechius in disput. Theolog. disput. 21. pag. 507. ante med. & Iacob in epit. colloquij Montisbelgardi pag. 47. hanc impietatem Caluinistis exprobat his verbis, *Deus est author peccati secundum Bezam.* Hinc factum est vt Bernates lege pœnali cauerint, ne quis in finibus eorum, hanc Caluini doctrinam pro concione diuulgaret, aut eiusdem libros in quibus illa continetur, legeret. Vide litteras Senatus Bernensis ad Ministros, &c. 1555.

Cum igitur & suis ipsorum decretis iam citatis, & suorum confessione premantur Caluinistæ, quod Deum peccati authorem faciant, quid tandem ipsi pro se respondent? Certe tanquam sorices suo se indicio produnt. Primò igitur Aretius, Zuinglius, & alij labem prædictam sic eluere conantur, [n] *Cum Deus Superiorem non habeat, nec lege obligari potest, vbi vero lex non est, nec peccatum esse potest: sequitur ergo in actiones Dei peccatum nullum cadere posse.* At hæc responsio friuola est. Licet enim Deus nullam legem sibi à Superiore impositam habeat, ipse tamen pro sapientia, bonitate & iustitia sua, sibi lex est. Quare qui ita dicunt, Deum potius peccati accusant, quam excusant.

Eum enim planè authorem faciunt peccati in nobis, licet hoc quod in nobis peccatum est, in Deo (quia legi non subest) nomen peccati amittat. Secundò, Beza idem absurdum his verbis inuoluit, [o] *Omnia bona sunt quatenus à Deo efficiuntur, discrimen illud boni & mali, tantum in instrumentis locum habet.* Ergo iuxta Bezam, illud idem quod in nobis, qui solum instrumenta sumus, peccatum est, in Deo qui eiusdem est author, iustum & bonum vocatur. At hoc certe modo Deus author constituitur eius quod in nobis peccatum est, (& hoc solum in præsenti quæstione contendimus) licet aliunde accidat, vt in Deo denominationem illam minime sortiatur.

N. Aretius in locis communibus pag. 130. initio. Aliquid simile citatur ex Zuinglio paulo supra ad lit. f. Et idem libro de prouidentia folio 365.b. post medium ait, *Cum lex homini est data, semper peccat, cum contra legem facit, quantumuis nec sit, nec operatur nisi in Deo, & per Deum. Hic enim sub lege est, ille liber, & cætera. Quantum enim Deus facit, non est peccatum, quia non est contra legem, illi enim est lex posita, &c. Vnum igitur atque idem facinus puta adulterium, aut homicidium, quantum Dei est authoris, motoris, atque impulsoris, opus est, crimen non est, quantum autem hominis est, crimen ac scelus est. Ille enim*

lege non tenetur, Hic autem lege damnatur. Quod enim Deus facit libere facit, &c. vt adulterium Dauidis quod ad Deum authorem pertinet, non magis Deo sit peccatum, quam cum Taurus totum armentum inscendit, & implet, &c. sua enim sunt vniuersa, &c. Quis hæc sine horrore legat?

O. Beza libro contra Sicophantem Aphorismo 20. & in manifestatione stratagematum Papisticorum &c. 112. post med.

Tertiò, licet his ambagibus imperitos in errorem allicere satagent aduersarij, ipsimet tamen aliquando id quod res est, fatentur, se nempe prædictæ obiectioni satisfacere non posse; id quod ex hisce Caluini verbis satis colligitur, P *Quomodo autem Dei prescientia & decreto statutum fuerit, quod de homine futurum erat, neque tamen in culpæ societatem trahendus sit Deus, quasi transgressionis vel author sit, vel approbator, cum longe altius humanæ mentis perspicacia esse arcanum palam sit, ne ignorantiam nostram fateri pudeat.* Nec minus tergiuersantur Petrus Martyr & Bucerus, dum alteri obiectioni à nostris tritæ respondent, nempe Deum secundum iustitiam non posse peccatum punire, cuius ipse est author, q *Fecit itaque Pharao* (inquit Bucerus) *quod Deus volebat eum facere, imo quod ipse faciebat in eo, nec potuit aliud. Ista itaque perpendens humana ratio, agnoscere non potest, quo iure Deus Pharaonem reprehenderit, vltusque sit, &c.* Rursus, *Cum Deus immisit in cor Dauidis, vt censeret populum, vtique ipse & voluit & fecit, vt Dauid Populum enumeraret, &c.* non

P. Caluinus de æterna prædestinatione contra Pighium extat in tractatu Theologico &c. pag. 824.a. post medium. & iuxta aliam editionem libri illius de prædestinatione anno 1552. pag. 118.

Q. Bucerus in enarrat. epistola ad Romanos pag. 394. b. 395. a. edit. 1536. Et Petrus Martyr in locis communibus parte prima pag. 211. sic ait, *Quod non tam clare perspiciamus, quomodo iustitiæ Dei non repugnet peccata punire, quandoquidem homines tentando in ea impellit, non mirum est: Plura enim facere potest Deus quam nos intelligere, firmiter igitur credamus, & cætera.* Rursus ibidem, *Quomodo*

iustitiæ eius conueniant, vel repugnent, non intelligimus. Cum omni igitur submissione, ea nos credere volunt, isti, quæ nec ipsi capiunt.

non potest inferre humana ratio, &c. Cur ergo Deus tales reprehendit, quos ipse in hoc, vt praue agant, & peccent induret?

Obiectioni denique illi, Deus prohibet peccata, ergo non vult, aut decernit illa fieri, respondet Caluinus in hæc verba, [r] *Vbi non capimus quomodo fieri velit Deus, quod facere vetat, veniat nobis in memoriam nostra imbecillitas, & simul reputemus lucem quam inhabitat, non frustra vocari inaccessam, quia caligine obducta est.* Fidem igitur à nobis exigunt isti, qua illis opinionibus assentiamur, quas vix ipsimet capiunt, nedum aliis vel probabili aliqua ratione explicare possunt, vt verisimiles appareant. Ex hac autem prophana & impia opinione quod Deus sit author peccati, alijsque huic similibus, verbi gratia [s] quod sola fides iustificet, quod bona [t] opera nullo modo necessaria sint homini ad salutem, &cæt. * nata est Hidra illa [u] secta scilicet Libertinorum, qui ex eisdem principiis [x] (licet interim verbo tenus non minus quam Caluinus Deum [y] authorem esse peccati negent, & miram probitatem [z] specie tenus præ se ferant) [a] integra volumina plurimis sacræ scripturæ, [b] testimoniis referta ediderint, quibus, interim Epicurismum & [c] omnem viuendi licentiam propagarunt.

R. Caluinus libro 1. instit. cap. 18. sect. 3.

S. Vide supra Tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiu. 3. per totum.

T. Ibid. sect. 4. per totum.

* Vide infra Tract. 2. cap. 3. sect. 8. subdiu. 1. 2. 3. 4. 5.

V. De hac secta vide instructionem Caluini aduersus Libertinos.

X. Quod iisdem principiis nitantur, apparet ex Caluino in Tract. Theolog. 540. qui sic eos philosophari refert. *Cum Deus rerum omnium author sit, nullam iam boni & mali discrimen esse habendum, sed quicquid agitur bonum*

Plurima

esse. Eodem planemodo colligit Beza mox supra ad lit. o. & Caluinus pagina 518.a. ante med.de Libertinis sic ait, *Temulenti isti à Deo fieri omnia perstrepentes, eum mali authorem constituunt, deinde quasi immutetur mali natura, cum sub hoc nominis velo tegitur, bonum esse affirmant, &c.* An non hoc idem est quod paulo ante dixit Zuinglius ad n. Et Caluinus vbi supra pag. 542.b.paulo post med. de primario quodam inter libertinos viro hæc scribit. *Persuadet nihil esse mali in stupris & adulterijs, cum à Deo fieri omnia cognoscamus*, & ibidem, pag. 543.a. addit. *In summa huc tantum spectat, vt discrimen tollat boni & mali , vt nemini quiduis facere aut perpetrare religio sit, cum omnia Deo tribuat.* Porrò Caluinus vbi supra pag.540 prope finem,hæc eorum verba citat, *Omnes nostri sensus Deo subijciendi sunt , nec quicquam de sapientia nostra persuasum habere debemus , mens nostra subigenda , vt veluti captiua Christo morem gerat.* Quæ per omnia consonat, immo fere verbatim eadem sunt, cum verbis ipsius Caluini supracitatis paulo ante p.r. in marg. Testis sit ipse Caluinus qui ibidem sic scribit. *Quod & ipse fatemur, immo nullo vtitur apparatu, hic impostor, quem ex doctrina nostra furatus non sit.* Eadem igitur est doctrina Libertinorum & Caluini & iisdem principiis nititur.

Y. Caluinus vbi supra pag.540. b.de quodam Libertinorum Antesignano inquit, *Contestatur sibi longe aliam esse mentem, seque Deum mali authorem nolle facere, affirmat.* Vide ibid. pag.542.

Z. Caluinus ibid.pag,548. *Contestetur quantum volet se peccandi licentiam præbere nolle, hoc enim nihil aliud est, quam inane nimisque ridiculum dissimulationis velum obtendere, quoniam peccatum ipsi nihil est, cum Deus omnia facere putatur.* An non hæc eadem verba in Caluinum ipsum merito retorqueri possunt?

A. De variis scriptis eorum, vide Caluinum Tract. Theolog.pag.540. & 531.

B. Vide Caluinum vbi supra 533.535.536.&c. Vbi eadem ipsa scripturæ loca pro se adducunt Libertini quibus Caluinus aliique suam doctrinam confirmamare solent, nempe Amos 36. Esaiæ 45.7. Apud Caluinum, vbi supra 542.b. Item,primò Regum 22.21. vbi supra pag. 546.& Hierem. 10.23, vbi supra pag. 541.Epist. ad Romanos cap.7.vbi supra pag.532 primo Ioannis tertio 9. vbi supra pag.547.

C. Caluinus vbi supra pag.527. & pag. 543.

XV.

Plurima alia huius farinæ nouatorum apothegmata, siue paradoxa,libens prætermitto, & coronidis loco adiungam, præfractam illã Lutheri peruicaciam,qua veritatem etiam agnitam impugnare solitus est, quam ei culpã Zuinglius * acriter impingit. Ipsam vero bestiam audiamus.[f] *Si forte Conciliũ sanciret*(inquit) *communionem sub vtraque specie sumendam esse, tunc multo*

* Zuinglius Tom.2. in resp. ad confess. Lutheri sic ait, *Lutherus obstinato & deuoto animo*

conceptam semel opinionem persequi & obtinere conatur, nec multum curare solet, quodcumque tandem de re quauis pronuntiet, etiamsi vel sibi ipsi vel diuini verbi oraculis contradicere deprehendatur. Quæ Zuinglij verba citat Schlusselburg. in Theolog. Caluinistica lib.2.fol.122.a. fine.

F. Lutherus de formula Missæ. Et vide eundem Tom.3. Germanicè: fol. 274. Et citatur & arguitur ab Hospiniano in hist. sacram. parte altera fol. 13. a. post med. Quod verò Iuellus in excusationem Lutheri affert in replica contra Hardingum pag. 207. post med. scilicet *Lutherum solum contendisse veritatem Dei ab humana authoritate non pendere*, præterquam quod gratis dicitur, cum nulla Lutheri verba id innuant, sensus ille Lutherum minimè excusat, asserentem, *in contemptum Concilij oportere vel alterutrum, vel neutram speciem sumere*, cum præsertim posterius hoc, ipsi Christi institutioni aperte repugnet, quamobrem & hoc Lutheri dictum Hospinianus merito reiicit.

multo minus ita faceremus: Immo in contemptum Concilij & illius decreti, vnam tantam speciem vel neutrã sumeremus, vtramque certe nullo modo. Item, [g] *si Concilium potestatem faceret Ecclesiasticis vxorem ducendi, signo esset eum maiori Dei gratia præditum esse, qui tres concubinas foueret, quam qui matrimonium iuxta tale Concilij decretum contraheret. Ego vero* (inquit ille) *sub pœna damnationis æternæ præciperem, nequis secundum talis Concilij permissionem matrimonium contraheret, sed vel cælebs viueret, vel si hoc impossibile esset, non desperaret etiamsi meretrici adhæreret.* Item, de Eucharistiæ eleuatione sic inquit. [h] *Sciebam Sacramenti eleuationem, Idololatricam esse (vtpote quæ sacrificium indicaret) sed tamen eam retinebam in Templo Vvitembergensi, vt ægre facerem diabolo Carolastadio.* Quod dictum & factum Lutheri ab omni recta ratione & religione alienum, refert & damnat [i] Amandus Polanus Professor Basiliensis, qui & ibidem addit, [k] *Nolo plura absurda Lutheri dicta recensere, quæ multa sunt, quæ tegenda potius quam exagitanda censeo.*

G. Lutherus in Tom.2. Germanicè fol.214.

H. Lutherus in parua confessione Germanicè fol.55.& in colloquiis. fol. 210.

I. Amandus Polanus, in Syllogethes. Theolog. pag. 464. ante med.

O. Camierus in epist. Iesuit. pag. 83. ante med. Et Sadeel de rebus grauiss. disput.&c.767. initio ait, *scire est rem per causas cognoscere.* Et Lubbert. de Ecclesia pag. 202. & Vvhitaker. contra Duræum lib. 3. pag. 254. *Scriptura Ecclesiam procreat, atque efficit, & tum demum aliquid cognoscimus, quando causam perspectam & cognitam habemus.* Et Fieldus de Ecclesia lib.2.cap.2.pag.40. de his notis ait, *Essentiales sunt, dant esse Ecclesiæ, & ideo natura clariores & notiores sunt.*

Non enim modo quæritur, quænam cognitio in se profectior ac natura sua certior sit, sed quænam tandem illa sit, & qua potissimū via ad nos deriuetur cognitio illa, quam Deus mortalibus impartire dignatur. Quæ quidem cum sit fides testimonio Dei nixa, certa esse debet, dicitur tamen [p] *ex parte & secundum mensuram*, quia [q] *nunc solum videmus per speculum in Ænigmate.* Nec doctos solum quæstio præsens attingit, qui in hoc cæteros antecellant, quod rerum causas cognoscere possunt, sed etiam indoctos, quorum non minus interest veram Ecclesiam compertam habere. Nota igitur qua omnes de vera Ecclesia certiores reddi possunt, non est internum aliquod & latens, quod * *nobis obscurum esse quantumlibet natura sua notius sit*, ipsi aduersarij non abnuunt: sed (vt recte Hyperius affirmat) [r] *externum quiddam & visibile, (vt Logici loquuntur) & Ecclesiam à posteriori solum demonstret.*

P. 1.Cor.13.9
Q. 1.Cor.13.12

* Iustus Molitor de militāte Ecclesia pag. 134. *Notum enim aliquid esse bifariam intelligimus, nobis, & naturæ, &c. vnde fit vt quidditas alicuius rei nobis quidem sit obscura, ipsi tamen naturæ nota, sic etiam hoc loco, licet nobis quoad iudiciū*

Deniq; dum non verbi & sacramentorum administratio in genere, sed sincera doctrina & rectus sacramentorum vsus vt [f] certa simbola & veræ notę Ecclesiam dignoscendi rudibus etiam & imperitis proponuntur, falsum supponitur, atque ita manifesta contra-

rationis confusa aliqua notitia prius vera Ecclesiæ quam vera prædicatio innotescat, natura tamen ordine, (sed hoc præsentem quæstionem non attingit) *& secundum distinctam siue discretam notitiam, prior est doctrina vera quam Ecclesiæ vera cognitio.* Et Sadeel de rebus grauissimis disput. &c. pag. 767. *Ipsa quidditas est nobis quidem obscurior, at ipsi natura notior, &c. Ergo nobis in ipsius Ecclesiæ definitione versandum est.* Et Lubbert. de Ecclesia anno 1607. lib. 4. cap. 2. pag. 201. *Notius est duplex, vnum natura, alterum nobis. Nobis notiora sunt externa signa, &c. Natura notiora sunt ea quæ vocamus essentialia, &c. Hæc nobis quandoque ipsa re quam quærimus ignotiora sunt.*

R. Hyperij verba, vide paulo supra ad 5. & Lubbertus de Ecclesia pag. 201. *Nobis notiora sunt externa signa, per quæ rem quandoque agnoscimus.* Nec euadent aduersarij dicendo, verbi & sacramentorum administrationem visibilem esse, quare optime Ecclesiam monstrare posse: quia non quælibet sed solum *sincera & pura* verbi & sacramentorum administratio illis est nota Ecclesiæ, sinceritas autem & puritas quæ huic notæ formam dant, non est quid visibile, & externum, qua de re vide Lubbertum de Ecclesia pag. 202.

S. Amandus Polanus in partitionibus Theolog. pag. 304. *Harum notarum finis est, vt ostendant quænam Ecclesia particularis sit pura, vt sciamus, an nos ei adiungere debeamus.* Et Hyperius in methodo, &c. pag. 548. ait. *Necesse est cœtum veræ Ecclesiæ certis distingui notis, ab alijs cœtibus incredulorum falsa dogmata tradentium, & cæt. idque vt quicunque de salute sua anxie sunt solliciti, deprehendant vbinam* vera existat Ecclesia & cui potissimum cœtui debeant se adiungere, & pag. 552. post med. *Ecclesiam imprimis visibilem certis signis siue notis externis atque visibilibus dignosci ab hominibus voluit Deus: profecto enim nisi hæc signa extarent, ac vera Ecclesia sensibus deprehenderetur, qui scire possit homo, cuinam cœtui salutis consequendæ ergô adhærendum sibi foret?*

tradictio inuoluitur, vt interim alia huc pertinentia, quæ partim in † margine tanguntur, omittam. Nota enim cum aliud notũ faciat, vt ipsa prius cognoscatur necesse est, sed rudibus & dubitantibus dutales sunt, scripturæ sensus incognitus est, ergo talibus quamdiu tales suus, certa Ecclesiæ nota esse nequit. Ex prædictis, quæ iam supra satis probauimus generatim tam de doctis quam indoctis sic argumentamur. Quicquid nobis ignotũ est, vel minus notum quam Ecclesia, non potest nobis symbolum seu notam esse Ecclesiam dignoscendi, sed vera doctrina & rectus

† Cum imperiti ac dubij eam ob causam Ecclesiam inquirant, vt ex ea veram fidem addiscant (vt Bancroftus & Fieldus hac eadem sect. subd. 1. in marg. ad literam i. agnoscunt) certe præposterum erit alia via prius velle fidem ad-

discere, quam ipsam Ecclesiam inuestigare. Secundò, nota qua aliud inuestigandum est, ipsa prius cognosci debet, si ergo vera fides sit nota Ecclesiæ, ipsa ante Ecclesiam cognoscenda venit, cũ è contra ex testimonio Apostoli prædicatio & Ecclesiæ instructio fidem præcedat. *Quomodo credent quẽ non audierunt, quomodo audient sine prædicante?* Ad Rom.10.14.& ibidem vers.17. *fides ex auditu.* Tertiò, simul ac quis vera fide imbuitur, verã etiã Ecclesiã agnoscit, licet forte non locũ ipsum in quo moratur (hoc enim parũ refert) at saltem fidei suæ consortes verã Christi Ecclesiam constituere compertum habet, quocunque tandem in loco illi consistant. Cum ergo nota ipsa prius cognosci debet, quam illud cuius est nota (vt iam diximus) certe vera fides nullo modo nota aut symbolum Ecclesiæ discernendæ esse potest.

ctus vsus sacramentorum ex * concessis talia sunt, ergo nobis certæ notæ esse nequeunt. Atque hæc quidem hactenus de primo eorum quæ proposuimus dicta sint.

* Lubbertus de Ecclesia pag. 226. *Sacramenta in vero vsu sunt nobis minus nota quam Ecclesia.*

III.

Quoad secundum, nempe quod cæteras omnes notas reiicere, & illis duabus supradictis insistere, sophisticum sit, mera logomachia, & petitio principij, quamtumlibet specioso verborum inuolucro obducatur. Hoc sic demonstro. Nihil enim aliud est Ecclesiam per has notas ostendere, quam idem per idem demonstrare? Cum enim quæritur quænam sit vera Ecclesia, sensus quæstionis iuxta genuinam & immediatam verborum significationem est iste, quænam sit illa congregatio fidelium, quæ veram verbi & sacramentorum administrationem habeat. Quando igitur aduersarij veram doctrinam & rectum sacramentorum vsum tanquam Ecclesiæ notas obtrudunt, quæstionem ipsam fugiunt, & idem per idem

quasi per girum acti demonstrant, nec interrogantem instruunt, sed deludunt, & non minus dubium relinquunt, quam inuenerunt.

IIII.

Tertium, scilicet notas illas duas prædictas antagonistis nostris aperte aduersari, patet, doctissimi enim quique illorum asserunt, [t] *Ecclesiam pastoribus carere non posse*, [u] *ministerium pastorum esse notam Ecclesiæ essentialem*, [x] *Pastores & doctores in Ecclesia vsque ad consummationem sæculi futuros, qui verbum & sacramenta administrent*, [y] *Immo has notas si adsint Ecclesiam construere, sin absint eandem destruere*, [z] *non amplius Ecclesiam esse quam has notas habeat*, [a] *quare harum defectus ostendit Ecclesiam esse nullam*, & [b] alia id genus plurima. Si ergo Protestantum Ecclesiam vel vno horum aliquando caruisse probauerimus, simul etiam eandem non esse veram Christi Ecclesiam demonstrabimus. Quod autem non semel sed sæpius id acciderit, sic ostendo. Ab annis viginti ante Lutheri ab Ecclesia nostra Catholica decessionem, ne vnum quidem exemplum aduersarij proferre possunt, quo probent, cœtum aliquem verbum & sacramenta ritu Protestantico administrasse. Ipsimet enim diserte confitentur, [c] *omnes Ecclesias tunc temporis tenebris plusquam cimmerijs*

T. Caluin. institutionum libro quarto capite tertio sectione quarta. *Sequuntur Pastores & doctores, quibus carere nunquam potest Ecclesia.*

V. Propositiones & axiomata disputata Geneuæ pagina ducentesima quadragesima quinta. Et Fieldus de Ecclesia lib.2.cap. 6.initio pag.51. *Ministerium Pastorum & doctorum absolute & essentialiter necessarium est ad Ecclesiam constituendam.*

X. Fulco contra Heskinum Sanderum,&c.pag.536.Et Sparkus in respons.ad Ioan.de Albines pag.11.Et Beza in conc. in Cantica Angl.pag.79.& 80.
Y. Vvhitakerus contra Campian.rat.3.pag.44.
Z. Vvillettus in sinopsi pag.71.
A. Idem ibid.pag.69.
B. Plura vide supra tract.2.c.2. sect.1. ante med.
C. vide hoc dictum sup.tract.2.c.2.sect.11.subd.3.ad k.

cimmerijs obrutas fuisse, cum alijs [d] multis in eundem sensum, quæ passim apud illos occurrunt. Nec ante Vvicleffi lapsum, cum ijdé fateantur, [e] *Jllo sæculo cum orbe vniuerso male actum fuisse, dum tota terra lumine veritatis destitueretur:* Item sæculum illud fuisse, [f] *tempus tenebrarum, cum ne minima quidem puræ doctrinæ scintilla vspiam reliqua videretur.* Immo tantum abfuit, vt Pastores inueniret Vvicleffus, qui eum pascerent, [g] *Vt non habuerit tum cœtaneos, qui potuissent eum (sicubi longius extra metas progressus fuisset) fraternè admonere.* Idem de tempore Vvaldonis constat, de quo ipsimet scribunt, [h] *Eum tempore densarum tenebrarum incepisse, & velut primum & paruum principium Christianæ religionis instaurandæ emersisse. Ipse enim* [i] *prædiues mercator Lugdunensis*, [k] *mere laicus, à nemine missus, verbum & Sacramenta administrare cœpit, & ita* [l] *facere tam laicis quam fœminis licere docuit*, quo nimirum seipsum ita facientem à temeritate & sacrilegio excusaret. Atque idem defectus verbum & Sacramenta administrandi multis [m] ante Vvaldonem, & ipsum Lutherum sæculis tam manifesta

D. Quod in ortu Lutheri defuerint Pastores Protestantes, vide supra tract. 2. c.2. sect.11. subd.3. ad ¶ e.f.g.h &c.
E. Foxius act. & monum. pa. 85. b.
F. Foxius act. & mon.anno 1596.pag.391.b. lin. 60.
G. Osiand. in epit. hist. cent.9.10.&c. pag 439.
H. Chrispin. de cœtu Ecclesiæ Angl p.338.
I. Act & monum.p.628.b.
K. Simon de Voyon in catalogo doctorum &c. pag. 132. *Episcopi murmurabant, quod Vvaldo laicus & sæcularis (vt eum vocarunt) prædicaret, & scripturas lingua vulgari exponeret, &c.* Idem de eo scribit Crispinus de statu Ecclesiæ pa.339. Et Osiander in epit.cent.9.10.11.&c.pag.287.initio vbi ait, *Petrus Vvaldensis vir pietate, eruditione, sapientia conspicuus, laicus tamen.*

L Illiricus in catalogo testium veritatis pag.731. *Sacramentum ordinis nihil dicunt esse, quòd omnis bonus laicus sit Sacerdos, sicut Apostoli laici erant.* & pag. 732. illa opinio eorum refertur, *quod omnis laicus & fœmina iure & licitè prædicare possit*: & pag.730. circa med. *De Sacramento Eucharistiæ dicunt, quod bonus laicus etiam mulier si sciat verba, conficiat*: & Osiander epit. centur. 9.10.11. pag.287. dum Petrum Valdonem excusat, quod cum laicus esset prædicandi sibi ministerium assumeret, ait, *Respondet Petrus omnes Christianos esse Sacerdotes*

M. Hoc latius tractatur sup tract.2.c.2.sect.7. per totam.

nifesto constat, vt cum ipsi aduersarij Ecclesiam visibilem definiant esse, n *cœtum fidelium verbum Dei & Sacramenta administrantium*: Agnoscant tamen Ecclesiam suis plurimis ante Lutherum sæculis fuisse inuisibilem. Quod his verbis expressit Parkinsus, o *Nos dicimus permultis ante Lutherum sæculis generalem quandam apostasiam vniuersæ terræ faciem cooperuisse, atque Ecclesiam nostram tunc mundo inuisibilem fuisse.* * Caluinum omittam, & ad Napperum veniam, qui ait, p *Ab anno Christi 316. subtraxit Deus Ecclesiam suam à publicis cœtibus ad secreta quorundam piorum corda, vbi per spatium annorum 1260. inuisibilis mansit*, & multa q id genus alia in eundem sensum ibidem habet. Ex prædicta Ecclesiæ Christi definitione, & confessa Ecclesiæ Protestantum per tot sæcula inuisibilitate necessario sequitur, eos verbi & Sacramentorum administrationem toto illo tempore caruisse. Hæc autem duo illis solú Ecclesię Christi notę sunt, & r *sine quibus ex ipsorum confessione essentia Ecclesiæ consistere nequit.* Quid autem validius, fortius, clarius, aduersarios, quam hæc sua ipsorum tam aperta confessio conuincere valeat?

N. Iacob in rat. è verbo Dei pag.21. Consonat Vvillettus in sinopsi pag. 54. Et Iustus Molitor de Ecclesia militante pag. 19. vbi ait, *Definitionem Ecclesiæ talem proponimus: Ecclesia est cœtus siue congregatio hominum in qua verbum Dei pure ac sincere prædicatur, & Sacram. à Christo instituta legitime administrantur, &c.* vide Fieldum de Ecclesia lib.1.c. 50. pag.19. paulo post initium.

O. Parkinsus in expositione Symboli pag.40. Idem habet in Cathoiico-reformato pagina tricentesima vigesima nona.

* Caluinus instit.libro 4.cap.1.sect.11. *Factum est vt aliquasæculis pura verbi prædicatio euanuerit.*

P. Napperus in Apoc.pag.161.col.3.circa med.

Q. Idem ibid.pag.237.item pag.23. & pag.156.

R. Vide sup.tract.2.c.2.sect.1.ante med.ad x.y.z.

V.

Quartum denique & vltimum ex supra enumeratis nempe has ipsas notas ab aduersariis assignatas nobis potius fauere, sic demonstrari potest fatentur ipsimet, vt iam dictum est, s *Pastores & Doctores in Ecclesia futuros vsque ad consummationem sæculi, qui verbum & Sacramenta rite administrabunt* : Hoc autem de Protestantem Ecclesia verum non esse, etiam supra monstratum est, quin ipsimet eam per multis sæculis t *inuisibilem fuisse* fateantur, sicut & Catholicam nostram toto illo tempore, u *visibilem fuisse* agnoscunt. Sequitur igitur vel notas illas toto illo tempore Catholicæ nostrę affuisse, & per consequens eam veram Christi Ecclesiam fuisse, vel omnino nullam vspiam illis temporibus in terris Ecclesiam remansisse. Hoc autem vltimum aduersarij tanquam * *propbanam hęresim* explodunt. Restat igitur vt primam illum concedant. Quod quidem tam necessaria consequentia colligitur, vt Martinus y Lutherus, & z Lucas Osiander disertis verbis illud agnoscant. Atque hæc quidem de veræ

S. Hac eadē sect. ad u.x.

T. Ibid. ad o. p. q.

V. Gabriel Povvellus in animaduersione rat. Papist. &c.pag. 103. *Concedo cœtum profitentium Papismum ab anno Christi 605. valde visibilem & conspicuum fuisse.* Simō de Voion in comment. in catal. &c. in epist.ad lectorem ait, *Anno 605. vicit falsitas, tunc totus mundus fæcibus Antichristianarum sordium obrutus est, &c. tunc generalis facta est à fide Apostasia, &c.* Similia multa habet Napperus in Apoc.pag. 145.

X. Vide hoc sup.tract.2.c.2.sect.14.initio in marg.ad r.

Y. Lutherus in epist.ad Anabaptistas qui ob odium Papæ Baptismum res-

puerunt, ait, *Nos fatemur esse sub Papatu nonnullum bonum Christianitatis, vel potius omne bonum Christianum, & abinde ad nos deuenisse: fatemur esse in Papatu veram scripturam, verum Baptismum, verum Sacramentum altaris, veras claues in remissionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum cathecismum, &c. Plus dico esse in Papatu veram Christianitatem, immo ipsum nucleum Christianitatis.* Hæc Lutheri dictum agnoscit Vvhitakerus de Ecclesia pag. 369. Et ipse Lutherus in locis communibus classe 1. pag. 124. ait, *In medijs furoribus draconis & leonis manent Baptismus, Eucharistia, clauium potestas, scriptura sancta, &c. Hæc conseruat, vt manente verbo & Sacramentis maneant quoque fides & Ecclesia:* & ibidem classe 5. pag. 109. *Papistæ baptizant, Eucharistia dant, absoluunt, &c.*

Z. Osiand. in epit. cent 16. pag. 1073. ait, *Ecclesia quæ sub Papatu fuit eo tempore quo Lutherus natus est, fuit Ecclesia Christi, habuit enim ministerium Euangelij, sacra Biblia, Baptismum, Cœnam Domini, licet aliquot abusibus, erroribus & humanis traditionibus obruta & obscurata: ideoque qui sub Papatu ad ministerium Ecclesiasticum fuerunt ordinati, (vt Lutherus & multi alij Euangelici Doctores) reuera habuerunt legitimã vocationem, &c.* Idem cent. 8. in epist. dedicat. pag. 3. circa med. *Multi metu tyrannidis Pontificiæ profiteri non audebant, quod Pontificios cultus improbarent, quorum infirmitatem Deus tolerauit & condonauit, &c. Interim autem omnes Christiani sub Papatu, quibus sua salus cordi fuit, Symbolum Apostolicum constanti fide retinuerunt, &c. filios suos infantes Christo in baptismo obtulerunt: fidem suam ex absolutione Ministrorum Ecclesiæ confirmarunt: Cœna Domini (qualem quidem illis temporibus habere potuerunt) vsi sunt in memoriam redemptionis Christi. Hæc fuerunt organa Spiritus sancti, &c.* Et Fieldus de Ecclesia lib. 3. c. 6. fol. 72. *Vanum & friuolum est quærere à nobis, vt aliqui solent, vbinam in ortu Lutheri Ecclesia nostra esset? Dicimus enim ibi tunc fuisse vbi modo est. Si rursum quærant, quænam illa fuerit? Respondemus fuisse notam illam, & conspicuam vniuerso orbi, in qua proaui nostri vixerunt, & mortui sunt, in qua Lutherus, & reliqui baptizati sunt, Christianismum, Ordines, & iurisdictionem acceperunt.* Et Ioannes Rhegius in lib. cui titulus liber Apologeticus sub titulo, *Consideratio censuræ*, pag. 93. ait, *Etsi verum est, Pontificiorum ministerium fuisse corruptum multis traditionibus & adinuentionibus hominum: habuit tamen ea quæ ad salutem necessaria fuere, &c. scilicet libros Canonicos, item Symbolum Apostolicum &c. tunc licet impura plurima fuerunt, cum tamen ministerium docendi & Sacramenta administrandi manserit, &c.*

veræ Ecclesiæ notis quæstione sane omnium pulcherrima & maxima dicta sint. Vera autem Ecclesia recte constituta, & falsa detecta, reliquæ omnes de Religione controuersiæ vna eademque opera terminantur.

CONSTAT

RECAPITVLATIO EORVM QVÆ 2. ET 3 cap. huius 2. Tractatus dicta sunt.

SECTIO DVODECIMA.

CONSTAT igitur (Domine mi Rex) ex 2. cap. huius 2. Tractatus, idque ex ipsis scripturis eo modo intellectis, quo eas aduersarij interpretantur. Primò quod Pastores Ecclesiæ & Doctores nascentes errores semper impugnabunt, & verbum atque Sacramenta, 1. *perpetuò sine vlla intercapedine* administrabunt. Secundò, quod cuicumque cœtui hæ notæ prædictæ defuerint, ibi vera Ecclesia esse 2. non potest. Tertiò, quod exempla 3. Bertrami, 4. Vvaldensium, 5 Vvicleffi, 6. Hussi, & * Lutheri, quibus potissimum aduersarij nituntur, & si quæ sunt alia 7. huiusmodi priorum sæculorum, ne pro suis quidem temporibus satis probare possunt verbi & Sacramentorum administrationem in Protestantum Ecclesia viguisse, adeo vt ipsimet plane fateri cogátur, eam mille annos continuos proxime elapsos, 8. *latuisse & inuisibilem mansisse*. Quartò, idem de 20. illis annis ante Lutheri ab obedientia Papæ decessionem, qui sub recenti adhuc memoria cadunt, 9. ostensum est, & hoc ipsum solum satis demonstrat veram Ecclesiam penes Protestantes non esse. Quintò, aduersarios vt

1. Vide sup. tract. 2. cap. 2. sect. 1. ante medium ad b c d. & ibid. n. o. u. & ibid. x. y. z.
2. Vide supra tract. 2. c. 2. sect. 1. ante med. ad y. z.
3. Vide sup. tract. 2. c. 2. sect. 7. ad ¶ x z a.
4. Vide sup. tract. 2. cap. 2. sect. 3.
5. Ibid. sect. 4. per totam.
6. Ibid. sect. 5. per totam.
* Ibid. sect. 10. & 11. per totam.
7. Ibid. sect. 7. per totam.

8. Vide tract.2.cap.1. sect.4. ad o p q r s t u x y z.
9. Vide sup.tract.2.c.2.sect.11. subd.3.ad ¶ e * f h i k.

10. Tract. 2.c. 2.sect.14.y.& ibid. ad z b c d e f g h i.
11. Vide supra tract.1.sect.2.ad k l.& tract. 2.c. 1.sect.4. ad q r s t y.
12. Sup. tract. 1.sect.6.initio ad e f g h l. & tract.2.c.2.sect. 14. b c.
13. Vide sup. tract. 2. c. 2. sectione 14. prope initium ad y.
14. Sup. tract. 2.c 3.sect. 1.2.3. 4.5.6.7.8. &c. per totam.
15. Tract. 2.c. 3. sect. 11. subd. 4. & 5.

Ecclesiam aliquam in terris inueniant, 10. *ad Catholicam nostram confugere debere*: cuius Pastores ipsimet fatentur verbum Dei & Sacramenta administrasse, & totos mille trecentos annos proxime elapsos, 11. *notos & visibiles permansisse*, & per consequens, 12. *illa vera Christi Ecclesia erit*, cuius & ipse Lutherus primo fuit, & postea (vt ipsi fateri coguntur) mansit, 13. membrum notum & confessum. Cumque ex tertio cap. huius secundi Tractatus appareat, notas Ecclesię è sacra scriptura depromptas, *Ecclesie nostræ* 14. *manifesto adesse, illorum vero cœtui abesse*: Immo vero notas illas quibus ipsimet veram Ecclesiam dignoscendam esse asserunt, 15. *nobis fauere, illis vero abesse.* Restat iam vt Majestatis vestræ censurę hanc Apologiam nostram quam humillimè submittamus, & iudicium vestrum cópellemus, an non doacri animo cum aduersariis ad Religionem nostram tuendam in arenam descendere debeamus. Nobis sane & Apologiæ huius æquitas, & causæ nostræ firmitas, & persecutorum nostrorum inhumanitas, ex dictis satis elucescere videtur.

QVAMVIS

TRACTATVS TERTIVS

DE ANTIQVITATE ORDINIS Sacerdotalis, Missæ, Confessionis, &c. & de legibus pœnalibus contra exercitium horum fidei Catholicæ dogmatum in Anglia promulgatis.

SECTIO PRIMA.

QVAMVIS ea quæ hactenus in fidei nostræ Catholicæ defensionem attulimus (Clementissime Domine mi Rex) adeo clara sint, & confessa, vt Religionem nostram, vel ipsis etiam inimicis veneratione, & honore dignam ostendant: Ea tamen fuit temporum nostrorum calamitas, vt ob hanc ipsam fidem adeò externo ipsorum aduersariorum testimonio confirmatam, (habemus autem adhuc firmiora Scripturarum & Patrum, adeóque ipsorum Protestantum clariora symbola, quę vtinam coram Majestate vestra pandere aliquando liceret, in hoc enim opere summa tantum capita tetigimus) à longo iam tempore leges pœnales quam grauissimas sustinuerimus, dum ipsum spiritualium Pastorum

nostrorum * sacerdotium à Christo Domino institutum (proh pudor, proh piaculum) contra omnem priorum sæculorum experientiam, perduellionis crimen censetur, immo & in illos qui Sacerdotes Catholicos quoquo modo subleuauerint, eædem pœnæ quæ in sceleratissimum quemque, perduellem puta aut homicidam statuuntur. Itaque infœlici hoc sęculo nostro, quasi omnium peripsema facti sunt, quos sanctus Augustinus honoris ergô [1] *propriè vocari in Ecclesia Sacerdotes* affirmauit. Qui quidem modò 2. *Presbyteri*, modò *Sacerdotes* in sacris literis, & Patribus antiquis ideo nuncupantur, quòd corpus Christi omnipotenti Deo 3. sub Christo ipso summo Sacerdote, *vice eius* (vt Sanctorum 4. Cypriani, & 5. Ambrosij verbo vtar) offerunt, externam scilicet & acceptabilem Ecclesiæ oblationem, quam ipsi docti [t] Protestantes à mille amplius annis, atque adeo aliquot ante sæculis offerri solere agnoscunt: quam nos non nouam aliquam * redemptionem (vt calumniantur aduersarij) sed continuam illius quam [u] semel Saluator noster pro omnibus obtulit sacrificij commemorationem, & applicationem æstimamus. Nec

* S. Chrysostomus de Sacerdotio egregium opus cōscripsit.

S. Augustinus de ciuitate Dei lib. 20. cap. 10. *Non vtique de solis Episcopis & Presbyteris dictum est, qui iam propriè vocantur in Ecclesia Sacerdotes, &c.* Et Iren. libro quarto capite vigesimo duplex designat Sacerdotium, *Spirituale vnum iustorum & piorum, qui spirituales hostias Deo offerunt. Alterum eorum qui Apostolorum instar semper Deo & Altari deseruiunt.*

2. Augustinus vt supra. Et verbum Græcum ἱερεὺς, quod propriè Sacerdotem significat, ad noui Testamenti Sacerdotes applicat sanctus Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia capite quinto, & in epistola octaua ad Demophilum Monachum: & idem in epistola ad Smirnenses, cuius sententias aliquot verbatim ex Ignatio sub huius epistolæ titulo, citat sanctus Hier. de viris illustrib. & Euseb. libro 3 cap. 32. quam & fusè probat Ignatij esse Vvhitgiftus in defens. &c. p. 408. cui non contradicit Cartvvrightus. Hic inquam Ignatius asserit, *Episcopum honorandum vt Principem Sacerdotum imaginem Dei referentem:*

Et ibid. ait, *Nec Episcopo, qui Deo consecratus est pro totius mundi salute, quicquam maius in Ecclesia.* Et Naziazenus epist. 8. ad simplicium asserit, *Sacerdotem mediatorem esse inter Deum & hominem, & simul cum Christo sacrificare.* Hoc autem nomen *Sacerdotis* tam græcis quam latinis Patribus familiare esse agnoscit V vhitaker. lib. 9. cont. Dur. pag. 813. initio, sed affirmat eos *tam verbo ... quam Sacerdos catacrestice non proprie vsurpasse.* In quod quidem tam S. August. paulo supracitato contradicit, quam etiam V vhitgifto in defens. &c. pagina 411. vbi ait, absolute. *Hoc nomen Sacerdos passim noui Euangelij ministro applicatur, in omnibus historijs, Patribus, & antiquis scriptoribus.*

3. Aug. de ciuitate Dei lib. 17. cap. 17. circa med.
4. Cyprianus lib. 2. epist. 3.
5. In 1. Timoth. cap. 4. verf. 14.

T Missam à mille annis proxime elapsis celebrari solere asserit Beaconus (quē Ministri Diœcesis Lincolniēsis in Compēdio, &c. p. 65 *primariū Ecclesiæ Anglicanæ Theologum* nuncupant) in tract. cui titul. *Reliquiæ Romanæ* fol. 344. a. *Missa* (inquit) *à Gregorio primo perfecta est, anno 600. &c. & à Carolo Magno vsque ad Carolū quintum tanquam Regina quædam potentissima in omnibus Ecclesiis orbis Occidentalis regnauit.* Astipulatur Danæus de Antichristo pag. 101. initio & Melancth. lib. 4. Chronolog. in Henrico IIII. fol. 186. 187. de S. Greg. inquit. *Sacrificium corporis Christi & sanguinis non solum pro viuis, sed etiam pro defunctis publica authoritate comprobauit.* Consonat Carion in Chronico p. 567. paulo ante med. Et Musculus in locis communibus de cœna Domini pag. 339. fine de Pellagio Gregorij præcessore inquit. *Pellagius commemorationem mortuorum in secreta canonis Missæ ... retulit, &c. vt mortuis virtus & efficacia Missæ cōmunicaretur.* Cui & consentit Symondus in Apoc. p. 81. Symachus autem Papa sedit anno Domini 501. de quo Centuriat. cent. 6. cap. 10. col. 664. lin. 30. sic scribunt. *Notas Antichristi & hic habuit, Missā enim in formam redegit.* Ante hunc sedit Leo anno 440. de quo Balæus in Catal. Pontificium Rom. fol. 27. ait: *Leo primus Missæ sacrificium non sine summa in Deū blasphemia approbauit.* Vide eundem in actis Rom. Pont Basileæ 1558. pag. 32. & 33 Ante Leonem celebratum est Concil. Carthag. cui ipse S. Aug. interfuit, de hoc Cōcilio Pelargus in schola fidei, &c. prope finem tract. de Conciliis, pag. 13. ait, *Synodus Carthag. quinta, intercessionem & Missam pro defunctis inuexit.* Et Osiander Cent. 4 p. 16 de Can. 79. quarti Conc. Carthag. inquit. *Hic Canon si non fictitius est, ostendit eo etiam tempore orationes, & oblationes pro defunctis factas.* Ante hoc tēpus vixit S. Ambr. anno 370. quem Centur. cent. 4. c. 4. col. 295. lin. 3. accusant, *quod non recte de Transubstantiatione, & applicatione Eucharistiæ pro mortuis scripserit.* Et ibid. lin. 23. *Ambr. locutionibus vtitur, quibus ante eum ex Patribus nemo vsus est, vt Missam facere, offerre sacrificiū, &c.* Ante hunc vixit Greg. Nyss. Græcus anno 340. de quo Andræas Crastouius in l. de oppificio Missę cont. Bellar. sect 164. & p. 81. ait: *An ignorat opinionem Nysseni per se absurdam esse, &c. Ait ille* (Nyssenus) *cum itaque dedit Christus discipulis suis corpus suum ad comedendum, &c. iam latenter, & erat ineffabiliter & inuisibiliter corpus immolatū erat, &c.* Plura hac de re vide apud V vhitakerū cont. Dur. lib. 4. p. 320. fine. Cyrillus etiam Hierosol. floruit anno 320. de quo Hospin. in hist. sacram. p. 167. sic scribit. *Quod ad Cyrillum Hierosol. attinet, dicit ille quidem pro sua iam temporis recepta consuetudine sacrificium altaris maximum iuuamen esse animarū*, & Calu. lib. de vera Ecclesiæ Reformatione extant in tract.

Theol.Calu. &c.p.389.a.b.*Solenne est nebulonibus istis,quicquid vitio sum in Patrib. legitur,corradere,&c.Cũ ergo obijciunt locũ Malach.de Missæ sacrificio ab Irenæo exponi, oblationem Melchisedech sic tractari ab Athanasio,Ambrosio,August.Arnobio,breuiter responsum sit, eosdem illos scriptores alibi quoque panem interpretari corpus Christi,sed ita ridicule ,vt dissentire nos cogat ratio , & veritas,&c.* Et in libro Institutione Argentorati 1559.pag.350. & iuxta aliam editionem lib.4.Instit.cap.18. sectione vndecima ait : *Veteres illos video hanc memoriam alio detorsisse , quam institutioni Domini conueniebat, quòd nescio quam repetitæ aut saltem renouatæ immolationis faciem eorum cœna præ se ferebat ,&c. Imitati sunt enim propius Iudaicum sacrificandi morem, quam aut ordinauerat Christus, aut Euangelij ratio ferebat*: Vide supra tract.1.sect.3.subdiuisione 3.ad § post 12. vbi Patres accusat quod *sacrificium Dominicæ cœnæ sine Domini mandato addiderint, & sacrificij additione cœnam adulterarint.* Ante hæc tempora vixit Cyprianus anno 240. quem Centuriat. cent.3. cap.4.col.83.lin.34. taxant his verbis, *Sacerdotem inquit* (Cyprianus) *vice Christi fungi & Deo Patri sacrificium offerre.* Et in indice seu tabula alphabet. in fine tertiæ Centuriæ sub litera S. ita habetur, *Sacerdotem vice Christi fungi in cœnam Domini superstitiose Cyprian. asserit*,col.83.lin.34.Et Fulco cont. Heskinum,Sanderum,&c. pag.100. *Conceditur Cyprianum existimasse panem & vinum quem protulit Melchisedech , figuram fuisse Eucharistiæ, & in eo Melchisedech, Sacerdotium Christi præfigurasse:* Tertullianus autem anno 220. vixit,de quo Osiander Cent. 3. lib. 1. cap.5.pag.10. sic scribit. *Tertullianus approbauit oblationes pro defunctis, orationes annuas pro natalitijs.* Idem habent Centuriat. cent.3. cap.5. col. 138. linea 56. Et Fulco in confutatione Purgatorij pagina ducentesima sexagesima quinta,circa & post medium. Ante Tertullianum vixit Irenæus anno centesimo septuagesimo,de eo Caluinus vt supra, & Centuriatores cent.2.cap.4.col.63.linea vigesima,sic censent.*De oblatione porro Irenæus lib.4.cap.32. satis videtur loqui incommodè, cum ait, noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo.* Ante eum vixit Ignatius Apostolorum citra controuersiam discipulus,anno 90. De eo Centur. cent. 2.c.4.col.63.sic inquiunt. *Quædam ambigua & incommodè dicta in quibusdam occurrunt, vt in epist. Ignatij ad Smirnenses: Non licet* (inquit Ignat)*sine Episcopo neque offerre neq; sacrificium immolare.* Et Cent.2. c.10.col.167.lin.17. dicunt : *hæc Ignatij verba periculosa esse,& errorum semina.* Deniq. Beaconus vbi supra diserte ait : *Missa genita,concepta,& nata est,mox inde ab Apostolis,si vera sunt quæ historici tradunt.* Et Hospinianus in hist. sacramentaria lib.primo capite sexto,pagina vigesima ait :*Iam tum primò illo sæculo viuentibus adhuc Apostolis magis huic sacramento quam baptismo insidiari ausus fuit (Dæmon) adeo vt homines à prima illa forma sensim abduxerit, &c.* Et Sebastianus Francus in epistola de abrogandis in vniuersum omnibus statutis Ecclesiasticis, ait , *statim post Apostolos omnia inuersa sunt,&c. Cœna Domini in sacrificium trãsformata est.* Hinc Askamus vir primarius inter suos in Apologia pro cœna Domini pagina trigesima prima post medium , agnoscit. *Quibus temporibus & per quos homines cœna Domini de possessione sua per missam deturbata sit, verissime sciri non potest.* Adde testimonia Iudæorum iam supra allata tract.1.sect.4.subd.11.& 12. Item,quod verba scripturæ consonẽt Math.26.28. Marc.14,24. Luc.22.19.20. 1.Cor.11.24. *Quod pro vobis traditur*,(vt legunt Biblia Anglicana) *non quod pro vobis tradetur.* Quòd Apostolus mensam nostram vocet θυσιαςήριον id est, *Altare ad sacrificium offerendum erectum*, Hæbr. 13.10. Quo eodem verbo vtitur Ignatius

supracitatus tract.1.sect.3.subd.3.ad 11. Quod Propheta Esaias cap.66. vers.21. Dum de noui Testamenti viris Ecclesiasticis Prophetat, eos vocat, *sacerdotes*. De quo vide Biblia Anglicana anno 1576. in Esaiæ 66.21. & Hookerũ lib.5. sect. 78. pag. 236. & Reinoldum collat. cum Harto pag. 544. Quod Spiritussanctus prędixerit Sacerdotium sacrificiũ, & non illud in cruce oblatũ, quod iam trãsijt, quantũ ab ipsum actũ sacrificãdi sed quod maneret in æternũ, non quidẽ cruẽtum, sed secundum ordinem Melchisedech psal.110.4. Quod Malach.cap.1.v. 10. & 11. dum legale Sacerdotium & sacrificium cessaturũ prædicit, simul etiam prænuntiat sacrificium Gentilium successurũ, quam & *mundã oblationem appellat* iuxta Irenæi interpretationem iam supradictam. Quod Propheta Dan. dum finem mundi & Antichristi aduentum præmonstrat, *iuge sacrificium auferendum prædicit* cap.12. ver.11. Quod quidem de oratione & gratiarum actione commodè intelligi nequit, tum quia hæ non sunt vnum sacrificium, tum quia tunc temporis orationes magis augebuntur iuxta præsentem Christianorum tunc temporis necessitatem, nec Prophetiam Malachiæ *de munda illa oblatione* rectè quis de sacrificiis hisce spiritualibus interprebatur, tum quia plura sunt, nec propriè dicta sacrificia, nec noua sunt, vel solis Gentibus propria, sed olim in veteri Testamento Iudęis non minus quam modo Christianis familiaria.

V. Hebræis 9.28.

Nec minus graue est & illud, quod peccatorum remissio, seu absolutio, (quã Protestantes reconciliationẽ vocant) quam & antiqui [x] Patres contra nouatores, & [y] pleriq; Protestãtes contra gregales suos defendunt, quam Sacerdotes nostri ex certa potestate ipsis à Christo Domino expresse [z] tradita, audita peccatorum confessione nobis impertiunt, quam non modo [a] Patres, sed & [b] Protestantes agnoscunt, quasi obedientiæ nostræ ciuilis abnega-

X Ambr.lib.1. de Pæn. c. 2. de Nouatianis hęc habet. *Sed aiunt se Domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reseruant. Immo nulli maiorem iniuriã faciunt, quam qui eius volunt mandata rescindere. Nam cum ipse in Euangelio suo dixerit Dominus, Accipite Spiritum sanctum, quorum miseritis peccata remittuntur eis, &c. Quis est ergo qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit?* & cap.7 sic eos alloquitur. *Cur baptizatis, si peccata per hominem dimitti non licet? In Baptismo vtique remissio peccatorum omnium est: quid interest vtrum per pænitentiã an per lauacrũ hoc ius sibi datũ Sacerdotes vendicent? vnũ in vtroq; ministeriũ est.* Et Pacianus in epist.1. ad Sempronianum Nouatianum, ait. *Nunquid Deus non pænitenti comminaretur nisi ignosceret pænitenti? Solus hoc, inquies, Deus poterit, verum est. Sed & quod per Sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolus dicit, quæ ligaueritis in terris, &c. Et Socrates* hist. Tripartita lib.2.c.13. Reprehenditur Acesius quod de iis qui in persecutione cecidissent.

diceret, *inuitandos quidem ad pœnitentiam, spem vero remissionis non à Sacerdotibus sed à Deo solummodo sustinere debere, qui potestatem habet peccata remittere. Hæc cum dixisset Acesius, Imperator ait: ô Acesi, pone scalam, & si potes, ascende solus in cœlum.* Tam impossibile tunc temporis habebatur, absque Sacerdote peccatorum remissionem obtinere. Vide histor. tripartitam lib 8 cap. nono prope initium.

Y. Lobechius Doctor & Profes. in Rostock in disput. Theol. p.301. cõmuni illi aduersariorum obiectioni sic respondet. *Est quidem solius Dei à peccatis absoluere, sed ita, vt hoc faciat aliâs immediate, aliâs mediate, &c. per suos ministros condonãdo nobis culpam &c. Errant ergo Caluiniani, qui &c. absolutioni ministri verbi illam efficatiã detrahunt, &c. contendentes ministrum absoluere tantũ vt internuntium.* Eandem obiectionem alij Protestantes diludunt, viz Andræas Althamerus in cõciliatione locorũ scripturę pugnantium, &c. loc. 194. fol. 218. a. b. & Iacobus Hebrunerus in Suenkfeldiocaluini p.55. Immo ipse Melancthon. in Apol. confes. Aug. art. 13. fol. 16. b. asserit, *absolutionem esse proprie sacramentũ*: Spangeburg. in Margarita Theolog. pag. 116. 117. Andræas Altamarus in Concil. locorum scripturæ pugnantiũ, & c. loco 191. fol. 211. b. initio & loco 195. fol. 219. b. & Sarcerius in locis communibus tom. 1. de potestate Ecclesiæ fol. 305. b. post med.

3. Ioan. 20. 21. 22. 23.

A. S. Leo ep. 91. ad Theodorum Foroiulij Episcopum vsum Ecclesiæ Rom. sic describit. *Christus hanc Ecclesiæ præpositis tradidit potestatẽ, vt & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eosdẽ salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliacionis admitterẽt.* Et ep. 80. ad Episc. Campaniæ, ait, *Cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta.* Et in histor. tripartita lib. 9. c. 55. vsus Ecclesiæ Occidentales sic describitur. *Ad hãc causam presbyterum bonæ conuersationis, seruãtemque secretum, & sapientem virum statuerunt, ad quem accedentes hi qui delinquebant, delicta propria fatebantur. At ille secundum vniuscuiusque culpam indicebat mulctam: quod etiam hactenus diligenter in Occidentalibus seruatur Ecclesiis, maximè apud Romam, vbi etiam certus est locus pœnitentium.* Et S. Basil. in quæstionibus breuioribus interrogatione 288. *Necessario peccata ijs aperire debent, quibus credita est dispensatio ministeriorum Dei. Si quidem rationem hanc in pœnitentia etiam veteres illos cernimus secutos fuisse.* Et Centur. cent. 3. cap. 6. col. 127. lin. 29. 30. 31. similem Africanæ Ecclesiæ doctrinam, & morem Cypr. & Tertull. describunt. Plura hac de re vide sup. tract. 1. sect. 7. subd. 17. in marg. ad r s t u x y c.

B. Sauerius in locis communibus verbo confessio fol. 289. b. ait: *Error est asserere confessionem quæ coram Deo fit sufficere, ita vt contemnas claues, & absolutionem per fratrẽ. Hic error prorsus tollit vsum clauiũ & absolutionis, &c. falsum ergo est cõfessionẽ quæ coram Deo fit, tollere confessionem priuatam,* &c. Hanc etiam confess. defendit Lobechius in disput. Theol. p. 295. sect 4. Conrad. Scluss. in Theol. Caluinist. lib. 2. fol. 147. a. Melancthon. li. 1. epist. p. 234. confessio Saxoniæ, & Bohemiæ in Harmonia confess. p. 231. 357. 358. aliique plurimi.

abnegatio esset, summo nostro cum dolore, vt læsæ Maiestatis crimen dãnatur. Nos vero qui innocentiam nostrã hac in parte omnib⁹ testatam cupimus, *Omnipotentem Deum coram*

Majestate

Majestate vestra in animas nostras inuocamus, nullũ in pœnitentiæ Sacramento obedientiæ nostræ ciuili præiudicium fieri, intẽdi, aut in eo quouis modo implicitè contineri. Tertiò, & vltimo (neque enim hic grauamina nostra recensere, sed quædam solum eorum exempla proferre libet, ne sine causa conqueri videamur) quod Protestantium publicis precibus interesse recusamus, (licet ipsi Doctiores Protestãtes liturgiæ nostræ suos pariter [c] interdicãt) à peruicaci nescio quo & superstitioso scrupulo procedere censetur, nosque ob eam causam bonorum proscriptione, & annua mulcta nõ leui plectimur. His addi possent alia pleraq; detrimenta, cõtumeliæ, incarcerationes, libertatis, honorisq; dispendia, ob solam fidem Catholicam perpessa, sed nos sub onere nostro quantumlibet graui in silentio gemere, quam aliis afflictiones nostras pandere malumus.

c. Vvilletus in sinopsi anno 1600.p.612.613 614.& testes citat celebres illos Protestãtes Reidleium, Latimerum, Philpottum, Bradfordũ,&c. Eiusdem opinionis fuit Hakesius in actis & mon. p.1150. b.initio & 1151. a.Melancth. in Consil. Theol. pa. 628. Petrus Martyr ibidem citatus pag.634 635. 636. & Theol. Germ. teste Sleidano lib.7. & Calu. l.de vitãdis superstitionib. in Cal. tra.Theol. &c.p.5084.

INOBEDIENTIÆ NOTA QVAM PROTEstantes Catholicis imputare solent, in ipsos retorquetur.

SECTIO SECVNDA.

QVia vero plerique aduersariorum nulla calamitatum nostrarũ commiseratione tacti, pro inueterata sua erga nos inimicitia benignam Maiestatis vestræ indolem afflictorum casus miserantem, à nobis auertere indies quærunt, & in eum finem ad inuidiam in nos conflandam, sæpè illud nostrorum dogma nobis

improperant, quo Pōtifex Romanus in certis quibusdam casibus Principes deponere posse asseritur, causati periculum quod inde oriri posset, si interim per Maiestatis vestræ erga Catholicos lenitatem, fortunæ eorum, ac numerus augeretur: Dignetur quæso Maiestas vestra (antequā petitioni nostræ auscultet) inter nos & accusatores nostros iuxta ea quæ hic allegantur & probantur discernere.

I.

Primò igitur, quod ad aduersarios nostros attinet. Hanc eorum contra nos allegationē magis inueterati odij rancorem, quam aut veritatem, aut rationē spirare affirmamus. Rectè enim ille.[d] *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* [e] *Turpe est Doctori, quū culpa redarguit ipsum.* Et tamē inuentus est[f] Doctor, nec immoderatus quin, nec indoctus, qui eo potissimum tempore quo nos iam deiectos, prostratos, conculcatos videret nescio an acerbius an importunius in nos insultaret, & exprobando scriberet, *æque facile inueniri posse Aetiopem album, ac inter nostræ Religionis homines fidelem subditum.* Nos certe quāuis scripta nostra ab omni acerbitate aliena esse cupiamus: minimè tamē mirū videri debet Protestanti moderato, & prudenti, cuius interim fidelitati erga Principem nihil detractū volumus, si tali aceto perfusi in necessariam defensionem nostrā ad aduersariorum violentiam obtundendam, per modum recriminationis, ea quæ sequuntur opponamus: cum presertim ipsismet aduersariis nostris in confesso sint, & ab iisdem memoriæ

D. Iuuenalis.
E. Cato.
F. Mortonus in libello cui titulus. *Propositiones Romanæ, &c.* pag. 51.

prodita. Primò igitur, quæ ante Lutherum effluxere sæcula discutiamus, & suponamus, Vvaldenses, Vvicklefistas, & Hussitas (quib⁹ tanquam suis Protestantes illis temporibus potissimum gloriantur) vera Protestantûm Ecclesiæ membra, & illius Religionis Professores fuisse, deinde videamus, num *fidelis subditus inter eos non æquè rarus fuerit, ac Aethiops albus prædictus*. Imprimis enim constat Vvaldenses, [g] *Reges, & Iudices abrogasse*, ac docuisse (teste [h] Osiandro & Foxio) *nec Sacerdotem, nec Magistratum ciuilem peccati mortalis reum vlla dignitate potiri, aut vllam eos obedientiam deberi*. Vnde & Osiander [i] eos tanquam *Perduellionis* reos traducit. De Vvickleffo, & sequacibus iidē Foxius, & Osiander testantur eos inter cœteros articulos etiam hunc tenuisse. [k] *Nullus est Dominus ciuilis, nullus est Prelatus, nullus est Episcopus, dū est in peccato mortali*. Item hunc [l] *vulgus pro voluntate sua punire potest Principes peccantes*. Hinc est quod Melancth. ipse de Vviccleffo dicat, *De ciuili* [m] *magistratu sophistice ac plane seditiose altercatur*. Rursus, [n] *Vviccleffus insanit, asserens impios non habere Dominium*. Item [o] *Vviccleffus miras excitauit tragœdias, asserens eos qui Spiritumsanctum non habent, Dominium amittere, & plures rationes sophisticas colligit, quibus hanc opinionem confirmet, &c. Quædam argumenta eius citabimus, &c.* Sed & Chronica nostra [p] eaq; nuper dita & Superintendenti Cātuariensi dicata abundè testantur [q] dictas coiurationes equitis Veteracastrensis & aliorum Vvicclefistarum in Anglia, quæ tā mani-

G. Illiricus in Catalogo pag. 735. 755.
H. Osiand. in Epit. cent. 9. 10 11. p. 440. quam obscure hæc tradat Foxius vide sup. tract. 2. cap. 2. sect. 3. sub. 4. in marg. ad 14.
I. Osiander in Epit. cent. p. 715 *Vvaldensium* (inquit) *Legati Principi suo Duci Subaudiæ in tractatione pacis plura promiserant, quā in mandatis à Vvaldensibus acceperant, &c. Hoc accepto respōso Subaudus mox mense Ianuario exercitum in Vvaldenses mittit, Vvaldenses autē constituerunt hostibus resistere fortiter & potius morte obire, quam Missam Pontificiā recipere, factisq; aliquot conflictibus vltra mille hostes trucidant.*
K Concilium Constat. sessione 8. Osiand. in Epit. cent. 9. 10. 11. pag. 454. fine art. 15.

L. Osiander vbi supra pag.455.art.17.
M. Melancth. in epist.ad Fredericum Miconium extat in lib.epist. Zuinglij & Oecolampadij pag.642.ante med.& apud Hospinianum in hist. Sacrament. parte altera fol.115.a. initio.
N. Melancthon in disputatione de iure magistratuum.
O. In commentario ad Politica Aristotelis.
P. Stous in annalibus Anglicè 1592.
Q. Idem ibid.pag.550.& 551.
R. Ibid p.551.
S. Idem ibid.
T. Act.&mon. 230.b.art.1.& 2. & vide mox infra ad x.
V. Osiand. in Epit.cent.9.10. &c.pag.469. *Hæc propositio approbari non potest & cat.*
X. Foxius in act.& mon.ait, *exercitum eorum fuisse supra 40. millia armatorum* & p.258.b.narrat *supra 40.mille Catholicos ab Hussitis cæsos.* Et Carion in Chronico à Frederico 2.vsq; ad Carolū 5.impresso 1567.&c. lib.5. p.382.de Husso ait: *His concionibus Hussi commotus populus flagitare cœpit emendationem Ecclesiarum, quam cū Rex ignauus nec vellet nec posset præstare suscepta illa fuit à priuatis, sed, & vt fit non eo quo cō-*

festæ factæ sunt (vt ex iisdem Chronicis patet) vt plurimi eorū [r] detecti, apprehensi, iuridicè conuicti, & vltimo supplicio affecti [s] fuerint, in ipso S.Egidij campo Londini vbi talia machinati fuerant.

II.

De Ioan. Hus pariter constat ex Osiandro authore Protestante & aliis, quod seditiosam prædictā Vviccleffi doctrinam [t] de Principib⁹ Sacerdotib⁹, & Episcopis peccatoribus defenderit, quę quidem adeò seditionibus fauet, vt Osiander de ea & authore eius plane dicat, [u] *doctrina hæc defendi non potest, sed in ea (vt supra mōstrauimus) Ioannes Hus humani aliquid passus est.* Sed & mores Hussitarū huic doctrinæ nimiū conformes sunt. Refert enim Foxius, [x] *eos ad necem Hussi vindicandam exercitum armasse, monasteria & templa diruisse, sacerdotes & monachos fugasse, & nominatim Hussitas Pragenses, [y] Reginā fuga sibi consulere coegisse, ampla ædificia diruisse, ipsum conciliabulū cōbusisse & præsente Imperatore* (inquit Foxius) *protinus* [z] *rebellasse, & in omnes regni partes literas misisse consulentes vt nemo Imperatorem reciperet, quinq;* [a] *monasteria in territorio Belsinæ subuertisse, & combussisse, Comotauiam vrbem admodum celebrē expugnasse, igne consumētes quotquot in ea sacerdotes deprehenderunt. Ciuitatem etiam* [b] *Cuthnam inuasisse, ac flāmis tradidisse, nec non & oppidum Brodæ,* * *superbè*

ueniebat modo, & ordine, ad arma enim tandem deuentum est, etsi autem euentum Hussus prestare non potuit, tamen pie & recte fecit, &c.

Y. Act. & monument. pag. 251. b.
Z. Ibidem pag 252.
A. Ibid. pag. 253.
B. Ibidem pag. 254. & 255.
* Vide Foxium in actis & monum. pag. 257. b. vbi hæc habentur, *Imperator de iure suo & regno paterno iure hæreditario iam ad eum pertinente, nobiles Bohæmiæ conuenit, ac promisit se omne illud quod eorum animos quoquo modo sibi infensos reddere posset, abrogare velle*, vbi in margine notat Foxius, *Imperator qui paulo ante Hussum & Hieronymum combusserat; nunc precario de regno suo agere cogitur*. Quid vero Bohæmi an huic Domini ac Regis sui petitioni annuerunt? nihil minus. Sed vt Foxius ibi subiungit, inter cætera respondent, *Quod cum conterraneos suos comburi, regnū interdici, nobiles tanquam hæreticos condemnari permisisset, non existimaret Bohæmos, aut tam imbelles, aut tam ignauos esse, quin honori suo & possent & vellent consulere. Quibus Imperator leniter respondit ac spopondit &c. Bohæmi vero qui armis vincere cœperant, iam verbis vinci noluerunt. Ita Imperator re infecta abijt.* Addit Foxius, *Papa Martinus dum Euangelium indies, magis ac magis crescere intelligeret, misit &c.* Ex Bohæmorum scilicet rebellione noui Euangelij promulgationē factam gloriari non erubuit.

ac proditoriè Dominum suum Regem pacem petentem contempsisse: Cum aliis multis id genus quæ author Protestans [c] Osiander recenset, & damnat. In hoc tumultuantium Hussitarum coniuratione Imperator exercitus Zisca (à Foxio nostrate temere [d] laudatus) tam efferatus, inhumaniter rabidus, & b. spoliis ac prædis è natali suo solo detractis tam insolens factus est, vt (teste eodem [e] Foxio) iam morti proximus præceperit, (horresco referens) *pellem è cadauere suo detrahi, & carnem volucribus & bestijs tradi, & timpanum è corio suo confici, quo sui (Hussitæ) in bello vterentur, &c.* Et hæc quidem pauca de Vvaldensibus, Vvicclessistis, Hussitis, de quibus potissimum aduersarij tanquam suæ sectæ professoribus ante Lutherum gloriantur, dicta sint. Ex quorum doctrina & moribus videat quæso, lector, & iudicet, num verius de illis di-

C. Osiander in epit. centur. 9.10.11. p. 472. circa med. vide verba eius fusè recitata supra tract. 2. cap. 2. sect. 5. in marg. ad lit. q.
D. Foxius in actis & mon. pag. 250. a. *Illustris ille Zisca veræ Christi religionis causam armis defendit, &c.*
E. Foxius ibidem pag. 256. b. post med.

ci possit illud Mortoni, *Citius reperiri posse Æthiopem album, quam inter istius religionis homines fidelem subditum.*

III.

Veniamus nunc ad Lutheri tempora, nonne hæc sunt axiomata & effata eius, [f] *Inter Christianos nemo potest aut debet Magistratum gerere, sed quilibet est alteri æqualiter subiectus, &c.* [g] *Inter Christianos nemo superior est nisi solus & vnicus Christus.* Rursus, [h] *In eum finem Christus noster Dominus est, vt nos tales faciat qualis ipse est, & sicut non potest permittere se legibus teneri & ligari, &c. sic nec homo Christianus salua conscientia se illis submittere potest.* Et quo clarius sententiam suam explicet, cum obedientiam præscribat, *se id ordinis obseruandi gratia tantum non ob conscientiam facere significat.* Hæc enim addit, [i] *De dominis ciuilibus hic admonemus, quod cum aliquid mandant, immo si compellant, obtemperandum est illis: nihil enim inde fidei vel libertati Christianæ detrimenti prouenit, cum illa non præcipiant tanquam saluti necessaria, sed tantum ordinis, publicæ pacis & legitimæ potestatis excercendæ gratia conscientia interim libera manente, &c. Si quis autem contenderet talia Magistratus mandata ad salutem necessaria esse* (qualia reuera sunt pleraque eorum præcepta de materia graui, talia enim conscientiam ligant, & ea violare peccatum est)

F. Lutherus de sæculari potestate in tomo 9. Germanicè. G. Lutherus ibidem cuius verba fusè citat Hardingus apud Iuellum in defens. Apologiæ Ecclesiæ Anglicanæ impressæ 1571. pag. 429. Excusatio vera quam prętexit Iuellus ibid. pag. 450. quæ in collatione verborū Lutheri cum quibusdam Diui Pauli consistit, plane inepta est, viz ad Galat. 3. 28. & ad Colloss. 3. 21. *Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus neque liber:* Vbi Apostolus solum docet non esse acceptionē personarum apud Deum, iuxta illud ad Col. 3. 25. vt & Biblia Anglicana eum locum exponunt in margine impressionis 1576. & Caluin. in Galathas tertia versu vigesimo octauo dicens, *Sensus est nihil hic valere personas.* Qui quidem sensus cum verbis Lutheri prædictis male quadret, apparet Iuellum haud satis commodè eadem interpretatum esse.

H. Vide conc. Luth. Anglice impress. 1578. p. 97. & to. 7. Vvittenb. fol. 327. b.
I. Lutherus in concionibus Anglice pag. 261.

est) *Tunc sicut de traditionibus Papisticis contrarium potius faciendum esset.* Hanc doctrinam & ipsius * Lutheri exemplum secuti, Lutherani Germani, ob Religionis quam ipsi sibi finxerunt defensionem, contra Dominum suum Imperatorem arma sumpserunt, vt infra ex testimonio Dresseri & Osiandri Protestantium latius patebit. In cuius etiam defensionem Theologi Magdeburgici sic scribunt, [m] *Si forte Magistratus suæ potestatis terminos excedat; & impium quid præcipiat, non solum ei non obtemperandum, verum vim facienti resistendum, nec propterea vlla nobis rebellio iure obijci potest.* Item, *Ecclesię Ministri* (inquit [n] Sleidanus) *Aprili mense scriptum edunt, in quo doctrinæ suæ confessionem recitant, & Magistratui licere demonstrant, inferiori defendere se contra superiorem cogentem decedere à veritate.* Item, [o] *Quia religioni molitur (Cæsar) exitium, atque libertati causam præbet cur ipsum oppugnemus bona conscientia. Cum enim in eum casum res deuenit, licet resistere sicut & sacris & prophanis historijs demonstrari potest. Nam iniusta vis minime Deum habet authorem, nec alia ratione sumus ei deuincti, quam si conditiones quibus est creatus Cęsar, impleat.* Vnde & Sleidanus de rebellibus Lutheranis in illo bello occisis sic pronuntiare ausus est, [p] *Occubuerunt illi videlicet honeste ac pie, pro gloria nominis diuini, proque salute patriæ.* Atque hæc quidem hactenus de Luthero & Lutheranis, quibus & alia aliorum authorum testimonia * addi possunt.

* Lutherus in locis commun. classe 4. cap. 30. fol. 55. ante medium, ait, *Vehemens epistola ad Spalatinum scripta sic inter cætera, Non feram quod ais, non passurum Principem scribi in Moguntinum, nec quod publicam pacem perturbare possit, potius te & principem ipsum perdam, & omnem creaturam. Si enim Creatori eius Papæ restiti, cur cedam eius creaturæ?* & ibi in margine hæc verba habentur, *Lutherus etiam à Principe suo non vult impediri:* & mox addit, *Pulchre vero non turbandam pacem publicam arbitraris: & turbandam pacem æternam Dei &c. Non sic Spalatine, non sic Princeps,* vbi & in marg. hæc

nota scribitur, *Contra prætextum pacis non turbandæ.* Rursus ibidem, *Videor mihi videre Germaniam in sanguine natare &c.* Porro Lutherus tom. 2. Ienæ Germanice fol.132.b. (& reperitur tom. 2. Vvittenberg. fol.320. b. sed propter absurda quæ continet nonnihil mutatum) libro cui titulus Aduersus falso nominatum ordinem Episcoporum (teste Osiandro centur.16. pag.87. circa medium) anno 1523. Bullam sanguinariam his verbis promulgat, *Nunc attendite vos Episcopi, immo laruæ diaboli, Doctor Lutherus vult vobis Bullam & reformationem legere, quæ vobis non bene sonabit. Doctoris Lutheri Bulla & reformatio. Quicunque opem ferunt, corpus, bona, & famam impendunt, vt Episcopatus deuastentur, & Episcoporum regimen extinguatur, hi sunt dilecti filij Dei & veri Christiani, obseruantes præcepta Dei, & repugnantes ordinationibus Diaboli, aut si hoc non possunt, regimen saltem illud condemnent, ac vitent. Contra vero quicunque manu tenent Episcoporum regimen, eisque obediunt voluntaria obedientia, hi sunt Diaboli ministri proprij, & repugnant Dei ordinationi ac legi.* Hæc Papa Vvittenbergensis. Ad huius buccinæ clangorem arma sumpserunt contra Episcopos & Clerum Rustici Germani prædictæ Bullæ perscripta exequi volentes. Qua de re Osiander centuria decimasexta pagina centesima post medium, ex Sleidano sic ait, *Rustici iuramento confœderati seditionem excitarunt contra quosdam Proceres Ecclesiasticos, causam prætendebant, quasi Euangelij doctrinam tueri, &c.* Et infra ibidem Osiander pagina centesima secunda circa medium ait, *Ad Lutheri iudicium Rustici prouocarunt. Lutherus autem cum eos inermes videret, nec satis potentes ad præualendum, ne sibi rebellio eorum imputaretur, eos ad obedientiam hortatus est. Cum vero turmatim confluentes paci minime acquiescerent, sed Bullam Lutheri transgredientes, non modo Episcopos & Clerum, sed alios etiam Proceres* (inquit Osiander centuria decima sexta pagina centesima tertia) *impugnarent, aliam Bullam edidit, qua eos omnes tanquam feras mactandos esse statuit* (ex Osiandro pagina centesima quarta ante medium) *Quod cum factum esset, miserrimi illi plane attoniti, nec armis se defendere, nec fuga sibi consulere valuerunt. Lutherus autem non aliter funera eorum curat, quam ipse Monachus virginem Deo votam Catherinam Boram sibi copulando,* ibidem pagina centesima nona circa med. *Luctuosa mala ob oculos posita non satis attendens,* (inquit Melancthon:) sed de his fusius egimus tractatu secundo capite secundo, sectione decima subdiuisione 11. in margine ad litteram y.

K. Dresserus in parte 2. millenar.6. pag. 656. ante med. de Germania sic scribit, *Scripto publico Saxonem & Lantgrauium proscribit Cæsar, tanquam perfidos rebelles &c. Protestantes cognita tanta seueritate, bellum & ipsi denunciant Cæsari,* & pag. 658. *Mauritius Saxon. Elector & Augustus frater, non quiescendum sibi arbitrabantur priusquam in tuto religionis Lutheranæ professionem collocassent: inde expeditionem Mauritius in ipsum Cæsarem suscepit,* & pag. 661. *agnoscit dissidium & bellum omne, ex mutatione religionis Pontificiæ in Lutheranam, in Germaniæ quibusdam ducatibus, comitatibus, & ciuitatibus ortum esse:* & pag. 464. ante medium ait, *Mauritius itaque cum Rege Galliæ fœdus fecit, & vi obtinendum id tandem ratus quod æquitate non poterat, milites præsidiarios in pacificatione Magdeburgica dimissos tacitè rursum conduxit, & cōtra Cæsarem ipsum adduxit.* & vide Sleidanum in historia.

L. Vide Osiand. epitome centur. 16. pag. 599. paulo ante med. & Sleidanum libro vigesimo secundo, vbi rabiem & rebellionem Magdeburg. narrat, & eorum purgationem haud satis probabilem citat.

M. Sleidanus

M. Sleidanus lib.22.circa medium,& Osiander centur.16.pag.520. initio, & Sleidanus libro 18. ait, *Plerosque Mauritium admodum reprehendisse,cum tamen ibidem referat Mauritium de Religione Protestantica apud Cæsarem cauisse, quam & se conseruaturum spondet: Cum vero religioni suæ cautum sit,se nullam videre causam (ait) cur in cæteris omnibus Cæsari non obtemperet. Christi enim mandatum esse,vt Deo pariter atque Cæsari quod suum est quisque tribuat.* Hæc nimirum Mauritij culpa fuit, ob quam fratribus suis Protestantibus tam fuit exosus.

N. Ibidem lib.22..

O. Ibidem lib.18.& lib.8.refert Lutherum dixisse, *Quoniam hoc tempore tam dubio,tamque formidoloso,multa possunt accidere, sic vt non modo ius ipsum, sed conscientiæ quoque vis atque necessitas arma nobis porrigat, defensionis causa fœdus iniri potest, siue Cæsar ipse,siue quis alius forte eius nomine bellum faciat.*

P. Ibidem lib.22.

* Menno Simonius doctus Anabaptista, qui è Lutheri schola prodijt, & Lutheri gesta & conatus viderat,libro de cruce Christi sic scribit, *Quam peregrinas & sanguinolentas seditiones Lutherani etiam ad introducendam & comprobandam doctrinam suam annis aliquot proximis concitarint,id illis ipsis expendendum relinquimus,&c.* Et vide alia seditiosa testimonia è Lutheri scriptis excerpta apud Hardingum in detectione mendaciorum Iuelli,&c.impressa 1568 libro 2.fol.85.Et Hospin. hist.Sacram parte altera fol.200.a. ante med. ait, *Lutherus belli Germanici causa non leuis.* Cui consonat Melancthon Lutheri discipulus in consiliis Euangelicis parte 1.pag.314.circa & post medium, & 301.303.315. vide etiam perdoctum illum Lutheranum Franciscum Lambertum, in comment. in Amos, Abdiam, & Ionam anno 1525. Is in Ionam capite 15.folio 143.ait, *Si autem princeps, &c. Antichristo cohereat, tum congregari debet fidelium Ecclesia, & illum sicut fratrem &c. Commonefacere vt resipiscat,&c.quod si contemnit,est ab omnibus habendus,sicut Aethnicus, & fugienda est omnino conuersatio eius, vt de criminosis,* Paul. Act.1.Corinth.5. *Nonne etiam hactenus multis Synodis fuit definitum, filium perditum sede imperij sui priuandum,&c.* Ergo *dum causa subest,hoc est dum non vult Dei sermonem seruare,neque seruari à populo suo, potest à tota Ecclesia separari in tempus, & si obstinatus est, amoueri, &c.* Vide huius Francisci laudes tract.1. sect.9.sub d.3.ad 17.

IIII.

Ad Zuinglianos pergamus. Nota est illa Zuinglij doctrina, q *Principes quando perfidè & extra regulam egerint,possunt cum Deo deponi.* Item, r *Obedientia debita promittenda est Cæsari (sub hac tamen conditione)si nobis Religionem nostram inuiolatam permittat: alioquin* s *si Imperator Romanus, vel quiuis alius Dominus Religionem puram opprimeret nobis negligenter permittentibus, tam in culpa erimus, quam ipsi oppressores, &c.* t Plura id genus infra

Q. Zuinglius tomo 1.in explanatione art 42.fol.84.a.in cuius probationem ibid. sic habet, *Quod deponi ab officio possint, Saulis exemplum manifestò docet, quem abiecit Deus, ta-*

metsi eum primum in Regem designasset: quin dum flagitiosi Reges loco non mouentur, totus populus à Deo punitur. Hierem. 15. &c. In summa si Iudæi Regem suum non ita impune conscelleratum esse permisissent, à Deo non tam grauiter fuissent puniti: oportet oculum offendentem effodere, sic de manu & pede &c. cum vero consensu & suffragijs, totius aut certe potioris partis multitudinis tyrannus tollitur, Deo fit auspice. Sic filij Israël si exautorassent Manassen, non adeo grauiter cum eos fuissent puniti. Quam vero his consona fuerint Zuinglianorum facta: vide apud Hospinianum in hist. Sacram. parte 2. 105. paulo post medium videre est: ibi enim citatur epistola Melanchthonis & Brentij ad Lantgrauium scripta, vbi hæc verba habentur, *Videamus Zuinglianos non expectato decreto Concilij, Papistas & Anaptistas persequi, &c. Nolumus enim celsitudinem vestram celare, Zuinglianos qui hic sunt magnifice se iactare, quod pecunia & viris instructi sint, & quæ peregrinarum gentium auxilia habeant, item qua ratione Episcopatus distribuere, & se in libertatem vindicare velint. Valde autem miramur eos qui tantopere alioquin de Christiana charitate gloriantur, talibus practicis se dedere, in quibus parum Christianæ charitis, obedientiæ, & patientiæ animaduertitur, &c. Talia consilia de quibus ipsi se iactitant, nequaquam Christiana sunt, &c. profecto in re tanta posterorum ratio habenda esset, qui tali seditione excitata, nullam Ecclesiam aut politiam tranquillam habituri sunt &c.* Et in alia epist. ibidem quoque citata fol. 170. a. similia de Zuinglianis referunt. Immo Melanchthon ibid. fol. 108. b. de Zuinglio sic censet, *Videtur in Zuinglio magis Heluetiсus quidam quam Christianus esse spiritus.*

R. Zuinglius lib. epist. Zuinglij & Oecolampadij lib. 4. epist. Cunhardo, Somio, & Simperto &c. pag. 868. post med. vide plura infra.

S. Ibidem.

T. Zuinglius vbi supra.

* Bilsonus in vera differentia &c. parte 3. pa. 270. initio.
† Bilsonus vbi supra pag. 273.
V. Vide infra tract. 2. cap. 3. sect. 9. subd. 3. versus finem ad f.
X. Vide vbi supra.
Y. Ibidem ad p. & id confitetur Bancroftus in recognitione sanctæ disciplinæ prætensæ

citantur. Hæc Zuinglij verba dum in bonum sensum interpretari conantur Bilsonus, sic præfatur, * *Nolo ego cuiusquam singularem opinionem defendere.* Deinde addit, † *verba Zuinglij miror, non probo iudicium.* Alij vero licet Zuinglium, *Ecclesiam Christi à Papisticæ superstitionis labe* u *purgasse dicant, eum tamen* x *turbulento & phanatico spiritu, &c. sumptis nimirum armis & gladio à Christo Domino prohibitis, &c. id præstitisse censent.* Nec dubitauit Carion Tigurinos Zuinglianos, *tanquam* y *seditiosos contra Rodolphum Romanorum regem traducere.* Gesta autem * Carolostadij vtpote omnibus nota libens prætermitto.

V.

pag. 13. *Ciuitates scilicet Heluetiorum fœdus iniisse, & Magistratus (Catholicos) excußisse.* * Osiand. epit. cent. 16. pag. 85. post med. sic habet, *Carolostadius Archipresbyter Vvittenbergæ turbas in ea Ecclesia mouit, statuas enim Sanctorum exterminandas docuit, easque per concitatam plebem è templis eiecit. Ius ciuile Rom. è rebuspub. Christianis eliminandum, & secundum leges Mosaicas in causis ciuilibus pronunciandum esse contendit, &c.* & pag. 86. post med. ait, *Istos phanaticos homines* Carolostadium *& Enthusiastas excitauit Diabolus.* Et Dresserus in millenario 6, impresso 1598. pagina sexagesima post medium ait, *Vvittenbergæ Carolostadius multa tumultuose molitus est, eiecit è Templis imagines, &c. Non ex iure Romano sed ex lege Moysi pronuntiandum esse contendit, Reuelationes arcanas & motus* Spiritus *sancti à Deo expectari iußit, vastauit scholas, literarum cultum abiecit.* Et Hospin. in hist. Sacram. parte 2. folio 204. b. Melancthonis & Brentij, de Carolostadio & aliis dicta citat his verbis, *Quiescere non possunt, sed aßiduis practicis in eo laborant, vt per factiones & vim, si aliter non poßint, errores suos tueantur, & propagent, vnde non solum cruenta & horrida bella, &c.* Hinc est quod Melancthon in epistola ad Fredericum Miconium, quem citat Hospin in hist. Sacram. parte 2. fol. 114. b. circa medium de eo dicat, *Carolostadius primus excitauit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi, &c. Tantum abest vt in eo significatio aliqua Spiritus sancti appareat, immo extant manifesta signa impietatis. In tota doctrina solebat* ἰουδαΐζειν καὶ ταράττειν *&c.* Bridgesius Superintendens Oxoniensis librum edidit quem sic inscripsit, Defensio regiminis Ecclesiæ Anglicanæ, &c. in quo respondet argumentis Caluini, Bezæ, Danæi, & reliquorum venerabilium, & doctorum fratrum, &c. *pro regimine mulierum.* Vide ibidem pag. 708. ante med. & versus finem, & pag. 711. prope initium, ait, *Non solum Danæus, sed etiam ipse* Caluinus *nimium patrizauit, & deuiauit in opinionem illam qua nuper quidam naturale ius fœminarum Angliæ principum ad supremum dominium auferre conati sunt.* Vnde ibid. pag. 738. 784. 786. & 701. fine.

V.

Procedamus ad Caluinum, & huius quidem seditiosam de regimine mulierum in causis ciuilibus doctrinam omittentes, ad illam eiusdem generis veniamus, qua docet, [z] *Abdicant se potestate terreni Principes, cum insurgunt contra Deum, immo indigni sunt qui in numero hominum censeantur: ideoque in capita potius eorum conspuere oportet, quam illis parere, &c.* Illam vero [a] Mortoni excusationem, suo sane iudicio indignam, nec nostra quidem confutatione dignam, quid attinet commemorare? qua verba prædicta iuxta alias loquendi formulas

Z. Caluinus in Danielem c. 6. v. 22. 25.

A. Mortonus in lib. cui titulus, *Plena satisfactio duplicis iniquitatis Rom. facta, &c.* anno 1606. pag. 118.

plane dissimiles interpretando, in eum sensum trahere conatur (quem Bilsono etiam [b] placuisse video) quasi Caluinus, *Non aliquam regiæ potestatis abrogationem, sed defectum solummodo potestatis aliquid contra Deum faciendi significare voluerit*. Quasi vero ipsa verba non enormia sint, & huic glossæ plane repugnãtia, *Abdicãt se, inquit, terreni reges potestate, &c.* Nonne his verbis priuatio aliqua & amissio exprimitur eius quod prius Reges habuerunt? At potestatem certe aliquid contra Deum præcipiendi nunquam habuerunt. Sed & verba sequentia Magistratuum contemptum rancide olent, *Ne in numero quidem hominum tales censendi sunt, & conspuere potius in capita eorum oportet, quam eis obedire.* Quod quidem tam manifestum est, vt Vvilkesius ipse Protestans hęc eadem Caluini verba quasi seditionem spirantia Puritanis exprobrauerit, tacito tamen Caluini nomine, quo honori eius consuleret, [c] *Vestri, inquit, Doctores fuerunt, qui principes suo spiritu non satis afflatos indignos censent qui inter homines numerentur, vtpote quos conspuere potius quã eisdem obedire oporteat. Vestri magistri fuerunt, qui coniurationem in Principes Religioni suæ contrarios approbarunt, &c.*

B. Bilsonus in vera differẽtia, &c. parte 3. pag. 265. initio: & Mortonus vbi supra pag. 119. initio.

C. Vvilkesius libro suo de obedientia seu Ecclesiastica vnione pag. 60. ante med.

VI.

Sed ad Caluini praxim optimum doctrinæ eius interpretem veniamus. Constat Geneuam ipsam Caluini sedem (Sutcliffo teste) [d] *Dominum suum ac Principem iure suo temporali spoliasse: licet titulo hæreditatis temporalis Dominus ac territorij illius possessor esset.* Idem testatur [e]

D. Sutcliffus in respon. ad libellum quendã

supplicem pag.194.initio, & Bancroftus in recognitione prætensæ sanctæ disciplinę pag.11.fine ait: *Ciues Geneuenses à multis procul dubio animati* (Religio illi erat Farellum seu Caluinum detegere) *Religionis mutationem aggressi sunt nec oblatam Regiminis temporalis mutandi occasionem omiserunt.*

E. Bancroftus in recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ pag.12. fine citat Bodinum de Repub. pag.353.dicentem. *Quo eiecta* (loquitur autem de temporali Principe Geneuæ) *Geneuates Monarchiam in popularem statum commutarunt.* Idem habet in assertionibus seditiosis,&c.pag.8.

Bancroftus nuper Superintendens Cantuar. & insuper hæc addit: f *Ab eo tempore (vt opinor) tanquam principium per se notum habuerunt, Archiministri Geneuæ, &c. vt si Reges ac principes Religionem reformare nollent, ipsi inferioris magistratus seu populus ex directione Ministrorum licite possent, ac deberent, si necessitas postulet, id vi & armis præstare.* Ob quam tam manifestam Geneuæ in principem temporalem coniurationem aperte fatetur idem g Bancroftus *se Theologiam Geneuæ, quæ in eius facti defensionem* (inquit ille) *à Ministris prætendebatur, non probare.* Hinc Ioan. Knoxius scolæ * Geneuæ discipulus (quem Caluinus h *Virum insignem vocat & fratrem suum reuerendum*) doctrinæ Caluini probe conscius, ex opinione Caluini & aliorum quorundam Ministrorum Geneuæ commorantium (teste i Sutcliffo & Bancrofto) docuit: *Licere subditis si Principes nollent, immo si id opus esset, vi & armis Religionem reformare.* Hinc est quod licet doctrina & facta Goodmanni & Knoxij sic coniurationi † faueant, vt id nulla tergiuersatione celari possit, eos tamen ambos Caluinus k *fratres suos venerandos nominet,* & audacem Knoxij in eo genere temeritatem laudet, l *quem egregiam Christo & Ecclesiæ operam nauasse ait,* m &

F. In lib. cui titulus assertiones seditiosæ, &c.pag.9.

G Bancroftus in Recognitione sanctæ disciplinæ prætensæ pag.11.

* Sic Bancroftus in assertionibus seditiosis pag.10. initio.

G. Caluin. in epist & respons. epist.305. fine & pag.565. in conclusione illius epistolæ quæ ad Knoxiũ scribitur vbi sic habet. *Vale eximie vir, & ex animo colende frater.* Et Beza in epist. Theologicis epist.74.

sic habet, *Ioanni Knoxio Euangelij apud Scotos restauratori, fratri, & simnista observando.*

I. Vide hoc in hist. Ecclesiæ Scotiæ per Vantrouielleirum pag.213.& citatur à Sutcliffo in respons. ad libellum supplicem pag.192. & pag.71. In assertionibus, &c.pag.10.

† Vide § sequenti per totum.

k. Caluinus vt supra ad h.& vide Caluini epist. 306. vbi eum *virum eximium vocat, fratrem colendum & Knoxio coadiutorem fidelem.*

L. Caluinus epist. vbi supra pag.566.circa med.ait, *strenuè operam suam Christo & Ecclesiæ impendit.*

M. Caluinus vbi supra epist.305. Ioanni knoxio pagina 565.ait, *Euangelium apud vos tam fœlices lætosque progressus facere vehementer, vt par est, lætor: certamina vobis moueri non nouum est, sed eo clarius refulget Dei virtus, &c. quando ad resistendum pares nunquam fuissetis, nisi à cœlo vobis opem tulisset, qui superior est toto mundo.*

se vehementer lætari dicit, quod tam felices & lætos progressus fecerit. Vnde & Bancroftus varios hac de re tractatus edidit, ac inter cæteros vnũ qui inscribitur, n *modus procedendi Ministrorum Scotiæ iuxta regulas Reformationis Geneuensis*, & alterum cui titulus, o *Doctrina quorundam Ministrorum quam Geneuæ didicerunt, & in eum finem in Anglia diuulgarunt, vt talem reformationis formam in Angliam introducerent, qualis iam in Scotia obseruatur.*

N. In libro cui titulus assertiones,&c. anno 1595.lib.1. cap.3.in summa illius cap.

Posterior sic incipit: p *Quemadmodum lib. 1. audistis quomodo Knoxius cũ esset Geneuę in diebus Reginæ Mariæ, conatus fuit & postea aggressus Religionem* (in Scotia) *vi & armis reformare, sic plerique Angli,*&c. Et de Caluino quidã hactenus. His addi potest * Ioan. Schutz Lutherani docti ac celebris luculentum hac de re testimoniũ.

O. Ibid.libro 2.cap.2.

P. Ibidem pag. 34.

Hactenus

* Ioannes Schutz in lib. quinquaginta causarum: causa 47. De fratribus suis Caluinistis ait, *In bracchio sæculari confidunt, & plerumque homines seditiosi ac turbulenti & pacis perturbatores sunt, causamque suam armata manu tueri volunt.* Rursus in alio libro viz in serpente antiquo cap.33.pag.354.b. de eis ait: *Intentio voluntas & desiderium eorum est, omne genus infortunij meditari, seditionem ac dissipationem concitare,*

demum occidere, & perdere. Et ibid.pag.355.ait: *Sacramentarij sunt duplices latrones, non enim sufficit illis quod falsis dogmatibus animas hominum occiderunt, verum vbicumque pacem externã turbare possunt, & efficere vt corpora etiã Occidantur, nihil faciunt reliqui ad summam diligentiam.* Et Theologi Vuittenbergenses in solida refutatione Compilationis Zuinglianæ & Caluinianæ Tubingæ 1584.pag.47.de Caluinistis hæc habent. *Pij lectoris iudicio permittimus, quam paci ac tranquillitati studuerint hactenus, cum nusquam venerint, vbi non turbas dederint.* Et pag.679. addũt. *Quam male institutum & sæuiens vulgus sit Caluinianorum, aliquot Regna propemodum cum extrema pernicie experta sunt, quod eo loco Ecclesiarum reformationem tanto furore & bipenni instituit, in quo nullum ius imperij habent, à seditiosis & turbulentis Concionatoribus, & illorum clamoribus excitatum, de quo Caluiniani doctores quandoque Deo durissimam rationem sunt reddituri, & qui huius tragœdiæ authores sunt minime etiã ignotum est: Nisi Zuingliani & Caluiniani doctores sua peruersa doctrina Ecclesiam perturbassent, &c. maior pax & tranquillitas passim in exteris Regnis esset, &c.*

VII.

Hactenus seditiosam doctrinam & facinora inde nata, Vvaldensium, Vvicklefistarum, Lutheranorum, Zuinglij Carolastadij, & Caluini recensui,

At nunc horrentia Martis

Arma, virumque cano.

Sequuntur enim clades (heu) nimium recentes, & insignes Theodori Bezæ, ac suorum Knoxij & Baccanani in Gallia, Anglia, Scotia, aliisque in locis machinationes, nullis vnquã lachrimis satis deplorandæ. Et licet doctrina eius hac in parte ex iis satis appareat, quæ ex Caluino (*quem* q *pro Duce ac Magistro suo venerando habet*) iam attulerimus, quædam tamen illius vel exempli gratia commemorãda sunt. An non bella in Gallia contra leges & Regni illius Regem ob Religionis causam gesta, probat, & summopere laudat? r *Proceres, inquit, Galliæ sub ductu Principis Condensis veræ Religionis Christianæ restaurandæ fundamenta iecerunt, sangui-*

Q. Dresserus in millenario sexto. Lypsiæ 1598.pag.208.

R. Beza in ep. dedicatoria noui Testam. ad Elizabetham Angliæ Reginã anno 1564.

nem suum Deo fœliciter consecrātes in prælio Dressensi? An non librum huius argumenti, id est plane seditiosum, edidit, quem inscripsit, *de iure Magistratuum in subditos*? de quo Sutcliffus sic censet. [s] *Doctrina eorum tota tumultum ac rebellionem spirat. Ipse Beza in libro illo suo de iure Magistratuum, subiectos in Principem armat his in causis.* [*] *Qui quidem liber* (inquit ille) *omnem pene Regum Christianorum & Magistratuum authorem plane eneruat.* Et ibidem Bezæ iudicium de Principibus excommunicandis citans inquit. [t] *Beza disertè ait, Qua tandem ratione Christiani ei obedient, qui mancipium est Sathanæ?* Idem de Beza confitetur [u] Bancroftus. Sed & moderatus ille author Protestans Sarauia *Bezæ doctrinam seditiosam esse satis indicat*, in illa modesta sua vel potius excusatoria reprehensione ac responsione qua ait: [x] *Quid his verbis sibi velit Beza dubitant aliqui, quibus ait, minime sibi iustam videre pios expectare debere quousque lupi publica authoritate comprimantur, & tacite insinuare videtur, lupos illos posse priuata authoritate expelli, sicut in Belgio & alibi factum est, &c. vel inuitis illis Magistratibus principalibus.* Denique Præsul Cantuarienses Bancroftus sic concludit. [y] *Qui Caluini & Bezę duos Epistolarum libros legerit, in historia Galliæ, aliisque id generis scriptis versatus fuerit, simulque Heshusio, Balduvino, Carpentario, aliisque doctis sane viris & sine dubio Protestantibus, fidem adhibere voluerit, mirabitur certe quibus se negociis misceant,* belli,

S. Sutcliffus in respons. ad libellum supplicem pag. 75. vide etiam pagina 71.
* Ibid. pag. 192. post med.
T. Sutcliffus vbi supra pag. 98.

V. Bancroftus in recognitione sanctæ disciplinę pretensæ pagina 48. & lib. Propositionum seditiosarum pag. 21. & 18.

X. Sarauia in defensione tractatus de diuersis gradibus ministrorū contra responsionem clarissimi viri Theodori Bezę cap. 2. pag. 74. paulo ante med. vbi & vide ipsius Bezæ verba. Et in epist. Theolog. epist. 68. pag. 318. ante medium ait:

Habeo alia nonnulla maioris momenti, quæ tamen per literas satis commode significare non possum, perplacet autem mihi quod de conuentu absque vlla Principum, aut Ciuitatum authoritate priuatim instituendo scribis. Deinde addit quæ non satis cum antecedentibus cohærent, *Quamuis nullis prorsus conscijs Principibus id fieri minime velim.* Et in verbis illis quæ Sarauia vt supra vidimus reprehendit, diserte ait, *Si pijs semper expectandum putas, dum lupi vltro cedant, vel publica authoritate expulsi, tibi minime assentior.* Deinde ait, non satis equidem consequenter, *Nihil seditiose mouendum extra controuersiam est, sed pie & constanter amplectendas affirmo omnes diuinitus oblatas veri cultus diuini restituendi occasiones, &c. Et ni ita factum esset, quas tandem Ecclesias hodie haberemus?* Quæ hæc tandem hypocrisis reformationē, vel inuito Magistratu faciēdam & tamen nihil seditiose mouendum esse? Sub hoc certe verborū fuco quantumuis specioso nihil aliud quam proditio & coniuratio latet, qua & Euangelium suum nonnihil creuisse ipsemet supra insinuauit.
Y. Bancroftus in Recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ, pagina 42. circa medium.

quibus se negotijs misceant, belli, pacis, quousque se subiectio extendat, quatenus reformatio non expectata Magistratu fieri possit, &c.

VIII.

Quo vero hæc tota accusatio manifestior fiat, doctrinam & praxim Goodmanni, Bucanani, Knoxij è Geneuæ scola tanquam ex equo Troiano prodeuntium paulisper recolamus. Et primo quidem de Ioanne Knoxio, quem Caluinus & Beza. [z] *Virum eximium, fratrem suum colendum, &* [a] *strenuum viniæ Christi cultorem nuncupant*, notum atque ipsorum Protestantium testimonio confirmatum est, eum [b] postquam Geneua in Scotiam rediisset, Religionem vi & armis ad phantasiam suam ibi reformare aggressum esse, *Cumque Castrum Sancti Andreæ clancularijs insidijs* [c] *occupasset, & Cardinalem horrendo assassinatu in cubiculo suo occidisset,*

Z. Vide §. immediate præcedenti ad lit. h.
A. Ibidem ad lit. l.
B. Ibidem ad lit. p.

C. Vide Holinshedi magnum Chron. vltimæ editionis, pagina 340. initio & fine & Bancroft. in lib. Propositiones, &c. pag. 15. ante medium, vbi ait, *Horrenda illa Card. & Archiepiscopi Sancti Andreæ quippe qui & ante fuerat &*

tunc erat præfractus (noui scilicet Euangelij) aduersarius, & eius cædes anno 1545. perpetrata, nuper scripto defenditur, tanquam facinus pium, alijque ad paria facinora audendum excitantur per Knoxium in Historia Scotiæ, pagina 187.

occidisset, & ob id scelus à Regina Strylingam ad ius dicendum [d] *vocatus fuisset, nec compareret, perduelleus declaratum esse. Ille vero audaciam non deponens, sed confirmans, mox Perthæ turbas ciere, Magistratum Sancti Ioannis & Dundeæ cum plebe ibidem tumultuante vt imagines, & Altaria, per omnes Ecclesias, & Monasteria, aliaque Religiosorum domicilia vndique per circuitum diruerent, hortari: Ipse autem post concionem qua talia auditoribus suasit, habitam, Carthusianorum, Prædicatorum, & Carmelitarum Domos subuertere, Imagines & Altaria Fifæ, Angusæ, Mernæ, & alijs in locis destruere, & sic omnes Regionis illius Ecclesias (nouo scilicet modo) reformare pergebat.* Post hæc inquit Bancroftus (qui & ipsius Knoxij Chronicon citatis ipsis folijs vbi singula facta narrantur, in testimonium adducit.) [e] *Alia vice coierunt reformatores ad sancti Andreæ, vbi ex instigatione Knoxij pro concione tam fratrum Religiosorum domos, quam reliqua illius oppidi Monasteria spoliarunt, deiecerunt, vastarunt. Idem Sconi, Strylingæ, Lithquo, & Edenburgi patrarunt: Regina ob metum fugam capescente, duobus mensibus in campo castra metati sunt, & monetæ cudendæ instrumenta diripuerunt, & factum defenderunt, &c. Reginam mentitam esse sæpe conuiciati sunt, eamque indignissimis lædorijs onerarunt, eique obedientiam præstare renuerunt, Immo eam* [f] *omni authoritate regali exuerunt, expresso instrumento ad id à Knoxio exarato.* Quod si ea quæ post huius Reginæ obi-

D. Holinshedus vbi supra, pag. 366. b. lin. 14. 15. &c.

E. Bancroftus in libro cui titulus *Assertiones scandalosæ, &c.* pag. 12.

F. Ibid. pag. 13. initio, & Sutcliffus in responsione ad libellum quendam supplicem, pag. 193. prope finem quærit à Puritanis, *num rationes a Knoxio & Vvollocko allatæ satis probarent, nempe Principem, seu Gubernatricem legitime constitutam, à subditis deponi posse, quemadmodum*

tum in illo regno gesta sunt, & quomodo succedentem Reginam Majestatis vestræ matrem charissimam tractauerint, enarratem, tragœdiam plane horrendam recitare viderer. g *Quomodo se gesserunt erga miserandam illam Principem matrem meam* (inquit Serenissima Majestas vestra) *satis notum est, nec possum absque ingenti dolore commemorare, &c.* Denique quæ in prætensa Scotiæ reformatione gesserunt plurima ac prope infinita sunt, eaque non minus factu * barbara, quam auditu stupenda.

Constat autem (inquit Bancroftus h qui & Knoxij ipsius Chronicon in testimonium adducit) *ex literis quibusdam Knoxij admiratione sane dignis, quas Diepa misit, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, quod non ex suo tantum cerebro his de rebus sententiam tulerit, sed grauissimis, sanctissimis, doctissimis totius Europæ sapientibus consultis, Intelligit autem* (inquit Bancfrotus) *Geneuenses Caluinum & cæteros.* Summa autem opinionis eius, vt ex scriptis suis colligitur, & ex ipso folio pro qualibet horum assertionum citato patet, his propositionibus (quas citat i Bancroftus) continetur, k *Proceres tenentur si modo Rex nolit, Religionem reformare.* l *Plebs est Religionem reformare.* m *Deus constituit Proceres ad effrænes Principum appetitus coercendos.* n *Principes ob iustas causas deponi possunt.* o *Si Principes aduersus Deum ac veritatem eius tyrannicè se gerant, subditi eorum à iuramento fidelitatis absoluuntur.*

ipsi de facto Reginam Scotiæ gubernatricem regno abdicarunt?

G. In collatione Hamptonensi, anno 1604. pag. 81. fine.

* Sutcliffus in responsione ad libellum quendam supplicem pag. 192. circa med. *Ioannes Knoxius alijque sivi confœderati prædicta opinione imbuti quod reformatio, vel aperta vi facienda esset, non alia quam priuata solum authoritate miram quandam in Scotia reformationem machinati sunt.* Vide ibid. p. 75. fine.

H. Bancroftus in lib. cui titulus *Assertiones scandalosæ, &c.* p. 10. Knoxius in hist. Scotiæ, p. 213. Sutcliffus in responsi. ad libellum quendã supplicem, &c. p. 75. *Quod hæc fuit Geneuẽsium opinio patet ex literis Knoxij quas Diepa misit, qui non modo eam probauit, verum & executioni fragranti* (vt verbo eius vtar) *in Scotia mandauit.*

I. In lib. cui titulus *Assertiones scandalosæ*, pag. 14. 15.

K. Knoxius appellat. folio 25.
L. Knoxius ad plebem,folio 49.50.
M. Idem Hist. pagina 343.
N. Idem Hist. pagina 371.
O. Idem ad Angliam & Scotiam,folio 76.

Cum plerisque alijs id genus dogmatibus. Cui etiam Collega eius Bucananus astipulatur. *Docet enim* (*teste* P Bancrofto) q *populo ius esse de sceptro Regni pro libito suo disponendi.* r *Optandum esse vt præmia à plebe decernantur ijs qui Tyrannos occiderint, vt fieri solet ijs qui lupos cædunt.* s *Populus principem in ius capitis vocare potest.* Cum multis alijs t eiusdem farinæ. Et hæc quidem pauca (plura enim * Ibens prætermitto) de machinatiobus prædictorum reformatorum Knoxij & Bucanani dicta sint, quos duos Superintendens Rossensis u *non immerito folles & faces illius Ecclesiæ & Gentis nuncupauit.* Licet Caluinus vt supra dixi Knoxium † *virum eximium, fratrem suum colendum, strenuum in Ecclesia Christi operarium, vocet, & Beza* Bucananum * *virum præstantißimum, optime meritum & grata sibi memoria recolendum appellet.* Quorum quidem pernitiosa dogmata prædicta non aliunde quam ab ipsa Geneua traducta esse in * confesso est.

P. Bancroftus vbi supra, pag. 15. circa medium.
Q. Bucananus de iure regni,pag.13.
R. Bucananus ibidem, pagina 40. Et vide Douum in defensione regiminis Ecclesiastici,anno 1606. p. 5.fine.
S. Bucananus de iure regni, pagina 62.
T. Vide plura apud Bancroftum vbi supra, pag. 15.16.17. & apud Douũ in defensione regiminis Ecclesiastici,pag. 4.5.6.7. Et Sutcliffum in responsione ad libellum quendam supplicem,pag.95.ante medium.

* Vide Osiandrum in Epit. &c. cent.16.pag.664. circa & post medium, & pagina 665. initio. Et Præsul Cantuar. Bancroftus in recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ,pag.84.post medium,ait. *Bonum huic Insulæ fuisset, si nec Anglus quisquam nec Scotus Geneuæ educatus fuisset, nec familiaritatem vllam ibidem contraxisset: quandoquidem inde pernitiosas quasdam nouæ disciplinæ opiniones & technis consistoriales hauserunt.* Si cui forte Historia Scotiæ à Knoxio conscripta & à Vantrouielliero impressa ad manus venerit, videat ibi pag. 145.213.214.216.218.305. 307.308.330.343.372.373.500.502.503.504.507. Legat item *Chronica Anglicana*

His

Scotiæ vt iam extant correcta, &c. pagina 433.446. 448. Supra omnia autem perpendat Acta Parliamenti Scotiæ, anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto, qualia iam extant & facile (vt opinor) fidem mihi adhibebit, asserenti funestum Scotiæ fuisse quod Knoxius Geneuæ educatus fuerit. Ibi enim viz in Historia Ecclesiastica Scotiæ, pagina 211.213.214. 216. plane perspiciet, quæcunque in illa Prouincia gesta sunt (de iis loquor de quibus nunc est sermo) Geneuæ à Ministris, inter quos ipse Caluinus numeratur, fuisse inuenta. In Actis Parliamenti, anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto, inueniet formam reformationis absq; consensu publico initam Decreto eiusdem Parliamenti abrogatam, & eandem postea restitutam. Quibus autem vijs & modis id factum sit ex *Chronicis Anglicanis de Scotia, &c.* apparet, pag.446.448.

V. Præsul Roffensis in Concione ad Diui Pauli crucem habita 10. Nouembris, & impressa anno 1606. pag. vltima.

† Vide supra sectione 12. ad lit. h.

* Beza in Epist. Theolog. ep. 78. *Georgio Bucanano viro præstantissimo, &c.* pagina 343.

* Vide supra sectione 12. ad lit. i. n. o. p. & sect. 14. ad h.

IX.

His quam simillima reformatores Angliæ tentasse, fidem facit Antistes Cantuariensis, qui integrum ˣ huius argumenti caput texens, refert. ʸ *Plerosque Anglos tunc Geneuæ morãtes varias literas ac libros huiusmodi doctrina refertos, in Angliã misisse viz Proceres, Consiliarios, inferiores Magistratus, Immo si necesse esset, Plebẽ ipsam superstitionem eradicare & Religionem reformare teneri, vel inuita Regina (Maria) immo si opus esset ipsam vel morte mulctando.* Quod Goodmanus, qui Caluino *vir insignis est, & frater apprime colendus,*

X. Bancroftus in Assertionibus scandalosis, pagina 34. capite 1. cuius hæc periocha est. *Doctrina Ministrorum Anglorum quam Geneuæ hauserunt & in eum finem disseminarunt, vt eam, quæ iam in Scotia, reformationem in Angliam introducerent.* Idem in Recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ, pagina 48. circa medium. *Perniciosa illorum dogmata de Principibus deponendis, & si quando reformationem resisterent, quibusdam in casibus etiam occidendis, libens prætermitto.* Hæc summa fuit eorum quæ docuerunt, *Si supremus Magistratus reformationi admittere recusaret, Ministri, Magistratus inferiores, plebs ipsa, &c. eam executioni mandare licite possent. Plerique libri huius, & similis argumenti, probati sunt, vt ibi tunc imprimerentur Anglicè, & per Angliam & Scotiam dispergerentur, vt doctrina illa mundo innotesceret, quam iam ipsi executioni mandare*

librum Goodmanni, pagina quarta, 43. 59 63. 87. 72. 99. 180. 184. 185. 196.

Eiuſdem plane argumenti librum tempore Reginæ Mariæ editum eſſe, h in confeſſo eſt, quem *de obedientia* inſcripſerunt. In quo (teſte Bancrofto & Sutcliffo) hæc dogmata habentur, i *Reges ius regnandi à populo habent, qui occaſione data illud reuocare poſſunt*, ſicut in literis procurarionis fieri ſolet: k *Quod liceat Reges impios & tyrannos occidere: Quod tam iure diuino quam humano Regina Maria morti adiudicanda ſit, vtpote tyrannica, monſtrum, crudelis bellua:* l *Quod ſit verbo Dei conforme, hominem priuatum in tali defectione ex ſpeciali Dei inſtinctu tyrannum occidere poſſe.* Huiuſmodi doctrina imbutus & incenſus Guilelmus Thomæ cum ſocijs (vt Chronica noſtra m teſtantur) in Reginæ Mariæ mortem coniurarunt. Cumque ob id ſcelus n pœna capitis mulctaretur, in ipſo mortis articulo factum ſuum defendit, *& ſe pro Patria mori*, o gloriatus eſt. Atque hæc modo dicta ſint de rebellibus p conatibus & doctrinis Goodmanni, Vvhittingami, Gilbei & reliquorum Geneuenſium, qui foris Reginæ Mariæ depoſitionem machinati ſunt. Idem vero domi tentarunt tam q Guilelmus ille Thomæ prædictus, quam qui ſubornarunt r ſpectrum

H. Sutcliffus vbi ſupra, pag. 71. & Bancroftus in Aſſertionibus ſcandaloſis, pagina 35. 36. 37.

I. Libro de Obedientia, pagina 25.

K. Ibidem pagi a 99. 103.

L. Ibidem pagina 110.

M. Holinſhedus in magno Chronico vltimæ editionis, volum. tertio, pagina 1104. a. initio.

N. Cooperus in Chron. fol. 365. b.

O. Stous in Annalibus Anglicè 1592. pagina 1058. ante medium.

P. Bancroftus in Aſſertionibus ſcandaloſis, pagina 64.

Q. Holinshedus in magno Chronico vltimæ editionis, volum. tertio, pagina 1104. a. Et Stous in Annalibus, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi, pagina 1058.

r ſpectrum illud perſonatum in pariete incluſum quod verba ſeditioſa in eandem Reginam Mariam s perſonabat, quo Lõdinum vniuerſum non leuiter t commotum ac turbatum fuit. Sed & u Ridleius Superintendens Londinenſis pro concione ad Diui Pauli crucem fictitium titulum Dominæ Ianæ ad regnum Angliæ promouit, & Reginæ Mariæ iuri hæreditario quantum potuit derogauit.

Sed & his opinionibus inflatus Cranmerus, Archiepiſcopus Cantuarienſis x *ſcedulas ſeditioſas in vulgus ſpargens, in camera quam vocant ſtellata palam accuſatus eſt, ibique iuxta iuris formam auditus, inde ad Turrim Londinenſem* y *amandatus, & poſtea vocatus* z *perduellionis reus iudicatus eſt, eo quod Duci Northumbriæ equites ſubſidiarios miſiſſet, &c.* Poſt quem a Dux Suffolciæ & Thomas b Vviatus eques, cui pro ſua clemẽtia c *Regina Maria iam antea capitis pœnam indulſerat, rebellarunt.* Quibus quidem omnibus alta mente, & maturo quodam conſilio perpenſis, habita ſimul ratione *Scotorum viciuorũ illo ipſo tempore incentore Knoxio tumultuantium,* d *Monaſteria diruentium, cum armato coniuratorum exercitu* e *caſtrametantium, & Reginam ſuam* f *manu hoſtili deponentium,* Explorata quoque Knoxij conſpiratione g cum Goodmanno, qui Vviati rebellioni

R. Stous in Annalibus, anno 1592. pag.1058.
S. Idem ibid. pag.1059.
T. Idem ibid. 1058. verſus finem.
V. Foxius in Actis & Monumentis impreſſis, anno 1596. pagina 1280.b.lin.26.
X. Foxius in Actis & Monument. anno 1596. pagina 1282.lin.33.
Y. Idem ibidem.
Z. Holinshedi magnum Chron. poſtremæ editionis, volum.3. pag. 1093.lin.28. Et Stous in Annalibus prædictis 1045.
A. Holinshedus vbi ſupra, pagina 1095.
B. Stous vbi ſupra, pagina 1046.
C. Stous ibidem, pag.1053. & Holinshedus vbi ſupra, pagina 1099. linea 67.
D. Vide ſupra ſectione 14. ad d. e.
E. Ibidem ad e.
F. Ibidem ad f.
G. Caluinus in lib. Epiſt. & Reſponſ. Epiſt.306. Chriſtophero Goodmanno, pagina

pagina 566. circa medium, sic eum alloquitur, *Non vulgare solatium est, quod te adiutorem fidelissimum & apprimè idoneum nactus est frater noster Knoxius.*

lioni iam sopitæ nouas faces admouit, * *illius factum laudando*, vt rebelles Scotos cum seditiosis illis Anglis, qui nouam Caluini & Bezæ nuper editam † doctrinam *aduersus regimen mulierum* sequebantur, vno coniurationis nexu copularet, cum alijs multis id genus maturè pensatis verisimile est Reginam Mariam, fœminam pro *innata sua indole* (vt ei Antistes Cantuariensis [h] testimonium perhibet) *mitem ac misericordem*, vel inuitam adegisse, quô imminens Regiæ Majestati ac capiti suo periculum quoquo modo auerteret, graui aliqua pœna ac supplicio nouatorum ac Religionem innouantium gliscentem indies insolentiam, ac vesaniam compescere. Quod & effecit, non secundum inuentas nuper ad suum libitum constitutiones; sed ex præscripto antiquarum, & toto orbe Christiano receptarum legum ciuilium.

* Goodmannus lib. sui capite 14. ait, *Non nisi officio suo functus est Vviatus, & omnes illo tempore in Anglia Euangelij Professores cum illo arma sumere tenebantur.* Vide ibidem a. pag. 204. vsque ad 212.

† Angli quidam seditiosi librum ediderunt *De monstroso regimine fœminarum*: quem citat Rogerus in libro suo de Catholica doctrina Anglicana, pag. 204. ad K. hoc autem eo fine fecerunt vt Catholicas Angliæ & Scotiæ Reginas regnis exuerent. De simili Bezæ & Caluini doctrina supra sectione decima, in margine ad * ante z.

X.

Nunc qualia in alijs nationibus Nouatores isti gesserunt videamus. Ex ipsis certe aduersariis constat, Sigismundum Regem [i]. *hæreditarium* Suæuiæ, cum Catholicus esset, iniquis hisce conditionibus subscribere coactū esse,

H. Sic Bancroftus in Assertionibus scandalosis, &c. pag. 63. fine.

I. *Hæreditario successionis iure*, inquit Citræus in Chron. anno 1593. & 1594. impresso, anno 1595. pag. 75. & pag. 71. circa medium eum vocant *Regem nostrorum hæreditarium.*

esse, viz 2. *vt assentiretur se Religionem & cultum Dei in verbo Dei & Augustana confessione comprehensum, &c. solum in regno conseruare ac tueri: nec Templa in vrbibus vlla alteri quam Augustanæ confessionis Religioni destinare velle; nec aditum in Senatum regni vel ad vlla regni officia publica, alijs quam Augustanæ confessionis doctrinam retinentibus concedi debere: Regem vero ipsum ad suæ religionis Pontificiæ exercitium sacellis arcium, in quibus habitabat fore, &c.* Nec ita multo post, nempe anno millesimo quingétesimo nonagesimo quinto, illius Regni subditi supremam sibi authoritatem vsurpantes, *edicto publico statuerunt* 3. *Religionem (vt ipsi vocant) Papisticam totius regni illius finibus exterminandam, &c. vt Dux Carolus Regis auunculus pro regni illius gubernatore acceptaretur, &c. vt Regis mandata Polonia missa (vbi tunc & residebat, & illius regni sceptra moderabatur) non nisi ex consensu Caroli & Senatus admitterentur, &c.* 4 *Quæ quidem regiminis mutatio* (inquit Osiander) *horridi illius belli inter Regem & eũdem Carolum postea occasionem dedit.* Adeo vt ipse Rex quereretur. 5. *Quod subditis suis onera grauia imposuerant, quod Magistratus suos abdicarant, quod castra sua in alienorum manus tradiderant, quod monetæ publicæ aliud quam suum ipsius nomen inscripserant, &c.* Quibus non obstantibus 6. humaniter eos ad obedientiam inuitauit. *Cui se tam pertinaciter refractarios præbuerunt* (inquit Osiander) *vt nec* 7. *culpam agnoscerent, sed omnia recte atque ex ordine ab ipsis gesta esse asseuerarent, licet coloribus inductis & verbotenus omnem Regi obedientiam sponderent.*

2. Citræus in Chronico, anno 1593. & 1594 pag. 74. & 75.

3. Vide Osiandrum Epit. cent. 16. pagina 1115. circa & post med. & Citræum in Chron. 1595. impressis 1599. Lipsiæ 45.

4. Osiander vbi supra.

5. Citræus in Chron. anno 1595. &c. pag. 91.

6. Osiander centur. 16. pag. 1120. post medium.

7. Idem ibid. fine.

Sed hoc (inquit) 8. Osiander, qui & eos reprehendit, *regi illata damna non resarciuit.*

De Polonia vero idem Osiander Protestans refert, [k] *Dantiscanos zelo quodam intemperato Sacerdotes violenter & seditiose expulisse* † *non expectato Regis consensu, vel permissione.* * Plebis vero Daniæ rebellionem quis nescit? Narrat vero Bancroftus Heluetiæ vrbes, [l] *Magistratuum tyrannidem causatos, inito inter se fœdere, illos excussisse.* Tumultum autem Basileæ (ea est Heluetiæ ciuitas) inter Consules, & Senatores [m] causa Religionis ortum recenset Crispinus, qui ostendit *quomodo Consules sumptis armis imagines è Templis exterminarunt, & à Senatu quæcunque vellent extorserunt, Vnde duodecim Senatores Religioni Papisticæ fauentes è Senatu eiecti sunt, & Missa è cunctis illius territorij finibus abolita.* Testatur, item Sleidanus Hildissemenses [n] *Religionem Papisticam deseruisse, & cum Protestantibus fœdus iniisse.* Adeo vt Valentinus illius loci Episcopus coram Rege Ferdinando & Imperatore eos accusaret, *quod* [o] *Religionem mutassent, auitæ Religionis professores male mulctassent, altaria fregissent, sacra baptisteria, & Templa destruxissent, &c.*

Ad vicinos

8. Idem ibid. pag.1121.initio.

K. Osiander in Epitome centur.16.pag.115.& Dreilerus in millenario 6.impresso anno 1398.pag.635.

† Osiander vbi supra, pag.651. *Conuentus egit ordinum regni sui Rex Poloniæ in vrbe Vvarsan, & proceres regni quos Vainodos appellant, inter cætera petebant, vt de recipienda & docenda Augustana Confessione deliberaretur, Sed ne quid in ea re decideretur, Episcopi Poloniæ summo studio impediuerunt, nihilominus tamen quidam Vainodi non expectantes Regis permissionem post commitia illa Euangelium doceri in suis proprijs Prouincijs & prædicari curarunt.*

* Fulco in responsione ad declamationem Petri Fratines, pag.35.

L. Bancroftus in Recognitione sanctæ disciplinæ prætensæ, pag.13.

M. Crispinus de statu Ecclesiæ, pag.509.& vide Sleidanum lib.6.fol.80.a.b.& Osiander cent.16.pag.128.

N. Sleidanus lib.15.Osiand.cent.16.pag.350.

O. Sleidanus vbi supra,& Osiander cent.10.pag.350.vbi & addidit, *Hac audita criminatione commotus Cæsar dat literas ad Hildissemenses & grauissime comminatus mandat, vt & Religionem & quæcunque alia in pristinum statum restituant, donec publice decretum aliquid fuerit.*

Ad vicinos Belgis veniamus. De his refert Osiander, [p] *eos publico scripto Domino ac Regi suo Philippo obedientiam & subiectionem denegasse, cumque ex ijs amplius quadringenti non infimæ notæ viri Religionis immunitatem petijssent, nec obtinuissent, plebs impatiens quasi furore percita* [q] *Antverpiæ, & in alijs Hollandiæ, Zelandiæ, & Flandriæ locis, imagines deiecerunt, & fregerunt, &c.* cum aliis id genus Caluiniani furoris effectibus Antvverpiæ potissimum ostensis.

Sed & illius Gentis subditos in Magistratus insurrexisse, [s] & Principem Auraicum Ducem suum priuata authoritate constituisse notum est. Quos & [t] Sarauia confitetur *Templa & Monasteria destruxisse, Monachos, Episcopos, & vniuersum Clerum Papisticum inuitis Magistratibus, immo contra fidem quam ipsimet dederant spoliasse, &c.* Porro [u] Crispinus & Osiander narrant, *Petrum Dathenum & alios conuentus Gandauensis corriphæos, anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo, ciues coegisse vt Sacerdotes & Monachos omnes è ciuitate pellerent, omnibus eorum bonis fisco adiudicatis, &c.* & [x] eundem Petrum Dathenum Sectæ Caluinianæ Theologum *libro edito reliquos illius Prouinciæ incolas ad similia perpetranda*

P. Osiander ibid cent.16. pag. 941.

Q. Osiander ibidem, pag. 801.

R. Idem pag. 803. *Cum Caluinistæ Antverpiæ imagines & statuas deiecissent atque confregissent, non contenti ista intemperie, etiam eo furoris progressi sunt, vt cogitarent Pontificios ciues occidere, Lutheranos vrbe eijcere. Clamabant enim Caluinistæ Antverpienses, occidamus Pontificios, Lutheranos vero vrbe eijciamus, ibi vero necessitate & imminenti periculo coacti Lutherani & Pontificij sese coniunxerunt, non quidem in religionis negatio sed defensionis, &c.*

S. Osiander in Epitome, &c. cent.16. pag. 805. post medium.

T. Sarauia in defens. tract. de diuersis gradibus Ministrorum, &c. capite 2. pagina 74. ante & circa medium.

V. Crispinus de statu Eclesiæ pagina 627. prope finem, & Osiander cent.16. pagina 959. circa medium.

X. Osiander ibid. & Crispinius vbi supra.

perpetranda instigasse. Multa alia huius generis y Bremæ, * Ambergæ, z Magdeburgæ, a Aquisgrani, b in Marchionatu Brandeburgico & alibi commissa facinora afferri possent, Sed ad confessa solius Galliæ exempla properamus.

XI.

Y. Osiander cent.16.pagina 735. sic habet, anno 1562. *Daniel Burensis Consul Bremensis insignis Caluinista Senatum armata manu inuadit, eoque inuito aliud & prorsus contrarium mandatum promulgat: sincerum & clarissimum Theologum Ecclesiæ Bremensis Ministrum, aliosque recte sentientes & pure docentes Concionatores, vrbe Brema pellit, &c. Hunc miserum Ecclesiæ & Reipublicæ statum pij Senatores & aliquot ciues zelo Dei præditi cum gemitu intuentes, vrbe ad tempus excedunt, & apud Cæsarem conqueruntur. Obserua, pie Lector, naturam Caluinistici spiritus, &c. Quare Caluinistici Doctores & Senatores quorum aliqui sunt in Imperialibus ciuitatibus & aulis Principum, diligenter obseruandi sunt, ne tanquam incendiarij Ecclesias & Respublicas pessundent.* Hæc Osiander Lutheranus.

* Hospinianus in Historia sacramentaria, parte altera, fol.395.a. circa medium. sic refert, anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo. *Vbiquistæ superiorem Palatinum aduersus legitimum suum Principem Fridericum 4. Electorem Palatinum concitarunt, in quo tumultu Vice-principes multique ex Magistratu fuga elapsi, cæteri vel obtruncati vel Amberga eiecti sunt. Eruperunt etiam seditiosi in Electorales ædes, in quibus multa fœda & atrocia designarunt.*

Z. Refert Sleidanus lib.22. Hist. fol.354.b. *Magdeburgicos cum multa contra Cæsarem & ordines Imperij seditiose fecissent, conatos esse suam perfidiam & rebellionem aliqua honesti specie tegere, atque velare, &c. & instituta vrbis munitione, quo tutius rebellarent menstruam pecuniam & alia quædam onera multitudini imperasse, Templa passim & Monachorum Collegia partim diruisse, partim labefactasse, campanas turribus deiectis conuertisse in tormenta, mortuorum corporum non modo Sacerdotum atque Monachorum, verum etiam nobilium effossa & concussa cadauera in aggeres atque valla congessisse, statuas æneas & sepulchrorum saxa coaptasse in muros, &c. Sacerdotes iam sacrificantes ab ipsis aris depulsis partim vulnerasse, partim occidisse, & sacris omnibus pollutis panem azimum consecratum pedibus conculcasse, &c. Denique nullum ab ijs prætermissum insolentiæ genus, &c. Qua quidem re non modo leges atque ius omne tam diuinum quam humanum, sed transactiones etiam atque fidem datam violarunt. Summus enim ipsorum Magistratus, &c.*

A. Crispinus de statu Ecclesiæ, pag.636. *Dum Dux de Alua Aquisgrani (est illa primaria Imperij vrbs) in ciues quosdam & alios qui ab Antverpia alijsque Belgiæ locis illuc venerant, tyrannidem exerceret, ij qui religionem reformatam profitebantur, quorum sermonibus & conuictu plerique ciues Aquisgrani eandem iam Religionem amplexi fuerunt, à Senatu petierunt vt religionem suam publice profiteri permitterentur. Quod cum negatum esset, illi nihilominus palam ad conciones & sacramenta celebranda conuenerunt, &c.* Et addit ibidem 682. ante medium. *Discordia Religionis Aquisgrani*

magnos tumultus excitauit. Vide Osiandrum cent.16. pagina 942. circa & post medium.

B. De indomita huius Alberti feritate, qui omnes cum Domino suo Imperatore pacis conditiones recusauit, vide Osiandrum centuria 16. pagina 599. circa medium, & Sleidanum lib.24. folio 411.b. post medium. Quomodo vero centum villas igne consumpserit, vide eundem Sleidanum lib.24. & eiusdem erga Sacerdotes immanitatem, vide ibidem. Eiusdem in Templis spoliandis & comburendis sacrilegia, vide ibidem cum alijs innumeris id genus flagitijs hic mox infra citatis.

X I.

Quod bella ciuilia Religionis causa annis amplius quadraginta ante regnum Henrici quarti in Gallia gesta sint, qui illius gentis historias legerit, nemo est qui ignorat. Cùm igitur tam longo tempore Protestantes contra Reges suos, sine dubio Catholicos, arma gesserint, qua tandem ratione à perduellionis crimine excusari poterunt? Sed exempla proferamus. Ac (vt innumeros * libros seditiosos per Galliam sparsos omittam) Petrus Martyr de secta sua in vniuersum his verbis gloriatur. d *Dici non potest quantum fidelium Ecclesia nuper multitudine aucta sit, non tamen absque tumultu.* Et addit. *Exierunt nostri ex vrbe Parisiorum vt concionem in campis audirent, quandoquidem Templum in vrbe non haberent: fuerunt autem numero ad quatuor circiter millia; cum redire vellent, mænibus exclusi sunt, sed frustra, nam vi sibi viam aperuerunt,*

* Sutcliffus in responsione ad libellum quendam supplicem, pagina 79. fine mentionem facit libri cui titulus *Vindiciæ contra Tyrannos*, cuius (inquit ille) vel Beza, vel Hottomannus author fuit. Bancroftus in Recognitione sanctæ disciplinæ prætensæ, pagina 48. hos sequentes recenset, *De iure Magistratuum, &c. Vindiciæ contra Tyrannos, Francogallia, &c.* qui omnes pernitiosis hisce dogmatibus referti sunt, *De Principibus deponendis, De ijsdem in certis quibusdam casibus si reformationi resistant, occidendis, quod si supremi Magistratus reformationem non admitterent, inferiores Magistratus, immo & plebs ipsa, &c. illam introducere possunt.*

D. Petrus Martyr in Epist. annexis locis suis communibus Anglicè, &c. pagina 157.b.

aperuerunt, Initum est prælium, multi vtrinque vulnerati, aliquot occisi. Haud secus in aliis partibus accidit. Quare ipsa Regina, Proceres & Senatus (vt omnes autumant) cogentur nostris licentiam concedere vt publicos conuentus agant, & Templa aliquot habeant, alioquin vix vllus erit turbarum & conflictuum finis, &c. In multis Galliæ Prouinciis nostri Templa possident, sine Regis tamen licentia Cardinales & Episcopi restitutionem petunt, &c. Quod si mandatis vrgeantur nostri vt Templa restituant, verendum est ne seditiones & cædes fiant. Hæc Petrus Martyr. His plane similia refert Osiander. Nimirum, [e] *Sub speciem exhibendi confessionem fidei, armatos ad Regis Palatium venisse.* [f] *Item bellum ciuile religionis causa redintegratum esse à Principe Condæo reformatorum duce & Conestabulario Regij exercitus Imperatore creato, quo cæso in locum* [g] *eius suffectus est frater Regis.* Plura ibidem de effræni eorum [h] contra expressum Regis mandatum licentia commemorantur.

His consona recitat Crispinus, * *Post multa,* inquit, *vltro citroque inter Regem & Protestantes habita, bellum redintegratum est, Princeps enim Condæus sumptis armis iureiurando se obstrinxit, ea se non depositurum, sub cuius protestatione hæc inscriptio posita est, Deo & victricibus armis, &c.* Sed & Historia

E. Osiander centur. 16. pag. 698.

F. Osiander ibid. pag 804.

G. Osiander ibidem.

H. Osiander ibid. pag. 808.

Rex Galliæ edicto publicato omnes Euangelicos Concionatores intra quindecim dies regno excedere iussit. Confluunt igitur ad Principem Condæum Roschellam, confessores Euangelij & extrema Duci suo pollicebantur: eo etiam venit Regina Nauarræ cum filio sed & mittebantur Hugonotis auxilia ex Anglia. Et Hugonotæ quidem victoriam aliquam sed camcruentam obtinuerunt, &c. Et Crispinus de Ecclesiæ statu, pagina 613. *Alia vice Rex edictum contra Hugonotas promulganit, qui defensionem parabant, videntes Regem eis tam apertè minari.*

* Crispinus de statu Ecclesiæ, pagina 625.

& Historia [i] Galliæ à Protestante nescio quo non ita pridem scripta, & iam Anglicè versa, testatur. [k] *Protestantes qui toties ante supplices Templa in Religionis suæ exercitium petierunt, iam plerisque in locis eadem vi occupant, & non expectato responso* [l] *sæpe conuentus agunt. Quod Protestantes indies acriores fiant, & omnibus in locis vbi vires suppetunt de Templis, imaginibus, Sacerdotibus, & Religiosis vindictam sumant.* Hinc secutum est [m] *Prælium Druidense, quod* (vt iam dixi) * *Beza defendit,* † *cui & interfuit & classicum cecinit. Meldenses* [n] *numero elati atque ita indiscreto Zelo perciti Templa inuadentes imagines fregerunt, Sacerdotes in fugam verterunt. Pari insolentia* [o] *Gratianopoli* * *Charnoti* † *Aurelij grassati sunt, vbi Beza gladio & sclopetto armatus concionem habuit & populum hortatus est, vt Papistis potius cædendis, quam in imaginibus comminuendis se fortes ostenderent. Quod anno* 1567. [p] *Protestantes vtpote qui primi arma sumpserant*

I. Inuentorium generale Historiæ Galliæ per Ioannem de Serres ad nostra vsque tempora è Gallicis Anglice conuersum per Edvvardum Grimstonum excusum, anno 1607.

K. Ibid.p.588.a.

L. Ibid.pag. 589.d. & ibid. paulo post hæc habentur. *Rex per edictū suum declarat, quod tam ipse quam mater eius & fratres libertate sua gaudeant, Quare prohibet omnes subditos suos arma sumere sub illo prætextu* (vt nimirum ipsorum libertatem afferant) *Præcepitque eis qui iam arma sumpserant, vt ea deponant, & in domos suas vadant, &c. Proceres conuocat, & edicto publico declarat Principem Condæum, & consortes suos seditiosos esse, & de falsa religione suspectos, quem & exteros milites in Galliam introduxisse* ibidem ait, *quo publicam regni pacem turbarent. Periculosum esse denunciat vt vulgus ad arma ruat, sub prætextu quod Regem suum libertati restituent, sæpe enim fit vt tali tropha captiuum detineant, &c.* Simile edictum contra eundem prætextum. Vide in Commentarijs de statu Religionis & Reipublicæ in regno Galliæ, &c. excusis anno 1571. pag. 61.

M. Vide Ioannem Serres vbi supra, pag. 591.b.

* Vide supra, sectione 13. ad r.

† Antonius Faius de vita & obitu clarissimi viri D. Theodori Bezæ, anno millesimo sexcentesimo sexto, pagina 45. *Post menses aliquot commissum est prælium illud celebre in campis Druidensibus, cui Beza ipse interfuit, &c. fide vera & precibus ardentissimis pro vero Christi Euangelio depugnaturus, quibus armis stipatus aliorum pectora corroborare conatur, &c.*

N. In generali inuentorio historiæ Franciæ pagina 593.

O. Ibidem pagina sexcentesima decima hæc habentur, *Protestantes sic liberati inuadunt*

inuadunt Gratianopolim, Monasteria intrant: Altaria demoliuntur, imagines frangunt, Religionis suæ exercitium statuunt, Magironus, qui se Regis in Delphinatu Vicegerentem nuncupauit, tandem cum equitum & peditum turma Gratianopolim venit, hi primum contra imagines & reliquias pugnarunt, Carthusiam magnam combusserunt,

* Ibidem pagina sexcentesima vigesima tertia d. scribitur. *Carnutum quasi horreum est Parisiensium & captum perquam vtile Protestantibus foret, Diqueires exercitui Regis præerat, qui viginti turmis constabat, hic obsidionis metu legione peditum se munit, Princeps vero vrbem obsidet, & muros tormentis diuerberat*, in quo apertè Regis præfectum oppugnauit.

† Vide Fulconis responsa ad P. Frarines Declamationem pagina 44.

P. In generali inuentorio, &c. pag. 620. a.

sumpserat initio in campo dominati sunt: Quod cum * *Rex eis admodum infensus Meldam profectus fuisset Sancti Michaelis festum solenniter celebraturus, Princeps Condæus cum centum equitibus sclopetarijs armatis conuolans Regem non sine terrore Parisios repetere coegit, ad quem quidem vrbem obinendam Princeps* q *arma sumpserat, intercipit autem vada Seinæ & vias quibus ad vrbem itur, vt ciues ad prælium prouocaret.*

* Ibidem b.

Q. Ibidem c.

Princeps vero & Admiralius sancti Dionysij, & sancti Audoeni oppida, & Auberuilliers occuparunt, vt ita Lutetiam Imperialem Regis sedem coarctarent. Adeo vt r *Conestabilius qui Regis vices gerebat, ex alia parte exercitum conscriberet, &c.* s *fit prælium, &c.* Et ibidem narratur, t *Regem cum iam ex epulis excessisset, Præconis voce declarasse edictum illud Ianuarij (quo Protestantibus librum Religionis suæ quam vocant pretensæ reformatæ exercitum permittebatur) prouisorium fuisse solummodo, quousque scilicet Rex ad ætatem adultam peruenissent, nunc igitur declarat se illo amplius non teneri, quare iam omne illius Religionis exercitium interdicere, &c.* u *Protestantes interim his edictis rem suam promouent, eaque in Germaniam,*

R. Ibidem c.
S. Ibidem c. & 621. a. b.
T. Ibidem 625. c.

V. Ibidem d.

X. Ibid. d.e. & pag. 626. 627.
Y. Vide ibid. pag.658.e.
Z. Ibidem pag.659.
A. Ibidem pag. 659. *Conuenerunt Millandi, postea Montealbani, & Languedocum in duos exercitus diuiserunt, &c.*
B. Ibidem pag. 659. e. & pag. 679. a. *Rex proximè succedens post edictum pacis & ab armis cessationem in dictam, coactus est solenni edicto iudicia omnia irrita facere quæ in Religionis reformatæ odium pronuntiata fuerant, Admiralium ab infamia purgauit &c. & Marescallos ab omnibus accusationibus liberauit, eosque pro fidelibus subditis acceptauit, &c.*

Angliam, Heluetiam mittunt, ad suæ Religionis fautores, ipsi interim x *arma sumunt. Item quod Protestantes Languedocenses edicto pacis (cui Rex & alij Protestantes subscripserant)* y *contradicunt, quia* z (inquiunt) *id sine Ecclesiarum nostrarum consensu fieri non debuit. Vnde* a *Conuentu facto, Regi condiciones iniquissimas proponunt, inter cætera illud* b *postulantes, vt Admirallius, alijque qui Regi tam diu aperte rebellassent, fideles subditi, & ab omni rebellionis macula immunes denuntientur, &c.*

Hæc licet à Rege vi extorquerentur, & crimen rebellionis agrauarent potius quam excusarent; aduersarij tamen ea tanquam Protestantes Gallicos ab omni rebellionis nota vindicarent, obtrudere non * erubescunt. Quanto verius, & candidius author prædictus, qui licet omnia quæ de iis refert, in meliorem partem interpretetur, fatetur tamen, c *eos tunc temporis causam suam egisse, partim vt seruos humiles, partim vt subditos armatos, mendicis illis non absimiles, qui districtis gladijs eleemosinam petunt.* Hoc igitur modo non à rebellionis labe purgabantur, quin potius eo crimine magis maculabantur. Haud secus iam antea sæpe tolerationis edicta extorserunt, quæ tamen

* Ita Vvhitakerus, cum enim Pater Campianus cædem illustrissimi Ducis Guisij à Poltroto factam commemorat, qui in articulo mortis admiralium & Bezam illius coniurationes reos affirmabat (vt videre est in libello cui titulus. *Comment. de statu Religionis & Reipub. in Regno Galliæ libri tres* in octauo 1571. pag. 357. & ex ipsius Poltroti confessione, quæ extat) Vvhitakerus contra Campiani rationes rat. 8. pag. 136. ita scribit. *Quem ille Poltrotus, consilij sui principem esse dixit, eum Rex innocentem pronuntiauit,* coactus scilicet modo prædicto. Sic & Mortonus in plena satisfactione, &c. annò 1606. pag. 113. *Rex (quamlibet inuitus) Languedocensibus quicquid in iusta sua defensione fecerant, condonauit, eosque pro fideli-*

subditis acceptauit, p. 114. *Rex & consilium eius admiralium absolutũ pronuntiarũt, &c.*

C. Generale inuentorium hist. Galliæ pag. 660. initio.

tamen cũ impetrassent, appellarunt [d] *leges nulla potestate ne Regis quidem aut supremi Parliamenti authoritate antiquandas*: Cũ tamen ipsi & contraire, & cum eis commodum videretur sumptis armis *eadem* [e] *nulla esse* pronuntiare non dubitarent. Ex dictis patet, Nouatores vtcunque laruis Religionis reformatæ personatos sanguinolentã plane tragœdiam in amplissimo Christiani Regni Gallicani, clarissimę patriæ suæ theatro, [f] peregisse, & Galliam in Golgotha, siue Haceldemach conuertisse, & tot ac tantorum scelerum non modo milites, sed & Protestantes * Theologos & ipsum imprimis Bezam, [g] qui illius belli classicum cecinit, authores, & incentores habuisse. Hinc

D. Constãt ibidem pagina 682. b. *quod cum Henricus III. primum Parliamentum conuocaret, in animo habuit Ministros & Religionis prætensæ reformatæ superintendentes e regno suo eycere, omnes vero alios subditos suos in protectionem suam assumere, omne vero alterius quam Catholicæ Religionis exercitiũ eradicare. Quo intellecto* (vt ibid. habetur) *Rex Nauarræ, Princeps Condæus, Marescallus & alij, illi Paralimento interesse recusarunt, & Protestati sunt quicquid in illo fieret contra Edictum pacificationis nullius valoris futurũ, seque defensionem suam sedulo curaturos, &c* & pag. 683. *Protestantes coniunctim à Rege petunt, ne conuentum illum Parliamenti fieri permittat, quibus Rex respondit, si id faceret, comitia statuum* (*vt vocant*) *nunquam libera esse possent, aut generalia, quo audito Rex Nauarræ se armat, &c.*

E. Vt supra.

F. Quantas in Gallia turbas cierint Hugonotæ, videre est in epist. Petri Martyris annexis locis communibus eiusdem & apud Osiand. in Epit. hist. cent. 16. p. 697. & 804. & 809. & Crisp. in lib. de statu Ecclesiæ p. 614. 615. 616. 619. 611. 613. 625. Vide etiam historiam belli ciuilis Gallici ab anno 1585. vsque ad annũ 1591. impress. anno Domini 1591. Constat etiam Ministros Galliæ in conuentu habito Bernæ 1591. can. 3. statuisse *vt religionis prætensæ reformatæ professores cuiusq. ciuitatis & oppidi iurarent se suosq; posteros seruaturos ea, quæ ibi Can. 40. præscribũtur, vsque dum Deus* (*in cuius manu corda regum sunt*) *immutauerit cor tyranni Galliæ, &c. Interim vero vnaque ciuitas sibi prætorem eligeret, cui tam in bello quam pace se submitterent. Item quod duces cæteriq; militum ductores, &c. nunquam arma deponerent quamdiu viderent doctrinam saluificam* (sic enim vocant) *& discipulos eiusdem persecutionem pati. Item si forte Deus regem quempiam Christianum suscitauerit, qui ob peccata sua eos* (Papistas) *castigaret, Protestantes ei tanquam alteri ciro se submitterent. Interim* (*inquiunt*) *eas regulas sequantur quas nos eis pro legibus præscripsimus.*

* Bancroftus in lib. cui Tit. propositiones pernitiosæ p. 18. *Hanc nouã Theologiã qua docentur subditi sic violenter cum Regibus agere, probant non modo Knoxius & Bucananus* (*in Scotia*) *sed & pleriq; consistoriales transmarini, qui iniustis & contra debitã*

obedientiam vijs sceptra & gladios Regū nouiter inuentis Præsbyterijs suis subijcere conantur, nempe Caluin. Beza, Otomannus, Vrsinus, &c. Et idem in recognitione prætensæ sanctæ disciplinæ p 48. plurimos horum *libros seditiosos* recenset, sub his titulis *de iure magistratus, &c. Vindiciæ contra tyrannos: Francogallia, &c.* & eosdem accusat de perniciosis illis eorum opinionibus, quibus *tenent, Principes deponi posse, immo & cædi, plerisque in casibus si reformationi resistant.*

* Supra hac eadem sect. ad *.

G. Vide supra sect. 13. fine ad y.

* Petr. Carpentarius in epis. ad Francisc. Portū vbi in rebelles Caluinist. inuehitur, quos & *causarios* vocat, & asserit occasionem dedisse tam cædis quæ Parisiis facta est quam in aliis Galliæ locis.

H. Sutcliffus in respons. ad libellum supplicem p. 294.

† Hospin. in histor. Sacram. parte alera pag. 368. ait. *Lucas Osiander paulo ante euulgarat libellū qui inscribitur, pia & fidelis ad Gallicas & Belgicas Ecclesias admonitio, & salutaris præcautio, &c. In hoc scripto vult ostendere omnes harum Ecclesiarum Pastores errare grauissime, quod passi sunt in ciuilibus bellis Gallicis idola inuito eo magistratu qui Pontificiam adhuc Religionem sectatur in quibusdam locis, à suis amoueri & violenter deyci, &c.* Et Theologi Vvittenberg. in libro cui titul. solida refutatio compilationis Zuingl. & Caluin. excusæ Tubingæ 1584. p. 43. sic scribunt: *Verū his armis non expugnatur Romanus Antichristus quibus in Gallia & Belgico vos Caluiniani vsi estis* & p. 43. *Galliam infœlicem & Belgicū quod scribitis, bellis ciuilib. iam annis aliquot arsisse, & adhuc ardere, non sine dolore & pia commiseratione intuemur. Hanc vero cladem miseros, & infœlices incolas falsis doctoribus maxima ex parte iure ascribere supradiximus, qui causam dederunt non postremam cum priuatorum manus aduersus ordinarium Magistratum armarunt.*

Hinc Petrus Carpentarius doctus sane Caluinista, & pro tali à † Bancrofto habitus *rebelliones ac cædes prædictas in Gallia à suæ sectæ hominibus perpetratas* * *fuisse agnoscit, quos immanitem suā omnium quę in Gallia facta sunt ædium occasionem dedisse affirmat. Puritani vero* (authore Sutcliffo) *à triginta iam annis & amplius per Galliam & alias Prouincias Religionem vel vi adhibita, per proceres, per populum, immo per priuatas personas reformandam esse* [h] *docuerunt.* Adeo vt Osiander antidotū scripserit, quo Gallis & Belgis contrariū † suaderet: Constat etiam [i] quosdam è nostratibus Regi Galliæ minas intentare ausos esse & tumultus quasi nomine Protestantium prędicere, si forte Religionis prætensæ reformatę exercitium prohiberet.

XII.

I Cum author quidā Catholicus exemplum Galliæ adduxisset, ad persuadendum similem in Anglia Catholicæ religionis tolerantiam, Sutcliffus in responsi ad supplicationem Sacerdotum Missantium ait. *In Gallia Rex aliquando nostram religionē professus est, nec iā vt homines contrariā profiteantur absq; tumultu cogere potest.* Consona; Povvellus in consideratione petitionis Papistarum p. 2. in marg. ad d.

In alijs (inquit) *Prouincijs tolerantia Religionis conceditur ob necessitatem, & Papistarum imbecillitatem, Protestantes expugnare vel destruere non valentium.* Ex quibus facile apparet, quem isti animum gerant, qui non nisi ob metum tumultuum, aut ob necessitatem contrariæ Religionis exercitium concedi arbitrantur.

XII.

Hactenus seditiosas opiniones & tumultus inde natos [k] Vvaldensium, [l] Vvicclessistarum, [m] Hussitarum, necnon & [n] Lutheri, [o] Zuinglij, [*] Carolastadij, [p] Caluini, [q] Bezæ, [r] Knoxij, [s] Buccanani, [t] Godmanni, [u] Gilbei, [x] Vvittingami, [†] & aliorum Lutheranorum, & Caluinistarum [y] in Anglia, [z] Scotia, [a] Sueuia, [*] Bohemia, [b] Dania, [c] Polonia, [d] Germania, [e] Belgia, & [f] Gallia recensuimus: ita tamen vt quæ sunt huius generis parce admodum tetigisse videamur, cum non nisi ea duntaxat retulerimus, quæ à Sleidano [†] mendaci admodum Authore, & partibus eorum fauente, alijsque eiusdem farinæ authoribus Protestantibus acceperimus. Quæ tamen ad æquum & prudentem lectorem, qui ex vnguibus leonem dignoscere poterit, informandum, sufficere posse arbitramur. Quod si immanem istam belluam tota sua effigie propriis coloribus ad viuum depingeremus sanguinolentum plane cerneremus, [u] *Monstrum, horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.*

Ergone tam sæuas ac tristes Catholicæ religionis innouatio exitus habet? Hæccine est dira illa Erynnis, quæ rabie & furore percita tot Christiani orbis Prouincias peruagata, seditionum flammas accendit, monasteria, & templa subuertit, tantam Christiani sanguinis copiam fudit, sacra prophanis miscuit, omnia terrore

K. Sup. sect. 9. ad g h i.
L. Ibid. ad k. l m n o p q r s.
M. Sup. sect. 10. per totam.
N. Ibid. sect. 11. per totam.
O. Sect. 12. ad q r s t * † u x y.
* Ibid. ad * in marg. post y.
P. Ibid. ad z. a b c. vsque ad finem.
Q. Supra sect. 13. per totam.
R. Supra sect. 14. ad b c d e f. vsque ad p.
S. Ibid. ad p q r s t u.
T. Sup. tract. 15. ad c d e f.
V. Supra sect. 15. ad y.
X. Sup. sect. 15. ad a.
† Ex Melancthone sect. 11. fine ad * post p. Ex Petro Datheno sect. 16. ad u x. Ex Carione sect. 10. in marg. ad x.
Y. Supra sect. 25. initio ad x y. a i k l m.

Z. Supra sect. 14. per totam.
A. Supra sect. 16. initio ad 1.2.3.4.5.6.7.8.
* Supra sect. 10. ad x y z.
B. Supra sect. 16. ad * post κ.
C. Sect. 16. ad κ.
D. Ibid. ad l m n o y z a b. & sect. 11. per totam.
E. Supra sect. 16. ad p q r s t u x.
F. Vide supra sect 17. per totam.
† Quam male fidei historicus fuerit Sleidanus (vt authorem Catholicum qui aliquot millia mendaciorum eius notauit, omittam) Dresserus author Protestans in Isagoge historiæ parte 1. per millenaria mundi quatuor impress. Lipsiæ anno 1594. pag. 645. satis indicat dum ait, *Ex animo meo nunquam effluxit vox Christopheri Carolouitij, eius qui sapiens, qui eruditus à plerisque habebatur. Is quoties mentio Sleidani commentariorum incidebat, fere alia cum gemitu quodam multa aliter commemorabat, quam scriptor ille exposuit, affirmabatque se non solum interfuisse plerisque conuentibus imperij, & priuatis communibusque consultationibus, actionibus, & decretis, sed nonnullis etiam præfuisse, vt fidem mereri ipsius oratio omni iure videretur. Sic igitur de Sleidano dicebat, tanquam Epiphonemate quodam narrationem claudens: Sleidani historia adimit mihi fidem omnium superiorum historiarum.* Qui plura de Sleidani in historia conscribenda mala fide scire cupit, videat quæ in eum scripserunt Pontanus, Gasper Genepæus, & omnium fusissime Bartholomæus Latomus, qui Iustum volumen de vndecim millibus mendacijs Ioannis Sleidani composuit & edidit. Vnde & Carolus quintus Imperator qui illis gestis, quæ Sleidanus narrat, non interfuit modo sed & præfuit, cum Sleidani commentarios perlegisset, eos adeo mendacijs refertos comperit, vt Gulielmo Molinæo mandatum dederit eosdem confutandi. Et contra Sleidani maxime mendacia historiam suam collimauit Laurentius Surius ordinis Carthusianorum vir religiosus.

G. Vide narrationem religionis Occidentalium per Edvvinũ Sandum equitem vers. 3. b.

ac vastitate repleuit? Ita vt [g] *vt sola Anglia nostra* quemadmodum ex aduersariis quidam satis apertè significarunt, *Rectam reformationis semitam ingressa videatur, quæ pacifice omnia administrauit, cum cæteræ interim nationes in tumultuosas plane factiones sese præcipitarent.* Quod quidem si verum est, non ea laus Protestantibus attribuenda, qui, vt supra dictum est, Reginæ Mariæ ad Regni Anglicani solium ascendenti, armati restiterunt, & eandem iam sceptro & corona decoratam deponere sedulo [h] machinati sunt: sed Clero, ac populo Anglicano Catholico, qui

H. Sect. 15. ad y.

qui Magistratibus etiam discolis obedire docti, Reginæ Elizabethæ contrariæ Religionis Principi (licet mutationem quæ & mox secuta est facile præuiderent) [i] ad Regni thronum ascendenti se pacifice submiserunt: Cum è contra aduersarij ne nostro quidem exemplo prouocati, quos saltem vicem nobis rependere oporteret, æquo animo pati possunt, vt Regia Majestas vel apud se deliberet, de priuato Religionis nostræ auitæ exercitio nobis permittendo. Hinc illa vox hominis sane turbulenti dicentis, *id* [k] *Reipub. Anglicanæ haud tutum foret*: qui & stomacho suo indulgés, addit, *Nemo opinor vere Christianus apertam idololatriam patienter tolerauerit*. Quibus verbis satis apertè innuit, nullum Protestantem intra patientiæ ac obedientiæ limites se continere posse, si Missa in Anglia Magistratibus permitteretur.

Quemadmodum autem nos talibus minis aggrediuntur, ita & similibus causam suam promouere solent. Vnde & quidam eorum dixit, [l] *Magnos tumultus futuros si rex Galliæ Protestantibus illius regni religionis prætensæ reformatæ tolerantiam denegaret, quam & pro tempore præsenti eum* [m] *necessitate coactum permittere interpretantur*. Quibus quidem verbis bũbardisonis, an Magistratibus terrorem incutere voluerint, id eorũ iudiciũ esto, qui Puritanorum similibus terriculamentis ipsos Magistratus Protestantes, [n] in Anglia,

I. Vide Holinshedum in chronico pag. 1170. & Goodvvinum in catalogo Episcoporum Angliæ, pag. 491.

K. Sutcliffus in respons. ad petitionem Sacerdotũ h. 3. a.

L. Supra sect. 17. in marg. ad i.

M. Vide ibid. sic & Fulco de successione Ecclesiastica &c. pag. 286. de Rego Poloniæ ait, *At Ecclesias iamdudum in Polonia constitutas exterminare, nec hactenus aggressus est, nec valebit, si velit maxime.*

N. Sutcliffus in respons. ad libellum supplicem pag. 86. de ministris Scotiæ,

hæc refert, *Gallovvayus ad S. Ioannis oppidum maledixit hominibus, equis, & lanceis eorum qui regi adhærerent, Iacobus Gibsonus regem satis inciuiliter tractauit, Ioannes Cooperus regi obedire detrectauit, Andreas Meluinus pertinaciter recusauit agnoscere se teneri regi de contemptu respondere.* Et Hollinshedus in hist. Scotiæ postremę editionis pag. 433. b. ait, *Quam Maiestatis suæ potestatem, & authoritatem quidam Ministri coram ipso Rege citati, qui seditiosas quibusdam & factiosas concionibus plebem ad rebellionem concitarant, nullo modo agnoscere voluerunt*: Et pa. 439. a. lin. 3. ait, *Andreas Meluinus sibi male conscius, vtpote qui multorum perduellium consilia nouerat, è Scotia fugit.* Et vide ibid. pag. 439. 440. a. b. vide etiam lib. cui titulus, Propositiones perniciosæ pag. 23. 24. 25. 26. 27. &c.

Anglia, [o] Scotia, & [p] alibi nutibus suis subiectos reddere tentarunt, recte perpenderint. Equidem religionem illam prætensam reformatam per vim propagare, solenne semper ac pene proprium fuit, nec * Beza consultore vnquam *expectandum erit quousque lupi publica authoritate expellantur*: Vnde & de suorum in talib⁹ ausis successu satis gloriose inquit, [q] *Nisi sic egissemus, quæ tandem hodie tẽpla haberemus?* Fatetur igitur Beza religionẽ suam non Magistratuum consensum expectando, sed per vim potius & technas propagatam fuisse. Quod & alij aduersariorum, vt supra vidimus, agnoscunt. Illud autem *fit via vi* quam Luthero musice sonet, illa eius verba satis indicant, quibus Catholico de Protestantium tumultibus querenti, sic respondet, [r] *Tu quereris quod per Euangelium nostrum mundus tumultuatur?* Respondeo, *Deo gratias, hæc volui fieri, & ô me miserum si non fierent talia.* Atque hæc de Protestantûm ad seditionem propensione tam ex doctorum suorum institutione, quam ex communi illius sectæ consuetudine dictę sint, quæ si quis cum sobrio Catholicorum tam doctrina quam praxi

O. Bancroftus vbi supra p. 74. refert, *Puritanos conuenisse & inter se contulisse de officio suo fungendo non expectato Magistratu*: & pag. 136. de Penry loquens (cuius verba seditiosa citat) de eo & aliis sui similibus ait, *Videri volunt isti Magistratibus inferioribus habere se pro tempore, & intra limites suos authoritatem æque magnam ac si reges essent*: Et pag. 137. citat Martinum Iuniorem dicentem se velle seditionem ciere. Et ibid. Martinum Seniorem iactitantem, *Facile parari posse centum mille manus ad reforma-*

praxi conferre velit, facile intelliget inobedientiæ notam, quam Catholicis inurere voluit Mortonus, suæ sectę hominibus non iniuria competere.

Cum

tionem promouendam, quæ omnes (inquit) *simul iuncta tantum valerent, vt petitio eorum vel ob politiam non reijceretur, eo*

præsertim tempore quo inimicos externos adeo timemus, vt proinde nostratiũ animos iure erigere debeamus: Quæ vox (inquit Bancroftus) *quantumlibet benigne exponatur, saltem seditionem sapit.* Et ibidem pag. 140. Puritanos Dominum nostrum Regem sic alloquentes introducit, *Coram Maiestate vestra protestamur, nos vsurpatæ Episcoporum authoritati non amplius obedire velle. Quare obedientiam nostrãm in posterum ne expectent, duas contrarias factiones alere periculosum erit Reipublicæ, qui vero disciplinam (reformationis) tuentur supprimi nolunt, nec potest Magistratus Episcopos sine subditorum indignatione defendere.* Item paulo post, *Hanc causam humili ad Parliamentum supplicatione iam ante proposuimus, nec non & scriptis &c. Cum vero hæc media non præualuerint, si alijs iam vtamur, quibus fiet vt omnium vestrum corda doleant, vobis imputate.* Et vide ibid. pag. 143. seditiosas Vviggintoni literas ad Porterum datas Lancastriæ 6. Nouembris 1590. in quibus asserit, *Reformationem vix sine sanguinis effusionem fieri posse.* Et Sutcliffus in respons. ad certum libellum, &c. pag. 78. hæc Martini verba seditiosa refert, *Bridgesij aures viginti pugnis contundentur:* & pag. 76. ait, *Cupit Martinus vt Parliamentum Presbyteratum in Anglia stabiliat,* (quantumlibet ei Regina contradicat) videlicet vel rebellando. *Centum mille manus iactitarunt, & de aduersarijs cædendis palam loquebantur, &c. Quod seditiosos quosdam è carcere eripere cogitabant, Presbyteratus erigere, Magistratus & leges in ordinem redigere, ipsæ eorum literæ, examinationes & scripta declarant.* Et Bancroftus in propositionibus scãdalosis lib. 4. cap. 6. 7. 8. 9. per totam de coniurationibus Hacchetti, Coppingeri & Arthingtoni fuse disserit. Cuius libri caput 13. hunc habet titulum. *Quosdam ministros Londinenses conscios fuisse quid Coppingerus machinaretur.* Et cap. 14. simili titulo inscribitur. Extat alius liber sub hoc titulo, *Coniuratio pro prætensa reformatione viz disciplina Presbyterali quibus recentes conatus pro eadem disciplina stabilienda adhibiti per Hachettum, Coppingerum, Arthingtonem, &c. patefiunt, vna cum responsione illis facta qui prædictos insanijsse dicunt,* impressa per Christopherum Barkerum Reginæ Maiestatis impressorem anno Dom. 1592. Et vide Couellum in examine &c. contra actionem innocentium pag. 37. vbi de Puritanis ait, *Multis in locis conueniunt, potestatem contemnunt, nihil violenti intentatum relinquunt:* & pag. 38. *Quæ cupiunt vi & armis efficere sperarunt. Hinc & scripserunt ad reformationem promouendam se centum mille manus parare posse, quantum vero hæ omnes simul iuncta efficere valeant* (inquiunt illi) *cuiquam facile erit existimare.*

P. Vide hac eadem sect. 2. ad i. in marg.

* Vide supra sect. 13. subd. 7. in marg. ad x.

Q. Ibidem vbi & hæc Bezæ verba habentur, *Et in ita factum esset, quas tandem Ecclesias hodie haberemus?*

R. Lutherus in locis communibus classe 5. pag. 57. & idem Lutherus tomo 3. Vvittenberg. fol. 515. *Contemnamus istas voces quibus nimis moleste nos onerant Epicuri*

isti, qui nihil quam pacem & tranquillitatem laudare possunt: Videte (inquiunt) *quot subito mala emerserunt, vnde nimirum ex doctrina Euangelij, nam ante eam nihil tale fuit, non fuerunt Sacramentarij, non Anabaptistæ, non seditiosi, nunc ista sic inualuerunt, vt nullus eorum videatur finis fore.* Cui respondet ibid. pag. 515. b. initio, *Optabile quidem erat nihil turbarum esse, sed cum id obtineri non posset, præstat mille Anabaptistas, mille Sacramentarios, mille seditiosos excitari, quam vt simul per omnes Ecclesias sit confusio & impura doctrina.*

Interpres ad Lectorem.

Quæ tota hac secunda sectione continentur de Protestantûm in ijs quæ ad Reipub. pacem & tranquillitatem pertinent doctrina & moribus, ea omnia vt iacent, è præfatione à paragrapho 7. vsque ad 19. (vbi ea author vt Mortono Catholicos quasi seditiosos calumnianti occurreret, quodammodo extra ordinem posuerat) in hunc locum magis proprium transtuli, & vice eorum substitui, quæ ipse author hîc de eodem argumento non tamen adeo fuse digessit: omissis ijs tanquam minus necessariis, quæ idem author de Catholicorum fidelitate & obedientia potissimum è Protestantûm confessione per tres sectiunculas proxime sequentes recensuit.

QVOD ARGVMENTVM AB ADVERsariorum confessione petitum contra ipsos validum & firmum sit: recapitulatio eorum quæ hactenus testimonijs, & confessione eruditorum Protestantum probata sunt: & humilis supplicatio ad Clementissimum Dominum nostrum Iacobum Angliæ Regem, ut Catholicos subditos suos Religionem auitam intra priuatos saltem parietes impune exercere permittat.

SECTIO TERTIA.

CVM ipsi Protestantes eruditi fateantur, x *Magnæ industriæ esse, ex ipsius aduersarij verbis aduersarium conuincere: firmum esse argumentum illud quod ab aduersariorum confessione desumitur:* y *Efficax esse*

X. Academia Nemansis responsione ad Professorum

Turnoniorum Societatis Iesu assertiones, &c. pag. 84. *Magna profecto industriæ est, &c.* Fieldus de Ecclesia lib. 3. cap. 47. pag. 182. *Contendit porro Bellarminus probare Synagogam Romanam veram esse Dei Ecclesiam ex nostrûm ipsorum confessione, certe si probare possit nos eam confiteri veram esse Ecclesiam, nullo alio argumento habet.*

Y. Vvhitakerus de Ecclesia, controuersia 2. q. 5. capite decimo quarto pagina trecentesima sexagesima sexta.

aduersariorum contra se ipsos testimonium : *Denique,* * *veritatem etiam à suis inimicis testimonium extorquere*: Nos in hoc opere, aliis causæ nostræ firmamentis vltro supersedentes eam methodum quamlibet nobis iniquiorem secuti sumus, vt merito illud vsurpare possimus, † *Inimici nostri sint Iudices.* Sic enim Ægyptios cum Ægyptijs (vt inquit * propheta) commisimus, vt quo Apologiæ huius æquitas omnibus appareat, ex frequenti ipsorum aduersariorum confessione ostenderimus. Primò, Anglorum gentem à mille retro annis & amplius, eandem quam & nunc Catholici Romani profitentur fidem, à Sanctis Gregorio & Augustino accepisse. Secundo, eandem fidem ac religionem diu antè per orbē vniuersum vsq; quaque diffusam [a] fuisse. Tertio, [b] plus quam probabile esse, eam ipso Apostolorum tempore incepisse. Vnde & ab omni innouationis nota (quæ merito in quauis Religione Majestati vestræ ¶ displicet) immunis esse ostenditur.

Quarto,

*. S. Augustinus contra Donatistas post collationem capite vigesimo quarto: & Petrus Martyr in locis communibus parte secunda pagina trecentesima vigesima nona b. *Procul dubio inter omnia testimonia, illud maximi faciendum est, quod ab inimicis perbibetur.*

† Deuteronomij 32. 31.

* Isaiæ 19. 2.

Z. Supra tractatu primo sectione prima initio ad d. e. f. &c.

A. Tract. 1. sectione secunda ad k. L.

B. Tract. 1. sect. 2. ad m. vsque in finem: & tractatu 1. sect. 3. per totam, & in genere ad subdi. 15.

¶ *Quod ad me attinet, nescio quomodo Papistis occurram, innouationem nobis expro-*

brantibus, nisi dicendo, abusus eorum nouos esse. In Colloquio Hamptonensi pag. 73. ante med.

Quarto, argumentum à veris miraculis sumptum * validum & certum esse, fidemque nostram Catholicam c talibus ex ipsorum aduersariorum confessione confirmatam fuisse. Quinto, religionem nostram Catholicam profitentes, vel aduersariorum iudicio d salutem æternam consequi posse. Sexto, Ecclesiam Romanam quam Apostolorum tempore accepit fidem, b nunquam exinde mutasse.

Porrò simili aduersariorum testimonio in secundo Tractatu ostendimus. Primo iuxta Prophetarum oracula Christi Ecclesiam à prima eiusdem propagatione e permansuram Catholicam id est vniuersalem, & magno cum successu & progressu, f multas gentes & Reges Paganos ad Christi fidem couersuram. Secundo, quod in primis 300. à Christo annis, vaticinia illa ob grassantes perpetuo persecutiones g non sunt impleta. Tertio, in quarto à Christi sæculo impleri cœpisse, nondum tamen h perfecta fuisse, quicquid vero in eo genere factum fuit, à Catholica nostra Ecclesia, non autem Protestantium fuisse i præstitum. Quarto, quod à 600. à Christo annis ad Lutherum, tantum abfuit vt Ecclesia Protestantium illas Prophetarum prædictiones adimpleuerit, vt toto illo tempore, & diu ante, k inuisibilis mansisse agnoscatur, dum nostra interim Catholica l plurimos Reges

* Tractatu primo sectione quinta ad a. b. c. e.
C. Ibidem in margine ad * & n q r t u.
D. Tractatu primo sectione sexta subdiuisione prima ad m n o.
b Tractatu primo sect. 7. 8. 9. per totam.
E. Tract. 2. cap. 1. sect. 1. circa med. ad a. b c d.
F. Tractatu secundo capite primo sectione prima ad c d f q.
G. Ibidem sectione secunda ad §. x.
H. Ibidem sectione secunda ad §. y. z. à b c d.
I. Ibidem sectione 3 per totam.
K. Ibid. sect. 4. ad o t u. & tract. 2. cap. 3. sectione tertia ad d e f g h.
L. Ibid. sect. 4. initio in marg. ad * & ibid. ad n o p 4. 5. q. r.

& Regiones Gentium conuertit. *Quintò*, ex eo quod prædicta vaticinia in Protestantum Ecclesia minime impleta fuerint, irrefragabile incredulis. [m] Iudæis contra ipsos argumentum ministrari. Adeo vt [n] Castalio inde in fide dubius, & Dauid [o] Gregorius aliique nonnulli, ob eandem causam Apostatæ euaserint In eodem etiam secundo tractatu ex aduersariis ostendimus. *Primo*, nunquam defuturos veræ Christi Ecclesiæ: [p] *Pastores & Doctores, qui semper falsam doctrinam pullulantem* [q] *impugnabunt, & palam arguent.* Item *quod vera Ecclesia* [r] *verbum & sacramenta semper sine interruptione administrabit*, sine quibus Ecclesia ipso facto [s] nulla est. *Quodq; his notis* [t] *vera Ecclesia à falsis discernenda sit, vt homines æternæ salutis prouidi scire possint, vbinam vera Ecclesia sit, & cui hominum cœtui in rebus ad Religionem spectantibus sese adiungere debeant. Secundò*, quod exempla [u] Vvaldonis, [x] Vvickleffi, [y] Hussi, [*] Lutheri, & sequacium, in quibus has Prophetias adimpletas fuisse Protestantes aliqui volunt, ne pro ipsis quidem temporibus quibus hi vixerunt, sufficiant, nec reuera [†] vlla firma præcedentiũ sæculorum exempla afferri possint, quibus ostendatur prædictas Prophetias in Protestantûm Ecclesiis fuisse adimpletas. *Tertiò*, ipsi aduersarij fatentur Ecclesiam suam toto illo tempore de quo nunc agitur, & multis ante sæculis, plane [z] *latuisse, & inuisibilem mansisse*, nostram vero toto illo tempore [a] visibilem vndique regnasse.

M. Ibidem sect.5. à principio vsque ad b.
N. Ibid. sect. 5. ad d.e.
O. Ibid. ad f.7.13.15.16.17. &cæt.

P. Tract. 2.c. 2. sect.1. initio ad z.a.b.c.d.
Q. Ibidem section. 1. ante med. ad p.q.r.
R. Ibidem ante medium ad y.
S. Ibidem ad z.
T. Vide ibid. paulo ante med. ad c.
V. Tract. 2. cap. 2. sect. 3. per totam.
X. Ibidem sectione 4. per totam.
Y. Ibid, sect. 5. per totam.
* Ibid. sect. 10. per totam & sect. 11. subdiu. 1. & 3.
† Ibid. sect. 7. per totam.
Z. Paulo supra hac eadem sect. ad k. in magine.

A. Tractatu secundo capite primo sectione quarta initio ad n.r.s. & tractatu secundo cap.3.versus finem ad a.b.c.

B. Tract. . cap.2. sect. 11. subdiu. 1. & 3. per totam.

C. Ibid. sub 3. ad e.
D. Vide ibid. ad x. post c.
E. Vide ibid. ad k.
F. Tract. 2. cap.2. sect. 14. initio & in marg. ibid. ad r.
G. Ibidem ad y. & z.
* Ibid. ad b.c.

H. Ibid. sub fine ad g. l. & tract. 1. sect. 6. subdiu. 1. ad e.f.g.h.
§ Tractatu 1. sect. 6. subdiu. 1. ad m.n.
† Tract. 2. cap. 3. sect. 1.2.3.4.5. 6.7.8.9.

Quartò, quod nec viginti illis annis proximè ante b. Lutherum elapsis, qui sub recenti adhuc memoria cadunt (quod tamen ipsum per se solum aduersarios conuincit) vllum huius rei exemplum satis probabile afferri possit. Quinimo ipsi aduersarij plane contrariũ fatentur, dum passim clamitant, [c] *veritatem eo tempore incognitam & inauditam fuisse, &* [d] *generalem quandam apostasiam vniuersi orbis faciem cooperuisse, dũ* [e] *omnes Ecclesiæ* (inquiunt illi) *tenebris plus quam cymmerijs obruerentur. Quintò*, ad perpetuam veræ Ecclesiæ durationem asserendam quæ (vt omnes fatentur ne [f] momento quidem temporis penitus deficiet) pleriq; docti aduersarij agnoscunt, quod Lutherus nec antequam Papæ infensus esset, nec postea, g nouam aliquam Ecclesiam erexit, vel alicuius alterius quam Ecclesiæ Catholicæ (nulla enim alia tunc in rerum natura fuit) membrnm euasit, sed eiusdem Catholicę seu (vt ipsi loquuntur) Papisticæ membrum permansit, & per consequens Papistica Ecclesia [h] *vera Christi Ecclesia est*, & Religio eiusdem *ad æternam salutem sufficiens*. *Sexto*, notas illas quas sacræ literæ vere Ecclesiæ assignant, † nostræ Catholicæ adesse, Protestantium vero abesse, Immo illas ipsas Protestantes asserunt, † *pro nobis contra ipsos militare*. Hæc (inquam) omnia ad Religionem nostram pertinentia supra frequenti aduersariorum nostrorum confessione

† Pro nobis tract.2. cap.3. sect.11. subdiu.5. per totam.
* Contra ipsos tract.2. capite 3. sect.11. subdiu.4. per totam.

probata sunt.

Quoad nos ipsos autē, per presentes corā Deo profitemur, iuxta Maiestatis vestræ graue imprimis & memorabile consilium [i] *contentos nos fore sobrie & quiete Religionis nostræ dogmatibus acquiescere, nec potestati resistere, sed animas nostras in pace possidere, &c.* Quare & confidimus Maiestatem vestram pro regia sua prudentia iuxta præclarum illud & plane regium apothegma, [k] *non esse rationi consentaneum in lite tam antiqua præcipitare sententiam*, mitius nobiscum acturum, cum præsertim ex præmissis constet dogmata nostra haud paulo antiquiora esse, quam illa prope dixerim noua nouitia quibus tamen hunc fauorem Maiestas vestra impertiri dignata est: Cum denique inobedientiæ nota, quam nobis aduersarij impingunt, in [l] ipsos potius recidat, eaque ratione Maiestatis vestrę fauorem, si non pari cum illis gradu (quibus interim non inuidemus) at eadē saltem conditione quâ subditi expectare possimus.

I. Basilicon Doron in præfatione.

K. Ibidem

L. Tract. 2. sect. 3. per totam.

Omnes igitur Angliæ Catholici Maiestatis vestræ subditi fidelissimi coram throno gratiæ vestræ prostrati, quā humillime petimus, & obtestamur, per illam fidei communionem quæ nobis cum pientissima illa heroina Maiestatis vestræ matre intercedit, cuius anima in cœlo beata, & memoria in terris Maiestati vestræ charissima, nobis autem merito vene-

randa habetur, per obedientiam nostram & illam quam semper spondemus debitam officij subiectionem, vt hanc saltem pro Regia sua clementia nobis gratiam exhibeat, quam clarissima tam priorum quam præsentium temporum exempla, Patres omnes antiqui, ipsi denique Protestantes § incredulis Iudæis concedunt, videlicet * *vt Deum patrum nostrorum* ritu vere Christiano, inter priuatos saltē parietes libera conscientia adorare possimus.

M. Tract.3. sect.2 per totam.

§ Vide Covvellū in Exam. &c. pag. 199. *Quod ad Iudæos attinet, licet Principi permittere vt in Regno suo habitent, &c. Imperatores id statuerūt, pleriq; Patres & inter eos S. Augustin. adeo illi opinioni fauet, vt plerasq; rationes non leues ad hoc probandū adducat, &c.* Et Petrus Martyr in locis cōmunibus Anglicè parte 2. p. 329. b. asserit *eos inter Christianos permitti posse & Synagogas cōgregare, &c. Turcis autem religiosa conuenticula agere permitti non potest, &c.*

* Act.3.13.

Hoc autem liberum religionis Catholicæ exercitium illa priscæ fidei nostræ integritas & tot sæculorum præscriptio (neque enim aliam vnquam à prima conuersione nostra, id quod in summam Maiorum vestrorum laudem & gloriam redundat, professi sumus) iure merito sibi vendicat: Hoc misera & miseranda tot Catholicorum fidelium subditorum vestrorum conditio exigit: Hoc diuturna regię clementiæ vestrę expectatio, qua mitiora sub fœlicis Maiestatis vestræ regimine diu sperauimus, vt cum debita submissione postulemus, inuitat: Hoc sacra templorum & collegiorum à piis maioribus in huius solius religionis vsum extructorum, quę adhuc restant monumenta ab aduersarijs occupata, religiosa pariter ac luctuosa suo quodammodo intercessione efflagitant: Hoc illa tot eruditorum Protestantium sententia qua iudicant nemini de religione negotium n facessendum, nec persecutionem pro fide mouendam, præscribit: Hoc & illa eorundem

N. Haywardus in respons. ad Dolmannū

persuasio

quam & Maiestati vestræ dicauit. *Omnes meliores notæ huius sæculi scriptores in priorem iam sententiam consentiunt, & cum Tertulliano, Lactantio, Cassiodoro, Iosepho, Bernardo & aliis affirmant homines ad Religionem amplectendam ratione persuadendos, non vi cogendos esse.* Et Tyndallus apud Foxium in actis & monumentis pag. 1338. a. initio ait. *Nouum Christi testamentum non compatitur legem vllam compulsionis, sed solum consilij & exhortationis.* Et ibidem pag. 1337. b. post medium & pagina 1152. b. fine Halkesius ad Bonnerum Episcopum Londinensem inquit. *Quomodo probatis Christum vel Apostolos quenquam pro fide sua mactasse?* Et Iacobus Acontius in stratagematū Satanæ lib. octo de hac re ad Reginam Elizabethā fuse disserens ait. *Consequens ergo est manere quidem suo in vigore veterem legem, aut certe renouari similem posse, neque tamen permitti hæreticorum supplicia, quia videlicet alia sit Apostata, alia hæretici causa* pag. 158. initio. Et paulo post: *Dominus profecto definitè declarauit Magistratus non esse idoneos dogmatum indices, interdixitque illis talis iurisdictionis vsu omni* pag. 160. circa medium & pag. 161. addit: *Hæc quidem Iudiciorum genera ad Magistratum non pertinent, sed ad solum Dei filium qui in nouissimo die per Angelos suos Zizania à tritico separabit.* Cum aliis plerisq. contra omnem pœnam Christianis ob Religionem infligendam. Et Vrbanus Regius in locis Theolog. fol. 117. ait: *Christianorum spiritus comburit tantum igne charitatis, &c. Deus non docet comburere errantes ouiculas* sed iuxta illud Ezechielis 34. *sanare infirmas, macilentas pascere, &c.* Et Lutherus in assertionibus artic. 33. qui est, *de non comburendis hæreticis*, hoc expresse probat. Et Castalio in præfat. Bibliorum quæ Edoardo sexto Angliæ Regi dicauit idem asserit, idem habet Cœlius secundus Curio in libro de amplitudine Regni Dei lib. 2. pag. 216. Et Franciscus Gomarus *in speculo veræ Ecclesiæ* pag. 227. & 229. & Marbecus in locis communibus pag. 483. & 484. & Musculus in locis communibus de hæresi pag. 564. paulo post medium & Luc. Osiander in Epit. &c. cent. 7. pag. 94. circa med.

persuasio, qua Ecclesiam nostram 1. veram & fidem nostram ad æternam salutem consequendam sufficere 2. agnoscunt, suadet: Hoc præsentis temporis rationes politicæ, & fœlix in aliis gentibus liberum Religionis exercitium permittentibus 3. successus, vehementer vrget: Hoc denique (quod caput est) Christiani officij ratio, & tam diu desiderata tot regnorum Christianorum intestinis dissidiis

1. Vide paulò supra ad h. in margine.
2. Vide paulo supra in marg. ad § proximè post h.
3. Pleraque huius generis exempla habet Osiander in Epit. cent. 16. verbi gratia de Gallia pag. 1135. & 1136. & pag. 816. & 713. & 750. 735. & 718. Et de Lyuonia pag. 950. & de Germania pag. 629. & 630. & pag. 598. & de Germania vide Dresserum in parte 2. Millenarij sexti vbi pag. 659. hæc habet: *Anno 52. pax profitentibus confessionem Augustanam perpetua concessa est, &c.* & pag. 661. ait, *Illā ea quidem lege vt conditione concessam, vt Pontificij qui ante insectati Religionem Euangelicam erant insectari desistē-*

rent & contra Euangelici qui Religionem Pontificiam abrogarunt deinceps à tali abrogatione abstinerent, caueretque vtraque pars ne in suis dominijs quenquam ad suæ Religionis professionem cogat aut à Religione quam profitetur contra ipsius conscientiam auocet, aut depellat & pag.666.ante med.ait. *Nec hic metuo eorum reprehensionem qui putant non nisi vnam Religionem esse ferendam, &c.* Et Fulco lib. *de successione Ecclesiastica* pag. 285.286. vbi plurima huiusmodi exempla commemorasset ait: *Hispaniarũ Rex vnicus est inter omnes Europæ Reges tam alienus à nobis, vt nec foueat nec palam coire Ecclesias permittat in suis ditionibus*, ibid.pag.285. Vide Chitræum in Chronico anno 93.94.95. pag.74.75.& 76. de Sueciæ Regno, de Gallia autem vide edictum Regis cui titulus: *l'Edict du Roy sur la pacification des troubles de ce Royaume* anno 1576 & aliud edictum Parisiis promulgatum 25. Febr. 1599. De Heluetia autem vide Centur. epist. Theolog. epist. 39. Martini Buceri pag. 123.124. Quibus & exemplum Regni Poloniæ addi potest.

desidiis magno cum Turcarum o lucro nec minori Christianorum p detrimento dissipatorum pacificatio, & reconciliatio præcipit & mandat. Ex hac autem principum Christianorum vnione *protinus sacrum & necessarium* 4. *bellum* contra Turcam monstrum illud Deo & hominibus exosum orietur, cui debellãdo non alius Hercules quam Maiestas vestra quærendus videtur, quæ cum cæteros Principes sibi confœderatos, & alia plurima adiumenta huic rei gerendæ necessaria habeat, lectissimus tam præclaro facinori heros merito æstimandus erit.

DE

O. Quot Prouincias debellauerit Turca dum inter se dissident Christiani, quoad priora quidem sæcula videre est in oratione Legati Galliæ apud Sleidanũ in commentariis libro 14. & Humphredum in Iesuitismi parte 2.rat. 3. pag 286.quoad posteriora autem tempora apud Chitræum in Chron. anno 1593. 1594. Et in lib. cui titulus *ad Principes populumque Christianum de bello aduersus Turcas gerendo, &c.* Guilielmi Brusij consilium Lypsiæ 1595. Et vide Haruæum in tract. Theolog. pag.1092.

P. Foxius in act. & mon. anno 1576. in tabula alphabet. verbo discordia plura loca recenset, quibus in ipso libro ostendit, quod *discordia Christianorum viam Turcæ aperuit in Hungariam* 727. 695. *vires eius auxit contra Christianos* 712. 998. *vastauit Germaniam* 317. *& orbem Christianum* 314.

4. Quanta sit bellum contra Turcam gerendi necessitas, vide orationem Mathæi dresseri Protestantis eruditi cui titulus, *Oratio Mathæi dresseri in Academia Lypsica* anno 1598. vide etiam tractatum inscriptũ Ottomannus Lazari Soranzi Angliсè traductum per Abrahamum Hartvvellum anno 1603. in epist. dedicat. ad præsulem Cantuar. circa med. & in ipso libro parte 3. cap. 33. fol. 106. 107. & Edvvinum Sandesium equitem in Narratione Religionis orbis Occidentalis V. & Z.2. & Z.3. Vide supra tract.2.cap.2.sect.10.subd.1.per totam.

DE PROTESTANTIUM IN FIDEI DOGmatibus inconstantia, & eorundem inter se discordia, item de causis & exemplis eiusdem, denique humilis Catholicorum Angliæ pro publica de Religionis controuersiis disputatione ad Clementissimum Dominum nostrum Regem Iacobum petitio.

SECTIO QUARTA.

CVm hęc sint aduersariorũ axiomata: 1° [q] *Nihil pro certo credendũ, præter ipsam scripturam sacram*. 2°. [r] *Non ex ipsa specie seu littera sed ex sensu verborum, Religionis controuersiæ definiendæ sunt*, adeo vt non ipsa per se * *scriptura instruere* dicatur sed certa quædam, [s] media veritatis studiosis sint adhibenda 3°. [t] *Hęc autem media* (inquiunt illi) *sunt lectio scripturarum, collatio locorum, consideratio circumstãtiarum ipsius textus, peritia linguarum, studium, oratio &c.* in quibus qui errant, eos quoque inscriptura intelligenda errare, necesse est. 4. Prædicta autem media cum sint actiones humanæ in quib⁹ sine speciali diuini numinis afflatu, quibuscunq; tandem precibus, & quantacunque diligentia vtatur homo, prout se fert humana fragilitas [u] errare potest: Hinc sequitur secundum Protestãtes neminem atque hoc de iis quæ fide diuina credit adeo esse certũ quin falli possit [x] ostenditur Martinus enim Lutherus *quem virum à Deo missum ad orbem illuminandũ* [y] *nuncupãt*, [z] *Eliã, currum Israel, & aurigam eius*, [a] *extraordinarie vocatum, in sacris scripturis olim* [b] *prænunciatũ, exinde*

Q. Vuillettus in Synopsi pag. 38. *Scriptura sacra non vnum medium est, sed vnicum, solum, integrum mediũ fidei generandæ*
R. Reinoldus collatione cum Harto pag. 68.
* Hookerus in Ecclesiastica politia lib. 2. pag. 166. *Non posset scriptura ea quæ ad Deum spectãt docere, nisi fidem hominibus adhiberemus, docentibus verba scripturæ ita significare vt ipsi interpretãtur.* Et Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 521. *Quandoquidem scriptura non habet viuã vocem quam audiamus, vtendum est quibusdam medijs,*

isti, qui nihil quam pacem & tranquillitatem laudare possunt: Videte (inquiunt) *quot subito mala emerserunt, vnde? nimirum ex doctrina Euangelij, nam ante eam nihil tale fuit, non fuerunt Sacramentarij, non Anabaptistæ, non seditiosi, nunc ista sic inualuerunt, vt nullus eorum videatur finis fore.* Cui respondet ibid. pag. 515. b. initio, *Optabile quidem erat nihil turbarum esse, sed cum id obtineri non posset, præstat mille Anabaptistas, mille Sacramentarios, mille seditiosos excitari, quam vt simul per omnes Ecclesias sit confusio & impura doctrina.*

Interpres ad Lectorem.

Quæ tota hac secunda sectione continentur de Protestantûm in ijs quæ ad Reipub. pacem & tranquillitatem pertinent doctrina & moribus, ea omnia vt iacent, è præfatione à paragrapho 7. vsque ad 19. (vbi ea author vt Mortono Catholicos quasi seditiosos calumnianti occurreret, quodammodo extra ordinem posuerat) in hunc locum magis proprium transtuli, & vice eorum substitui, quæ ipse author hîc de eodem argumento non tamen adeo fuse digessit: omissis ijs tanquam minus necessariis, quæ idem author de Catholicorum fidelitate & obedientia potissimum è Protestantûm confessione per tres sectiunculas proxime sequentes recensuit.

QVOD ARGVMENTVM AB ADVERSARIORVM CONFESSIONE PETITUM CONTRA IPSOS VALIDUM & FIRMUM SIT: recapitulatio eorum quæ hactenus testimonijs, & confessione eruditorum Protestantum probata sunt: & humilis supplicatio ad Clementissimum Dominum nostrum Iacobum Angliæ Regem, vt Catholicos subditos suos Religionem auitam intra priuatos saltem parietes impune exercere permittat.

SECTIO TERTIA.

CVM ipsi Protestantes eruditi fateantur, x *Magnæ industriæ esse, ex ipsius aduersarij verbis aduersarium conuincere: firmum esse argumentum illud quod ab aduersariorum confessione desumitur:* y *Efficax esse*

X. Academia Nemansis responsione ad Professorum

Turnoniorum Societatis Iesu assertiones, &c. pag. 84. *Magna profecto industriæ est, &c.* Fieldus de Ecclesia lib.3.cap.47.pag. 182. *Contendit porro Bellarminus probare Synagogam Romanam veram esse Dei Ecclesiam ex nostrûm ipsorum confessione, certe si probare possit nos eam confiteri veram esse Ecclesiam, nullo alio argumento habet.*

Y. Vvhitakerus de Ecclesia, controuersia 2.q.5.capite decimo quarto pagina trecentesima sexagesima sexta.

aduersariorum contra se ipsos testimonium : *Denique, * veritatem etiam à suis inimicis testimonium extorquere*: Nos in hoc opere, aliis causæ nostræ firmamentis vltro supersedentes eam methodum quamlibet nobis iniquiorem secuti sumus, vt merito illud vsurpare possimus, † *Inimici nostri sint Iudices.* Sic enim Ægyptios cum Ægyptijs (vt inquit * propheta) commisimus, vt quo Apologiæ huius æquitas omnibus appareat, ex frequenti ipsorum aduersariorum confessione ostenderimus. Primò, Anglorum gentem à mille retro annis & amplius, eandem quam & nunc Catholici Romani profitentur fidem, à Sanctis Gregorio & Augustino accepisse. Secundo, eandem fidem ac religionem diu antè per orbē vniuersum vsq; quaque diffusam [a] fuisse. Tertio, [b] plus quam probabile esse, eam ipso Apostolorum tempore incepisse. Vnde & ab omni innouationis nota (quæ merito in quauis Religione Majestati vestræ ¶ displicet) immunis esse ostenditur.

Quarto,

*. S. Augustinus contra Donatistas post collationem capite vigesimo quarto: & Petrus Martyr in locis communibus parte secunda pagina trecentesima vigesima nona

b. *Procul dubio inter omnia testimonia, illud maximi faciendum est, quod ab inimicis perbibetur.*

† Deuteronomij 32. 31.

* Isaiæ 19.2.

Z. Supra tractatu primo sectione prima initio ad d. e. f. &c.

A. Tract. 1. sectione secunda ad k. L.

B. Tract. 1. sect. 2. ad m. vsque in finem: & tractatu 1. sect. 3. per totam, & in genere ad subdi. 15.

¶ *Quod ad me attinet, nescio quomodo Papistis occurram, innouationem nobis expro-*

brantibus, nisi dicendo, abusus eorum nouos esse. In Colloquio Hamptonensi pag. 73. ante med.

Quarto, argumentum à veris miraculis sumptum * validum & certum esse, fidemque nostram Catholicam c talibus ex ipsorum aduersariorum confessione confirmatam fuisse. Quinto, religionem nostram Catholicam profitentes, vel aduersariorum iudicio d salutem æternam consequi posse. Sexto, Ecclesiam Romanam quam Apostolorum tempore accepit fidem, b nunquam exinde mutasse.

Porrò simili aduersariorum testimonio in secundo Tractatu ostendimus. Primo iuxta Prophetarum oracula Christi Ecclesiam à prima eiusdem propagatione e permansuram Catholicam id est vniuersalem, & magno cum successu & progressu, f multas gentes & Reges Paganos ad Christi fidem côuersuram. Secundo, quod in primis 300. à Christo annis, vaticinia illa ob grassantes perpetuo persecutiones g non sunt impleta. Tertio, in quarto à Christi sæculo impleri cœpisse, nondum tamen h perfecta fuisse, quicquid vero in eo genere factum fuit, à Catholica nostra Ecclesia, non autem Protestantium fuisse i præstitum. Quarto, quod à 600. à Christo annis ad Lutherum, tantum abfuit vt Ecclesia Protestantium illas Prophetarum prædictiones adimpleuerit, vt toto illo tempore, & diu ante, k inuisibilis mansisse agnoscatur, dum nostra interim Catholica l plurimos Reges

* Tractatu primo sectione quinta ad a.b.c.e.

C. Ibidem in margine ad * & n q r t u.

D. Tractatu primo sectione sexta subdiuisione prima ad m n o.

b Tractatu primo sect. 7.8.9. per totam.

E. Tract. 2. cap. 1. sect. 1. circa med. ad a. b c d.

F. Tractatu secundo capite primo sectione prima ad c d f q.

G. Ibidem sectione secunda ad §. x.

H. Ibidem sectione secunda ad §. y. z. à b c d.

I. Ibidem sectione 3 per totam.

K. Ibid. sect. 4. ad o t u. & tract. 2. cap. 3. sectione tertia ad d e f g h.

L. Ibid. sect. 4. initio in marg. ad * & ibid. ad n o p 4. 5. q. r.

& Regiones Gentium conuertit. *Quintò*, ex eo quod prædicta vaticinia in Protestantum Ecclesia minime impleta fuerint, irrefragabile incredulis. [m] Iudæis contra ipsos argumentum ministrari. Adeo vt [n] Castalio inde in fide dubius, & Dauid [o] Gregorius aliique nonnulli, ob eandem causam Apostatæ euaserint In eodem etiam secundo tractatu ex aduersariis ostendimus. *Primo*, nunquam defuturos veræ Christi Ecclesiæ: [p] *Pastores & Doctores, qui semper falsam doctrinam pullulantem* [q] *impugnabunt, & palam arguent.* Item *quod vera Ecclesia* [r] *verbum & sacramenta semper sine interruptione administrabit*, sine quibus Ecclesia ipso facto [s] nulla est. *Quodq; his notis* [t] *vera Ecclesia à falsis discernenda sit, vt homines æternæ salutis prouidi scire possint, vbinam vera Ecclesia sit, & cui hominum cætui in rebus ad Religionem spectantibus sese adiungere debeant.* *Secundò*, quod exempla [u] Vvaldonis, [x] Vvickleffi, [y] Hussi, [*] Lutheri, & sequacium, in quibus has Prophetias adimpletas fuisse Protestantes aliqui volunt, ne pro ipsis quidem temporibus quibus hi vixerunt, sufficiant, nec reuera [†] vlla firma præcedentiũ sæculorum exempla afferri possint, quibus ostendatur prædictas Prophetias in Protestantûm Ecclesiis fuisse adimpletas. *Tertiò*, ipsi aduersarij fatentur Ecclesiam suam toto illo tempore de quo nunc agitur, & multis ante sæculis, plane [z] *latuisse, & inuisibilem mansisse*, nostram vero toto illo tempore [a] visibilem vndique regnasse.

M. Ibidem sect.5. à principio vsque ad b.
N. Ibid. sect. 5. ad d.c.
O. Ibid. ad f.7.13.15.16.17. &cæt.
P. Tract. 2.c. 2. sect.1. initio ad z.a.b.c.d.
Q. Ibidem section. 1. ante med. ad p.q.r.
R. Ibidem ante medium ad y.
S. Ibidem ad z.
T. Vide ibid. paulo ante med. ad c.
V. Tract. 2. cap. 2. sect. 3. per totam.
X. Ibidem sectione 4. per totam.
Y. Ibid. sect. 5. per totam.
* Ibid. sect. 10. per totam & sect. 11. subdiu. 1. & 3.
† Ibid. sect. 7. per totam.
Z. Paulo supra hac eadem sect. ad k. in margine.

A. Tractatu secundo capite primo sectione quarta initio ad n.r.s. & tractatu secundo cap.3.versus finem ad a.b.c.

B. Tract. . cap.2. sect. 11. subdiu. 1. & 3. per totam.

C. Ibid. sub 3. ad e.

D. Vide ibid. ad x. post c.

E. Vide ibid. ad x.

F. Tract. 2. cap.2. sect. 14. initio & in marg. ibid. ad r.

G. Ibidem ad y. & z.

* Ibid. ad b.c.

H. Ibid. sub fine ad g. l. & tract. 1. sect. 6. subdiu. 1. ad e.f.g.h.

§ Tractatu 1. sect. 6. subdiu. 1. ad m.n.

† Tract. 2. cap. 3. sect. 1.2.3.4.5. 6.7.8.9.

Quartò, quod nec viginti illis annis proximè ante b. Lutherum elapsis, qui sub recenti adhuc memoria cadunt (quod tamen ipsum per se solum aduersarios conuincit) vllum huius rei exemplum satis probabile afferri possit. Quinimo ipsi aduersarij plane contrariũ fatentur, dum passim clamitant, [c] *veritatem eo tempore incognitam & inauditam fuisse, &* [d] *generalem quandam apostasiam vniuersi orbis faciem cooperuisse, dũ* [e] *omnes Ecclesiæ* (inquiunt illi) *tenebris plus quam cymmerijs obruerentur. Quintò*, ad perpetuam veræ Ecclesiæ durationem asserendam quæ (vt omnes fatentur ne [f] momento quidem temporis penitus deficiet) pleriq; docti aduersarij agnoscunt, quod Lutherus nec antequam Papæ infensus esset, nec postea, g nouam aliquam Ecclesiam erexit, vel alicuius alterius quam Ecclesiæ Catholicæ (nulla enim alia tunc in rerum natura fuit) membrnm euasit, sed eiusdem Catholicę seu (vt ipsi loquuntur) Papisticæ membrum permansit, & per consequens Papistica Ecclesia [h] *vera Christi Ecclesia est*, & Religio eiusdem *ad æternam salutem sufficiens. Sexto*, notas illas quas sacræ literæ vere Ecclesiæ assignant, † nostræ Catholicæ adesse, Protestantium vero abesse, Immo illas ipsas Protestantes asserunt, † *pro nobis contra ipsos militare*. Hæc (inquam) omnia ad Religionem nostram pertinentia supra frequenti aduersariorum nostrorum confessione

† Pro nobis tract.2. cap.3. sect.11. subdiu.5. per totam.
* Contra ipsos tract.2. capite 3. sect.11. subdiu.4. per totam.

probata sunt.

Quoad nos ipsos autē, per presentes corā Deo profitemur, iuxta Maiestatis vestræ graue imprimis & memorabile consilium i *contentos nos fore sobrie & quiete Religionis nostræ dogmatibus acquiescere, nec potestati resistere, sed animas nostras in pace possidere, &c.* Quare & confidimus Maiestatem vestram pro regia sua prudentia iuxta præclarum illud & plane regium apotheg-ma, k *non esse rationi consentaneum in lite tam antiqua præcipitare sententiam*, mitius nobiscum acturum, cum præsertim ex præmissis constet dogmata nostra haud paulo antiquiora esse, quam illa prope dixerim noua nouitia quibus tamen hunc fauorem Maiestas vestra impertiri dignata est: Cum denique inobedientiæ nota, quam nobis aduersarij impingunt, in l ipsos potius recidat, eaque ratione Maiestatis vestrę fauorem, si non pari cum illis gradu (quibus interim non inuidemus) at eadē saltem conditione quâ subditi expectare possimus.

I. Basilicon Doron in præfatione.

K. Ibidem

L. Tract. 2. sect. 3. per totam.

Omnes igitur Angliæ Catholici Maiestatis vestræ subditi fidelissimi coram throno gratiæ vestræ prostrati, quā humillime petimus, & obtestamur, per illam fidei communionem quæ nobis cum pientissima illa heroina Maiestatis vestræ matre intercedit, cuius anima in cœlo beata, & memoria in terris Maiestati vestræ charissima, nobis autem merito vene-

randa habetur, per obedientiam nostram & illam quam semper spondemus debitam officij subiectionem, vt hanc saltem pro Regia sua clementia nobis gratiam exhibeat, quam clarissima tam priorum quam præsentium temporum exempla, Patres omnes antiqui, ipsi denique Protestantes § incredulis Iudæis concedunt, videlicet * *vt Deum patrum nostrorum* ritu vere Christiano, inter priuatos saltē parietes libera conscientia adorare possimus.

M. Tract.3. sect.2 per totam.

§ Vide Covellũ in Exam. &c.pag. 199. *Quod ad Iudæos attinet, licet Principi permittere vt in Regno suo habitent, &c. Imperatores id statuerut, pleriq; Patres & inter eos S. Augustin. adeo illi opinioni fauet, vt plerasq; rationes non leues ad hoc probandũ adducat, &c.* Et Petrus Martyr in locis cōmunibus Anglicè parte 2. p. 329.b. asserit *eos inter Christianos permitti posse & Synagogas cōgregare, &c. Turcis autem religiosa conuenticula agere permitti non potest, &c.*

* Act.3.13.

Hoc autem liberum religionis Catholicæ exercitium illa priscæ fidei nostræ integritas & tot sæculorum præscriptio (neque enim aliam vnquam à prima conuersione nostra, id quod in summam Maiorum vestrorum laudem & gloriam redundat, professi sumus) iure merito sibi vendicat: Hoc misera & miseranda tot Catholicorum fidelium subditorum vestrorum conditio exigit: Hoc diuturna regię clementiæ vestrę expectatio, qua mitiora sub fœlicis Maiestatis vestræ regimine diu sperauimus, vt cum debita submissione postulemus, inuitat: Hoc sacra templorum & collegiorum à piis maioribus in huius solius religionis vsum extructorum, quę adhuc restant monumenta ab aduersarijs occupata, religiosa pariter ac luctuosa suo quodammodo intercessione efflagitant: Hoc illa tot eruditorum Protestantium sententia qua iudicant nemini de religione negotium [n] facessendum, nec persecutionem pro fide mouendam, præscribit: Hoc & illa eorundem

N. Haywardus in respons. ad Dolmannũ

persuasio

quam & Maiestati vestræ dicauit. *Omnes meliores notæ huius seculi scriptores in priorem iam sententiam consentiunt, & cum Tertulliano, Lactantio, Cassiodoro, Iosepho, Bernardo & aliis affirmant homines ad Religionem amplectendam ratione persuadendos, non vi cogendos esse.* Et Tyndallus apud Foxium in actis & monumentis pag. 1338. a. initio ait. *Nouum Christi testamentum non compatitur legem vllam compulsionis, sed solum consilij & exhortationis.* Et ibidem pag. 1337. b. post medium & pagina 1152. b. fine Halkesius ad Bonnerum Episcopum Londinensem inquit. *Quomodo probatis Christum vel Apostolos quenquam pro fide sua mactasse?* Et Iacobus Acontius in stratagematũ Satanæ lib. octo de hac re ad Reginam Elizabethã fuse differens ait. *Consequens ergo est manere quidem suo in vigore veterem legem, aut certe renouari similem posse, neque tamen permitti hæreticorum supplicia, quia videlicet alia sit Apostatæ, alia hæretici causa* pag. 158. initio. Et paulo post: *Dominus profecto definitè declarauit Magistratus non esse idoneos dogmatum indices, interdixitque illis talis iurisdictionis vsu omni* pag. 160. circa medium & pag. 161. addit: *Hæc quidem Iudiciorum genera ad Magistratum non pertinent, sed ad solum Dei filium qui in nouissimo die per Angelos suos Zizania à tritico separabit.* Cum aliis plerisq. contra omnem pœnam Christianis ob Religionem infligendam. Et Vrbanus Regius in locis Theolog. fol. 117. ait: *Christianorum spiritus comburit tantum igne charitatis, &c. Deus non docet comburere errantes ouiculas* sed iuxta illud Ezechielis 34. *sanare infirmas, macilentas pascere, &c.* Et Lutherus in assertionibus artic. 33. qui est, *de non comburendis hæreticis*, hoc expresse probat. Et Castalio in præfat. Bibliorum quæ Edoardo sexto Angliæ Regi dicauit idem asserit, idem habet Cœlius secundus Curio in libro de amplitudine Regni Dei lib. 2. pag. 216. Et Franciscus Gomarus *in speculo veræ Ecclesiæ* pag. 227. & 229. & Marbecus in locis communibus pag. 483. & 484. & Musculus in locis communibus de hæresi pag. 564. paulo post medium & Luc. Osiander in Epit. &c. cent. 7. pag. 94. circa med.

persuasio, qua Ecclesiam nostram 1. veram & fidem nostram ad æternam salutem consequendam sufficere 2. agnoscunt, suadet: Hoc præsentis temporis rationes politicæ, & fœlix in aliis gentibus liberum Religionis exercitium permittentibus 3. successus, vehementer vrget: Hoc denique (quod caput est) Christiani officij ratio, & tam diu desiderata tot regnorum Christianorum intestinis dissidiis

1. Vide paulo supra ad h. in margine.
2. Vide paulo supra in marg. ad § proxime post h.
3. Pleraque huius generis exempla habet Osiander in Epit. cent. 16. verbi gratia de Gallia pag. 1135. & 1136. & pag. 816. & 713. & 750. 735. & 718. Et de Lyuonia pag. 950. & de Germania pag. 629. & 630. & pag. 598. & de Germania vide Dresserum in parte 2. Millenarij sexti vbi pag. 659. hæc habet: *Anno 52. pax profitentibus confessionem Augustanam perpetua concessa est, &c.* & pag. 661. ait, *Illã ea quidem lege vt conditione concessam, vt Pontificij qui ante insectati Religionem Euangelicam erant insectari desiste-*

333

DE PROTESTANTVM IN FIDEI DOGmatibus inconstantia, & eorundem inter se discordia, item de causis & exemplis eiusdem, denique humilis Catholicorum Angliæ pro publica de Religionis controuersiis disputatione ad Clementissimum Dominum nostrum Regem Iacobum petitio.

SECTIO QVARTA.

CVm hęc sint aduersariorũ axiomata: 1° [q] *Nihil pro certo credendũ, præter ipsam scripturam sacram.* 2°. [r] *Non ex ipsa specie seu littera sed ex sensu verborum, Religionis controuersiæ definiendæ sunt,* adeo vt non ipsa per se * *scriptura instruere* dicatur sed certa quædam, [s] media veritatis studiosis sint adhibenda 3°. [t] *Hęc autem media* (inquiunt illi) *sunt lectio scripturarum, collatio locorum, consideratio circumstãtiarum ipsius textus, peritia linguarum, studium, oratio &c.* in quibus qui errant, eos quoque in scriptura intelligenda errare, necesse est. 4. Prædicta autem media cum sint actiones humanæ in quib9 sine speciali diuini numinis afflatu, quibuscunq; tandem precibus, & quantacunque diligentia vtatur homo, prout se fert humana fragilitas [u] errare potest: Hinc sequitur secundum Protestãtes neminem atque hoc de iis quæ fide diuina credit adeo esse certũ quin falli possit [x] ostenditur Martinus enim Lutherus *quem virum à Deo missum ad orbem illuminandũ* [y] *nuncupãt,* [z] *Eliã, currum Israel, & aurigam eius,* [a] *extraordinarie vocatum, in sacris scripturis olim* [b] *prænunciatũ, ex inde*

Q. Vvillettus in Synopsi pag. 38. *Scriptura sacra non vnum medium est, sed vnicum, solum, integrum mediũ fidei generandæ*

R. Reinoldus collatione cum Harto pag. 68.

* Hookerus in Ecclesiastica politia lib. 2. pag. 166. *Non posset scriptura ea quæ ad Deum spectãt docere, nisi fidem hominibus adhiberemus, docentibus verba scripturæ ita significare vt ipsi interpretãtur.* Et Vvhitakerus de sacra scriptura pag. 521. *Quandoquidem scriptura non habet viuã vocem quam audiamus, vtendum est quibusdam medijs,*

K. Fulco vt supra p. 89. & 90. & Vvilletus in Synopsi pag. 92.
L. Fulco vbi supra pag. 86. fine.
§ Vvhitaker. de Ecclesia cont. Bellarm. controuer. 2. q. 4. p. 221. *Qualia illa media sunt, talem ipsam interpretationẽ esse necesse est, at media interpretandi loca obscura sunt incerta, dubia, & ambigua, ergo fieri non potest, quin & ipsa interpretatio incerta sit, si incerta, tunc esse potest & falsa, &c.*

missarum incerta, dubia & ambigua opinio, cui & falsum subesse potest. Quod enim scripturæ sacræ in se certæ, infaillibiles, & ab omni errore immunes sint, quid hoc proderit, cum & per se pateat, & ipsi fateantur, nos non aliter à scripturis instrui, nisi media supradicta adhibendo, quæ quidem omnia humana sunt & errori obnoxia? Vnde & de facto Lutherus & plerique alij quantumlibet diligenter media illa obseruarent, in ijs ipsis tamen dogmatibus de quibus se adeo certos existimarũt, vt ea etiam sanguine suo obsignare non sint veriti, vel fratrum suorum iudicio turpiter hallucinati sunt. Immo nonnulli quibus dogmata quædam maximi momenti certissima aliquando visa sunt, postea tamen in ijs sententiam suam mutarunt, quemadmodum fecerunt instabiles illi † Melancthon, & Bucerus de Eucharistia. Quare etiam plerique eorum posteriores cogitationes & meliores secuti, ad Ecclesiam nostram Catholicam § redierunt. Qui vero Protestantum dogmatibus, tanquã scopulis etiamnum adhærescunt, ij à suæ sectę hominibus non minus eruditis, qui contrariam plane sententiam in multis & magnis fidei Christianæ capitibus tuentur, palam variis voluminibus indics editis impugnantur. Cuius rei fidem faciunt exempla illa amplius 70. quæ hic in margine m ascribuntur.

† De Melancthonis inconstantia vide librum epist. Zuinglij & Oecolampadij lib. 3. pag. 603. vbi ipse Melancthon ad Oecolampadium sic scribit, *Non modo cogitaui ipse quod in vtramque partem dici possit, sed inquisiui etiam veterũ ea de re sententias &c. cum omnia quæ in vtraque parte firmissima videntur expendi, dicam pace tua, non tamen eo in sententiam tuam, nullam enim firmam rationem inuenio, quæ conscientiæ discedentis à proprietate verborum Christi satisfaciat &c.* Idem vehemẽtius, plenius, & fusius vrget ibidem in epist. ad Fredericum Miconium pa. 618 644. 645. & vide Hospin. in hist. Sacram. parte altera fol. [illegible]

nus, Valentinus Pareus, Gasper Frault. Ioannes Albertus & Laurentius Albertus, Mathaus Grillus, Ioannes Brunnaus Gallus, & nuperrime duo ministri Galli Mathaus Launoy, & Henricus Pennetier qui etiam vestras insipientias & improbitates sibi ex aliquot annorum consuetudine notissimas, scriptis Gallico idiomate libellis, genti sua propalarunt. His addi possunt ex nostratibus eruditus ille Gulielmus Reinoldus, Doctor Stephanus Iuelli aliquando familiaris, Alablasterus Comitis Essexiæ capellanus, & nuper Leichus, Vvalsingamus, & Doctor Carierius Maiestatis vestræ Capellanus, alijque plurimi.

* Iudocus Coccius (vt nostratium contra se inuicem libros Anglicè editos pene innumerabiles omittam) in thesauro, &c. impress. 1569, tom. 1. pag. 1068. vsque ad 1090. pene ducentos Protestantium contra se inuicem editos libros commemorat, quorum nomina & titulos recitat, & quo volumine & anno impressi sunt, indicat. Hac de re vide etiam Castalionem mox supracitatum ad P. & Osiand. in epit. cent. 16. p. 822. 823. 824. vsq; ad p. 829. & vide ib. p. 863. 711. 713. vide ingentē numerum librorum quos Protestantes contra se inuicem scripserunt in vnica illa quæst. de Eucharistia apud Hospin. in hist. Sacram. parte altera a. fol. 399. vsque ad fol. 403. vbi cum numerum subducat eorum duntaxat qui vtrinque de illa quæstione scripti sint, centurias aliquot recenset, quos Protestantes ediderunt, quorum authores, titulos & annum impressionis sigillatim apponit. Qua de re vide 4. catalogos huius apologiæ in fine huius operis positos.

I.

M. *Corpus Christi in sanctissima Eucharistia ore sumentium realiter præsens esse.* Lutherus & Lutherani affirmant, negant autem Caluinus & Caluinistæ omnes, eamque sententiam vt Papisticam explodunt.

II.

Realem præsentiam corporis Christi, non modo virtutis, sed ipsius etiam corporis miro quodam & incomprehensibili modo fidei ori adesse affirmat Caluinus, instit. lib. 4. cap. 17. sect. 7. & 10. & 32. Item Riderus in amica admonitione, &c. pa. 3 a. circa medium. Vvhitakerus contra Duræum pag. 169. Confessio Belgica in harmonia confessionum Anglicè pag. 431. Bucerus in scriptis Anglican. pagina 548 549. Hookerus in Ecclesiastica politia lib. 5. sect. 67. pag. 174. & 177. & vide Apolog. modest. ad acta conuentus quindecim Theolog. Torgæ nuper habiti, &c. pag. 19. 13. 23 & 47. *Negant* tanquam quiddam sentētiæ Papisticæ proximum (vt Oecolampadium & Zuinglium omittam, de quorum opinione vide Hookerum lib. 5. sectione 67. pag. 174. Et Lauatherum in hist. Sacram. pag. 4. & Caluinum in libello de Cœna Domini versus finem citatū in tract. Theolog. Caluini pag. 11. a. & Schlusselburg. in Theolog. Caluinist. lib. 1. fol. 78 b. & 82 b) Petrus Martyr in epist. annexis locis communibus Anglicè pag. 107. b. ep. 25. & ibid. pag. 98. a. & pag. 108 a. ob quam causam Bucerus in scriptis Anglican. pag. 548. & 549. Petrum Martyrem perstringit. Item Aretius serm. 3. de Cœna. Szegedinus in locis communibus pag. 181. 12. & 15. Puritani quidam Anglicani in literis Christianis ad m. r. Hookerum pag. 35. & Galli quidam Hugonotæ, quos citat Hospin. in hist. Sacram. parte altera fol. 344. a. post med. & b. initio, & alij, quos refert Rogerus in doctrina Catholica &c. pag. 176. circa med. & Ludouicus Alemannus in positionibus apud Lugdunenses editis anno 1566. vbi ait. *Neq; etiam per fidem, seu incomprehensibili modo, vt vocant, quia hoc totum imaginarium est, &*

168. Huic sententiæ tanquam Papisticæ contradicit Vuillettus in Synopsi anno millesimo sexcentesimo pag. 789. circa medium, & 808. post initium, & Beza, Caluinus, Knokus, &c. integris tractatibus contra eam scriptis.

VIII.

Quod Deus solum permittat, non vero decernat peccatū, asserit Iacobus Andreas in epitome colloquij Montisbelgar. pag. 47. 49. 53. Hemingius lib. de vniuersali gratia & omnes fere Lutherani. Et ex Caluinistis Amandus Polanus in partitionibus Theologicis lib. 1. pag. 75. 76. 10. 11. 12. Snecanus in methodica descript. pag. 621. 622. &c. 645. 650. Bullingerus in decad. Anglicè pag. 492. 493. 494. Castalion. lib. ad Caluinum de prædest. Melancthon in locis communibus de causa peccati & contingentia, & lib. de consiliis Theolog. parte 2. pag. 111. & 112. Et Gibbensus in qu. in Gen. pa. 103. circa med. Huic sententiæ tanquam Papisticæ contradicit Caluinus lib. 2. instit. cap. 4. sect 3 4. 5. & lib. 1. cap. 18. sect. 1. & lib. 3. c. 23. sect. 8. Baro in tract. de prouidentia Dei cap. 4. Aretius in locis communibus, loco 40. de induratione pag. 129. Vuillettus in Synopsi pag. 562. fine 563. aliique multi.

IX.

Quod nemo de salute æterna sine speciali Dei reuelatione sit certus, & quod homo à gratia Dei semel accepta cadere potest, asserit harmonia confess. pagina 224. 80. 233. 330. Kemnitius exam. parte 2. pag. 193. a. post med. & parte prima pag. 190. b. Musculus locis communibus pag. 29. Lobechius in disputat. Theolog. pagina 317. 318. Hafferefferus in locis Theolog. &c pag. 184. 188. 131. Rungius in disput. &c. ex epist. ad Cor. parte 1. Thess. 5. Gesnerus in disput. pro libro concord. pag. 150. 156. 157. 650. Iacobus Andreas in epit. colloq. Montisbelgar. pag. 47. 61. Ouerellus in collatione Hamtoniensi pag. 42. Huic sententiæ tanquam Papisticę contradicit Parkinsus in Catholico reformato pag. 39. 55. Caluinus Beza, &c.

X.

Quod in casu diuortij ob adulterium parti innocenti non liceat cum alia persona matrimonium contrahere, non ita pridem Londini ad D. Pauli crucem pro concione disseruit Dovys, & publicè in Academia defendit Housonus in tertia thesi anno 1602. & alij multi Protestantes idem constanter affirmant. Huic tamen sententiæ tanquam Papisticę contradicit Fulco contra Testam. Rhemense fol. 38. a. aliique multi, quæ opinio posterior passim in Anglia in praxim reducitur.

XI.

Quod infantibus etiam fidelium sine Baptismo morientibus non promittatur salus, affirmat Vrbanus Regius in prima parte operum in cathec. minori fol. 103. Hofmannus in comment. de Pœnit. lib. 3. cap. 4. fol. 229. a. b. Sarcerius in locis communibus fol. 238. 239. 240. Confessio Augustana in harmonia pag. 403. fine: & Bilsonus Vvintoniensis in vera differentia &c. parte 4. pagina 368. & 369. vide colloquium Hamptoniense pag. 16. Huic sententiæ tanquam Papisticæ (quæ & eam vt talem Protestantibus obiicit) contradicit Recognitio lib. precum communium pag. 105. & Vvillettus in medit. in Psal. 122. pag. 92. & passim Beza Caluinus, &c.

XII.

Liberum arbitrium plerique Protestantes tenent, apud Foxium in actis & monumentis 1533.b.& pag.1605.b.Snecanus & Hemingius teste Vvilletto in Synopsi anno 1600.pag.808.& 810.& plerique alij. Huic sententiæ tanquam Papisticæ contradicit Caluinus, Beza,&c. qua de re vide Benedictum Morgenstern tract. de Ecclesia cap.7. & Schlusselb..in Theologia Caluinistica libro secundo folio 86.b.

XIII.

Quod bona opera ex fide facta virtute passionis Christi & promissiones eius meritoria sint, affirmant harmonia confessionum pagina 495. & pag. 273. Spangeburg. in Margarit. Theolog.pag.48.& 50. Melancthon in locis communibus de bonis operibus circa medium. Vide Hookerum lib.5. Ecclesiast.politiæ sect. 72.pag. 208. Huic sententiæ tanquam Papisticæ contradicunt Caluinus, Beza, &c. Et nostrates Protestantes ob hanc taxant Hookerum in literis Christianis ad reuerendum virum D.Hookerum datis 1599.pag.12.

XIV.

Temporalem pœnam à Deo pro iustitia sua nonnunquam etiam post remissum peccatum infligi, affirmat Knoxius in responsione contra aduersarios diuinæ prædestinationis pag.215. 216. 217. Gaspar Oleuianus in Symbolo pag 8.ante med. Et plerique Protestantes in harmonia confess. pag. 229. & pag. 235.& 508. Huic sententiæ tanquam quæ Purgatorio faueat contradicunt Vvillettus in Synopsi p. 514. Caluinus, Beza, &c.

XV.

Multa dogmata Catholica tenent ac probant plurimi Protestantes verbi gratia *Primatum Petri*, è scripturis asserit Vvhitgiftus in defensione &c.p.373. initio & 70.& 394.& 395.& Caluinus quem citat Vvhitgiftus vbi supra p. 373. & 469.& Musculus ibidem citatus p. 66.& 68. & Bridgesius Oxoniensis in defensione regiminis,&c.p.445. & 446.&c. His Protestantes communiter contradicunt.

XVI.

Magistratum ciuilem ne particularis quidem alicuius Ecclesiæ caput esse posse, tenent Centur.in præfatione centuria septima pagina vndecima ante medium, vbi de Dominis ciuilibus dicitur, *Non sunt capita Ecclesiæ, quia ipsis non competit iste primatus*. Et vide pagina decimatertia. Et Cartvvrightus apud Vvhitgiftum in defensione pagina sexcentesima quinquagesima, & centesima octogesima prima,& 301.& 694.& 695.& in 2.replica parte 1.pag.414.vbi & Caluinum pro illa opinione citat, & vide ibid. pag.413. & 415.& 418. Et Caluinus apud Bancroftum in recognitione sanctæ disciplinæ prætensæ pag. 251. & Viretus ibid. pag. 252. 253. 254. & Kemnitium qui in epistola ad Electorem Brandeburg. de Elizabetha nuper Angliæ Regina inquit, *Fæmineo & à sæculis inaudito fastu se Papissam & caput Ecclesiæ fecit.*

XVII.

Intercessionem Angelorum, asserit Couellus in respons.ad Ioannem Burgesium pag.90.circa medium:& Petrus Martyr ibid.fuse citatus p.91. circa medium:& qui dicitur liber communionis regnante Edoardo editus anno 1549. fol.117. a. circa med.& Hookerus lib.5.sect.23.p.52.& 53.& Caluinus instit.lib. 1.cap 14.

sect.6.& 7.& lib 3.c. 20. sect. 23.& Melancthon in Apologia confessionis Augustanæ fol.179.b.post med.

XVIII.

Intercessionem Sanctorum asserit Latimerus apud Foxium actis & monumentis pag.1312.a.initio, & pag. 1315.a. paulo ante med. Et Oecolampadius ad orat.1. Chrysost. de Inuentio & Maximo martyribus Sanctorum intercessionem impugnat Vvhitakerus contra Duræum pag.793.circa med.

XIX.

Inuocationem Sanctorum, asserit Lutherus in epistola ad Georgium Spalatinum,& in purgatione quorundam artic.vbi ait, *De intercessione Sanctorum cum tota Ecclesia Christi sentio & iudico Sanctos à nobis honorandos esse, atque inuocandos.* Oecolampadius in orat.1.Chrysost. de Iuuentio & Maximo. Thomas Bilneus protestans apud Foxium act.& monum.p.462.b.art. 6. Latimerus act.& mon. 1312.a.ante medium& p.1315.a.& protestantes quidam Poloniæ,de quibus vide Hafferessarum in locis Theol.lib.3.stat. 4. loco 5.p.463.

XX.

Castitatem ex voto, asserit Augustinus Marloratus & M. R.Alisonus & alij supradicti tract.1.sect.4.subd.9.in margine ad 13.& 14.& Buddellus in tract.de ieiuniis Euangelicis p.19. & 20.

XXI.

Voluntariam paupertatem,castitatem & obedientiam, asserit Couellus in defensione Hookeri art.8.pag.51.& 52. Et de voluntaria paupertate videHookerum in Ecclesiastica policia lib. 2.p.103.& citatur supra tract.1.sect.4. subd.9.ad 11.vide Buddellum vbi supra.

XXII.

Orationem pro defunctis, asserit Vrbanus regius qui& citat Lutherum in prima parte operum in formula caute loquendi cap. de Sanctorum cultu. Et vide eundem Vrbanum in locis communibus cap.19.& 18.Et liber communis tempore Edoardi impressus 1549.fol. 116. a.&140. b. Et Gulielmus Thorpus apud Foxium in actis & monum.pag.149.a.Et Martinus Bucerus in script.Anglic.p. 450.& Zuinglius tom.primo in Explan.art.90. fol.53.a. ante med.& in explan. artic.60.fol.104.post. med. Et Melancthon in apolog confes.Aug. fol.216.217.

XXIII.

Purgatorium, asserit Lutherus tom 1. Vvittenberg.in resol.de indulgent.conclus.15.fol.112. a. prope finem, & in disput. Lipsica cum Ecchio, & Latimerus apud Foxium in act.& mon.p.1033.a.& b. & p.1315.b.

XXIIII.

Limbum Patrum, asserit Ioannes Lascicius lib.cui titulus de Russorum Moscouitarum & Tartarorum religione p.122.& 123.& Oecolampadius in lib.epistol. Zuinglij & Oecolampadij lib.1.p.19.& Zuinglius ibidem libro tertio pag. 500. sexagesima, & quingentesima sexagesima prima. Et Petrus Martyr in locis communibus Anglicè parte secunda capite decimo octauo, pagina sexcentesima vigesima prima a. & parte tertia capite decimosexto p.377.a.versus finem,& pagina 378. b. & 379. a. & Bullingerus in Decadibus folio 66.a & in Luc. 16. quem citat Bilsonus in recognitione passionum Christi pagina 656. post med.

XXV.

Imagines licite in Ecclesiis statui, defendit Lutherus & Brentius teste Beza in responſ.ad acta colloquij Montisbelgar.parte altera in præfat.pag.12.& vide ibidem pagina 30. Iacobus Andreas in epitome colloquij Montisbelgar. pagina trigesima nona. Kemnitius in examine parte quarta pagina decimaquarta a. & pagina trigesima tertia b.& Brachmannus in centuria exercit. Theolog.pagina 270. Et centuria prima p.53.post medium. Quamuis Fulco nostras illum morem tanquam legi Dei contrarium damnet contra testam. Rhemense in 1.epist. Ioannis cap.1.fol.456. b. & in defenſ. versionis Anglicæ Bibl.capite tertio pag. 11.initio.

XXVI.

Imaginum adorationem, asserit Bilneus Protestans apud Foxium in actis& monum.p.462.b. art. 7. & 464. b. art.5. & Protestantes quidam Germaniæ teste Beza in responſ.ad acta colloquij Montisbelgar.parte altera p.23. contradicunt passim Protestantes.

XXVII.

Genuflexionem & corporis inclinationem ad sanctissimum nomen Iesu, (eadem vero ratione imaginum adoratio probatur, quandoquidem imago oculis idem præstat, quod nomen auribus) asseritur in statutis Regiis, quas iniunctiones vocant, publica authoritate editis art. 52. Item Leonardus Vvrightus in libro cui titulus Euigilatio dormientium p 30. Musculus in locis communibus p. 59. fine. Zanchius in epist. Pauli ad philippenses, Colossenses, Thessal.in Philip.c.2. verſ.10.fol.123.col.2. Vvhitgiftus in defenſ.&c.p.742.& in responſ.ad petitionem millenariorum.

XXVIII.

Bona opera vnius, alteri suffragari, asserit Melancthon in locis commu. de Eucharistico sacrificio, & iuxta edit.anno 1561. p.425.initio, & harmonia confessionum p.298.ante med.

XXIX.

Potestatem Sacerdotibus datam non modo qua denuntiant, sed qua vere dent peccatorum remissionem, asserunt plerique protestantes supracitati tractatu tertio, sect.1. in margine ad y. Et rituale Anglicanum quem librum communionis vocant, titulo de visitatione infirmorum, vbi illa forma Sacerdoti præscribitur, *Et ego authoritate eius mihi commissa, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, &c.* Quod quidem dogmatam Ministri Diœcesis Lincolniensis in epit. p.72.fine, quam recognitio libri communium precum p.154. 155. expresse taxant, & reformatione egere decernunt.

XXX.

Peccatorum confessionem Sacerdoti faciendam, quidam Protestantes aiunt, quidam negant, qua de re vide supra hoc eodem tract.3. sect.1.in marg.ad b.

XXXI.

Differentiam mortalis peccati & venialis in vno eodemque homine (vnde patet discrimen non à persona, sed ab ipso peccato desumi) asserit Melancthon in consiliis Theolog.p.546. & in locis communibus titulo de discrimine peccati mortalis & venialis, & iuxta editionem anno 1561.p.346.350. & 345. & corpus doctrinæ & cæt. in folio 1561. pagina 525. & 488. & Adamus Francisci

in Margarita Theolog. pag. 469. & Bachmannus in centur. exercitat Theolog. pag. 663. & 664. & Iacobus in defens. Ministerij & Ecclesiæ Anglicanæ pag. 88: & Musculus in locis communibus pag. 29. & Protestantes citati in actis dispur. in Concilio Imperij habitæ Ragensburgæ & editis per Martinum Bucerum & Melancthonem Anglicè versis & impressis anno 1542. p. 165. Et Hemingius in Encher. pag. 103, Londini anno 1577. & Harmonia confessionum pag. 80. & 81. & 82. & 96. & Iacobus Andreas apud Bezam in respons. ad colloquii Montisbelgar. pag. 68. 69. 70. quem ob eam causam Beza reprehendit ibid. parte 1. in præfat. pag. 23. & 24.

XXXII.

Communionem Eucharistiæ sub vna specie rem indifferentem esse asserit Lutherus. Melancthon & alij supra citati tract. 2. cap. 2. sect. 14. in marg. ad † proxime sect. 5. initio in marg. ad x.

XXXIII.

Sacrificium in nouo Testamento iuxta ordinem Melchisedech asserit Andreas Crastovvius libro 1. de opificio Missæ lib. 1. pag. 28. & 171. Vide Iuellum in replica post f. & ibid. sub quarto pagina. 7. initio.

XXXIV.

Motus concupiscentiæ absque consensu non esse peccatū asserit Szegedinus in locis communibus Basiliæ 1588. pagina ducentesima vigesima nona, his verbis: *Peccatum tribus gradibus exurgit & absoluitur, suggestione, delectatione & consensione plena &c. Qui non consentit, sed delectationi repugnat & tentationi, immo delectationem respuit, peccati impuritate non inficitur, &c.* Cui contradicit Keckermannus in Systema Theolog. pag. 275. post med.

XXXV.

Dei mandata non esse hominibus factu impossibilia asserit Sebastianus Castalio de perfectione obedientiæ legis Dei. Negat Hookerus in Ecclesiast. policia li. 2. p. 101. *magna & grauia peccata actualia* (inquit) *saltem distributiue sicut se offerunt vnū post aliud & possunt & debent euitari.* (Ob quam sententiam eum taxant Protestantes illi Anglicani qui literas Christianæ dederunt ad R. V. M. R. Hookerum p. 15. Et Vvillettus in mediat. in psalm. 122. pag. 91.) Vide Hookerum in hoc defensum à Covvello in defensione Hookeri art. 7. pag. 54. Hanc etiam mandatorum Dei possibilitatem iam in noua lege affirmat Parkinsus in reforformato Catholico pag. vigesima sexta 51. 52. ante medium.

XXXVI.

Bigamum non posse in viduam consecrari asserit Marloretus in 1. Timoth. capite quinto vers. 9. pagina trecentesima septuagesima quarta, & Caluinus in omnes Pauli epist 1. Timoth. 5. vers. 9. pa. 778. a. Sic Caluinum interpretatur Bancroft. in recognitione, &c. pag. 218. qui ibidem citat Bezam & Cartvvrihgtum, Caluino contradicentes.

XXXVII.

Transubstantiationem asserit Lutherus etiam post decessionem eius ab Ecclesia.

Catholica teste Hospininiano in historia Sacramentaria parte altera pagina duodecima circa medium, vide Melancthonem in Consiliis Theolog. parte prima pagina 584. initio. Cui consonat Barnesius Martyr Foxianus, qui in illa fidei suæ professione quam hora mortis fecit diserte asserit *in Eucharistia Sacramento post verba à Sacerdote prolata mutari substantiam panis & vini in verum corpus & sanguinē Christi.* Illa autem Barnesii professio eodem tempore edita est ab Euangelico quopiam cui & tunc respondit Doctor Standishius Catholicus integro volumine excuso in octauo Anglicè. Vbi verba prædicta etiamnum visuntur. Vnde Foxius in act. & monum. pag. 610. 611. 612. exemplar illud verbatim sequitur, vbi ad hæc verba peruenit, illa veteratorie omittens mali doli accusandus venit. Transubstantiationem vero credidit etiam Baro Cobhamus ex act. & monum. pag. 272. a. & Ioannem Hus, ex actis & monum. pagina ducentesima nona a fine & b. initio, & pag. 197. b. fine. Negant eam passim Protestantes omnes.

XXXVIII.

Quod Christus sit Deus ex Deo & substantiam habeat à Patre, affirmant plerique supracitati Tractatu secundo capite secundo sectione decima, subdiuisione decima tertia, paragrapho primo in margine ad f. Negant alii ibidem citati ad n o p q.

XXXIX.

Quod Christus Dominus iam inde a natiuitate sua sua non insciꝰ & ignarus, sed scientia plenus fuerit, affirmat Iacobus Andreas, quem citat Beza in respons. ad acta Montisbelgar. parte prima pa. 147. fine & 148. initio, & pag. 144. circa medium Osiander in Enchiridio controuersiæ Tubingæ 1603. pag. 146. 147. &c. Et Lutherani plurimi quos hic recensere nihil attinet. Negat tamen Beza vbi supra. Vvillettus in Synopsi pag. 599. & pag. 600. & alii plerique inter quos Sutcliffus nostras in recognitione & examine Kellisoni anno 1606. pag. 55. non concedit humanæ naturæ ne quidem vnione hipostatica Deitati coniūctæ plenitudinem scientiæ, sed ita scribit: *Si Christus vt homo per vnionem (hypostaticam) omniscius sit, cur non etiam omnipotens & vbique præsens dicetur?*

XL.

Quod Christus post passionem suam ad Inferos descenderit affirmat Hyllus in defensione illius articuli per totam. Bilsonus superintendens Vvintoniensis in recognitione passionum Christi, &c. in defensione articuli *quod Christus ad Inferos descenderit* pag. 650. 651. 652. 653. & Lutherani passim & plerique Caluinistæ. Negat autē Carleilus in integro lib. illius argumēti: *Quod Christus non descenderit ad Inferos* Vvillettus in lib. cui titulus *Lymbomastix* & in Synopsi pag. 605. 606. & Fulco ibidem citatus.

XLI.

Quod mors Christi corporea absque eo quod anima eius postea Inferni pœnas sustineret ad humani generis redemptionem sufficeret affirmat Bilsonus Vvintoniensis in variis illius argumenti tractatibus supracitatis tractatu secundo cap. 2. sect. 10. subdiu. 8. in margine ad 19. & alii plerique negat autem Caluinus & alii citati ibidem ad 8. 9. 10. &cæt.

XLII.

Quod veteris Testamenti sacramenta non tantæ virtutis fuerint ac noui affirmant plerique Protestantes vt videre est apud Schlusselburg. in Theolog. Caluinistarum lib.1.fol.59.a.& b.& Luther in locis commun.classe 1.pag.88. Et Luc. Osiander in epit.centur. 16. pag. 411. Negant plerique Caluinistæ, qua de re vide Vvillettum in Synopsi pag. 418.

XLIII.

Visibile signum scilicet manuum impositionem in confirmatione & gratiam inuisibilem inde collatam (vnde & Sacramentum esse probatur) affirmat Rituale Ecclesiæ Anglicanæ quem librum communionis vocant latine excusum Londini per Thomam Vantrollerium anno 1574. In tract. de confirmat. Covvellus in modesta examinat.&c.contra placitum Innocentis pag. 192. paulo ante medium, vbi ait. *In baptismo regeneramur ad vitam, in confirmatione roboramur ad pugnam.* Hookerus in Ecclesiastica policia lib.5.sect.66.pag.69.& 170.173. Negat recognitio liber precum communium pa.117.118. Per Iosiam Nicolai in placito Innocentis pag. 25. vbi librum quem vocant communionis de illa opinione redarguit. Nec non & Cartvvrightus apud Vvhitgiftum in defensione pag.726 Et Ministri Diœcesis Lyncolniensis in Compendio pag. 76. his verbis. *Liber communionis confirmationi sacramenti definitionem tribuit.* Et Caluinistæ plerique qui confirmationem in vsu habet, illam tamen gratiam aliquam conferre negāt nec in alium finem eam adhibere se dicunt, quam instruendi ac Cathechisandi gratia.

XLIV.

Visibile etiam signum & inuisibilem gratiam in Sacramento ordinis affirmat Hookerus in Ecclesiastica policitia lib.5. sect.77. pag.230. & Bilsonus in perpetuo Regimine Ecclesiæ Christi pag. 109. Sed & Melancthon in locis communib. 1596. titulo de numero Sacram. ait: *Maxime mihi placet ordinem, vt vocant, inter Sacramenta numerari.* Idem habet in editione 1561.pag.383.& 384. Item editione 1552.& 1558.sed & Caluinus lib.4.instit.cap.19.28.quem & citat Bilsonus vbi sup. *Ordinem inter Sacramenta numerat.* Negat autem Vvillettus in Synopsi pag. 545.& 546. & alij multi.

XLV.

Quod Diaconatus distinctus ordo sit à Sacerdotio, & quasi gradus quidam ad illud affirmat Vvhitgiftus in defens.&c. pag. 586.587.582.583.584.585.688. Et ita nunc habetur ab Ecclesia Anglicana. Negat tamen Cartvvrightus vbi supra pag.519.& 587.

XLVI.

Quod nulla sit in Ecclesia Christi à tempore Apostolorum extraordinaria vocatio affirmant plurimi supracitati tract.2. cap.2.sect.3.subd.2.a.& sect.6. ad y.z.a. negāt alij citati tract.2.cap.2.sect.6.ad f. & tract.2 cap.2.sect.11. prope finem ad r. & sect.11.subdiu.3.ad * ¶1.

XLVII.

Caracterem indelebilem in certis quibusdam sacramentis imprimi expresse affirmat Covvellus in defensione Hookeri pag. 87.& 91. vbi & S. August. pro ea sententia citat, & idem docet Hookerus lib.3.pag.228. Negant tamen alii Protestantes ex Vvilletto in Synopsi pag.419. qui & in meditat. super psal. 122.excusa

1603. pag 91. Hookerum de illa opinione arguit.

XLVIII.

Quod laicis & fœminis in casu necessitatis sacramentum baptismi administrare liceat, affirmat Iacobus Andreas in epit. colloquij Montisbelgar. pagina 46. & 58. & Hookerus lib.5. sect. 61. pag. 137. & sectione 62. pag. 139. Covvellus in defensione Hookeri pag. 518. qui & Zuinglium ibidem citat, & Schlusselb. in Theolog. Caluinistica lib. 1. folio 68. b. & alij multi. Negat Caluinus apud Schlusselb. in Theolog. Caluinist. lib. 1. fol. 60. & 61. & Vvillettus in Synopsi pag. 432. 433. & alii multi.

XLIX.

Quod in sacramentis administrandis necessario requiritur vt Minister intendat facere quod facit Ecclesia asserit Hookerus in Ecclesiastica politia lib. 5. sect. 58. pag. 126. Et Covvellus in defensione Hookeri pag. 103. & clarius 104. 106. Negant tamen Protestantes illi qui literas Christianas ediderunt ad M. R. Hookerum pag. 29. & 30. & alii passim.

L.

Septem esse Sacramenta affirmant Theologi Protestantes in collatione Lypsiæ teste Illirico in adhortatione ad Constantiam in agnita Christi Religione. &cæt. Magdeburgæ 1550. & alii Theologi in Colloquio Ratisbonensi anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo teste Bucero qui in act. Colloquii Ratisbonensis ait: *Protestantes non grauatim admiserunt septem Sacramenta.* Negant iam Protestantes omnes.

LI.

Fidem quam vocant implicitam docet Fieldus de Ecclesia libro secundo capite secundo pagina 65. circa medium: Et in epist. dedicatoria eiusdem cuius verba iam supra citauimus tractatu secundo capite tertio sectione vndecima subdiuisione prima in margine sub 1. Baro de fide & eius ortu pagina 40. & pagina 91. 92. 94. 97. Iacobi in rationibus è verbo Dei petitis pagina quinquagesima quinta ante medium. Immo confessio Gallicana in Harmonia pagina 319. *aliorum iudicio acquiescere Christianos docet.* Consonat Acontius in stratagem. Satanæ libro quarto pag. 203. Et Hookerus in Ecclesiast. politia præfat. sect. 6. pag. 28. & Vvhitakerus libro primo epist. epist. ad Regem Angliæ pag. 47. hanc opinionem vt Papisticam reiciunt Protestantes illi nostrates, *literas Christianas ad Hookerum* dederunt pagina trigesima & omnes fere hoc tempore Protestantes.

LII.

Vsuram prorsus illicitam esse affirmat Fieus in tract. quem inscribit: *Spiritus vsuræ adiuratus*, & in respons. ad librum quo vsura defenditur excusum anno 1604. & in epist. dedicatoria citat Povvellum & alios plerosque qui vsuram scriptis impugnarunt. Contradicunt tamen Protestantes nonnulli ibid. citati pag. 20. & 32. & Bucerus in scriptis Anglice pagina 789. 790. 791. &c. & hæc posterior opinio Geneuæ præualuit teste Huttono in secunda parte respõs. &c. in præfat. ad confratres, &c vbi ait. *Duo Ministri Geneuæ depositi exularunt, quod vsuram quam status ille probat, illicitam esse dixerunt.* Vide vsuram defendit Mathæus Virellius in primis principiis religionis Anglice impressis 1595. p. 148. 149.

LIII.

Quod Antichristus nondum venit, affirmant plerique Protestantes supracitati

tract. 1. sect. 9. subdiu. 3. in margine ad 13. †. contradicunt passim alij qui dicunt Papam esse Antichristum.

LIIII.

Diuersos ordines Angelorum, Archangelorum, &c. affirmat Huttonus in secunda responsione, &c. pag. 168. 169. 170. per totum. Et Frigeuilleus Gauuius in palma Christiana, pagina 39. Kekermanus in System Theolog. pag. 159. 160. 163. Piscator in volum. 1. Thesium pagina 93. Petrus Martyr in locis communibus Anglicè parte 1. pag. 120. b. paulo post medium. Vide Enchiridion Marloreti Londini 1591. pag. 20. Negat Caluinus Instit. lib. 1. capite 14. *vbi de ordinibus Angelorum nihil certi definiri posse asserit, nec honorum gradus inter eos statui, sed nomina eis ex significatu (ministerij) pro infirmitatis nostræ capta imponi, quare se hæc in medio relinquere, profitetur.* Consonat Hyperius in methodo Theolog. pag. 287 288. & alij plerique Vnde Ministri Diæcesis Lincolniensis concedere nolunt aliquos esse Archangelos.

LV.

Certos Angelos Regnis ac Prouincijs destinari, asserit Caluinus vbi supra sect. 7. & Hyperius vbi supra pag. 291. Et Petrus Martyr in locis communibus parte 1. contradicit autem Fulco contra Testam. Rhemense in Apoc. 1. vers. 20. sect. 9. fol. 464. a. Et Vvillettus in Synopsi, pag. 264. & alij multi.

LVI.

Quod nomine Michaelis Archangeli, non Christus, sed verus Angelus significetur, asserit Rituale siue liber Communionis, qui & collectam sancto Michaeli propriam assignat. Et Marloretus in Enchiridio impresso Londini 1591. pag. 20. post med. & Vvigādus & Matthæus Iudex in Syntagmate, &c. ex nouo Testam. Basileæ 1585. pag. 509. contradicit tamen Vvillettus in Synopsi, pag. 293. 294. & Fulco contra Testam. Rhem. in 1. Apoc. sect. 9. fol. 464. a. Et ibid. in cap. 12. sect. 3. fol. 467. a. fine. & Ministri Diæcesis Lincolniensis in Compendio, &c. pagina 74. qui & ob causam librum Communionis taxant his verbis, *Affirmat liber Communionis Michaelem de quo fit mentio,* Apoc. 12. *esse Angelum creatum.*

LVII.

Sabathum nostrum non alio die quam Dominico obseruandum, affirmat Vvhitgiftus, in defensione, &c. pagina 89. & Cartvvrigthus ibidem citatus. Et Vvillettus in Synopsi, pagina 382. iuxta edit. anno millesimo sexcentesimo sexto, pag. 431. & Fulco contra Testam. Rhemense in Apoc. 1. sect. 6 folio 463. b. ante medium, & Theologi Geneuæ in propositionibus & Principijs, &c. capite 35 pagina 80. sectione 12. & 13. contradicit Caluinus libro 2. Institut. capite 8. sectione 34. Petrus Martyr in 1. Cor. 16. & in locis communibus parte secunda. Vrsinus in doctrinæ Christianæ Compendio, pagina 775. 777. & Thomas Bellus in Recognitione Papistica, impress. millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, libro tertio, parte prima, capite quinto, pagina 117.

LVIII.

Quod translatio Sabathi, à die Saturni, in Dominicum, ex scripturis probari nequeat, sed Apostolica traditio censenda sit, affirmat Bullingerus in Decadibus Decade 2. & serm. 4. pagina 140. b. initio. Vvhigiftus in defensione, &c. pagina 88. & 89. Et fuse Thomas Bellus in Recognitione Papismi libro tertio, parte prima, capite quinto, pag. 116. *Quam & Apostolicam traditionem* perpetuo obseruandam

nuncupant Theologi Geneuenses in Proposit.& Principiis,&c. pagina 8.sect. 13. Vide Fulconem in Apoc. 1. sectione sexta, folio 463.a. fine & Vrsinus in Doctrinæ Christianæ Compendio in Prologom.pagina 36.ait, *hanc esse Apostolicam traditionem credimus.* Contradicit autem Hieron. Zanchius de sacra scriptura,impress.1593.pagina 123.124.& alij multi.

LIX.

Stata Ieiuniorum tempora à certis quibusdam cibis abstinendo non tantum politici ordinis gratia, sed ob rationes spirituales affirmat Hookerus,in Ecclesiastica politia, libro quinto,sect.72. pag.204.205. vbi & pag.209 .tritæ illi obiectioni à Montani desumpta respondetur vt & illi quæ à Sancto Paulo, 1. Tim.4.3. pag. 210. quo loco ait *Arium merito damnatum quod se ieiuniis opponeret.* His Accedit Authors Quærimoniæ Ecclesiæ impressæ Londini 1592. qui etiam obiectioni illi de Montani ieiuniis ab Ecclesia damnatis respondet, pag.110.& illi è S.Paulo, 1.ad Timoth. 4. pag 106. Contradicit Fulco qui & absoletis de Montano & Sancto Paulo obiectionibus insistit. Montanum enim obiicit, contra Testam. Rhem.in Matth.15.sectione tertia, folio 28.& in Act. Apost.cap.13. sect.5.fol. 208. Sed & Arrium defendit in responsione ad Pseudocatholicum, pag.45. Et Vvhitakerus fuse contra Duræum,libro nono, pagina 830.& ex Sancto Paulo plane probare conatur fulco doctrinam Dæmoniorum contra Test. Rhem. in 1.Tim.4.sectione 5.folio 375.a.

LX.

Quod vota non tantum ad vetus Testamentum quod iam partim antiquatum est, pertineant, sed & in nouo Testamento valeant ac saltem in certis casibus obligant, affirmant plerique supracitati tractatu primo, sectione quarta, subdiuisione nona, in margine ad 10. Negant vero saltem in genere alij ibidem citati in margine ad 8.

LXI.

Quod Ieiunium, Castitas, & facultatum in pauperes distributio, sit Christianæ cuiusdam perfectionis, affirmat Hookerus libro 5.pag.205.& 208.& lib.3.sect.8.pag. 140. Et Couellus in defensione Hookeri,art.8.pagina 51. Negant tamen primo bonorum distributionem Vvillettus in Synopsi,pagina 245. de quo vide supra tract.2.cap.3. sect.8.ad b. in margine. Secundo castitatem Lutherus haud satis modeste,vt videre est supra tract.2.capite 3.sect.8.in margine ad g. Et Vvhitakerus ibidem citatus & Vottonus in defensione Parkinsi, pagina 500. vbi ait, *matrimonium simpliciter melius esse*, qui & ibidem paulo ante medium, defendit Iouinianum eo damnatum quod nuptias virginitati equauerit. Tertio denique Ieiunio derogant ij quos supra citauimus tract.2.cap.3.sectione 8.subdiuisione 5. in margine ad f.

LXII.

Quod ei qui donum continentiæ habuerit, vel matrimonium contrahere liceat, vel propter regnum cælorum vitam cælibem agere, affirmat Bucerus in sacra quatuor Euangelia in Matth. cap.19. versu 10.fol.150.b. iuxta aliam vero edit. Basileæ 1536. pag. 400. Vvigandus & Matthæus Iudex in Syntagmate, &c. ex Nouo Testamento, col.1011.centur.centur.1.libro 2.capite 4.col.454. Kemnitius in Enchiridio capite de Coniugio,pagina 411. Hookerus libro tertio,sectione 8. pagina 140. Couellus in defensione,&c.pagina 51. Et in Harmonia Confess.

pagina 543.545. Contradicunt autem (inde enim sequeretur hominem opera supererogationis præstare posse, & plura facere quam quæ à Deo præcepta sunt) Villettus in Synopsi, pagina 236 vbi ijs qui continentiæ donum habent libertatem matrimonij contrahendi prorsus adimit, cui & alij plerique ob eandem rationem astipulantur.

LXIII.

Quod sola finalis impœnitentia sit peccatum in Spiritumsanctum, alia autem omnia peccata dum homo viuit, remitti possunt, & pœnitentia deleri adeo vt pro quouis alio peccatore oratio effundi possit, affirmat Smithæus lib. cui titulus Quod pro omnibus orandum sit. Vrbanus Regius in locis communibus capite de peccato fol. 20.b.& 21.a. Vvigandus & Matthæus Iudex in Syntagmate Noui Testam.col. 580.582.584.585. Kemnitius in Enchiridio, pag. 269.273. Negat autem Fulco in confut. Purgatorij, pagina 274. & contra Testam. Rhem. in 1. Epist. Ioannis capite 5. sect. 4. fol. 455.b. Et Vvillettus in Synopsi, pag. 562.

LXIIII.

Quod vnus idemque sacræ scripturæ textus varios eosdemque veros sensus habere potest (vnde nonnullis aduersariorum ora obstruuntur, qui si forte Sanctum Augustinum aut alium quemuis è Patribus per ignem, Verbi gratia, 1. Cor. 3.15. huius vitæ tribulationes intelligere perspexerint, statim alium illum sensum quo per ignem communiter intelligitur Purgatorium, excludi opinantur, licet alibi iidem ipsi Patres ita exponant, nec tamen priori interpretationi contradicunt, cum terminus ille vtrumque sensum ferre potest) affirmant Biblia Anglicana, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, excusa in Epist. ad Fratres Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, circa medium. Theologi Geneuenses in propositionibus & Principiis disputatis Geneuæ, &c. p. 149. cap. 52. Hieron. Zanchius de sacra scriptura, pag. 422.424.425. Aretius in locis communibus loco 59. pag. 187. & pag. 177. S. August. de Ciuit. Dei, lib. 11. cap. 19. & lib. 12. Confessionum capite 31. & de doctrina Christiana lib. 3. cap. 27. & lib. 1. capite 36. Et libro de Vtilitate credendi, capite 3. Et de Gen. ad lit. lib. 1. 21. Negat autem Fulco in confut. Purgatorij, pag. 151. & Vvillettus in Synopsi, pagina 26. fine.

LXV.

Ordinis & iurisdictionis distinctionem (iuxta quam Archiepiscopus, Episcopo, vel Sacerdoti æqualis dici potest, vel inæqualis, ordine enim æquales, iurisdictione vero inæquales censendi sunt, & eadem adhibita distinctione illa sacræ scripturæ, & Patrum loca commode interpretari possumus, quibus aliquando Petrum cæteris Apostolis, vt & Papam cæteris Episcopis æqualem dicunt) affirmant Vvhitgiftus nuper Cantuariensis & Brigesius Oxoniensis Superintendentes iam supra citati tract. 2. cap. 3. sect. 10. subd. 2. fine in margine ad m. Negat tanquam Papisticam Cartvvrightus apud Vvhigiftum. in defensione, pagina 389. prope finem, & alij multi.

LXVI.

Quod tota Ecclesia visibilis errare nequeat, affirmant plerique Martyres Foxiani. Nempe Philpottus Actis & Monument. pag. 1401. Bilneus ibidem, pagina 464.b. art. 4. Ridleius ibidem, pag. 1361.b. & pagina 1286.b. Iacobus Bainhamus ibidem, pag. 493.b. Et ipse Foxius Actis & Monument. pag. 999.a. art. 36.

Bancroftus nuper Londinēsis Superintendens in concione habita 8. Februarij, 1588. pagina 42. 43. Theologi Genuenses in propositionibus & axiomatibus disputatis, pagina 141. sectione 12. & 13 & omnium apertissime Bertrandus de Loque Minister Delphinatus qui in tract. de Ecclesia, capite 12. pag. 198. de hac quæstione sic scribit, *Quæstio an Ecclesia errare potest, meo quidem iudicio non de tota Catholica Ecclesia est, omnes enim in eo conueniunt quod ipsa in fide errare nequeat, &c. Quæstio igitur hæc de Ecclesia particulari intelligenda est.* Contradicit Fulco qui in responsione ad Pseudocatholicum, pagina 86. ait, *Tota Ecclesia militans ex hominibus constans qui omnes mendaces sunt, simul errare potest, sicut & qualibet eiusdem pars, &c.* Et Puritani in libello quem inscripserunt, *Breuis Animaduersio falsitatum,* quæ continentur in serm. habito à D. Bancrofto 1588. pagina 34. vbi eum de dogmate Papistico in hac quæstione redarguunt.

LXVII.

Controuersias de Religione, definitiua aliqua iudicij externi sententia non autem ex solis scripturis terminandas, affirmat Fieldus, cuius verba iam supra citauimus tract. 2. capite 3. sectione 11. subdiuisione 1. in margine sub 1. Bilsonus Vvintoniensis in perpetuo Regimine, &c. pagina 372. Bancroftus in concione prædicta pagina 42. 43. Couellus in modesto examine, &c. pagina 108. 109. Hookerus in Ecclesiastica politia in præfat sectione 6. pag. 26. & pagina 28. Melancthon in Consilijs Theolog. parte 2. pag. 1. & 2. Idem post multa vltro citroque habita, fatetur Reinaldus in collatione cum Harto, pag. 99. post med. & Puritani quidam apud Bancroftum in Recognitione, &c. pagina 304. contradicunt passim plerique omnes Sectarij qui vt se ab omni iudicio eximant, Ecclesiam errare posse causantur: & solam scripturam omnium controuersiarum iudicem statuunt. Hoc aperte videre licet in Colloquio Ratisbonensi excuso Lauingæ, anno 1602. per totum.

LXVIII.

Sat sciunt docti Regimen Ecclesiæ, nec Democraticum, nec Aristocraticum, sed Monarchiam esse, affirmant totidem verbis Vvhitgiftus in defensione, &c. pagina 641. Couellus in examine, &c. contra actionem Innocentum, pagina 107. 109. quem supra citauimus tract. 1. sectione 3. subd. 10. post 15. ad a. b. c. d. Lutherus citatus in margine sub * ante 18 Et ij omnes Protestantes qui Regem seu Magistratum temporalem caput Ecclesiæ statuunt. Contradicunt alij plerique qui Respublicas diuersis Principibus subditas, & particulares Ecclesias earundem ita distingunt, vt quamlibet Rempublicam per se distinctam, & dependens corpus politicum suis quodlibet legibus subiectum constituere dicant, omnes vero diuersarum gentium Ecclesias vnam fidem ac Religionem profitentes, non nisi vnam *Ecclesiam Catholicam facere, vnum corpus.* Ephes. 2. 16. & Ephes. 3. 16. *vnam visibilem Christi Ecclesiam,* (inquit Hookerus libro 3. sect. 1. pagina 126.) Hi igitur prædictam Vvhitgifti assertionem impugnant, quia plane vident ex illa sequi, quod variæ diuersarũ gentium Ecclesiæ, quæ non nisi vnam, vt dictũ est. Ecclesiam constituunt, & vnum corpus, vni etiam capiti iungi vni Monarchæ Ecclesiastico subiici debeant. Iacob Minister in rationibus è verbo Dei petitis, pagina 24. Hookeri rationes (rectène an secus alij viderint) sic retorquet. *Hinc sequeretur* (inquit ille) *necessario confitendam esse Catholicam aliquod seu vniuersale Regimen Ecclesiasticum.* Hinc conclusioni, *Hookerus tam propositionem,*

quam assumptionem suppeditat viz: Quælibet *Ecclesia visibilis vere ac proprie sic dicta certo aliquo Regimine Ecclesiastico regi debet, sed datur in terris Ecclesia aliqua visibilis Catholica & vniuersalis.* His præmissis facile erit conclusionem subnectere: ergo datur in terris Catholicum aliquod & vniuersale Regimen Ecclesiasticum. Sic nimirum colligit Minister ex prædicta Hookeri assertione, quam ille absurdam putat, sicut & illud quod inde infertur.

LXIX.

Quod infantes non credant actu, affirmant plerique supracitati tractatu primo, sectione 6. subdiuisione 3. ad r. contradicit Lutherus in locis communibus, classe 2. pagina 122. fine & passim aliis in locis. Et David Rungius in Disput. in Academia Vvittembergensi impressa ibidem 1606. pag. 195. sectione 144. 145. 146. &c. Iacob Andræas cuius verba recitat Beza in responsione ad Acta Colloquij Montisbelgar, parte 2. pagina 124. Vide ibidem parte 1. in Præfatione, pagina 21. 22. & Lutherani communiter. Vide hac de re Musculum in locis communibus, pagina 309. & Iacobus Kimedontius in Redemptione humani generis, libro 2. capite 15. pag. 164. 165. 166.

LXX.

Quænam scripturæ Canonicæ sunt, quæ non, haud aliunde nobis innotescere, quam ex traditione Ecclesiastica, affirmat Hookerus in Ecclesiastica politia, libro primo, sectione 14. pag. 86. & libro 2 sectione quarta, pag. 102. 103. & lib. 3. sectione 8. pagina 147. Et Vvhitakerus aduersus Stapletonum libro 2. capite 6. pag. 370. & pag. 357. & libro 2. capite 4. pag. 300. & pag. 298. Et vide Petrum Martyrem in locis communibus parte 1. capite 6. sectione 8. pagina 42. b. Et Lubbertus de principijs Christianorum dogmatum, libro 1. capite 4. pagina 18. Contradicunt autem Protestantes quidam Anglici in literis Christianis ad D. R. Hookerum datis, pag. 9. & 10. & Vrsinus in Prologomenis pag. 13 circa medium. Et Caluinus Institution. libro primo, capite septimo, sectione quarta, & alij passim qui ne Ecclesiæ authoritatem agnoscant, scripturas sacras ex testimonio spiritus dignoscendas esse contendunt.

LXXI.

Quod Ecclesia Romana sit pars quædam Ecclesiæ Dei & membrum visibilis Ecclesiæ Christi, affirmant plerique supracitati tractatu primo, sectione 6. subdiu. 1. ad e. f. g. h. k. l. m. n. Contradicunt tot alij vt eos nominatim recensere supra uacaneum videatur.

LXXII.

Patriarchatus seu Primatus vnius in Ecclesiam etiam diuersarum gentium Regnorum, agnoscit Melanchthon supracitatus tractatu 1. sectione 3. subdiuisione 10. in margine ad 17. Iacobus Andræas ibidem citatus in margine ad * ante 16. Edvvinus Sandesius Eques qui in Relatione Religionis Occidentalium subindicat huius defectum Protestantium Ecclesiæ nexuum esse verba eius habentur supra tractatu 2 cap. tertio, sectione 5. subdiuisione secunda, fine in margine ad l. Et Andræas Friccius l. 2 capite decimo, pagina 570.

LXXIII.

Traditiones non scriptas necessario obseruandas, etiam ij ipsi qui easdem impugnant, agnoscunt, Verbi gratia Fieldus de Ecclesia libro quarto, capite 20.

pagina 241. vbi cum ex professo traditiones non scriptas fuse impugnat, tandem pondere veritatis oppressus easdem fatetur, his verbis. *Ad eas iam traditiones veniamus, quæ mores hominum & conuersationem attingunt. Quod enim Apostoli plurima huius generis Ecclesiæ tradiderunt, quædam de præcepto, quædam de Consilio, quædam pro tempore, quædam semper duratura, nos minime dubitamus. Huius generis est diei Dominicæ obseruatio, & alia pleraque quæ sine dubio ab Apostolis traditione accepimus.* Et vide vt traditiones diei Dominicæ & sacræ scripturæ agnoscunt Protestantes supra hac eadem sectione, subdiuisione 59 60. & 72. Et vide eundem Fieldum vbi supra confitentem ieiunium quadragesimale traditionem esse, pagina 239. Et Couellus in responsione ad Ioannem Brugesium, pagina 139. asserit, *moderatum vsum Crucis constitutionem Apostolicam esse.* Et idem Couellus in examinatione aduersus actionem Innocentium capite 9. pag. 104. expresse ait, *nomen Archiepiscopi ordinationem esse Apostolicam.* Bancroftus autem in Colloquio Hamptonensi, pagina decima. *Sacramentum confirmationis Apostolicam esse institutionem asserit, id quod significari ait, non autem necessario probari ex Hæb. 6. 2.* & Vvhigiftus in defensione, &c. pagina 539. asserit & abunde probat, *Pascha esse traditionem Apostolicam.* Et Oecolampadius asserit, *Baptismum infantium in scripturis non doceri* in libro Epist. Zuinglij & Oecolampadij, pag. 301. & 363. Idem habet Zuinglius libro de Baptismo folio 96. a. & Fieldus pag. 239. *Vocat Baptismum infantium traditionem quia* (inquit) *non expresse traditur in scripturis, quod Apostoli infantes baptizarunt, nec aliquid expresse præceptum ibi inuenitur quod sic fieri oportuit,* asserit tamen morem illum *in scripturis fundamentum habere.* Sed hoc quid ad rem? nisi etiam ostendat ex scripturis probari posse quod in verbis iam supracitatis negauit, & ob eam causam *traditionem* vocat. Denique vide Hookerum in Ecclsiastica politia, lib. 2. sect. 7. pag 118. & 119. vbi respondet, vti & nos solemus, variis testimoniis Patrum nempe Irenæi, Hieron. Augustini quibus ibidem Cartvvrightus & Protestantes communiter solius scripturæ iudicium stabilire conantur. Et vide ibid. sect. 5. pag. 106.

LXXIIII.

De æquiuocatione quam Catholici quidam aliquando aiunt licere (non quidem vbi de fide & Religione agitur, cum sacra Protestantium adire semper recusemus; nec in minimis quæ ad fidem & Religionem spectant dissimulare soleamus, nec etiam in pactis vel conuentibus in quibus Catholicorum fides & veritas omnibus satis explorata est, nec denique in iis quæ in Regis & Reipublicæ detrimentũ vergunt: In his enim semper candide agere tenemur, nec secus aliquando sine summa impietate & grauissimo scelere nos facere posse putamus) sed in certis aliis casibus nempe vbi innocentiæ vis infertur, verbi gratia vbi ab iniquis inquisitoribus, vrgemur vt Catholicos prodamus, aut secretum detegamus, quod salua conscientia reuelare non possumus, & in aliis occasionibus his similibus. Quia vero hæc opinio nobis sæpe probro vertitur, non iam veritatem eius discutiemus, sed breuiter (vt aduersariis satisfaciamus) inquiremus, vtrum Protestantes simili æquiuocatione & amphibologia vel etiam deteriori simulatione vti soleant. Certe Petrus Martyr in locis communibus, parte 2. capite 3. sect. 39. pagina 547. a. post medium vbi pluribus hac de re disseruisset, tandem his verbis concludit. *In his casibus haud prohibitum, immo licitum esse existimo amphibologistice respondere.* Zuinglius tom. 3. folio 45. a. de illis

Abrahami verbis quibus seruos alloquitur, cum iam ad filium sacrificandum pergeret, nempe (*expectate hic cum asino, ego & puer illuc vsque properantes postquam adorauimus reuertemur ad vos.* Gen. 22. 5.) sic censet. *Mentitus non est (Abraham) neque enim mentitur, qui secretum aliquod celat, ne quid periculi inde nascatur.* Vvillettus in Gen. cap. 27. pag. 290. multis sacræ scripturæ locis docet dissimulationem in actione externa haud improbandam, & pagina 292. inquit *aliud est veritatem reticere, aliud mentiri, Celauit Abraham veritatem cum dixit Saram sororem suam esse.* Gen. 26. 7. & Melanchthon in locis communibus excusis Basileæ, 1561. pag. 763. ait. *Non enim nomino mendacia figuras quibus ex probabili causa aliquid tegitur, quod non necesse est dici, vt Raab negat speculatores domi suæ esse, tales figuræ nominãtur officiosa mendacia.* De his figuratiuis locutionibus seu officiosis mendaciis (vt loquitur Melanchthon) Lutherus to. 5. Vvittemb. fol. 352. ait, *Simile est mendacium Raab.* Iosuæ cap. 2. *Est igitur mendacium officiosum quo famæ, saluti corporis, vel animæ consulitur, &c. Igitur honestum & pium mendatium est, ac potius officium charitatis appellandum.* Szegedinus doctus imprimis Caluinista in locis communibus, pag. 422. ait, *Mendacia licita & bona, quæ commendantur,* quod ibidem probat exemplo Raab & aliis plerisque è sacra scriptura petitis. Vvolfgangus Musculus in locis communibus, pagina 106. ait, *alius mentitur ex timore Dei, sic obstetrices Aegyptiæ.* Exod. 1. *alius ex charitate vel fide debita, sic Micol.* 1. Samuel. 19. *alius ex fide sic Raab.* Hæb. 11. &c. Ad praxim aduersariorum veniamus. Refert Foxius de Vvickleffo quod ad rigorem vitandum perplexis verbis vsus fuerit, &c. sic & Valdenses vt videre est supra tract. 2. cap. 2. sect. 3. subdiuisione 4. in textu & margine ad 17. Ioan. *Negligens Martyr Foxianus interrogatus à Magistratu num cognosceret certum quendam hominem, respondet, vt ipsemet de se refert, minime gentium, non noui hominem, nec quod sciam de eo quicquam audiui. In quo inquit ille splendide mentitus sum. Noueram enim eum.* Ex & Act. Monument. pag. 1530. a. post medium. De æquiuocatione autem qua vsus est Martinus Bucerus etiam vbi de Religione ageretur (cuius laudes vide supra tract. 2. cap. 2. sectione decima, subdiuisione quinta, ad h. i. k.) refert Schlusselburg in Theologia Caluinistica libro secundo, folio 129. a. ex Lauathero Caluinista & Osiand. in Epitom. cent. 16. pagina 249. & Iosias Similerus Buceri charissimus amicus in Orat. de vita & morte Petri Martyris annexa locis suis communibus Anglicè, fol. 99. a. *Quod multi docti Caluinistæ in Explicat. Eucharistiæ obscuritatem affectarunt, & quod Bucerus sæpe hortatus est Petrum Martyrem vt in quæstione de Cœna Domini obscura quadam & ancipiti loquendi formula vteretur. Cui & Petrus Martyr consensit & iisdem loquendi formulis quibus ipse Bucerus vti solitus sit.* Plura hac de re Hospin. in secunda parte. Hist. sacram. fol. 210. a. & b. & Osiander in Epit. cent. 16. pag. 614. vbi & hæc habet. *Caluinus ad Melanchthonem crebris literis datis hortatus est eum, vt aperte & perspicue sententiam suam de Cœna Domini profiteretur, &c. Sed Philippus neque apertam & ab omnibus ambiguitatibus alienam confessionem sibi extorqueri persuaderi passus est, &c. Ita Philippus interdum cum Caluinistis collusit, interdum cum Lutheranis facere videri vult.* Et Osiander ibidem pag. 826. initio de Caluinistis Theologis Vvittembergensibus sic scribit, *Vvittembergenses Theologi edunt Confessionem de Cœna Domini non totam sinceram sed ambiguitatibus inuolutam, &c. Theologi Geneuenses admonent Ecclesiam Christi, &c. Vvittembergensium phrases in hoc negotio esse ambiguas, quæ in vtramque partem flecti queant, & meros esse cothurnos,* & pag. 841. taxat

occultissimos Caluinistas *qui sub ambiguitatibus & dissimulatione veritatis latitare cupiebant.* Et vide ibidem pagina 912. 913. Immo, pagina 796. paulo post medium. De Caluinistis inquit, *hanc maximam seu regulam habent Caluinistæ, licere pro gloria Christi mentiri.* Et hæc quidem hactenus de æquiuocatione vel etiam peiori dissimulatione qua vti solent Lutherus, Zuinglius, Petrus Martyr, Melancthon, Musculus, Szegedinus, Bucerus, & alij eiusdem notæ iam supra citati.

LXXV.

Denique de signo Crucis quo cibos benedicere, frontem munire, & in publica Liturgia sæpius efformare solemus, quid Lutherani sentiant docet Ioan. Creuellius in descriptione & refutatione cæremoniarum Missæ, impress. Magdeburgę, anno millesimo sexcẽtesimo tertio, pag. 108. his verbis. *Nos autem non improbamus signum sanctæ Crucis, si semel atque iterum absque superstitione libere in diuinis officijs adhibeatur, atque vsurpetur: immo nec si priuatorum cibi & potus eadem libere signentur. Nam siue cubitum eamus, siue surgamus è lecto, cruce nos iuxta Lutheri, & aliorum piorum institutionem signamus.* Et Ioannes Manlius Lutheri discipulus in locis communibus. b. pagina 636. Lutheri hoc in genere praxim referens ait, *Respondet Lutherus, signo crucis facto, Deus me tueatur, &c.* Et liber precum publicarum in Anglia tempore Edoüardi Regis illius nominis sexti promulgatus qui communi consilio Cranmeri, Latimeri, Ridlei, & aliorum Theologorum Protestantium compositus est, & publica authoritate approbatus, atque typis excusus anno 1409. folio 116. b. præcipit Sacerdoti, vt Eucharistiam signo crucis signet. Et folio 113. vt in consecratione fontis baptismalis idem signum adhibeat. Contradicunt tamen alij passim Protestantes, & ita facere ex se superstitiosum, & sacræ scripturæ contrarium esse dicant.

Atque his quidem 75. capitibus alia pleraque dogmata Catholica adiungere possemus, in quibus aduersarij nostri doctiores nobiscum consentiunt, Verbi gratia *De originali peccato, ob quod Ethnici damnabuntur*, contra Zuinglium & alios supracitatos, tractatu 2. capite 3. sectione 9. subdiuisione 3. a. g. vsque ad q. *De Deitate Christi*, contra Protestantes reformatos Poloniæ & Transiluaniæ, qua de re vide supra tractatu 2. capite 2. sectione 10. sub. 13. parte 3. ad p. q. *De potestate Episcoporum*, & alijs multis contra Puritanos, quæ tamen omnia ex authoritate verbi diuini altera Protestantium pars affirmat, altera negat.

Ex dictis apparet quam iusta & verax fuerit illa Nicolai Superintendentis Ratisbonensis lamentatio. [n] *Non sunt leues aut de leuibus rebus quæ inter nos gliscunt dissentiones, sed de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis, de Lege, de Euangelio, de Iustificatione, & bonis operibus, de Sacramentis, de Vsu cæremoniarum, &c.* Et illa

N. Nicolaus Gallus in thesibus & hypothesibus, &c. & vide ibidem folio vltimo.

Et illa Seleuceri. o *De publica in Ecclesia discordia non est opus quærere, &c. Inter nos qui verum Euangelij doctrinam habere nos gloriamur, discordiæ mouentur, de Adiaphoris, de bonis operibus, de iustitia nostra apud Deum, de libero arbitrio, de præsentia, & participatione corporis Christi in Eucharistia, de humanitate Christi, de humanæ naturæ in Christo proprietate, de Ascensione eius & sessione ad dexteram Patris, de vbiquitate, & plerisque* id genus alijs, Similes sunt † aliorum Protestantium querelæ. Quæ cum ita se habeant, quomodo aduersarij periculum incertitudinis & ignorátiæ in fidei dogmatibus euadent? Cùm præsertim ipsimet fateantur 2. *carere iudice ad lites Ecclesiasticas dirimendas, esse spem omnem pacis adimere*, vnde & asserunt 3. *Synodos externum esse medium errores diiudicandi, & certissima media* 4. *dubia definiendi, * quæ si desint, Ecclesia nullo vnquam tempore fuit, neque vero vnquam esse potest sine turbarum tempestatibus.* Atque vt communem illam eorum opinionem quod 5. Concilia errare possunt,

O. Seleucerus in tertia parte Comment. in Psal. 131.

† Conradus Schlusselburg. in Theolog. Caluinistica. lib.1.art.28. fol.153.b.initio citat Ioannem Pappum contra Sturmium sic loquentem. *Etsi enim* (inquit Pappus) *initio de vno tantum articulo controuersia fuit, tamen, &c. eo progressi sunt Caluinistæ, vt non paucos neque postremos doctrinæ Christianæ articulos in dubium vocarint. Agitur enim nunc inter nos de omnipotentia Dei, & vnione personali duarum naturarum in Christo, de communicatione idiomatum, de Christi corpore glorioso, de Ascensione eius in cœlum, de discrimine sacramentorum noui & veteris Testamenti, de vi & efficacia Baptismi, de prærogatiua infantium natorum ex parentibus fidelibus, de Cœna Domini, de prædestinatione, &c. de quibus omnibus articulis nemo pius negare potest magnas inter nos controuersias esse*, De Dissentionibus vero ipsorum Lutheranorũ inter se sic scribunt, *Inter se disceptant de iustificatione, de libero arbitrio, de Euangelio, de lege, & eius vsu, de Christi ad Inferos descensu, de ipsius persona, de cæremonijs, de filiorum Dei electione ad vitam æternam, & multis alijs non leuis momenti articulis, de quibus facile transigunt, eo quod isti omnes sese Lutheri nomine tuentur.* Hæc citat Andræas Iurgiuicius in libro quem inscripsit, *Bellum quinti Euangelij*, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pag.60.

2. Bilsonus in Perpetuo Regimine, &c. pag.372. initio.

3. Idem ibidem, pagina 370.
4. Ibidem, pagina 374.
*. Couellus in modesta examinatione, pagina 110.
5. Quod Concilia etiam generalia errare possunt expresse asserunt, Fulco & Vvillettus citati hac eadem sectione ad K. Et Vvhitakerus libro de Concilijs contra Bellarm. q. 6.

possunt & 6. difficilem exitum Synodorum & Colloquiorum hactenus habitorum prætermittam, ipsimet certis & irrefragabilibus 7. rationibus nixi, spem omnem Synodum, quæ diuersarum nationum & Ecclesiarum Theologos in se contineat, congregandi, abiecerunt. In tam extricabilibus igitur salebris hærent isti, vt * Castalio apprimè doctus Caluinista in has voces erumpat. *Profecto* P *si verum fateri volumus, hoc sæculum nostrum extremis ignorantiæ tenebris adhuc obtuitur, cuius certissimum sunt argumentum, tam graues illæ, tam pertinaces, tam perniciosæ dissentiones, &c. tanta librorum sibi inuicem contradicentium copia indies prodit. Si clara veritatis lux nobis illucesceret, nunquam tam tenebrosas & obscuras librorum candelas accenderemus, &c.* Quare & sic concludit: q *Crassa, crassa, inquam, sæculum tenet ignorantia.*

Cùm

6. Pleræque Synodus, & Colloquia ad Protestantium inter se controuersias componendas habita sunt, sed frustra, verbi gratia *Maspurgi*, anno 1529. de quo vide Cooperi Chronica, fol. 290.b. & Schlusselburg in Theolog. Caluinistica, li. 2. art. 13. fol. 144. Quam acriter vero Melancthon ibidem præsens Zuinglianis dissensit ipse de se testatur in Epist. ad Martinum Gerlitium, Pastorem Brunsvvicensem. Quam vero proteruum, & refractarium se Lutherus ostenderit, narrat Brentius in appendice ex Luthero: Et Caluinus admonitione vltima ad Vvestphalum. Et Lauaterus in Hist sacram. De Conuentibus *Svvabach: & Smalcald: plane irritis*, Vide Lauatherum in Hist. sacram. de Conuentu *Mulbrunensi*. Vide *Acta Colloquij Mulbrunensis tam à Palatinis quam à Vvittembergensibus edita*, & Osiandrum in Epitome cent. 16. pagina 791. & 793. *de Conuentu Montisbelgar.* Vide respons. Bezæ ad Acta Colloquij Montisbelgar. Et Iacobum Andræam in Epitome Colloquij Montisbelgar. Et Hospin. in Historia sacramentaria, parte 2. fol. 383.a. *De Colloquio Heidelberg.* Vide Acta Disput. de Cœna publice in Academia Heidelbergensi inter eius loci Theologos, &c. Lipsiæ 1585. in Epist. ad Lectorem, & vide ibidem fol. 164.b. *De Colloquio Aldeburgensi.* Vide Acta Colloquij Aldeburgensis impressa Lipsiæ, anno

millesimo quingentesimo septuagesimo, pagina 486. 487. Vide etiam Colloquium Alteburgense excusum Genæ ad Salam. 1570. in Epist. seu Præfat. eiusdem. *De Colloquio Hertzburg.* anno millesimo quingētesimo octogesimo quinto, inter Theologos Saxoniæ & Caluinistas Hannoniæ. Vide Osiandrum in Epit. &c. cent. 16 pagina 964. 965. Vbi de eo ait, *Colloquium sine fructu est solutum.* De Colloquio Lindauinensi, anno 1575. Vide Osiandrum vbi supra, pagina 853. De nonnullis autem Colloquiis inter Lutheranos & Caluinistas frustra habitis, vide testimonium Schlusselberg. supra tract. 2. capite 3. sectione 5. subd. 5. initio ad * mox post f. Et Hospin. in Hist. sacram. parte 2. alia pleraque loca commemorat, nempe Colloquium Quedelburgense, fol. 377. a. Colloquium Chepregiense, folio 390. b. Disputationem Tubingensem, folio 370. a. Colloquium Hamburgense, anno 1553. fol. 237. b. Aliud item Hamburgense, anno 1554. fol. 239. a. colloquiū Lubecense, 233. b. Vide & alia colloquia ibid. relata, fol. 330. b. fol. 245. a. & 32. a. b. Neq; vero omittendum est colloquium Vvormatiense inter Catholicos & Protestantes qui cū iam congredendum esset cum Catholicis, adeo inter se dissenserunt vt Conuentus dissolueretur. Sic refert author Protestans Dresserus in millenario b. p. 86. *Anno* (inquit) *57. Vvormatiæ Colloquium de Religione inter Catholicos & Euangelicos institutum est, &c. Venit eo de Protestantibus Philippus Melancthon probe instructus & munitus contra omnia aduersariorum tela cum alacritate animi magna, &c. Etsi autem quibusdam bonis viris ex vtraque parte nihil prius fuit & antiquius quam vt ordine bono in colloquendo de controuersis Religionis articulis procederetur, tamen astute à nonnullis obiecta est Protestantibus Theologis materia velut pomum contentionis de Augustana Confessione, vtrum omnes vno eodemque sensu eam tueri vellent, &c. Hinc cum ipsi inter se dissiderent Euangelici, factum est, vt neque respondere ad quæstionem Pontificiorum possent, neque cum illis congredi, separatione igitur facta nauari & effici nihil potuit, in quo vulnere sanando satis negotij adhuc habet Ecclesia Euangelica. Venerunt ad hoc Concilium Farellus, Beza & alij, &c.* Vide hac de re Amsdorphium in Confessione veræ doctrinæ & Nicolaum Gallum in Thesibus & Lauatherum in Historia sacramentaria, & Hospin. in Hist. sacram. parte 2. folio 250. a. b. & 251. Hæc agnoscit Baldvvinus in disput. 22. pro articulis Smalcaldicis, impress. Vvittemberg. 1606. disput. 1. sect. 39.

7. Conradus Schlusselberg. in Catalogo Hæreticorum, libro decimotertio, & vltimo, pagina 864. ait, *Hoc nobis potissimum considerandum videtur, num hoc tempore inter exterarum Ecclesiarum Theologos & nostros vlla Synodus indici & cogi possit. Quinis enim nostrum sibi arrogabit, vt locum constituat, diem dicat, variarum nationum Theologos euocet? Iam vero quisnam ipsi Synodo præsidebit? Porro quis iudex erit inter litigantes, &c.* Et Ioannes Pappus in Epitome Historiæ Ecclesiasticæ, pagina ducentesima septuagesima nona. *Si coire in hoc tempore Synodus posset, non essemus nostro loco, vel officium, vel veritatis patrocinium neglecturi, sed ita manifesta impedimenta sunt, vt qui Synodum hoc tempore vrget, is non dijudicationem suæ causæ, sed occasionem nocendi Ecclesiæ, Interea dum Synodus coire non potest, quærere debeat videri.* Et vide Protestantem anthorem illius libri qui inscribitur, *Laconici Anti-sturmij Spongia aduersus Lambertum Danæum*, pagina quadragesima quarta, Vbi hæc habentur, *Magna est stultitia prouocare ad vniuersalem Synodum, quæ institui non potest, sicut ex supradictis manifestum est.* Et Eques ille nostras Edvvinus Sandesius in narratione Religionis

Occidentalium f. 2. b. ait, *Protestantes tanquam dissipatæ ac pallantes turmæ altrosum vagantur absque medio vllo controuersias componendi, &c. Patriarcham nullum habent qui superintendat, & Ecclesias curet, &c. nullam generalem Concilij conuocandi viam certam habent, in quo sola spes restat contentiones eorum aliquando compescendi.* Cumque Vvhitakerus de Concil. pag. 56. recte statuat *absque potestate nullum Concilium indici posse.* Cumque Beza in Ep. Theolog. 83. pagina 399. sic scribit, *docet nos verbum Dei cogendas esse Synodos.* Quis tot Principes Protestantes Religione tam inter se dissentientes, nec vllo modo sibi inuicem subordinatos coget, vt suos quilibet tam variarum nationum Theologos ad Concilium euocent? Hinc Beza in Epistolis Theolog. Epist. 24. pag. 159. inquit, *Synodi autem nomine non intelligimus Oecumenicum quod vocant Concilium. Quis enim illud coget?*

* Vide supra tractatu secundo, capite primo, sectione quinta, ad * post b.

P. Sebastianus Castalio in Præfatione Bibliorum quæ Regi Anglorum Edoüardo VI. dicauit.

Q. Castalio ibidem.

Cùm ergo nullum humanum præsidium aut veri inueniendi medium cernat, ad diuinum confugit, dicens, r *Expectemus iusti Iudicis sententiam & sinamus lolium crescere vsque ad Messem, ne fortè simul eradicemus & triticum.* Alij quo hanc in fidei dogmatibus incertitudinem vitent, ad priuatum examen * iudicium omne reuocant, in opinionis suæ f defensionem illa scripturæ loca allegantes, t *Probate spiritus si ex Deo sunt,* u *omnia probate, quod bonum est tenete.* His iam nos libenter astipulamur, & vt æquanimiter patiantur legem quam ipsi tulerunt, obsecramus: atque vt olim Patres Concilij Carthaginensis † Donatistas, ita nos iam Protestantes ad publicum & æquum disputationis

R. Castalio vbi supra.

* Hac de re, vide sup. tract. 2. c. 1. sect. 1. & in marg. ad p. q

S. Lubbertus de principijs Christian. dogmati, pagina 562. 563. & Bilsonus in vera defensione, &c. parte 2. pag. 353. Et vide Assertiones Theologorum de Sacramento Cænæ Domini, &c. Argentorati anno 1564. pag. 1.

T. 1. Ioannis 4. 11.

V. Prima Thessal. 5. 21.

† Concil. Carthag. Can 95. sic eos alloquitur. *Eligatis ex vobis ipsis quibus vestræ causæ probandæ negotium committi debeat, vt nos quoque hoc ipsum facere possimus & ex nostro Synodo eligantur, qui debeant cum ijs qui ex vobis electi fuerint, statuto loco, &*

tempore quicquid est controuersia qua nostram à vobis communionem separet, examinare, &c. Si enim hoc fraterne admiseritis veritas facile apparebit, Si autem hoc facere nolueritis, infidelitas, vestra statim cognoscetur.

tionis certamen prouocamus. In qua quidem concertatione nos æquas illas & rationi consentaneas conditiones, quas x Hookerus in Colloquio cum Puritanis obseruandas præscribit, libenter admittimus, vel quas nuper in Colloquio Ratisbonensi vtrique y parti placuisse vidimus. Cui petitioni nostræ vt Majestas vestra annuere dignetur, summis precibus & votis quam possumus ardentissimis per præsentes humillime petimus & obtestamur.

X. Vide Præfat. Hookeri præfixam lib. de Ecclesiastica politia, sect.5. pagina 26.

Y. Hac de re, vide Acta Colloquij Ratisbonensis Monachij 1602. pag.4. Et vide Colloquium Ratisbonæ habitum, impressum Lauingæ 1602. pag 9. 10. 11.

Enimuero prædicta aduersariorum in fidei dogmatibus inconstantia, disputatione quasi remedio necessario indigere videtur: Ipsa causæ grauitas & magnitudo, quippe quæ æternam animarum salutem attingit, disputationem requirit: Illa iam dicta aduersariorum norma ad priuatorum examen omnia reuocantium disputationem præscribere videtur: Ille ipse zelus quo aduersariorum salutem sitit disputationem tanquam medium eiusdem necessarium desiderat, cumque illi nos vicissim errare putent, & reformationem nostram quærant, quidni disputationem in eum finem libenter admittant? Nostrum iam olim exemplum, qui regnante clarissimæ simul ac fælicissimæ memoriæ Reginæ Angliæ * Maria ad publicas æquasque disputationes aduersarios admisimus, vt & ipsi iam nobis

* Plurimas disputationes cum Protestantibus publicè

vicem rependant, exigit, constans illa & alacris fiducia Catholicorum Theologorum † quibus non minor perficiendi facultas suppetit, quam aggrediendi voluntas, graui quadam nec contemnenda sollicitatione disputationem vendicat: varia eius generis exempla in plerisque alijs nationibus ostensa, & quidem ab ipsis aduersarijs § præscripta, Anglos etiam ad disputationem ineundam prouocant, & instigant: Catholicæ nostræ fidei veneranda canities ipsis aduersariis confessa disputationem obtinere præsumit: quæ cum per omnes vndique nationes propagata sit, nec per Concilium aliquod Oecumenicum hactenus vnquam damnata fuerit, planè indignum foret vt inaudita reiiceretur: deniq; illa Majestatis vestræ eruditionis & iudicij maturitas qua de singulis controuersiis sententiam ipse pronuntiare valeat, nos ad hanc pro disputationibus petitioné exhibendam animosiores & alacriores reddit. Sed ego hic me comprimam, & hoc totum de Religionis ac fidei controuersiis negotium Regię Majestatis vestræ prudentiæ, moderationi, pietati relinquens, Deo Opt. Max. in cuius manu corda Regum sunt, precibus quam ardentissimis

habitas regnante Regina Maria recenset Foxius, verbi gratia in Templo Diui Pauli Actis & Monument. pag. 905. b. Oxonij, pagina 931. b. Iterum Oxonij, pag. 1471. a. data etiam facultate notarios pro parte sua eligendi, pagina 958. a.

† Edvvinus Sandesius Eques in narratione Religionis Occidentalium sect. 21. de Catholicis sic scribit, *Rationes* (quibus vti solent) *exacuerunt, Responsa quædam siue effugia in promptu habent, quibus omnia aduersariorum argumenta, allegationes, replicationes diluant: distinctiones habent, quibus validissima quæque argumenta repellere queant, cum fortissimo quoque aduersario congredi audent, quem aut argutijs suis constringere aut omnia contorta in eos argumentorum tela distinctionibus suis ita excipere videas vt non iniquus auditor eos nihil inferiores paulo æquior forsitan etiam superiores arbitrabitur. Pleno ore vbique disputationum certamina postulant. Ita Campianus apud nos olim & vt nuper Turricam* [illegible]*, Card. Andræs Constantiensis cum Iesuitis suis Protestantes iure antiquo in Diæcesi suo commorantes prouocauit.* Idem *Geneuensibus non ita pridem factum, sed & Capucini nuper prælium redintegrarunt, &c.*

§. Vide Matthæum Hoë in tractatibus duobus quorum prior de disputationibus Theologicis, &c. in Præfatione.

mis supplicabo, vt ipse sapientia sua † *quæ attingit a fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter*, Maiestatem vestram sic in regnis vestris tẽporalibus gubernandis dirigat, vt non amittat æternum, quique suo brachio extento de tot iam periculis eripuit, & pro immensa sua erga nos bonitate ad insulæ Britanniæ Monarchiam nostra ætate complendam seruauit, ipse Majestatem vestram bonis omnibus temporalibus in hac vita & cælestibus in futura beatam faciat.

† Sapientiæ 8. 1.

Viuat Rex noster Iacobus in æternum.

CORONIS TOTIVS OPERIS, QVÆ *est Peroratio ad Illustrissimos Dominos Primum Angliæ Iustitiarium, Primum Iusticiarum communium Placitorum, Præcipuum Baronem Scaccarij, Reuerendos cuiusque tribunalis Iudices, graues & consultos Domini nostri Regis Consiliarios, cæterosque iuris municipalis Angliæ Antistites.*

I.

MVLTÆ me eædemque iustæ ac necessariæ rationes impulerunt (Illustrissimi, Reuerendi, Graues, Iurisque Consultissimi) vt Apologiam hanc Serenissimę Regię Majestati dicatã vos tandem præ cæteris omnibus compellando concluderem. Atque illa imprimis, quod proxime post Regiam Majestatem primum illũ fontem à quo multiplicia illa gratiarum &

iustitiæ fluenta in Rempublicam nostram promanant, cui proinde lucubrationes nostræ primo dicandæ erant, vos tanquam flumina ac riuulos agnoscam, à quibus, & per quos, ea omnia iustitiæ munera transeunt, quæ à perenni illa in Republica nostra iustitiæ scaturigine, deriuantur. Sicut enim vobis pro amplissimo officij vestri munere incumbit causarum & personarum, quarum cognitio indies ad vos defertur, discrimina recte percipere: Ita Catholicorum deiectorum, contemptorum, spoliatorum necessitas, vt vestrum imprimis subsidium implorent, cōpellit. Et quoniam in hoc opere Religio, calamitatis nostræ fundus, discussa iam sedulo & magno labore nostro, vtinam pari doctrina, fuse tractata fuit, opus ipsum vna cum Catholicorum causa seriæ ac sedulæ, maturæ ac graui considerationi vestræ offerre præsumpsi. Quod quidem eo maiori cum fiducia & alacritate feci, quia tali methodo ijsq; Principijs me hic vsum fuisse intelligo, qualia ipsis legum nostrarum municipalium fundamentis quam maxime consentanea esse sat scio, vt vel ob hanc ipsam causam opus istud vestro imprimis iudicio subijciendum videretur.

II.

2. Explicatio difficilium terminorum legum Angliæ excusa, anno 160.2

Enimuero quantum ego ex libro illo vestro 2. de legum Angliæ terminis colligere possum, tribus omnino modis in criminalibus seu (vt vestris terminis vtar) in casibus

Attincturæ

Attincturæ 3. procedi solet, nempe *præscriptione*, vbi 4. reus non comparet, vt legibus se submittat: 5. sententia, id est honestorum * iuratorum iudicio, vbi reus coram tribunali sistitur: deniq; confessione, idest ipsius partis crimen agnoscentis testimonio. Et in ciuilibus vbi de prædiorum & fundi possessione agitur, certa quadam & recepta forma statuitur, qua quid cuiusque sit discerni ac dijudicari possit. Quo in genere plurima valent antiqua & sine omni suspitione instrumenta, virorum credibilium testimonia, denique 7. præscriptio bonæ fidei pro tempore cuius initium nescitur. Adeo vt per statutum quod 8. *limitationis* dicitur, nemini de prædio litem vel mouere vel prosequi liceat, quod non ipse maiores sui intra præscriptum tempus possederunt. Quin & hoc legibus nostris primo 9. possedenti indultum, vt prossessionem suã per vim aut iniuriam amittenti per breue, seu formulam quandam iuris (vulgo dictum 10. à Vvritto f assisse) succuratur, & vt eiectus perpetuo illud 11. vendicare possit, ne 12. iure discendat ad eius hæredes, qui illud iniuste tenet, si is forte mortem obierit. Porro cum ipsius legis littera anceps & ambigua fuerit, iuxta illum (vt audio) sensum, sententiam ferre soletis, qui communi praxi magis consentaneus æstimatur. A sententia vero per supremum iudicem lata nemini per

3. Vide ibi sub titulo Attinctura fol. 25. b.

4. Ibid. sub titulo Proscriptionis seu vtlegaturæ folio 93. b.

5. Vide ibid. titulo Attinctura fol 25. b.

* Vide ibid. fol. 26. a.

6. Ibid. fol. 25. b.

7. Vide ibid. sub titulo Præscriptionis fol. 149. a.

8. Ibidem sub titulo limitationis fol. 126. a.

9. Vide ibid. sub titulo iniustæ expulsionis quam disceisam vocant fol. 67. b. 68. a.

10. Vide ibid. sub titulo breuis quod vocãt de Assise fol. 24. a. b.

11. Vide ibid. sub titulo perpetuæ vendicationis fol. 47. a. b.

12. Vide ibid. fol. 47. b.

13. Vide ibid. ſub titulo erroris fol. 82.b.

breue (vt vocant) 13. erroris, vel appellationis deſcedere licet: quo parti victæ ad lites interminabiles exercendas aditum patere poſſet. Hæc partim è libro prædicto, partim ex aliorum colloquio didici, (meam enim hoc in genere inſcitiam libenter agnoſco) quare & veniam mihi petendā video, ſi Theologiæ limites egreſſus, hallucinatus fuerim, verborum terminis abutendo, quamuis à re ipſa, vti ſpero, non longe aberrauerim.

III.

Et quia hæ actionum ciuilium ſecundum iuſtitiam adminiſtrandarum formæ, ad viuum principia illa exprimunt quibus ſacra Theologia eorum dogmatum quæ ad Religionem pertinent, veritatem demonſtrat: Liceat mihi per benignitatem veſtram, quædam è iure Angliæ municipali deprompta, in Catholicæ Religionis noſtræ defenſionē adducere. *Primò* igitur, quoad modum illū procedendi per duodecim viros iureiurādo aſtrictos, ſi ſententia illa merito vera eſtimari debeat, que per illos fertur, En hic iam [a] *in pleriſque Religionis Catholicæ articulis* totidem Patres antiqui etiam in Concilio Oecumenico congregati, ſub ęternę ſalutis periculo diſertè pro parte noſtra ſententiam ferentes.

Secundò,

A. Exempli gratia quædam licet non ita magni momēti dogmata recenſebo. *Primò*, Tertium Concilium Carthag. (cui & ipſe S. Auguſt interfuit & ſubſcripſit) *libros Machabeorum vna nobiſcum pro canonicis habuerunt*, & alios libros nonnullos teſte Hoſpin. in hiſt. ſacram. parte prima pag. 61. Lubberto de principiis Chriſtiani dogmatis cap. 4. pagina octaua prope finem Hyperio in locis communibus pagina 46. & alijs pleriſque. *Secundò*, Concilij Calced. Can. 16. *Monachos vel virgines*

Deo votas nubere non licere decreuit, qua de re queritur Iustus Molitor de Ecclesia militante, &c.pag.80. Et Osiander in Epit.centur.5.pag.359.nec non *& nomen Episcopi vniuersalis* Pontifici Rom. obtulit, vt fatentur aduersarij Tract.1.sect.3. subdiu.10.ad 55. *Tertio*, Concilium Nicenum docuit *non licere Clericis qui cælibes sacris ordinibus initiati essent, postea vxores ducere* teste Cartvvrighto in 2. replica parte 1. pag.485. & vide Bancroftum in recognitione, &c.pagina 386. & Fulconem in Testam. Rhem.in Math.8.sect.3.fol.14. a. Et vide Socrat.histor. lib. 1. capite 8. Quartò, Concilium Sardicense, cui & plures ex Patribus Concilij Niceni interfuerunt canone 7. *vt Romam appellare liceret*, decreuerunt, teste Caluino, Petro Martyre, Osiandro, & Centuriatoribus supracitatis tract.2. sect.7.subdiuisione 2.fine in margine ad d. Quintò, Conc. 5. Carthag. Can.3. *Presbyteros vxores ducere non licere*, sanxiuit, teste Szegedino in locis communibus pag.327.Idem habet Conc.2. Carthag. capite 2. & Concilium Arelatense Concil.2.& 3. vt fatetur Osiander Centur.4.pag.1905.in Can.2.& 3. & Concilio Elibertino Can. 27.33. Et in Concilio Telensi Can. 9. ex Osiandro Centur. 5.pag 176. Vide plura citata tractatu primo sectione tertia subd. prima pag. 78. in margine ad m. Et Concilium quartum Carthag. Can. 104. de viduarum professione, *voto, habitu, quod nubere eis non liceret, sanxinerunt.* Quæ quidem taxat Danæus contra Bellarminum prima parte altera pag. 1111. initio. Sexto Concilium Agathense Can. 14. *sanciuit vt Altaria Chrismate delibuta erigerentur & Sacerdotes, consecrarentur*, vt notat & reprehendit Osiander in Epitome cent. 5. pag. 123. fine. Septimo quartum Concilium Carthaginense minores ordines *nempe lectorem, exorcistam, Acoluthum, & subdiaconum sed & sua cuique officio conuenientia* instrumenta recenset, viz: *librum exorcistarum, luminaria, patinam, Calicem, vrceolos aqua plenos, & mappam detergendis Sacerdotis manibus paratam.* Quæ omnia recitat & reprehendit Osiander Epitome Centur.5. pag.4. Huic autem Concilio interfuit S. Augustinus eidemque subscripsit. Octauo Concilium Agathense Can. 38 *Abbatum & Monachorum cellas solitarias statuit*, teste Osiandro cent.5. pag. 130. 135. Item *ne Bigamus Sacerdos esset*, Can. 43. apud Osiandrum centur.3. pagina 132. Item *ne die Dominico quis decederet ex Ecclesia ante Missam finitam, & benedictionem à Sacerdote datam*, ex Osiandro vbi supra pag. 133. Nono quartum Concilium Carthag. Can.33. sanciuit, *vt votæ Deo virgines ab Episcopo consecrarentur, vt tempore oblationis Diaconus alba indueretur.* Can. 41. *Ne quis die Dominico ieiunaret*: Can. 64. *Ne Bigamus fieret Sacerdos* Can. 69. Item *vt pœnitentia & absolutio impositione manuum administraretur*; Can.76.& 78. *vt Eucharistia pro viatico morientibus porrigeretur*: Can.77.& 78. *vt exorcistæ manus suas Energumenis quotidie imponerent*: Can 90. Denique *vt oratio & sacrificium pro mortuis offerretur*: Can.79. Quod Osiander vbi supra pag. 16. taxat sicut & alia supradicta in notis suis super canones illos. Decimo primum Concil. Toletanum can. 20. decreuit *vt chrisma ab Episcopo quotannis consecraretur, & in Pascate singulis annis per Diœcesim mitteretur.* Item can. 5. *Iugo sacrificium fieri statuit.* Quod quam ægrè tulerit Osiander his verbis exprimit cent.5.pag. 46. *Quis iussit eos quotidie celebrare sacrificium?* Vndecimo Concilium Laodicenum sanciuit *ne Sacerdos à populo eligeretur* Can.13. *Item ritus quosdam in publica lyturgia obseruandos statuit*, verbi gratia *vt aliquæ preces secreto, aliæ elata voce pronuntiarentur. Item pacem seu osculum pacis daretur, ac deinde oblatio fieret, &c.* can.19. Item *ne Diaconus Sacristiam intraret aut vasa sacra*

tangeret: can.21. Vide vt hæc reprehendat Oſiander Centur. 4. pag. 391. Item *peregrinationes ad ſepulchra Martyrum* ex Oſiandro Centur. 4. pag. 393. ad can. 34. *vt Baptizati ex chriſmate confirmarentur* can. 48. *vt in quadrageſima ieiunaretur* can. 50. *Nuptias in quadrageſima non celebandas* can. 52. Vide Oſiand. vbi ſupra ad hos canones. Duodecimo Concilium Arauſicanum contra Pelagianos decreuit *poſsibile eſſe ſeruare mandata*: can. 25. *meritum operum*, can. 18. *Deum non prædeſtinare quenquam ad mala* can. 29. Vide Oſiandri notas ſuper hos canones Centur. 5. pag. 316.

B. Vide clariſſima Patrum antiquorum teſtimonia de ſingulis fidei dogmatibus controuerſis iuxta ipſorum Proteſtantum confeſſionem ſupracitata tract. 1. cap. 1. ſect. 3. per totam & tract. 2. cap. 3. ſect. 10. ſubdiuiſione 2. ſub y. z. a. b. c. d & deinceps.

Secundo, ſi teſtes quęratis, quorum potiſſimũ authoritate nixi Patres hi ſententiam tulerunt, iam ſupra citauimus alios tam ſuorum quam priorum temporum Doctores, quorũ expreſſa per ſingulas controuerſias teſtimonia olim pro parte noſtra pronuntiata allegauimus. Hi vero tam æqui hac in cauſa iudiçes ęſtimandi ſunt, vt de illis merito dicere poſſimus cum ſancto Auguſtino contra Pelagianos. c *Neque vobis neque nobis irati ſunt, neque nobis neque vobis miſerati ſunt. Quod inuenerunt in Eccleſia tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod à Patribus acceperunt hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiſcum apud iſtos Judices aliquid agebamus, & apud eos acta eſt cauſa noſtra. Nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos ſententias recitamus. Nondum vobiſcum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus.* Horum vero laudes etiam doctiores veſtri authores vna nobiſcum voce d concelebrant. Tertiò, ſi ipſarum partium confeſſio contra ſeipſos valeat (quã etiam veſtri e Vvhitakerus & alij non immerito conuincere fatentur) ex Proteſtantium

C. Auguſtin. contra Iulianũ Pelagianum li. 2. prope finem & vide eundem lib. 3. cap. 17. & lib. 4. cap. 12. vide etiam hiſt. Tripart. lib. 9. capite 19. vbi Syſinius Imperatori cõſulit, *vt teſtimonium ex traditione veterum adhiberet, vtque Præſules*

erudi-

hæresêon interrogaret Imperator, an sermonem vellent facere de antiquis Ecclesiæ Doctoribus, qui ante diuisionem floruissent: Et Vincentius Lirinensis ait, *Si qua noua exurgat quæstio ad Sanctorum Patrum sententias recurrendum,* contra hæreses cap. 41.

D. Tract. 2. cap. 2. sect. 10. subd. 9. fine, ad 11. 12. 13. 14. & vide Bilsonum in perpetuo regimine Christi Ecclesiæ cap. 13. pag. 285.

E. Tract. 3. sect. 3. initio ad x & y.

eruditorum [f] testimoniis fidem nostram Catholicam asserere, id vero est huius Apologiæ proprium. Quarto, si primo possidenti prærogatiua aliqua concedatur (quemadmodum iure concedi oportere non modo leges Angliæ, [g] sed & Patres antiqui decernunt) non ita pridem, nempe infra præscriptum à vobis limitationis tempus iusta nostra & tam diu retenta possessione contra ius gentium spoliati sumus, & tanquam falsæ religionis rei condemnati, priusquam [h] accusatores præsentes essent, aut locus defendendi, vel tempus accusatores refellendi daretur. Quinto, si præscriptio ius acquirat vel ostendat (quam ad Episcoporum ordinem asserendum Vvhitgiftus, & alij allegant & vrgent) in hac Apologia religio nostra Catholica continua serie 2. *vsque ad annum Domini* 600. deducitur, quo tempore illam, & non aliam, per vniuersi orbis Christiani ambitum propagatam fuisse ipsi aduersarij 3. fatentur. Quinimmo vsque ad annum Domini 316. protenditur, id quod eruditus ille, & tantopere * laudatus aduersarius noster Napperus admittit, dum Maiestatem vestram ita alloquitur, *Inter annum Christi 300. & 316. regnum Antichristianum & Papisticum initium sumpsit, vndique dominans absque notabili aliqua contra-*

F. Tam frequenter & copiose in hoc opere Protestantes Catholica dogmata asserentes citantur, vt illi huius libri authores, qui vero eum composuit sententiarum illorum collector non immeritò dici queat.

G. Tertul. de præscriptionibus c. 37. sui sæculi nouatores ita alloquitur, *Quid in meo agitis non mei? Quo Marcion iure siluam meam cædis? Qua licentia Valentine, fontes meos transuertis? &c. Mea est possessio, olim possideo, prior possideo.* Et Hieron. contra Luciferianos, *Ex hoc ipso quod posteriùs instituti sunt,*

eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit.

H. Act.25.16.

I. Vvhitgift.in defens. resp.p.351. *Cum origo & initium horum omnium (Metropolitanus, Archiepiscopus &c.) ea est eorum antiquitas inueniri nequeat (quantum quidem ego legendo assequi potui) supponendum est ea ex ipsis Apostolis originem ducere. Hanc enim regulam (vt memini) tradit sanctus Augustinus epist.* 118. Hoc autem ille ibid. pag.351 confirmat testimoniis Caluini, Zuinglij, Gualteri, &c.

2. Hoc sigillatim ostenditur tract.1. sect.1. in margine ad d. & generatim aduersarij confitentur ibid. ad 7.8.8.9.e. f. g.

3. Supra tract.1.sect.2.in marg.ad k.

* Dent.in expositione Apoc.anno 1603.pag. 262. *Napperum eruditum authorem nuncupat*, & infra, *Pace tam eximij viri dixerim.*

4. Napperus in Apoc. pag.68.

5. Idem ibid.pag.191.

* Idem ibid pag.161.& vide pag 23.156. 237.

dictione annos 1260. Neque vero hoc de vno aliquo dogmate affirmat, sed id de summa Religionis nostræ generatim asserit, *Vera Dei Ecclesia sine dubio* (inquit) *tam diu latens & inuisibilis mansit*, 6. *Papa cum Clero eius externam & visibilem Christianorum Ecclesiam mille ducentos sexaginta annos occupante.* Cuius calculo & alij 7. plerique docti Protestantes subscribunt. Singula enim Catholicæ Religionis nostræ dogmata à tempore 8. Constantini, & 9. aliorum ipso antiquiorum Patrum sæculis viguisse, iam supra ex ipsorum confessione ostendimus. Neque vero his terminus Ecclesia nostra concluditur, sed superius vel ipsorum aduersariorum confessione ascendit, vsque ad secundum & tertium post Christum sæculum. Cum Napperus apertè dicat 10. *Secundo & tertio sæculo vera Dei Ecclesia, & Euangelij lumen per ipsum Romanum Antichristum obfuscatum est.* Pleraque enim omnia Religionis nostræ dogmata priscis illis Origenis, Cypriani & Tertulliani temporibus

6. Idem ibid. pag.145.

7. Brocardus in Apoc. fol. 110.ait, *Papam à Christo excidisse tempore Siluestri, & quod ab eo tempore vsque ad nostram ætatem annis* 1260. *Ecclesia Christi à Papatu oppressa & cõcultata fuit.*

8, Sup. tract. 2.cap.1. sect.3. initio ab f. vsque ad s.

9. Quoad Patres illius sæculi, vide ibid. vsque ad finem sectionis.

10. Napperus vbi supra pag. 191.
11. Supra tract.2.cap.3.sect.10.subd.2.a.y. vsque ad finem.

credita fuisse inueniuntur. Tertullianus autem si Covvello credimus 12. infra centum à Ioanne Apostolo annos vixit.

12. Couellus in respons. ad rationes Ioannis Burgesij pag. 139.

Immo ipsi aduersarij nostri eruditi illis ipsis authoribus qui sæculo Apostolis proximo vixerunt, pleraque grauia Catholicæ Religionis dogmata *13.* attribuunt. Cum tamen Sebastianus Francus acris aduersarius noster, nec indoctus, fateatur, 14. *Statim post Apostolos omnia susque deque versa, &c. & sine dubio Antichristi opere externam Ecclesiam vna cum fide & Sacramentis euanuisse, nec totos mille quadringentos annos Ecclesiam vsquam externam & visibilem mansisse.* Cui & insignis ille Cælius Secundus Curio 15. suffragatur. Denique quo præscriptio nostra clarior fiat, plurimi x Protestantes non modo fatentur, sed & vrgent, *nullum certum religionis nostræ initium iam inde ab Apostolis aßignari posse.*

Sextò,

13. Vide vt Patres Apostolorum prope coætanij arguantur à Protestantibus de *voto castitatis*, tract.1. sect.3. subd.1.ad a. Ibidem mox ad * §.& ad e f *. *De libero arbitrio.* Ibid. subd. 5. ad 12.13. *De merito ex operibus*, ibid. subd.6.ad q. & ibid. ad 14.19. *De inuocatione Sanctorum* ibid. subd.7.ad f. Ibidem subd.8.ad 27. † 28. *De sacrificio Missæ.* Ibid. subd.3.ad g h. Ibidem subd.4.ad * k.& tract.3.sect.1.post med. vide Beaconum Hospin.& Alkhamum, *De oratione pro defunctis* tract 1.sect.3. subd.13.ad k & 8. *De Baptismo per Laicos in casu necessitatis administrato*: Ibidem subd.8.ad 9. *De quadragesima*, ibidem subd. ad 7.8. *De Monachis & solitudine monastica.* Ibid. subd.13.ad x y z. *De Primatu Papæ*, ibid. subd. 10.ad 90.91.93.94.95.& in textu & marg.ad 96. *De traditionibus Apostolicis*: Ibid. subd.12.ad 2.3.4.5.6.7.tract.3.sect.7.ad 75. *Quod Bigamæ non possunt consecrari viduæ* tract.2.sect.10.subd.2.cap.3.& tract 3.sect.9. ad 38. *De cælibatu Sacerdotum*, tract.1.sect 3.subd 13.ad c.& ibid. subd.1.ad K: & cap.3.sect.10.subd.2. ad m. *De Reseruatione Eucharistiæ*, tract.1.sect.3.subd.2.ad 16.17.19.20. *De mixtione aquæ cum vino in calice*, tract.1.sect.3.subd. 2. ad 25.27.31. Et alia plurima dogmata ex Dionysio Areopagita & Hermete citata tract.1.sect.2. subd.13. versus finem. Vnde & Protestantes in catalogo testium veritatis tom.1. impresso 1597. pag.60. post

medium De libro Hermetis sic censent, *Totius Papismi fundamenta iacit.*
14. Vide testimonium Sebastiani Franci supra tract.1.sect.3.subd.14.in fine.
15. Vide testimonium Cœlij Secundi Curionis ibid.ad 15.
K. Cartvvrigtus in defensione Vvhitgifti, cum ille vt mox supra ad i. vrgeret præscriptionem ad probandum Metropolitanos, Archiepiscopos &c. Respondet, *Hoc pacto aditum ad omne genus Papismi patefieri*, quia nimirum neque origo aliqua eius ab Apostolorum temporibus scitur. Cumque Catholici quando Ecclesia Romana illam Religionis mutationem quam prætendunt Protestantes incœperit. Respondent docti Protestantes Vvhitakerus quidem in responsione ad rat. Campiani pag.101. *Tempus mutationis Romanæ Ecclesiæ haud facile assignari posse.* Consonat Gabriel Povvellus in animaduersione ad supplicationem Papistarum p.45. *Nescimus* (inquit) *per quem aut quo tempore inimicus errores vestros seminauit: Neque vero scimus quis primus author fuerit singularum opinionum vestrarum blasphemarum.* Haud aliter Fieldus de Ecclesia pag.88. *Errores Ecclesiæ Romanæ sic introducti sunt, vt tam errores eorum quam alij qui iisdem nunquam consenserunt, communionem habuerunt ad inuicem. Absurdum igitur est petere à nobis vt has circumstantias ostendamus, nempe quando tempore Apostolorum inceperunt.* Fulco autem in replica ad Bristoum pag. 265. *Respondeo* (inquit) *ipse textus plane dicit misterium iniquitatis nondum reuelatum fuisse, quare in initio non potuit à Prædicatoribus palam redargui.* & in respon. ad Pseudocatholicum p.43. ait, *Religionem Catholicorum primo paulatim subintrasse, vnde à veris Pastoribus minus perspici potuit, qui interim contra magnas hæreses dimicarunt, &c.* Omnes igitur aduersarij nostri in eo conueniunt, quod iam inde ab Apostolorum temporibus nulla Catholicæ nostræ religionis origo ostendi possit, Plura hac de re vide tract.2. cap.3. sect 10. subd.2. paulo post initium ad p q r s.

Sextò, si possessio Prædij acquisita per homines contentiosos & pro talibus proscriptos, præsertim interruptè siue per iniustam alterius expulsionem, eaque non totius Prædij, sed alicuius portiunculæ eiusdem vobis illegitima habeatur, hîc quam clarissime demonstrauimus, Protestantûm contra Catholicos intrusionem plane talem fuisse, nec alio titulo inniti. In cuius rei confirmationem nomina sic secreto & furtiue ac proinde iniuste intrantium, recensemus. Tales enim olim fuere Ariani, Pelagiani, Nouatiani, &c. Postea Vvaldenses, Albigenses, Vvicclefistæ. Qui omnes tam noui, quam veteres, in aliis plerisque as-

sertionibus

ſertionibus temerarij ac præcipites, immo vel ipſorum [l] aduerſariorum iudicio plurimis confeſſis, ac notis [m] hæreſibus coinquinati reperiuntur. Neque vero vel ſic per feneſtram introeuntes aliter ſe Eccleſiæ ſuorum temporum oppoſuerunt, quam in vno aliquo aut altero [n] Proteſtantum dogmate tunc primum edito, & omnibus antè ſæculis inaudito. Cum præſertim ipſi authores ob ſuam in talibus opinionibus contumaciam ſpirituali excommunicationis cenſura tanquam exleges & rebelles eiecti fuerint.

Septimo, ſi qui rem ſuam perpetuo vendicat, ius ſuum & dominium ea ratione conſeruet, Paſtores noſtri [o] non ſiluerunt, [p] ſed ſemper ius ſuum vendicarunt, cuius interim aduerſarij ſe totos ſaltem nongentos ante Lutherum annos [q] *latuiſſe*, & [r] *inuiſibiles mãſiſſe fatentur*, nuper vero fundum noſtrum ſubintroierunt, id eſt Eccleſiam ſibi arrogarunt, quã nos tam lõgo ſęculorum ſpatio quietè poſſedimus.

Octauo, ſi quando ſtatuta veſtra ambigua & dubia eſſe reperiantur, ea ex communi pra-

L. Quod Ariani, Nouatiani, pelagiani, à Proteſtantibus pro hæreticis habeantur, vide apud Centuriat. 5. cap. 4. & 5. centuriæ. De Vvaldenſibus quod eos hæreticos cenſeant, vide ſupra tract. 2. cap 2. ſect. 3. ſubd. 4. per totam. De Albigenſibus vide ibid. ſubd. 5. in marg. ad 1. poſt p. De Apoſtolicis vide ibidem in margine ad o. De Petro Bruis & Henricianis vide ibidem ad o. De Vviccleffiſtis vide tract. 2. c. 2. ſect. 4. ſubd. 2. & 3.

M. Errores priorum quidem referunt Auguſt. & Epiphanius de hæreſibus; Poſteriorum vero hiſtorici illorum temporum, nempe Vſpergenſis, Guido, Antoninus, Luxenburgenſis, Petrus Cluniacenſis, & alij quos citant Centuriat. 5. cap. centuriæ 12. & 13.

N. Quod Proteſtantes pleraſque hæreſes iam olim à Patribus damnatas teneant, vide ſupra tract. 1. ſect. 8. ſubd. 2. ad c. d. r. vſque ad t. Quæ vero proteſtantium dogmata tenuerunt Albigenſes, Apoſtolici, Henriciani, vide ſupra tract. 2. cap. 2. ſect. 3. ſubd. 5. initio ad n. Et quidem de Vvaldenſibus & Vviccleffiſtis id tam liquido conſtat, vt plerique proteſtantes doctiores eos tanquam Eccleſiæ ſuæ membra ſibi vendicent. Sed de his omnibus poſterioribus vide Centuriat. 5. cap. centuriæ 12. & 13.

O. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota die ac nocte non tacebunt*, Eſa. 62. 6. vide Epheſ. 4. 11. Et Fulco in reſpõſ. ad Pſeudocath. p. 11. & 92. ait, *Vera Ec-*

clesia omnibus falsis dogmatibus semper resistit, eaque palam redarguit. Et Deeringus in lectione in epist. ad Hebræos cap. 2. vers. 12. lect. 10. & c. 3. lect. 12. *Cum religio à Deo sit, nullus timor humanus eos absterrebit, quin ius suum perpetuo vendicabunt.*

P. Hoc ante Lutherum probare nihil opus est, cum ipsi aduersarij quietam possessionem nostram pro toto illo tempore agnoscant. In quibus vero Prouinciis Protestantes maxime preualuerũt à diebus Lutheri, nos ius nostrũ tam cõstanter semper vẽdicauimus, vt illud pluribus probare superuacaneũ fuerit.

Q. Napperus in Apoc. *Quod Templum Dei tam diu latuerit, & obscurum manserit, certissimum est*, p. 191. *nec vlla vsquam visibilis Ecclesia palam apparuit, ad quam quis accedere posset*, p. 188.

R. Napperus ibid. p. 161. col. 3. *Ab anno Christi 316. Deus Ecclesiam suam à publico cœtu hominum ad piorum quorundam corda subduxit, vbi vsque ad hæc nostra tempora inuisibilis mansit spatio mille ducentorum sexaginta annorum.* & p. 145. *A tempore Constantini vsque ad ætatem nostram annis 1260. Papa & Clerus eius externam visibilem Christianorum Ecclesiam occupauit.* Plura hac de re iuxta confessionem Protestantum supra tract. 1. sect. 8. subd. 3. ad o p q r. & tract. 2. cap. 1. sect. 4. ad n. o. r. t. z. & tract. 2. cap. 3. sect. 3. fine ad e. f. g. h. i.

xi interpretari soletis: quemadmodũ & Patres antiqui in religionis negotio fieri oportere * decreuerũt. Pari modo si penitus introspexeritis, quæcunque obscura sunt vel sacræ scripturę, vel Patrum antiquorum testimonia, iuxta communẽ sæculorũ sensum, & consensum exposita nobis fauere [s] cóperietis. Nono si iudicia olim in simili casu pronũciata authentica & rata habenda sint, extant talia pleraque olim pro parte nostra lata, contra Aërium, Vigilantium, Nouatum, Pelagium, Xenaiam, Iouinianum, & alios [t] *De libero arbitrio, statis ieiunij diebus, inuocatione Sanctorum, imaginum, & reliquiarum veneratione, monachismo, castitate ex voto, gratia in Baptismo collata, necessitate Baptismi, cœlibatu Sacerdotum, possibilitate seruandi mandata*, & alijs plerisque *huiusmodi Catholicæ Religionis dogmatibus.*

Decimo, si his omnibus nonobstantibus inquieti, ac pręfracti aduersarij ad contentio-

* Sanctus Augustinus contra Parmenianum lib. 3. c. 4. *Incredibilis est cæcitas hominum, & omnino nescio quemadmodum credi posset, &c. vsque adeo se clausos habere cordis oculos, vt commemorent sanctæ scripturæ testimonia, nec intueantur in factis Prophetarum quemadmodum intelligenda sunt verba Prophetarum.*

S. Quæ fuerit veteris Ecclesiæ praxis, *De Primatu*, vide supra tract. 1. sect. 3. subd. 5. per totam: *De oratione pro defunctis*, tract. 1. sect. 3. subd.

4.initio ad 2.3.4.5.6.&c.& 7.ad f.t.19.20.21.22.& tract.1.sect.7.subd.6.ad g.h.i.K. *De inuocatione Sanctorum*, tract.1.sect.3.subd 7.initio ad f.t.19.20.21.22.&c.& tract.2.c.1.sect.3.ad 3.ante u. *De plerisq; dogmatibus ad Eucharistiam pertinentibus*, tract.1.sect.3.subd.2. *De voto castitatis* tract.1.sect.3.subd.1.ab initio vsq, ad medium,& tract.2.cap.1.sect.3.paulo post initium ad p. *De monachismo*, tract.2.c.1.sect.3.ad q.r.f & 45.46.48.49.50. *De peregrinatione*, tract.2.c.1.sect.3.paulo post initium ad n & 3.& postea ibidem ad 38.& tract.1.sect.3.subd.12.ad d n. *De reliquijs*, tract.2.cap.1.sect.3.initio ad m. * 35.36.37.& tract.1.sect.3.subd.12.versus finem ad l m n o p q. *De externo sacrificio*, tract.3.sect.1.in marg.sub t.& tract.2.c.1.sect.3.ad 100.& tract.1.sect.7.subd.6.ad f.g.h.& tract.1.sect.3.subd.3.post 12.in finem. *De confessione peccatorum Sacerdoti facienda*, tract.1.sect.3.subd.9.& tract.1.sect.7.subd.7.ad c.& tract.3.sect.1.ad a. *De absolutione*, tract.2.cap.1.sect.3.post initium ad d.proxime post 6.& tract.3.sect.1.ad x y. *De cœlibatu Sacerdotum*, tract.1.sect.3.subd.1.ad i.k.l.m. & tract.1.sect.7.subd.3.ad f g h i.&c.& tract.2.cap.1.sect.3.ad o & 98.& tract.1.sect.8.subd.2.ad l m n.& sect.3.subd.13.ad c. *De merito & satisfactione*, tractatu primo sect 3.subd.6.ad 16.17.18.& subdiuisione septima ad f. & subdiuisione 13 ad b. *De statis ieiunij diebus*, tract.1.sectione septima subdiuisione 10.ad i.& sect.8.subd.2.ad c.& sect.3.subd.11.ad 2.4.5.6. *De abstinentia à certis quibusdam cibis*, tract.1.sect.3.subd.13.ad d.& tract.2.cap.1.sectione 3.ad 48. *De necessitate Baptismi*, tract.1.sect.tertia subd.8.ad 7.8.9.& tract.1.sect.8.subd.1.ad i.& tract.2.capite primo sectione tertia ad 27. *De Chrismate & Confirmatione*, tract.1.sect.3.subd.8.ad t u.& tract.2.cap.1.sectione tertia ad 32.33.34. *De traditionibus non scriptis*, tract.1.sect.3.subdiuisione duodecima ad 2.3.4.5.6.7. *De imaginibus*, ibidem ad a.c d e f g. *De benedictione panis, aquæ, olei, & consecratione altarium*, ibidem fine ad r f 2.3 4.5.&c. *De candelis de die accensis*, tractatu secundo capite primo sectione quinta initio in margine ad l. *De virtute signi crucis*, tract.2.cap.1.sectione tertia in margine ad y. & ibidem ad 82.in margine. *De adoratione crucis*, ibidem prope initium in margine ad x. & 80. Denique in cæteris omnibus dogmatibus quæ per praxim demonstrari possunt ibidem.

T. * Vide hæc omnia supra demõstrata tract.1.sect.8.subd.2.add c. e. f g h &c.

nes & lites prorogandas ab omnibus priorum sæculorum iudiciis, & decretis [u] appellantes ad solam sacræ scripturæ litteram confugiant, (quod cum in veteri Testamento [x] non liceret, multo minus [y] in nouo *melioribus* [z] *promissis confirmato* licebit) eos ipsa iuris nostri municipalis principia & axiomata, vt absurdos, præposteros, nimiumque litigiosos non iniuria explodunt & reijciunt. IV.

V. Quomodo Nouatores sub pretextu solius scripturæ ab omni alia authoritate & iudicio se eximere conentur, vide supra tract.2.cap 1.sect.1.in marg.ad p q.& tract 1.sect.10.subd.2.in marg.ad h * † §.i k. Et quod antiqui hæretici idem facere solent: vide ibid.ad g.& tract.2.cap 2.sect.7.fine in marg.ad 11.& tract.2.ca.2.sect.1 ad *.

X. Deuter.17.8.9.11. vide vt Doctores è Protestantibus Reinoldus, Vvhitaxerus. Bilsonus, Hookerus, legem illam Deuter.17. intelligant de finali iudicio omnium causarum tam Ecclesiasticarum quam ciuilium, à quo non liceret vnquam appellare, tract.1.sect.4.subd.14.in marg. ad p.

Y. *Melioris testamenti mediator est*, Heb.8.6.

Z. *Quod in melioribus promissis confirmatum est*, ibid. Quis igitur credat Ecclesiam carere tribunali supremo controuersias omnes Ecclesiasticas definiendi, cum periculũ errãdi nihilo minus iam sit, quam olim in veteri Testamento fuit?

IV.

Ex his paucis quæ quasi digito monstrauimus (plura enim eiusdem generis vltro omisimus) satis apparet Catholicam Ecclesiam nostram, ac religionem in cuius professores iuxta statuta quædã Parliamẽtaria recẽtia ipsis fundamentalibus legibus nostris antiquis contraria in comitiis vestris iuridicis (quas Sessiones vocãt) inquirere soletis, illam eandem esse, quã tot gentis nostræ, atq; adeo totius orbis Christiani monumẽta sæculis omnibus præteritis erecta commendant. Cum igitur Sacerdotem quantumlibet humilẽ, aut alium quẽlibet Catholicum solius fidei ac religionis ergô iudicio sistitis (licet tẽpora & personæ mutẽtur) illã ipsam religionẽ in ius vocatis, ad quam gens Anglorum à mille retro annis & amplius (vt ipsi Protestantes agnoscunt) primo conuersi [a] fuerunt: Illam, inquã, religionẽ quæ per totũ [b] orbem Christianum à tã longo tẽpore vsq; hodie diffusa est, quã tot [c] miracula certissima à S. Aug. & aliis in eiusdẽ attestationẽ facta tanquã testimonia è cœlo dilapsa (vt ipsi etiam Protestantes fatẽtur) priscis illis tẽporibus confirmarunt: quę leges nostras [d] municipales antiquas & fundamentales, tribunalia, tẽpla, sedes Epis-

A. Probatur hoc supra tract. 1.sect.1.in genere quidem ad 9.e. & in particulari ad d.
B. Probatur hoc tract.1, sect. 2.in marg.ad K.l.
C. Recensentur supra tract. 1.sect.5.ad q t u x y. & tract. 2. cap.3. sect.7. subd.3. 4. 5. per totas.

copales, monasteria, collegia, academias, gymnasia, Xenodochia, & alia pleraq; pietatis monuméta erexit: quę tot reges, & regiones Gentiliũ (fatétibus [e] hoc aduersariis) Christo parturiit, & peperit: quæ tot [f] Prophetarum oracula non de alia quam de vera Christi Ecclesia prolata, nec alibi quam per eam, & in ea [g] completa, veracia esse comprobauit: cui sectæ omnes & hæreses quantumlibet sibi inuicem oppositæ vno semper impetu tanquam hosti communi sese [h] opposuerũt: Denique (ne longior sim) illam Religioné persequimini, quam grauiores quique Protestãtes vel [i] inuiti, ne scilicet Christi Ecclesiam è terris exterminent, pro vera Christi Ecclesia [k] agnoscunt, eiusdemque membris æternæ salutis præmia [l] concedunt.

Neq; vero exactam illã prudentiæ normá, quá in cœteris actionibus vestris sequi soletis, cum de Religione & æterna animarum vestrarum salute agitur, sic penitus deseratis, vt generali quodam causæ nostræ præiudicio præocu-

D. Supra tract. 2. cap. 3. sect. 9. subd. 1. ad h.

E. Vide supra tractatu secunda capite primo sect. 4. initio in margine ad * & fusius tractatu secundo cap. 1. sect. 6. subdiu. 2. ad c. d. f. l. m. & ibidem postea ad 4. & 11. in margine.

F. Hæc vaticinia recensentur supra tract. secundo capite primo sectione prima ad b. c. d. & ab aduersariis confessa supra ad p. & tractatu secundo capite tertio sectione sexta subdiuisione prima ad ×. l. †.

G. Quod hæc vaticinia nondum in Ecclesia Protestantium impleta sunt, vide supra tract. 2. cap. 3. sect. sexta subd. tertia initio ad o * & in fine ad r.

H. Hoc patet in Anabaptistis, Zuĕkfeldianis, Libertinis, Antitrinitariis, cœterisque eiusdem farinæ sectariis qui reformationem suam in fidei nostræ Catholicæ abrenuntiatione collocant, vnde & cœtus suos Ecclesias reformatas nuncupant, & vnaquæque secta se eo puriorem existimat quo longius à Religione Catholica discedit. Qua de re vide Hookerum in Ecclesiastica Politia lib. 4. sect. 8. pag. 183.

I. Supra tractatu secundo capite tertio sect. 2. ad n. o. 2. 3. 4. p. q. r.

K. Quod nostra Ecclesia sit vera Christi Ecclesia fatentur aduersarij tract. 2. cap. 2. sect. 14. ad g. h. i.

L. Quod in nostra Ecclesia ex Protestantium confessione saluari homines possint, vide supra tractatu primo sectione sexta ad g. κ. l. m. n. o.

præocupati, adeo vni parti studeatis, vt ea quę in alterá differũtur minime auscultetis, quod quidem in minoris momenti negotiis graui vestro & maturo iudicio indignum foret: Sed vel importunitate saltem victi, illá causæ nostrę ęquitatem exhibere dignemini, vt eam æquo animo audiatis, atque horas aliquot à cœteris grauioribus occupationibus succisiuas ad hæc pauca capita tam lucido ordine digesta, & in conspectu posita (præfixis nimirum suis cuique in margine notis) examinanda impendere non grauemini. Quod si vel in vno aliquo dogmate Catholico aduersariorum testimoniis probando errauerim, & non singula ex vestris authoribus, iisdemq; primariis probauerim, me in cœteris omnibus hallucinatum esse non diffitebor. Hæc tanta fiducia in causa tam graui, non aliorum quam ipsorum authorum vestrorum testimonijs nixa, iisdemque tá facile inuentis (quippe folium ipsum & paginam in qua habentur non sine summo labore signaui) & expectare facit beneuolam attentionem vestram, & eandem quam humillime postulare.

V.

Atque hic iam obiter etiam coram vobis ipsis (qui iuxta noua quædam statuta contra nos sententiá ferre soletis) vtpote iam melius hac in causa instructis deplorare liceat, quod publica liturgia nostra, sacrosanctum dico missę officiũ, vobis quidé offésionis, nobis vero pænæ occasio fiat, adeo vt de iis qui Missam ce-

lebrant, vel etiam audiunt, quasi grauiter delinquentibus in publicis comitiis vestris iudicialibus (quas sessiones vocant) iuxta noua quædã statuta veteribus & fundamentalibus huius regni legibus inquirere soleatis. Quid enim? An non vel eruditorum Protestantûm iudicio [m] constat, Missam à mille retro annis & amplius quam late patet nomen Christianum in omnibus locis & gentibus in vsu fuisse? An non hunc ipsum externum Deum colendi ritum, vt cæteræ nationes Christianæ, etiam gens Angelorum à tot iam sæculis vna cum fide Christiana accepisse noscitur? Neq; vero tunc primum celebrari Missa cœpit, sed cõtinua successionis serie ab Apostolorũ tẽpore [o] deducta certissimisq; miraculis [p] confirmata fuit. Et in se talis Deũ colẽdi ritus est, qualẽ antiqui Iudęi, [q] veri proculdubio Dei cultores, in aduẽtu Messiæ expectarũt, qualẽ [r] Prophetæ, Apostoli, atq; adeo ipse Christus (si verba eorum

M. Missam à mille annis proxime elapsis vbique receptã fuisse probatur supra tract. 3. sect. 1. in marg. sub t. ex testimonio Beaconi Protestantis & tract. 1. sect. 2. in margine sub x. Idem asserit Hutterus, & Danæus lib. de Antichristo impresso Geneuæ anno 1576. ait: *Anno à Christo passo 666. palam & publice constitutũ est in Dei Ecclesia blasphemum illud Antichristi Regnum, quod prædixerat Dei spiritus, certe hoc eodem tempore & anno Missa illa execrabilis & Papistica veræ mortis Christi abolitio passim latine celebrari cœpit, &c.* Et Centur. cent. 6. col. 336. lin. 34. de Gregorio Turonensi qui floruit anno Domini 570. sic scribunt. *Meminit* (Gregorius Turonensis) *Catonem Presbyterum Aruernorum lue grassante in eo loco mansisse, ac Missas dixisse lib 4 cap. 3. vt intelligas Missarum tunc solennia passim loca omnia compleuisse.*

N. Quod Anglia à mille retro annis & amplius à S. Augustino per S. Gregorium Roma delegatum Missam acceperit, vide supra tract. 1. sect. 1. in margine sub d. Quod vero S. Gregorius Missam docuerit, vide infra tractatu 3. sect. 1. in marg. sub t. ex testimonio Beaconi, Melancthonis, Carionis, & Bullingeri, quibus addi potest Cythræus in Apocal. cap. 9. pag. 199. anno 1575. vbi ait, *Gregorius multos tetros errores & inprimis Idololatricam sanctorum innocationem, & Missas pro defunctis stabiliuit. Qui ab eo tempore velut diluuium in totam Ecclesiam inundarunt.*

O. Missam iam inde ab Apostolorum tempore viguisse, vide supra tract. 3. sect. 1. in marg. sub t. per totam.
P. Miracula in Missæ attestationem facta, vide sup. tract. 2. c. 3. sect. 7. subd. 1. in marg. ad q. Vt vero Dæmoniacus dum Sanctus Bernardus Missam celebraret liberatus sit, referunt quodammodo Centuriatores centur. duodecima col. 1639. linea vigesima.
Q. De antiquorum Iudæorum hoc in genere expectatione, vide supra tract. primo sectione quarta subdiuisione vndecima & duodecima, per totum.
R. Testimonia Prophetarum, Apostolorum, & ipsius Christi citantur supra tract. 3. sect. 1. in marg. sub t. fine.

eorum proprie & ad litteram sumantur, & nó peruertantur, aut in tropos detorqueantur) clarissime describunt, & docent: Denique qualem Christiani omnes quotquot vspiam in toto orbe inueniuntur (paucos nuper exortos Lutheranos excipio) per Asiam, Africam, Europam, dissitam Æthiopiam, atque vltimam denique Indiam (quibus vix Romanæ vrbis nomen insonuit) venerantur & frequentant. Cum enim Hierosolimam voti causa ex omnibus his locis peregrini conueniant, vtcunque in aliquibus etiam Religionis Christianæ dogmatibus dissentiant, in hoc tamen vero Deum colendi ritu, quam *Missam* dicimus, omnes vnanimi consensu [s] conspirant & concordant.

VI.

S. Hoc cómuni omnium voce qui Hierusalem Religionis ac voti causa proficiscuntur adeo notum ac celebre est, vt sinem agna impudétia negari nequeat. Quod & è publicis Græcorum Armeniorum & Æthiopum Lyturgiis ad oculum ostendi potest, in quibus omnibus non minus expressa quam Missalibus Romanis externi sacrificij fit mentio, vnde & Lutherus, Caluinus, Hospinianus, pleno ore clamitant, *vniuersum mundum in ortu Lutheri Missæ & sacrificij errore obrutum fuisse*: id quod partim infra ostendemus sect. 10. in margine ad q. Et Philippus Nicolai in commentariis de Regno Christi pagina 22. circa med. sic scribit. *Hoc teneant Christiani lectores non modo Græcorum Ecclesias, verum & Ruthenos, & Georgianos, & Armenos, & Indos, & Aetiopes qui Christo sua nomina*

nomina dederunt, veram & realem corporis & sanguinis Domini præsentiam statuere vbicunque Eucharistia celebratur. Et ibidem pagina 64. addit. *Caiaiani sua habent Sacella in quibus ritibus, Missisque Pontificiis litatur:* Et Andreas Theuettus grauis sane author in cosmographia vniuersali impressa Parisiis Gallicè 1572. tomo 1. fol.173.a. narrat, se in hebdomada sancta plus quatuor millibus Christianorum diuersarum nationum hic infra nominatarum vidisse, inter quas ipse solus & alter quidam natione Germannus Ecclesiæ Occidentalis membra fuerunt, & ibidem pag.1. de his omnibus ait, *Chantant la Messe auec pareilles opinions sur la reale presence du corps & sang de nostre Seigneur comme nous la tenons:* id est Missam celebrant eadem *planè persuasione de reali presentia corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qua & nos.* Et ibidem porrò affirmat, *neminem ostendere posse Abyssenos, Armenos, Meronitas, Georgianos Persiæ incolas, Nestorianos, Iacabitas, Syros, Iauios Indiæ Orientalis Insulanos, Burinanos, Barianos, Cephalianos, Quinsayos remotissimos Indiæ Orientalis populos (quorum omnium Gentium peregrinos aliquot Hierosolimis in hebdomada sancti vidi) à nostris id est Latinæ Ecclesiæ hominibus, sua sacra misteria seu liturgiam didicisse, quam & ipsi se ab Apostolis accepisse asserunt.* Hæc Theuettus peregrinationum suarum experientia instructus.

VI.

Quo igitur spiritu eos agitari censebimus, qui hunc tam scripturis consentaneum, tanta omniũ gentiũ consensione, tam logo vsu receptũ Deũ colendi ritũ abolere student? Tres potissimum fuerunt, iidemque omnes à Religione nostra Apostatæ, (quorum mores iam antè ex ipsis Protestãtibus *descripsimus) qui his nouissimis temporibus ipsi Antichristi iugis sacrificij inimico proculdubio vicinis, sacrosanctam Missam separatim singuli impugnarunt. Horum primus fuit Carolastadius, [t] *homo* (vt Lutheri verbis vtar) *in reprobum sensum traditus*, vel (vt Melancthon loquitur) [u] *homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi*

* Lutheri vitam, vide supra tract.2. cap.3. sect.9. subdiu. 2 per totũ. Zuinglij autem ibid. subdiu. 3. per totam sectionẽ. Carolastadij autem tract. 3. subdiu. 2.

T. Lutherus in locis communibus classe 5. pag.47. ait, *Carolastadius traditus est tandem in reprobum sensum, vt disperem eius redditum, semper alienus à gloria Christi fuit, eritque forte in perpetuum.*

V. Melancthon in epistola ad Fridericum Myconium *Carolastadius primus*

SSff

excitauit hunc tumultum, homo ferus, &c. Vide Hospinianum in hist. Sacramentaria parte altera fol. 114. b.

sensu communi, &c. tantum abest vt in eo aliqua significatio Spiritussancti animaduersa sit, immo extant manifesta signa impietatis, &c. Sed qua tandem ratione inductus hos contra Missam tumultus excitauit iste? non alia certe quam (vt ipsi Protestantes traducunt) [x] *visionibus quibusdam obscuris & secretis* (vt ipse prætendebat) *cum Deo colloquijs*, reuera autem Satanæ [y] præstigiis & illusionibus, vt Lutherus ipse alijque affirmant.

Secundus Missę aduersarius fuit Zuinglius. [z] *infœlicis memoriæ vir*, vt eum Conradus Schlusselburg magnus ille Protestantium superintendens, nuncupat. Ipse vero Lutherus se [a] *Zuinglium toto pectore damnasse, & vitasse, ac de salute eius omnino desperare dicit.* Hic igitur talis cum multa secū volueret, qua tandem via Missam abolere posset, & eo fine *coram Senatu Tigurino palam* [c] *disseruisset, nocte per somnium edoctus est à dæmone quodam, qui niger ne esset an albus haud satis meminisse se scribit.* Atq; hæc eius qualiscunque instructio licet aliis [e] *diuina reuelatio*, aliis tamen iisdemque Protestantibus [f] *mera Satanæ impostura.*

Tertius

X. Vide vt hæ Carolastadii visiones reiiciantur supra tract. 2. cap. 2. sect. 11. subdiu. 2. post d in marg. ad 2. & tract. 3. sect. 2. subdiu. 4. ad * post y. Et Sleidanus lib. 5. ait: *Verba Christi hoc est corpus meum, Carolastadius sic interpretatus est viz: hic sed & corpus meū.* Et Zuinglius tom. 2. fol. 155. b. ait, *Carolastadius vult vt cum dixerit Christus hoc est corpus meum, istud pronomen hoc, non in panem direxerit sed in semetipsum, &c. Ego vt ingenue dicam, hominis laudo industriam, sed multo magis de fide gratulor, &c. Hanc Carolostadij sententiam qui probauerit nos minime offendet.* Kemnitius in libello Domini pagina 214. ait: *Carolostadium gloriari solitum hanc expositionem se per reuelationem accepisse.*

Y. Vide loca illa immediate antè citata paragrapho præcedenti. Et Lutherus tom. 3. Ien. fol. 68. ait. *Carolastadius expositionem suam à Diabolo accepit.* Et idem

Lutherus in locis communibus classe quinta pag. quadragesima septima med. ait. *Puto non vno Diabolo obsessum miserabilem hominem illum* (Carolastadium) *Deus misereatur eius peccati quo peccat ad mortem.* Et Lutherus tomo tertio, Iena fol.61.b. *Quod diabolum eum nominem nemo miretur, nam de Carolostadio nihil ad me attinet, ego ad illum non respicio, sed ad eum à quo obsessus est, qui per ipsum etiam loquitur.* Et Alberus in libro contra Carolostadianos z.4.pag.1.& y.2.pag.2.ait. *Diabolum eum* (Carolostadiū̄) *corporaliter inhabitasse.*

Z. Conradus Schlusselburg. In Theologia Caluinistica in prœmio fine.

A. Vide Hospinianum in historia sacramentaria parte altera fol.centesimo octogesimo septimo.a.

B. Hospinianus ibidem historia sacramentaria, &paulo post Lutherus dicit *Zuinglium miserrime in prælio interfectum, ideoque in peccatis suis mortuum esse.*

C. Zuinglius in libro de subsidio Eucharistiæ fol. 148. b. tomo secundo ait. *Cum ergo duodecimo Aprilis die ad Senatum rediremus atque vt Missam in vniuersum aboleretur, ageremus, &c.*

D. Vide Zuinglij verba tom.2.fol.249.a & citantur supra tract.2. cap.2.sect. 11.subdiu.2. versus finem post d. in margine ad i. huius autem apparitionis hæc summa fuit. Hęc verba hoc est corpus meum, sic exponenda esse, hoc significat corpus meum, sicut & hæc verba, agnus est pasca Domini, exponi debent id est signum pascæ Domini, in quo probando multum operæ impendit Zuinglius tomo 2. folio 250. a. Lutherus autem taxat Zuinglium & in eo etiam nocturnum magistrum eius quod textum corruperint, sic enim scribit: *Nec illud quod Moyses dicit, comedite festinanter, pascha enim Domini est, similem esse locutionem ac cum dicimus, comede carnem, dies enim Dominica est. Bibe aquam, dies enim veneris est. Hinc nemo facile extorquebit, caro significat diem Dominicum, aut diem veneris. Ita hic dicitur comedite festinanter, est enim Phase Domini: Hoc est, dies ille est quo Deus Ægypto transibat, &c.* In hunc sensum scribit Luther. tomo septimo, Vvittemb. fol.386. a. fine & b. initio.

E. Hospin. parte 2. fol. 26. b. *Quod autem Zuinglius expergefactus somnium illud pro reuelatione diuina, & non pro febrili somnio, aut Satanæ ludibrio habuit, id iustissimis de causis fecit.* Et ipse de se Zuinglius tom.2.fol.249.ait: *Leue non est, quod per somnium didicimus, gratias Deo, &c.*

F. Conradus Schlusselburg. in Theolog. Caluin. in Proemio: *Sole meridiano clarius est, non Deum verum sed diabolum ipsissimum Zuinglio per somnium hæresim suam sacramentariam inspirasse.* Idem asserunt & alij authores supracitati tractatu secundo capite secundo sectione vndecima subdiuisione secunda, sub d. in margine ad i.

Tertius denique Missæ, idemque omnium acerrimus ac nominatissimus hostis fuit ipse Martinus Lutherus, quem ob eā causam aliaque noua dogmata in Religionem Christianā introducta, eruditi aduersarij nostri supra

modum omnem velut extasi quadam abrepti extollũt. Hunc enim Vvhitakerus *vt* [g] *Patrem se reueri fatetur.* Iuellus *eum* [h] *vt virum eximium à Deo ad orbem illuminandum missum nuncupat*, exteri vero Protestantes eundem appellant [i] *maximum qui ab Apostolorum temporibus ortus sit, Angelum, nouissimam Dei tubam*, & quid non?

De hoc tam insigni Missæ aduersario & nouorum dogmatum inuentore, paulo fusius agendum erit. Iste igitur (prædicent eum sui & admirentur quantum volent) nescio quo fato ad Ecclesiam turbandam natus, à pueritia sua horrendis Satanæ [k] apparitionibus exagitatus, prę [l] timore Monachus factus est, [m] *terroribus à cœlo* (vt ipsemet loquitur) *vocatus*, quos quidem pater ipsius sollicitus senex [n] vt *meras illusiones* æstimauit, & timore quodam paterno [o] *Monachismum illi infœliciter successurum ominabatur.* A quo vitæ instituto postquam apostatasset, indies noua dogmata, & religionis * paradoxa cudebat, quorum pleraque ad licentiam vitæ vergebant. Hinc castitatem, & omnem prioris vitæ sanctimoniam (quam vt supra vidimus, antea [p] magna integritate coluerat) penitus abiecit. Adeovt totus libidine inflammatus dicere solitus sit. [r] *Quàm non est in meis viribus situm, vt vir non sim; tam non est mei iuris vt sine muliere sim, &c.* Item, *vt in tua manu non est vt fœmina non sis, sic nec in te est, vt absq; viro degas, &c.* Rursus *nõ est nostrarum*

G. Vvhitakerus respons. ad Campianum ratione 8. pag. 155. *Quod autem Lutheranos cum Zuinglianis coniungere voluisti, in eo nos quidem nequaquam offendisti, nam & Lutherum libenter vt Patrem veneramur, & illos vt fratres in Christo charissimos amplectimur.*

H. Iuellus in defens. Apologia Ecclesiæ Anglicanæ anno 1571. pagina 426.

I. Authores horum Elogiorum citantur supra tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiu. vltima ad n. o. p. &c.

K. Lutherus in epist. ad Patrem tom. 2. Vvittemb. fol. 269. *videtur mihi Satanas à pueritia mea aliquid*

præuidisse eorum, quæ nunc patitur, ideo ad perdendum impediendumque me insaniuit incredibilibus machinis, &c. Et Melanchon in præfat. ad tom. secundum operum Lutheri Vvittenb. anno 1562. de Luthero ait, *Hos terrores seu acerrimos sensit, eo anno, quo sodalem, nescio quo casu interfectum amisisset.*

L. Lutherus in epist. ad Patrem vt supra, *Neque enim libens seu cupiens fiebam Monachus, &c. sed terrore & agone mortis circumuallatus,* (occasione necis socij à Dæmone vt putabatur interempti) *Voui necessarium & coactum votum.*

M. Lutherus vt supra fol. 268. *Memini enim nimis præsenti memoria cum iam placatus mecum loquereris & ego de cœlo terroribus me vocatum assererem, &cat. vtinam aiebas, non sit illusio & præstigium.*

N. Vbi supra.

O. Lutherus ibidem, *Annus ferme agitur decimus sextus Monachatus mei quem te inuito & ignorante subiui, metuebas tu paterno affectu imbecillitati meæ, &c. quod multis exemplis didiceras, &c.*

* Vide hæc paradoxa tract. 2. sect. 10. initio cuiusque subdiuisionis.

† Vide ibid. subd. 3. 4. 5. 6. initio.

P. Luther. in commentar. in epist. ad Gal. fol. 35. b. de se inquit, *Seruaui castitatem, paupertatem & obedientiam, incumbebam ieiunio, vigilijs, orationi Missæ celebrandæ, &c.* & Symon de Voyon in Catalogo Anglicè pagina 180. *Lutherus in Monasterio ieiunio & orationi deditus, totus sacris literis intentus vixit.*

Q. Lutherus tomo primo epist. Latin. ad Philippum, *Vror flamma indomitæ carnis meæ, &c.*

R. Lutter. tom. 5. Vvittenb. serm. de matrim. fol. 119. a.

nostratum virium, vel vt impediatur, vel vt omittatur, sed tam est necessarium quam vt masculus sim, magisque necessarium quam edere, bibere, &c.

Hircus igitur iste tam petulcus mox vt à fide Catholica & religiosæ vitæ institutione apostataffet, subito Virginem Deo dicatam, *Magno cum* [s] *aliorum scandalo sibi* [t] *copulauit,* [u] *arrogans,* [x] *insolens, fastu minus quoque plus quam turgidus. Adeo vt* [y] *Deus ob peccatum superbiæ* (vt ipsi protestantes censent) *verum illi spiritum abstulerit.* Hinc & eum nostrates accusant, [z] *quod Christianam modestiam violauerit & charitatis limites* [a] *transilierit.* Sed & Theologi Tigurini & alij [b] *impatientiam, furorem, oris impudentiam illi improperant,* eumque talia locutum asserunt, [c] *qualia*

S. Hac de re vide tract. 2. cap. sect. 10. subd. 11. ad t u x. y.

T. Ibid. ad u.

V. Zuinglius tom 2. in responsione ad confessionem Lutheri fol. 478. a. & paulo ante, *En vt totum istum hominem Satan occupare conetur.*

X. Theologi Tigurini in respons. ad librum Lutheri contra Zuinglium. *Lutherus pertinax est, nimia insolentia effertur.* Et Hospin. parte 2. fol.88.b. Luthero obiicit, *insignem arrogantiam*, & ibid. ait, *Lutherus hac in re vanam suam arrogantemque iactantiam prodidit.* Et ibidem fol.188.a. *Hæc vbi cognouit Lutherus, valde irritatus fuit, quod nihil impatientius ferret, quam quæ authoritati illius officerent, &c. ira, odio & inuidia tandem abreptus fuit.* Et Hospin. ibid. fol.187. dum describit, *Quomodo se Lutherus erga Heluetos Protestantes gesserit*, ita scribit, *Inique, absurde, inhoneste, & iniuste nimis egit, & omnem suam immodestiam debacchatus est.*

Y. Conradus Regius author Protestans in lib. Germanico contra Ioannem Hessum de cœna Domini ait, *Deus propter peccatum superbiæ qua sese Lutherus extulit, quemadmodum pleraque ipsius scripta testificantur, verum illi spiritum abstulit.*

Z. Fulco contra defens. censuræ pag.155.

A. Idem ibid. pag.101.

B. Supra tract. 2. cap. 2. sect. 9. subd. 2. in marg. ad c. d.

C. Theologi Tigurini tract. 3. contra supremam Lutheri confessionem pag. 61. vide Fulconem vbi supra pag.153. & 154.

D. *Lutherus vt pollet eximiis virtutibus, ita magnis vitiis laborat &c.* Hæc Caluini verba ex institutionibus eius citat Schlusselberg. in Theolog. Caluinist. lib. 2. fol. 126.

E. Licet Vvicleffus, Berengarius &c. Missam quodammodo impugnarent, id tamen clanculo faciebāt, & vel ipsi postea palinodiam cecinerunt, & retractarunt, vel opinio eorum vna cum ipsis authoribus extincta est, Lutheri vero hæ-

nec ab ipso dæmone furioso quisquam procedere credat. Nec ipse Caluinus, [d] *Lutheri vitia eademque magna* dissimulat. Cum iste igitur ille sit, quem [e] *primum Missam impugnasse* Lutherani gloriantur, quo tandem genio percitus id fecerit videamus.

VII.

Spiritus ille malignus qui Lutherum ab ineunte ætate vexauit, post Apostasiam suam eundem [f] multo magis exagitauit. Hoc Ioannes Manlius Lutheri discipulus, his verbis declarat, [g] *Cum Coburgi subsisteret Martinus Lutherus, &c. accidit vt semper post apparitiones nocturnarum facium ipse graui capitis morbo agitaretur. Accidit autem vt cum quadam vice tres eiusmodi volantes faces vidisset, fere incidisset in sincopen, præsentiens autem morbum, ministrum vocabat, amigdalinum* [h] *oleum instillabat in aurem, &c. Et ipse Lutherus Suencfeldianos & Anabaptistas qui de visionibus plurimum gloriabantur, Apostoli verbis abusus, sic alloquitur,* [i] *Ego quoque fui in Spiritu, & vidi spiritus, si omnino de*

resis sic inualuit, vt Alberus Lutheranus contra Carolostadianos y.5.b. Lutherum iactitet, *tanquam is primus omnium sub sole fuerit, qui missam impugnauit.*

F. Index Alphabet. Manlij in locis communib. sub lit. l. *Luthero sæpius spectra apparuerunt.*

G. Ioannes Manlius in locis communibus pag. 42. 43.

H. Manlius ibidem.

I. Lutherus 1. Teutonic. ad Senatores ciuit. German.

proprijs gloriandum est, forte plus quam ipsi intra annum videbunt. Ne quis vero existimet eum de Angelis loqui, addit, [k] *Nullas apparitiones Angelorum habeo, pactum feci cum Domino Deo meo ne vel visiones, vel somnia, vel etiam Angelos mihi mittat.* Lutherus igitur horrendis ac terribilibus spectris nocturnis tam ante quã post Apostasiam suam vexatus, primo quidẽ de Indulgentiis alijsq; paucis fidei Catholicæ dogmatibus, nescio quid noui dogmetizare [l] cœpit, ad annum vsque [m] 1521. Nondum enim eo tempore quicquã contra Missam scripserat, sed de ea plurimisq; aliis fidei Christianæ articulis Catholicè sapiebat, quam tamen postea in plurimis displicuisse scriptis suis [n] posterioribus testatur. Sed & tunc temporis Missam pro more suo iam olim recepto celebrabat, donec vt ipse aliquot post annos [o] rem narrat, [p] *Contigit eum semel sub mediam noctem subito expergefieri, ibi Satan cum eo cœpit eiusmodi disputationẽ. Audi* (inquit Satan) *Luthere Doctor perdocte, nosti iam te per quindecim*

K. Luther. in locis commun. classe 4. p. 39. & 40.

L. Vide supra tract. 2. c. 2. sect. 11. subd. 2. ad 1. 2. 3. 4.

M. Lutherus in præfat. to. 1. Vvitteub. anno 1582. ait, *Hactenus ad ann. 1520. & 1521. processit res indulgẽtiaria, post sequuntur res sacramentariæ: & Anabaptisticæ, &c.*

N. In præfat. prædicta sub initio ait, *Ante omnia oro pium Lectorem, vt ista legat cum iudicio, imma cum multa miseratione, & sciat me fuisse aliquando Monachũ, &c. Inuenies in istis meis scriptis prioribus quam multa & magna humillime concesserim Papæ, quæ posterioribus & istis temporibus pro summa blasphemia & abominatione habeo & exceror. Dabis ergo hunc errorem, pie lector, tempori, & imperitiæ meæ, solus primus eram, & certe ad res tantas tractandas ineptissimus, &c.* Et Theologi Comitatus Palatini in admonitione Christiana de libro Concordiæ excuso 1581. pagina ducentesima vndecima de Luthero sic scribunt, *Aliquot annis post cœptam oppugnationem*

Papatus, retinuit Purgatorium, Missam, circumgestationem panis theatricam, &c. Et vide Dresserum de diebus festis pag. 192. & Hospin. in concord. discord. anno 1607. fol. 99. b. de Luthero ait, *Missam ab initio repurgatæ doctrinæ, & purgatorium, & id genus alia Pontificiis permisit Lutherus.*

O. Cum liber ille de Missa angulari, anno Domini 1533. scriptus existimetur, in quo expresse dicit se iam quindecim annis Missam celebrasse, necessario sequitur disputationem istam longe ante annum 1533. fuisse habitam. Si enim numeremus ab anno Christi 1507. quo anno teste Dressero libro de Festis præcipuis Lutherus primum celebrare missam cepit, vltimus horum quindecim annorum recidet in annũ 1521. vel 1522. vel si incipiamus ab anno 1504. quo primũ Monachus esse cepit, atque ita Missarum celebrationi se quodammodo deuouit, vltimus horum quindecim annorum recidet in annum 1518. Vtroque igitur modo disputationem hanc cum dæmone habitam longe ante narrationem eiusdem (quę scripta est anno 1533.) accidisse comperiemus.

P. Lutherus tomo 7. Vvittenberg. anno 1558. in lib. de Missa priuata & vnctione Sacerdotum fol. 228. a. fine: & to. 9. Germ. Ienensi fol. 28. in lib. de Missa angulari. Hæc autem verba Lutheri agnoscit Fulco in defensione censuræ p. 234. 235. 236.

cim annos celebrasse Missas priuatas pene quotidie, quid si toties Missa priuata horrenda esset idololatria? Quid si ibi non affuisset corpus & sanguis Christi, sed tantum panem & vinum adorasses, & alijs adorandum proposuisses? &c.

Neque vero his immissionibus agit Diabolus cum Luthero tanquam * ex concessis (vt nonnullis visum est) neque etiam ad desperationem eum adigere voluit (vt alij putauerunt) cum potius [q] contrarium ibi significetur, quod tamen ad rem præsentem nihil pertinet: verum id captiosis suis interrogationibus molitur Diabolus, vt à Missa celebranda Lutherum auocet, id quod pluribus argumentis quæ Lutherus ibidem recitat efficere conatur. Et sunt illa quidem ijs quam simillima, quibus vsque in diem præsentem Protestantes in Missam debacchantur: nempe [r] *Quod Sacerdos non prædicet, quod solus communicet*

* Perperam aliqui cacodæmonem nequaquam Lutherum à Missa celebranda auocasse existimarunt, sed solum voluisse eum in desperationem præcipitare, in quem finem (inquiunt illi) Luthero obijcit illos Missæ errores, & abusus qui ibi recitantur, quos & volunt, Lutherum agnouisse, & proinde iam ante à Missa dicenda cessasse.

Putant igitur Satanam tanquam ex concessis Lutherum tentasse, & erratum quod Missam celebrando commiserat, quasi materiam desperationis illi obiecisse. Sed horum opinio facile refelli potest. Primò quia in tota illa disputatione nulla ad desperationem persuasio apparet, vt mox ad q. dicemus. Secundò, quia ipse Lutherus illud suum cum Satana colloquium disputationem appellat, vt supra ad l. iam dictum fuit, idq; ex modo procedendi liquido constat. Neque enim de iustitiæ diuinæ rigore, vel aliquo alio alio huiusmodi quod ad desperationem impellere posset mentio fit, sed de ipsa Missa tota illa disputatio fiebat, quam Satan impugnabat, & Lutherus tunc defendebat, vt patet mox supra ad f.t. tantum abfuit, vt se in Missa celebranda peccasse fateretur, aut ob eam causam in desperationis periculũ incurreret. Tertiò, quod Satan non procederet ex confessione Lutheri, inde satis apparet, quod pleraque alia religionis Christianæ dogmata, quæ etiam tunc & postea Lutherus profitebatur, non minus quam Missam ipsam Diabolus tunc impugnabat. Sic enim Lutherum alloquitur, *Ego nunc hoc vrgeo, te non consecrasse in tua Missa, sed obtulisse & adorasse tantum panem & vinum, & aliis adorandum proposuisse. Hic vides in tua Missa primum deesse personam, quæ consecrare possit, nempe Christianum hominem, &c. Cum igitur tu non sis persona quæ consecrare posset, &c. sicut tu nec sis verus Sacerdos, nec panis verum corpus Christi,* (Lutherus tom. 7. fol. 229. a.) & addit, *Age, prome vbi scriptum est, quod homo impius & incredulus possit assistere Altari Christi, & consecrare & conficere in fide Ecclesiæ?* Ibid. vbi videmus patrem mendacij Luthero inter cætera persuadere velle impium non posse Eucharistiam conficere. Tantum autem abfuit, vt Lutherus ea quæ Satan obiecit pro erroribus habuerit, vt ea tunc defenderet & profiteretur. Quid enim Lutherus de his senserit, vide sup. tract. 2. c. 2 sect. 10. subd. 7. in initio ad p q r. Et apud Hospin. in hist. Sacram. parte 2. fol. 14. b. & clarissime ibid. fol. 82. a. Immò ipse Lutherus cuius verba fuse citãtur infra tract. 3. c. 3. sect. 11. subd. vlt. fine in in marg. ad y. ait, *Nos fatemur esse in Papatu veras scripturas, verum baptisma, veram Eucharistiam, veros claues in remissionem peccatorum, &c.*

Q. Satan Lutherum in disputatione sua non tam ad desperationẽ deprimit, quam ad præsumptionem eleuat. Nam meritum Christi contra inuocationem SS. exaggerat: vnde & ibidem fol. 228. b. Cacodæmon Lutherum & Papistas traducit, tanquam si Christum minus sibi propitium existimarent, sic enim inquit, *Nos spiritus reiecti non fidimus illius misericordiæ, neque habemus eum pro mediatore, aut Saluatore, sed exhorrescimus vt sæuum iudicem, eiusmodi fidem non aliam & tu habebas, &c. & alij omnes, &c. ideo à Christo tanquam crudeli Iudice confugiebatis ad Sanctam Mariam & Sanctos, & illi erant mediatores inter vos & Christum, sic erepta est gloria Christo, &c.* Quod vero aliqui vrgent, verba illa Lutheri quæ habet postea fol. 230. vbi de desperatione & Cain loquitur, non sunt pars illius disputatationis quam Satan cum Luthero iniit, sed ab ipso Luthero multis post annis, dum videlicet hoc colloquium scriptis mandaret, in alium plane sensum allata, vt locum inspicienti facile apparebit.

R. Dato quod Satan Lutherum in desperationem impellere voluerit, tanquã qui grauiter peccauerit in Missa celebranda, non sequitur tamen quin eum etiam à Missæ celebratione deterruerit, quod nos iam contendimus. Neque enim hæc duo adeo inter se contraria sunt, vt simul consistere nequeant.

S. Lutherus to. 7. Vvittenb. anno 1558. fol. 229. b. & fol. 228. hæc Diaboli ver-

ba recitat, *Sacerdos enim verus est minister Ecclesiæ, constitutus ad prædicandum verbum, porrigenda Sacramenta, sicut hoc habent verba Christi in Cœna, & sicut Paulus 1. Cor. 11. de Cœna Domini loquitur: vnde à veteribus cõmunio appellata est, quod non solus Sacerdos debet vti Sacramento, sed reliqui vna cum ipso. Nunc annos quindecim totos semper solus priuatim pro te in Missa vsus es Sacramento, & non communicasti aliis, adeoque tibi interdictũ erat, ne porrigeres totum Sacramentum aliis &c. Cuiusmodi es tu Sacerdos, qui non pro Ecclesia sed pro te ipso ordinatus es? &c. Tu vero Missator priuatus in omnibus Missis tuis ne semel quidẽ prædicasti, &c. Hæccine institutio Christi? &c. Institutio Christi est vt Sacramento cõmunicent, & alij Christiani, verum tu vnctus es non ad distribuẽdum Sacramentum, sed ad sacrificandum & contra institutionem Christi Missa vsus es pro sacrificio, &c. & quod Christus instituit ad edendum & bibendum pro tota Ecclesia, & porrigendum à Sacerdote vna communicantibus, &c. ex hoc tu facis sacrificium propitiatorium, ô abominatio super omnem abominationem.* Quam hæc diaboli vox illi similis est, qua hodie Protestantes sacrosanctam Missam blasphemant.

T. Lutherus ibid. fol. 229. b.

V. Ibid. fol. 229. a.

X. Ibid. diabolus Lutherum sic alloquitur, *Ponam similitudinem, si quis Baptismo vteretur, vbi non est persona baptizanda, cuiusmodi esset hic baptismus? &c. deest enim persona quæ baptismum accipiat. Quid si idẽ tibi acciderit in tua Missa? nam persona accipiens Ecclesia non est ibi, &c. Hic forsan dices, etiamsi aliis in Ecclesia non porrigam Sacramentum, tamẽ ipse sumo, ipse mihi porrigo, &c.* Et quia sciebat

nicet contra Christi Domini institutionem (inquit Diabolus) *quod non porrigat Laicis Eucharistiam sub vtraque specie: Quod ex Sacramento etiã sacrificiũ faciat: Quod ex Missa lucrum percipiat: sicut (tu Luthere) facis t in Missa tua.* Sic diabolus ad Lutherum concionatus, est. VIII.

Porro accusat Lutherum Diabolus, non de præterito solum, sed & de præsenti, *Tu solus* (inquit) u *in angulo tuo tacens & mutus, comedis solus, & bibis solus*, & aliud genus x plurima affert, ex quibus liquido constat Lutherum eo tempore Missam celebrare solitũ. Quibus Lutherus respondet, non factum negando, sed in defensionem sui allegat, y *Quod vnctus Sacerdos sit vnctione & consecratione ab Episcopo accepta*: & quia de eo fidei articulo adhuc fidem Catholicam retinuit, addit, z *In his angustijs & agone contra diabolum, volebam retundere hostem, armis quibus assuetus eram sub Papatu, obijciebamq; fidem & intẽtionem Ecclesiæ, & si ego, inquam, non recte credidi, aut sensi, tamen in hoc recte credidit, & sensit Ecclesia, verum Satan è contra fortius ac vehementius in-*

Lutherum ea in re cum Papistis consentire, addit, *En audaciam vestram in tenebris geritis hæc & abutimini nomine Ecclesiæ: ac deinde omnes abominationes vultis defensas nomine Ecclesiæ.* Et ibid. quo probet Lutherum non posse per se solum Eucharistiam sumere, affert exempla aliorum Sacramentorum, quæ nemo sibi administrare potest, *Non est absolutio si quis absolueret semetipsum, non est inunctio, si quis inungeret semetipsum, non est coniugium si quis nuberet sibi ipsi, &c. Hæc enim sunt vestra septem Sacramenta.* Item ibid. *Stas ibi solus, & putas Christum propter te instituisse Sacramentum, & protinus in tua priuata Missa te conficere corpus & sanguinem Domini.*

Y. Ibid. fol. 228. b.

Z. Ibidem fol. 229. ex quibus apparet Lutherum tunc Missam defendisse.

stans, &c. Tandem vero se Diabolo subijcit Lutherus, & mutata ex eius persuasione sententia, à Missa deinde celebranda cessat, cuius exemplo mox symmistę eius [a] Vvittenbergenses Theologi Missam quoque & ipsi abrogarunt, ijsdem videlicet [b] rationibus & argumentis moti, quibus diabolus id Luthero iam ante persuaserat.

A. Vide vt hęc narret Hospin. parte altera fol. 20. b.

B. Vide ibid. fol. 20. & 21.

IX.

Quod si scire cupiatis, quid tandem ad ista Doctores vestri respondeant, sic accipite. Primò, Charcus & Fulco prædictum diaboli cum Luthero congressum, [c] *Spiritualem tantummodo animæ conflictum non corporale colloquium* interpretantur. Sed quid? An non lemures illi, quos identidem pati solebat Lutherus, hoc etiam spectrum eiusdem esse generis satis indicant? An non ipse Lutherus fatetur, [d] *Satanam voce forti & grandi intonuisse, adeo terribili, vt sudor è toto corpore meo* (inquit) *emanaret, & cor meum palpitaret, ac tremeret?* An non ipse testatur Diabolum pro fraterculi arrogantia, quam probe nouerat, eum sic compellasse, [e] *Perdocte Doctor Luthere!* An non ibidem commemorat [f] *Empsetum, Oecolampadium, & alios istiusmodi ictibus hor-*

C. Charcus in respons. ad censuram libri cuiusdam Charci, & Hanmeri, vbi de tota hac quæstione fuse disseritur: & Fulco in responsione ad defensionem eiusdem censuræ pag. 234.

D. Lutherus dum illam suam cum Sa-

tana disputatjonem refert, addit, *Hæc illo dicente sudor obortus est, & cor mihi palpitare & subsaltare cœpit, & sensi qua de causa illud nonnunquam euenire solet, vt sub aurora quidam mortui in lectis suis inueniantur, &c.* Quæ verba in posterioribus Vvittenbergensium Theologorum editionibus omittuntur, non sine summo eorum dedecore, qui & in aliis multis opera Lutheri corruperunt. Extant tamen hæc verba in operibus Lutheri tom. 6. Ienæ German. fol. 28. & verbatim citantur ab Hospiniano in hist. Sacram. parte 2. fol. 131. a. qui & citat Lutherum tom. 6. Ien. fol. 81.

E. Vide supra ad p.

F. Luther. tom. 7. Vvittenb. fol. 250. a. & eā agnoscit. Fulco con. defens. censuræ pag. 237.

ribilibus & quassationibus subito extinctos esse? Cum igitur responsio prorsus improbabilis sit, & si vera, tamen g impertinens esset, Sutcliffus aliam inuenit, nempe h *Lutherum Satanam per somnium se colloqui visum fuisse narrare.* At ipse Lutherus expresse contradicit, dum ait, i *sibi subito è somno expergefacto hæc accidisse.* Adde quod ea quæ de Empsero, Oecolampadio & aliis acciderunt, maius aliquid quam somnium indicant, adeo vt ipse Sutcliffus potius tam somnolentam responsionem somniasse merito videri possit. Quæ certe si vera esset, tamen ad præsens institutum k nihil pertineret.

Tertio igitur Mortonus nostras non negat quidem Satanam sensibili modo cum Luthero disputasse, & eidem Missam dissuasisse, nec inuenit, quid prædictis responderet, sed per recriminationem simile quiddam

G. Dummodo constet Lutherum hæc argumenta contra Missam à Diabolo accepisse, parum interest an id interna suggestione, an externa collocutione factum fuerit.

H. Sutcliffus de vera Catholica Christi Ecclesia pag. 298. ait, *Per somnium tantum Diabolum se colloqui visum dicit Lutherus, vt est in libro.* At nullum certum Lutheri librum citat, in quo sic dicat, neque vero citare potuit, quin immo contrarium expresse traditur, *Subito mihi* (inquit) *è somno expergefacto &c.* Pergit vero mentiri Sutcliffus, & pag. 299. ait, *Lutherus autem nihil aliud peccauit, quam quod vt homo Germanus & non ita pridem Monachus qui has de Diabolorum apparitionibus monasticas fabulas è mēte adhuc non eiecerat, somnium narrat crasso filo & Monachis familiare. Quare si nullum aliud habeant huius calumniæ fundamētū præter somnium, quod etiam ipsi male detorquēt nihil est &c.*

I. Vide mox supra ad p.

K. Cum seductus fuerit Lutherus necesse est id vigilanti accidisse.

quiddam nobis obiicit, ex authoribus nostris Delrio videlicet & Surio, nempe. l *Diabolum in specie Angelica apparuisse, & Abbatem quendam vt Missam celebraret, hortatum fuisse.* Cui narrationi si fidem adhibeamus (licet eam Delrius alter referat) haud satis præsenti proposito quadrabit. Neque enim hic aliqua disputatio de Missa instituta est, nec Abbas iste Diabolo assensit, vel ipsa Missa instigante Diabolo primum celebrari cœpta est, quemadmodum ex instinctu Diaboli eam Lutherus primum aboleuit, cuius exemplum secuti sunt omnes sectarij, quotquot Missam hisce nouissimis iam temporibus Antichristo proximis impugnarunt. Sed non satis bona fide historiam hanc narrat minister iste. Præterquam enim quod solum Monachus fuit non autem Abbas, cui illud accidit, Mortonus aut ex negligentia, aut certe fraudulentia, tam antecedentia, quam consequentia quæ maxime ad rem pertinent, omisit: verbi gratia quod ibi dicitur m Cacodæmoné suadere solere homines contra canones agere, & quod Monachus ille quem sic vrgebat Satan vt Missam celebraret, nondum consecratus fuerat Sacerdos. Quod vero talis Missam perageret, Diabolo dignum consilium fuit doctrinæ Lutheri apprimè n consonum.

Postre.

L. Mortonus in Apologia Anglicana parte 1. lib. 2. cap. 21 pag. 351. vbi & Surium nominat & in margine citat Delriū Iesuitā. li. 4. de magia cap. 1. q. 3. §. 5.

M. Verba Delrij in loco à Mortono citato quibus ostendere conatur Satanam sępe homines seducere dum eos quædam non mala vel etiam bona male facere persuadet hæc sunt. *Item si* (Dæmon) *aliqua facere suadeat contra canones vel constitutiones vel regulas vel alia præcepta maiorum. Ho indicio beatus Symeon Monachus Treuirensis eum deprehendit. Narratur historia ab Euervvino Abbate apud Surium*

primo Iunij) In verticem montis Synai iussu speriorum cum missus fuisset ibi *habitaturus nocturnis horis illi specie Angelica Dæmon apparuit, & vt Missam celebret hortatur. Ipse nec plane dormiens nec perfecte vigilans contradicit non debere sine Presbytere ordine aliquem hoc ministerium implere, contra inimicus instat, &c.* Ex quibus plane apparet Satanam non Abbati (qui hæc tantum narrat) sed Symeoni Monacho suasisse qui cum nondum Sacerdos esset (vt ibidem infra videre est) sed Diaconus, Missam celebrare recusauit.

N. Quod ex Lutheri sententia etiam laici & fœminę Sacerdotes sint & consecrare & prædicare possint, vide supra tractatu secundo cap. 10. sect. 10. subdiu. septima ad p. q. r.

Postremus eorum (quod ego quidem sciam) qui Lutherum de hac cum Satana disputatione excusare conatur, fuit Baldvvinus: Is igitur directe contra Charcum, Fulconem & Sutcliffum fatetur, *disputationem illam veram fuisse*, non spiritualem tantum nedum in somnio factam, & à Luthero 2. *neque ioco, aut hyperbolicè, sed serio & historicè scriptam.* Aliud tamen diuerticulum quęrit: Nempe Lutherū longe ante illud tempus missæ abrenuntiasse. Quare tunc Satanam cum illo sic egisse 3. *vt ad memoriam eius reduceret errata sua præterita,* quô eum in disperationem præcipitaret. *Vnde eas solum rationes* (inquit) *contra Missam vrgebat, quarum sciebat Lutherum sibi optime conscium esse, & ijsdem iam ante animo consensisse.* Et ob hanc causam (inquit ille) Dæmon Lutherum semper in præterito alloquitur: verbi gratia, 4. *Solus Missam celebrasti, hoc & illud fecisti,* &c.

2. Baldvvinus libro de disputatione Lutheri cum Diabolo excuso Islebij 1605. cap. 4. fine & pag. 83. ait: *Quapropter non est cur Monachus miretur me fateri disputationem illam esse veram & neque ioco neque hyperbolice sed serio & historice scriptam.* Et rursus pag. 75. historiam *illam tam prolixe tam considerate Lutherus conscripserat, quod enim eam scripserit, & quidem serio & historice*

Sed hæc omnia vel aperte falsa sunt, vel rem ipsam non attingunt. Et primò quidem quod ad desperationem attinet, iam 5. supra ostendi, hanc non rectè vrgeri. Neque enim si ad desperationem adigere Lutherum

etiamnum & constanter fateor, & vide ibidem pag. 76.
3. Vide ibidem pag.127. ante medium.
4. Supra *semper enim in præterito loquitur Satan,&c.Talis sacrificulus fuisti,&c.*
5. Hic in peroratione sect.7.in marg. ad q.

voluisset Satan, continuo sequitur eum Lutherum contra Missam non armasse,cum vtrumque simul facere 6.potuerit,sed hoc extra quęstioně est, vt supradixi. Secundo,quod Satan Lutherum semper in præterito sit allocutus, falsissimum est. Sæpè enim præsenti tépore vtitur, sicut nonnullis exemplis supra 7. allegatis ostensum est. Tertio Lutherum iã tunc Missæ valedixisse,falsum esse cõiuncitur, tum quia Dæmon tempore pręsenti vtitur,dũ eum à Missa deterret,tum etiam quia Luther. factum suum nempe Missæ celebrationẽ defendit, vt pluribus exemplis iam supra 8. allatis constat. Quod quidem nunquam fęcisset, si iam antè Missæ abrenuntiasset, vel de eadẽ male sensisset. Quarro quod Satan cum Luthero disputauerit (id quod præsentis disputationis caput est) & non solum *quasi ex concessis* illum tentauerit, patet. Primo quia ipse Lutherus colloquium illud disputationem 9. vocat. Secundò ex argumentis 10. quæ Satã ibi contra Missam contexuit, quibus & Protestantes vti solent, denique ex aliis nonnullis in margine 11. notatis, ad quæ Lutherum impellere voluit Diabolus, sed præualere non potuit. X.

6. Vt sup.ad r.
7. Quod Satan in præsenti Lutherum allocutus sit,quodque Lutherus tunc etiã Missam dixerit,vide supra sect.8. in marg ad u.x.
8. Quomodo Luther⁹ se defendat in eo quod Missam celebrauerit, vide supra ad y z.in marg.
9. Vide supra sect.7.ad p.
10. Vide hæc Protestantium argumenta supra sect.7.ad s. in textu & in margine.
11. Constat ex ipso Luthero tom. 7. Vvittenber.fol.229. Satanam Luthero persuadere voluisse se Eucharistiam consecrare non posse, eo quod impius esset, à quo quidem errore Vvicleffo & paucis aliis proprio Luther⁹ semper abhorruit(teste Protestante illo qui librũ scripsit cui titulus consensus Orthodoxus impressum in fol. anno 1578.in prolegom.p.14.&nos supra ostẽdimus trac.2.c 2.sec.10.subd. 7.ad p q r vbi Luther.asserit laicos immo & ipsum diabolum consecrare posse.

modo verba à Christo instituta pronuntiata.) Item persuadere voluit Satanas non licere Eucharistiam sub vna tantum specie sumere, de quo paulo supra sect. 4. ad 5. cui tamen Lutherus in eo non consensit, vt patet sup. tract. 2. c. 2. sect. 14. in marg. ad † post f. sub 4.

X.

Atque hactenus nostratium de Lutheri cum diabolo disputatione sententias sibi inuicem plane repugnantes & omnes à nobis satis, vti spero, refutatas, audistis. Adiiciam externi cuiusdam primarij Caluinistæ nempe Hospiniani testimonium. Is licet agnoscat Lutherum à Deo *ornatum fuisse* o *multis excellentibus donis & virtutibus, ingenio, luce doctrinæ cœlestis, &c. Zelo gloriæ Dei, &c. diuinitusque formatum & excitatum ad Ecclesiam Christi his postremis temporibus tyrannide & tenebris Antichristi horribiliter oppressam in libertatem & lucem Euangelij vindicandam, &c.* fatetur tamen, p *Lutherum à diabolo edoctum esse quod Missa priuata imprimis sit res mala, & ita rationibus diaboli conuictũ eandẽ aboleuisse.* Sed & Ioan. Regius * Protestans non incelebris illud Lutheri cũ diabolo colloquiũ probat. Nec mirum, cũ ipsum diabolum tanquam aliquando veracem & fidelem consiliarum commendet. Atque hæc quidem hactenus dicta sint de Satana Missam per Carolastadium, Zuinglium, & Lutherum impugnante, cum ea iam q per omnes Christiani orbis Ecclesias celebraretur, nec ante illud tempus ab aliis vnquam palam impugnata fuisset, præterquã Albigensibus, Apostolicis, Almerico, Vviccleffo & aliis eiusdem farinæ sectariis, qui multis aliis dogmatibus hęreticis infecti, plane r infames fuerũt.

O. Hospin. in hist. Sacram. parte altera in prologo. prope finem.

P. Idem vbi supra fol. 131. a. qui & in tabula alphabet. sub litera c verbo colloquiũ inter cętera recenset *Colloquium Lutheri cum diabolo, in quo instituitur de erroribus Missæ* 131.

* Ioannes Regius in lib. cui titulus liber Apologeticus, &c. sub titulo, *Consideratio censuræ*, pag. 123. sic scribit. *Quid hoc Lutheri cum diabolo colloquiũ ad ministerium seu doctrinam doctrinam verbi diuini per Lutherum restauratum*

XI.

euertendum aut Missæ etiam veritatem stabiliendam? Et vnde constat tibi malum fuisse spiritum qui (Luthero) hoc dixerit? Et posito licet malus spiritus fuisset, non sequitur tamen mox eum mentitum fuisse, quia & vera interdum Diaboli loquuntur quando dicunt id cuius scriptura testis est.

Q. Hoc testatur Caluinus Institut. libro 4. capite 18. sect. 18. *Missæ abominatio omnes Reges terræ & populos à summo vsque ad nouissimum in ebriauit.* Et ibid. sect. 1. *Ea opinione Romanus Antichristus ac eius Prophetæ totum orbem imbuerunt.* Et Lutherus de captiuitate Babylonica, capite 1. *Missa creditur passim esse sacrificium quod offertur Deo. Accedunt his dicta Sanctorum Patrum tot exempla tantusque vsus per orbem constanter obseruatus.* Et paulo post. *Nec moueat quod totus orbis contrarium & sensum & vsum habeat.*

R. Quod hi omnes Hæretici fuerunt, Vide in Indice Alphabetica in fine huius libri, vbi sub nominibus eorum citatur locus in quo hoc probatur.

XI.

Hic iam vos attonitos videre videor, & ab his legendis præ nausea desistere tacita quadam indignatione sic intra vos submurmurantes. Itane vero decepti sumus? An Martinus Lutherus quem vt *s Patrem* hactenus suspeximus, *t vt virum eximium à Deo missum ad orbem illuminandum? &c.* tam profligatus ac perditus fuit quã hic describitur? An opinio illa qua nos Lutherus cõtra Missam armauit, adeo vt in publicis Comitiis nostris iudicialibus quas Sessiones vocamus, de Missam audientibus tanquam grauiter delinquentibus inquiramus, ipsum Cacodæmonem hac nostra ætate primum authorem ac inuentorem habuit? An tot Regna, status, Respub. talibus Diaboli phantasmatibus seductæ Missam abrogarunt? An hoc probabile credibile, aut omnino possibile iudicabimus? Itaque videre vos videor librum istum è manibus abiicere plane persuasum habentes (vtpote firma quadam opinione in genere præocupatos

S. Sic Vvhitakerus paulo supra sect. 6. in margine ad g.
T. Sic Iuellus ibidem citatus ad h.

atque ita ſingularium examen quo veritas clarius perſpici ſolet, reſpuentes) me in hac de Luthero narratione tot authores Proteſtantes aut non intellexiſſe, aut certe in alienum à mentibus eorum ſenſum detorſiſſe, atque ita de me, vt olim de Sancto Paulo Feſtus, pronunciates: u *Inſanis* (Brerlei) *multa literæ te ad inſaniam conuertunt.* Ignoſcite mihi quæſo (Illuſtriſſimi, Reuerendi, Iuriſque Conſultiſſimi,) Neque enim ignoro quam inutile, nedum periculoſum mihi foret, ad veſtra tam honorata Subſellia in re tanta, tam confidenter falſum aſſerere. x Non inſanio, ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor. Quæ & vos quam veriſſima eſſe facile perſpicietis, modo ea quæ in margine afferuntur, æquo examine perpendere dignemini. Quod ad Regna vero, ſtatus, & Reſpublicas attinet, quæ ex inſtinctu Lutheri Miſſam abrogarunt, mihi homini priuato de ijs ſententiam ferre non licet, ſed poteſtates ſuperiores debito ſemper cum honore & reuerentia ſuſpicere. Hoc tamen cum ea qua decet ſubmiſſione dicere auſim, etiam hoc ipſo deceſſionis tempore, multo plures Chriſti nomen profitentes pro Miſſa, quam contra Miſſam ſtare. Qui enim Miſſam in hunc vſque diem colunt per y Aſiam, Africam, Europam, Americam, longe lateque diffunduntur: Qui vero Miſſam blaſphemant, in vnum

V. Act. 26. 24.

X. Act. 26. 25.

Y. Hinc Symon Lithus in reſponſione ad alteram Gretzſeri Apologiam pagina 331. ait, *Ieſuitarum ſeges paucorum annorum ſpatio non contenta Europæ finibus, Aſiam, Africam, Americam, ſuis Idolis repleuerunt.*

in vnum z Europæ angulum compinguntur. Quod si ad a sæcula præterita respexerimus, non poterunt Missæ-mastiges vel vnum pro mille recensere. Nusquam enim ante Lutherum qui Missę b aduersaretur inuentus est Satan, vel occursus malus, aut ante id tempus quam late patuit Christianum nomen, alius aliquis publicus Deum colendi ritus vspiam in vsu fuit.

Z. Centuriatores cent. 5. in Epistola Dedicatoria prope finem. *Praeterea cum iam se hic mundus ad occasum ruinamque inclinet, ac vox Euangely videatur in Septentrionales regiones profici sci & velut in exilium pelli, &c.*

A. Vide paulo supra, sectione quinta, in margine ad m.

XII.

Sin autem dixeritis totum orbem Christianum c olim seductũ fuisse, vt Missam veneraretur, Deum autem non seruire tempori, nec Religionem ad temporis occasionem aptandam esse: Tempora enim & regna (quod vel Angliæ nostræ exemplo liquet) d mutari, *Veritatem autem Domini manere in æternum.* Sit hoc ita, neque enim Catholici abnuent. At inter Catholicorum & Protestantium de Missa

B. Quod nulla alia Religio præter Catholicam in orbe Christiano ante Lutherum viguerit, probatur supra tractatu secundo, capite tertio, sectione secunda, ad n. vsque ad finem illius subdiuisionis.

C. Sic inquiunt Caluinus, Lutherus, Hospin. paulo supra citati sectione decima, ad q.

D. Tot & tam variæ fuerunt eorum quæ ad Religionem spectant in Anglia mutationes, ex quo regnum illud à Romanæ Ecclesiæ obedientia descessit, vt fere simul cum Principe Religio quoque mutata fuerit, Henricus enim octauus Angliæ Rex innouationẽ quandam inchoauit, Missam tamen retinuit. Quo mortuo Edoüardus seu potius Protector eius secundam eamque peiorem mutationem fecit. Quo extincto Maria Regina pientissima Catholicam Religionem in Anglia restaurauit. Post huius denique obitum mox Regina Elizabetha quartam, eamque deterrimam mutationem perpetrauit. qua regnante Puritani etiam quintã non sine magna eandẽ perficiendi fiducia moliebantur.

Verum igitur est fateor non licere Christiano religionẽ suam tempori aptare. Hinc Douus in Exhortatoria sua ad Anglos Recusantes, excusa 1603. pag. 31. ait, *Habuit Henricus Rex Liturgiam suam Anglicanam, quæ perfecta & omni exceptione maior estimata est. Cum vero Edouardus Regni gubernacula capesceret, illa prior condemnata est, & alia loco eius substituta, quam Petrus Martyr & Bucerus vt verbo Dei consonam approbarunt. Quum vero Regina Elizabetha regnare cæpisset, Liturgiæ priores imperfectæ habitæ sunt, & noua quædam inuenta & ex consensu Cleri approbata fuit. Sed & sub medio Regni Elizabethæ, huius etiam posterioris tædere nostrates cæpit, & multis vijs tentarunt nonnulli eam abrogare, aliamque introducere. Quod quidem licet non obtinuerint, saltem cum Principe librum quoque communium precum commutare solemus, adeo sumus petulantes, vt vix ipsi scire videamur quid tandem cupiamus.* Hæc Douus. Quorum improperium haud aliter ipse amolitur, quam similia Catholicis improperando, his verbis. *Et ipsi similia fecerunt, &c. Quoties Breuiarium eorum mutatum est?* Quasi vero cum aut meliori ordine Breuiarium digeramus, aut alia etiam eidem addamus, priora damnemus, quod tamen in prædictis exemplis patet, à Protestantibus fieri solere.

de Missa persuasionem longe maximum esse discrimen quis non videt? Protestantium enim opinio à Diabolo cum Luthero conferente (vt iam diximus) initium cæpit, eidemque tanquam nouo dogmati totus orbis Christianus [e] reclamauit. Fides vero Catholicorum de recto veri Dei cultu, quam Missam dicimus, etiam hodie tam loco quam tempore latissime patet, vt iam supra [f] confessis omnium temporum & locorum testimoniis demonstrauimus, deinde Missæ ritus ab omni nouitatis labe immunis est, adeo vt nec prima eius origo, nec aliqua impugnatio eiusdem, iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus vsque ad Lutherũ assignari [g] queat. Quemad-

E. Hac tanta contradictione perplexus Lutherus in has voces erupit, quas & ipse de se memoriæ prodidit. *Quoties mihi palpitauit tremulum cor, & reprehendens obiecit eorum fortissimum & vnicum argumentum? Tu solus sapis? totne errant vniuersi? tanta sæculorum spatia ignorarunt? Quid si tu erres & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Luther. Tom. 2. Germanicè Ienæ, folio 9. b. & Tom. 2. Vvittemberg. anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, folio 244. b. de abroganda Missa priuata.

F. Tract, 1. sect. 3. a. 12. vsque in finem, & tract. 3. sect. 1. in margine sub t.

G. Nullam nouam inueniri Religionis nostræ Catholicæ originem, post primam propagationem eiusdem supra probauimus, tract.2.capite 3.sectione 10. subdiuisione 2.paulo post initium ad p.q.r. Et vide in Peroratione paulo supra, sect.3.ad k. Et de ipsa quidem Missa Askamus in Apologia pro Cœna Domini, pagina 31.sic scribit. *Quibus temporibus & per quos homines Cœna Dominica de possessione sua per Missam deturbata sit, verissime sciri non potest, &c.*

Quemadmodum igitur non negauerim [h] *energiam quandam erroris* ipsis tenebris Ægyptiacis crassiorem in plerisque gentibus & regnis violento quodam temporis æstu abreptis diffusam esse: ita an hæc contra nos & non potius contra aduersarios præualuerit, adhuc sub iudice lis est. Atque vtinam hæc quæstio inter vtriusque partis Theologos coram æquis moderatoribus agitari, vel vestra ad clementissimum Dominū nostrum Regem intercessione aliquando permitteretur. Sed vt in corporum morbis nullus eo periculosior inuenitur, in quo infirmus aut se ægrotare non sentit, aût non agnoscit: ita inter eos quorum intellectus erroribus implicatur, ij semper difficilius corriguntur, qui sapientiæ & scientiæ opinione inflati, extra omnem erroris & ignorantiæ aleam se positos esse præsumunt. Id quod plerisque ex inani quodam de sacra scriptura Enthusiasmo accidere solet. Itaque hunc lapidem offensionis & petram scandali tam [i] modernis quam [k] antiquis sectariis esse, recte [l] Patres obseruarunt.

H. 2.Thessal. 2. 11.

I. Supra tract. 2.cap. 2.sect.1. initio ad p. q. & tract.1.sect. 10.subd.2. ad h.†. §.i.k.l.

XIII.

K. Tract. 2.capite 2.sectione 1.initio in margine ad †.*. & ibidem fine ad 2.& tract.1.sect.10.subd.2.ad §.g.

L. Tract.2.cap.2.sect.1.initio ad †.*. & tract.1.sectione 10. subd.2. ad §.g. & tract.2.cap.2.sect.7.in margine ad 11.

XIII.

Vos vero (viri consultissimi) homines vos esse humani à vobis nihil alienum esse memineritis, quare & vos in Religionis dogmatibus errare, sacrasque literas non minus quam Patres olim antiqui, aut nostri modo interpretes, in alienum sensum detorquere posse, etiam atque etiam cogitate. Cùm præsertim non modo Theologos vestros quantumlibet eruditos, puta m Lutherum, n Caluinum, o Bezam, p Bucerum, &c. sed & q Patres antiquos; r Concilia generalia, immo & ipsam s Ecclesiam militantem vniuersam, non modo quamlibet eius partem, errare posse doctores vestri statuant. Nec vero ipsis Apostolis hoc in genere vestri parcunt: *Nam etiam ipsos post Christi* t *ascensum, & Spiritus sancti in eos descensum, tam in fide quam moribus turpiter errasse*, grauissimi vestri authores censuerunt, & quidem scriptis mandare non dubitarunt. Præmissis igitur rite perpensis, quid aliud restat, quam vt omni opinionum præiudicio deposito, quod alijs è sacra scriptura præscribere soletis

M. Plurimi Lutheri errores quos & ipsi Protestantes agnoscunt citantur supra tract.2. cap.2. sect.10.per totam. Vide Hospin. in Hist. Sacram.vbi in Tabula Alphabetica verbo Lutherus plurimos notat appositis figuris quibus Lector ad ipsos Lutheri libros remittitur in quibus illi fusius traduntur, verbi gratia, ***Lutherus damnat Orthodoxam doctrinam de communicatione idiomatum***, pag.57.a. ***Non humanam tantum naturam sed etiam diuinam passam esse dicit***, ibidem & alia id genus plurima.

N. De Caluini erroribus, vide tractatu secundo, cap.2.sectione 10. subdiu.8. ad 8.12.&c. Et vide Vvhigiftum in defensione respons. ad Admonitionem pa.201. Et Sparkum in respons.ad Ioannem d'Albines, pag. 107. Et Bilsonum in libro cui titulus, *Plena humani generis redemptio per mortem & sanguinem Christi*, in quo Caluini error ea in re expresse refellitur.

O. Varios Bezæ errores confutarunt Doctor Sarauia & Sutcliffus, qui integros contra ipsum libros ediderunt. De errore eius contra Magistratus, vide tract.3.sect.2.subdi.7.ad f.*.t.u.

P. Cartvvrigthus apud Vvhitgiftum in defens. &c. pag. 522. ait, *Bucerus alioquin valde doctus crassa tamen habet absurda.* Buceri autem errores de Diuortio supra citantur, tract. 2. cap. 2. sect. 10. sud. 5. post. g. ad 2. 3. 4. 5. &c.

Q. Fulco in resp. ad Pseudocatholicum, p. 35. & 87. Patres antiquos de varijs erroribus taxat. Qua de re fusius agitur tract. 1. sect. 3. subd. 14. per totam.

R. Quod generalia Concilia errare possunt, asserit Fulco in respons. ad Pseudocatholicum, pag. 89. & 90. Et Vvilettus in Synopsi, pag. 92.

S. Sic Fulco in respons. ad Pseudocatholicum, pag. 86.

T. Vvhitakerus de Ecclesia contra Bellarm. Controuers. 2. q. 4. pag. 223. initio ait, *Sed forte dicent Christum nondum ascendisse & Spiritumsanctum nondum Apostolis datum fuisse.* Et mox addit. *Quid? an postea non errarunt? immo post Christi Ascensionem & illum Spiritussancti in Apostolos descensum, Ecclesiam totam errasse constat, de vocatione gentium: non vulgus tantum Christianorum, sed ipsos etiam Apostolos, &c. Immo Petrus etiam errauit de legis caremonialis abrogatione, &c. Hac erat res fidei & in hoc errauit Petrus, &c. Praterea etiam in moribus errauit, &c. Hi magni errores erant, & hos tamen in Apostolis fuisse videmus, etiam postquam Spiritussanctus in illos descenderat, &c.* Plures Protestantes idem asserentes, vide supra tract. 2. cap. 2. sect. 10. subdiuisione 2. versus finem ad 9.

soletis consilium ipsi sequamini: [u] *Probate spiritus si à Deo sint:* [x] *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Hoc vos libentius & alacrius iam facturos mihi persuadeo, cum ipsa veritas in Religionis controuersijs tam penitus eliquata & perspecta sit, vt nulla caligine tegi, nullo verborum inuolucro obscurari possit. Atque hunc tractatum eius tam claræ veritatis portiunculam quandam esse vos ipsi, vti spero, modo eam attente legere dignemini, facile perspicietis.

V. Ioan. 4. 1.

X. 1. Thessal. 5. 21.

Hunc igitur vt legere, & sedulo apud vos perpendendere velitis, aut ipsam saltem coronidem haud ita longam, nominique vestro imprimis dicatam, vehementer oro & exhortor, immo per animarum vestrarum salutem vobis merito charissimam, per Christianum illam vestram veræ Religionis zelum, per ea denique omnia quæ vobis vspiam chara,

aut ſacra habentur efflagito & obteſtor. Cui petitioni meæ tam iuſtæ, tam neceſſariæ, tam vtili, vos haud grauatè aſſenſuros certò mihi perſuadens, orationis filum præſcindam, & debita cum obſeruantia vobis ad veræ Religionis cognitionem anhelantibus valere opto & vt recta via (quæ hîc monſtratur) eatis & ſalui eſſe velitis, obnixe rogo. Ego interim continuis apud Deum Optimum Maximum precibus contendere non ceſſabo, vt quemadmodum Angliæ noſtræ in loco quiſque ſuo (id eſt tribunalibus illis veſtris omnium quæ gentes aliquot peragranti, videre mihi contigit honoratiſſimis ſubſelliis) ornamento eſtis, ita etiam pro Chriſtiana moderatione, ex officio veſtro illius Eccleſiæ pacem, immunitatem, & Eutaxiam procurare velitis, in qua plerique veſtrûm ſuam in Chriſto ſeruatore regenerationem, id eſt ſecundam & meliorem natiuitatem accepiſtis, in qua proaui veſtri & Ataui à mille retro annis & amplius ſalutari lauacro abluti vixerunt, & fœlici tandem fine conſummati obierunt: Cui denique ipſi authores Proteſtantes iidemque doctiores, ne Chriſti [y] Eccleſiam penitus è terris exterminent, certam æternæ ſalutis ſpem [z] & expectationem vel inuiti concedunt.

Y. Plura hac de re, vide ſupra tract. 1. ſect. 14. per totam.

Z. Vide ſupra tract. 1. ſect. 6. ſubd. 1. ad l. m. n. o.

Laus Deo, Beatæ Virgini Mariæ, & omnibus Sanctis.

QVATVOR

QVATVOR CATALOGI

LIBRORVM QVOS PROTESTANtes exteri (de nostratium enim id genus scriptis alius per se catalogus texendus erit) contra se inuicem ediderunt. Quorum tres primi è Iudoci Coccij thesauro tom. 2. Quartus vero ex Hospiniani historia parte altera desumitur.

PRIMVS CATALOGVS LIBRORum polemicorum quos Lutherani contra Lutheranos diuulgarunt.

MATTHIÆ Flaccij Illyrici responsio ad Epistolam Philippi & ad maledicta Maioris, ad Pomeranum.

Declaratio turpitudinis & peccati eorum, qui per conciliationes interim à Christo ad Antichristum deficiunt, Vvittembergæ, 1549.

Liber contra Interimistas, Adiaphoristas, & alios Christi persecutores Magdeburgi, 1550.

Responsio ad epistolas Misnensium Concionatorum de quæstione, An potius cedere quàm vestem lineam induere debeant, 1550.

De originali peccato, & libro arbitrio contra Pfeffingerum, Ienæ. 1558.

Pia & necessaria admonitio contra errores Maioris Ratisbonæ.

De loco Rom. 3. describente iustitiam fidei, contra Osiandrum.

De nomine Iesu & Iehoua, contra Osiandrum.

Refutatio erroris Osiandrici, Ienæ 1558.

Disputatio Vinariensis, contra Victorinum, Basileæ, 1564.

Epistola Ducis Megapolensis ad Illyricum de Osiandrica controuersia, cum appendice Illyrici.

Probatio quod persecutores aduersariorum interim sint ipsius filij Dei persecutores, Ienæ, 1558.

Contra quædam Adiaphorica scripta

quæ à multis Caſparo Huberino tribuuntur.

Defenſio ſanæ doctrinæ de originali iuſtitia, aut iniuſtitia, aut peccato Baſileæ. 1570.

Defenſio doctrinæ de eſſentia originalis peccati Germanicè in 4.

Apologia ſuorum ſcriptorum contra quorundam calumnias, Germ. in 4.

Reſponſio Germanica ad omnia Sophiſmata Pelagiani accidentis, Vrſellis 1572.

Refutatio ſententiæ Muſæi de originali peccato, ibid.

Abſurda Manicheo Pelagiani accidẽtis non coacta, ſed ineuitabili neceſſitate conſequentia oppoſita recentiũ, Sorboniſtarum monſtris, 1572.

Spiritus vertiginis accidentariorum Theologorum.

Reſponſio ad Ieſlebienſium concionatorum falſam inſtitutionem, 1573. Germ.

Reſponſio ad quædam ſcripta Chryſtophori Laſij de peccato originali libero arbitrio, conuerſione & regeneratione Germ. Vrſellis 1568 in 4.

Georgij Maioris repetitio & finalis declaratio doctrinæ de iuſtificatione coram Deo, & de bonis operibus, Vvittembergæ, 1568. Germ.

Præfatio in Anonymi cuiuſdam librũ quo ex Catechiſmo deciditur quęſtio: An peccatum originis ſit ſubſtantia, Germanicè.

De peccato originis & quibuſdã aliis controuerſiis noſtri temporis, Germanicè, 1571.

Andreas Oſiander ſcripſit librum cõtra Interimiſtas, de illuſoribus, de cœlis cœlorum, de mediatore vnico Ieſu Chriſto, de iuſtificatione fidei, aduerſus Philippum, refutationem eius, reſponſio aduerſus ſuam confeſſionem Lucifugam Nicticoraca, demonſtrationem ſolidæ ſuæ doctrinæ per triginta annos.

Albertus Boruſſiæ Princeps edi curauit Acta controuerſiæ Oſiandri: ſcripſerunt contra illius dogma de iuſtificatione Philippus Illyricus, Amſdorfius, &c.

Tylmanni Heshuſij Epiſtola ad Matthiam Flaccium Illyricum de controuerſia, An peccatum originis ſit ſubſtantia?

Item Analyſis argumentorum quibus Illyricus nititur, Ienæ 1571. in 4.

Ad iudicium Philippi Melancthonis de cœna Domini reſponſio in 4.

Teſtimonia ex libris Lutheri collecta quæ oſtendunt peccatum originis non eſſe ſubſtantiam hominis, Ienę 1572. in 4. Germ.

Propoſitiones de peccato originis contra furores Manichæorum, & Pelagianorum, Ienæ 1572. in 4.

Antidoton contra impium dogma Illyrici, quo aſſerit quòd peccatum originis ſit ſubſtãtia, Ienę 1572 in 4.

Defenſio veræ & piæ ſententiæ Aurelij Auguſtini, quod peccatũ originis non ſit ſubſtantia, ſed accidens, cõtra Matthiam Flaccium Illyricum, Ienæ 1572. in 4.

Cyriaci Spãgenburgij ad inſtitutionẽ Iacobi Andræ de peccato originali reſponſio.

Reſponſio ad iudicium Theologorũ Vvittenbergenſium & Lypſenſium Iſlebii 1570.

De colloquio Lyndauico, inter Iacobum Andreæ, & Tobiam Rupium, anno 1575. in 4.

Ioannis Petræi admonitio, ne fides habeatur clamoribus Flaccianonorum, damnãtium Miſnicas Eccleſias, ſed vt ipſorum contentiones & rixæ caueantur, Vvittembergæ 1571. in quarto Germ.

Ioachimi Merlini epist. ad Andream Osiandrum, & eius responsiones siones excusæ sunt in 8. chartis 3.

De peccato originis contra Manichæorum deliria, 1571. in 8. Ienæ.

Ioannis Vvigandi positiones de operibus contra quasdam præstigias & argumenta Ioachimi Vvestphali 1568. in 8.

Commonefactio de monstris nouis, & fœcundis in doctrina de peccato 1571. in 4.

Scripta quædam Vvigandi & aliorum de peccato originis contra Manichæorum deliria, quod peccatum originis sit substantia, Ienæ 1571. in octauo.

Disputatio de bonis operibus, Ienæ 1571. in 4.

Commonefactio qui sint perturbatores omnium maximi in mundo, Ienæ 1571. in 8.

Disputatio de peccato originis contra Manichæos iussu Ducis Saxoniæ instituta, Ienæ 1572. in 4.

Septem spectrorum Manichæorum discussio, Ienæ 1572. in 8.

Rationes cur hæc propositio (Peccatũ originis est corrupta natura) in controuersia cum Manichæis nequeat consistere, Ienæ 1573. in 4.

De Stancarismo, dogmata & argumenta studiosè ac fideliter collecta, Ienæ 1585. in 4.

De Suenckfeldianismo, dogmata & argumenta cum succinctis solutionibus, & indice locorum scripturæ ac rerum Lypsiæ 1586. in 4.

De homine integro, corrupto, renato glorificato, & de vicinis rebus, 1573 in 8.

De erroribus Georgii Maioris admonitio de noua pœnitentia Georgij Maioris, aduersus eius repetitionem & finalem declarationem conscripta, Germ. 1568. in 4.

Liber quo ad oculum demonstrauit Lutheri & Philippi libros in præcipuis doctrinę Christianę locis discrepare, vtpote in articulo de cœna Domini de libero arbitrio, de lege, de Euangelio, de iustificatione, de Adiaphoris, 1575.

Vvolfgangi Amlingi victoria de triumphata communicatione Idiomatum reali, cõtra Ioannem Matthæum Smalcaldensem, Seruestæ 1585. in 8.

Ioannes Matthæi Smalcaldensis tractatus de vnione personali & communicatione Idiomatum, Vvittembergæ 1583. in 8.

Responsio aduersus Vvolfgangum Amlingum Ecclesiæ Seruestanæ Ministrum, Vvittembergæ, 1584. in 8.

Responsio ad falsum & vanum errorem nouo libello ab Amlingo sparsum, de victoria sua quam se de Ioannis Matthæi Smalcaldensis tractatu, quem de vnione personali & communicatione Idiomatum reali scripserat, reportasse gloriatus est, Vvittembergæ 1586. in 8.

Colloquium Altembergense inter Electoris Augustini & Ducis Saxoniæ Theologos de iustificationis articulo, Ienæ 1570. in 4.

Colloquium de peccato originis inter Iacobum Andrę & Matthiam Flaccium Illyricum, Argentorati anno 1571. institutum: adiuncta sunt & alia scripta, Tubingæ 1575. in quarto.

Danielis Hoffmanni in quæstionum & responsionum in grauissima controuersia de Sacrosancta cœna pars primum, Helmstadii 1583. in octauo.

Disputatio de peccato originis, quòd sit accidens vitium, 1586. in 4.

Dogmatũ Iacobi Andreæ de persona

Christi, & cœna Domini à principiis suis repetitorum, cum Saxonica confessione orthodoxa comparatio 1589. in 8.

Errores Septemdecim Iacobi Andreæ crassiores, collecti & detecti, 1589. in 8.

Quinq; disputationes de peccato originis, quod non sit substantia, in academia Iulia habitæ 1589. in 8.

Doctrinę de exorcismo in administratione Baptismi à quibusdam Augustanam confessionem amplectentibus retento, 1790. in 4.

Ioannis Olearii criminationum pagellæ Cerbestanæ, quæ Strena inscribitur, depulsio necessaria, cum disputatione de exorcismo & refutatione viginti obiectionum, quibus Amlingus piam ham cerimoniam impudenter infamat, Hallæ Saxonum 1591. in 8.

Conradi Schlusselb. liber cōtra Sinergistas & Osiādristas Francofurti 1598.

SECVNDVS CATALOGVS LIBRORVM
quos Caluinistæ contra Lutheranos publicarunt.

THEODORI Bezę respōsio pro corporis Christi veritate aduersus Vbiquitatis commentū, & Guilihelmi Holdeii cōuicia: addita est responsio aduersus Iacobi Andreæ calumnias Geneuæ 1581. in 8.

Responsio altera ad Iacobi Andreę calumnias, Geneuæ 1581. in 8

Responsio ad quęstionem & responsionem Danielis Hofmanni in grauissima de cœna Domini controuersia, Geneuæ, 1184. in 8.

Conspicilium ad Danielis Hofmanni demonstrationes ad oculum; Geneuæ 1586. in 8.

Ad Ioannis Brentii argumenta, & Iacobi Andreæ Theses, quibus carnis Christi omni-præsentiam nituntur confirmare, id est, aduersum renouatos Nestorii & Eutichetis errores responsum, Geneuæ 1570. cum cæteris Bezæ opusculis Theologicis

De Sacramentali corporis & sanguinis Christi cum sacris symbolis coniunctione, aduersus Matthæi Flaccii Illyrici falsissimas demonstrationes, Geneuæ 1565. in 8.

Ad Nicolai Selueceri, & Theologorū Ienensium calumnias, responsio, Geneuę 1571. in 8.

Marci Beumleri Apologia breuis & necessaria, in qua prima exponuntur causę cur D. Iacobi Andreę manus & lingua instar Ismaëlis sit cōtra omnes: deinde diluuntur criminationes aduersus Ioannem Iacobū Grineum, Tiguri, 1585. in 8.

Elenchus Sophismatum Iacobi Andreæ, quę disputationi de S. Eucharistia Heidelbergæ habitę, opposuit Tiguri 1585. in 8.

Falco emissus ad capiendum, deplumandum, & dilacerandum Cuculū Vbiquitarium, nuper ab Huldero exclusus, qui impetū in Philomelas innocētes facere cœperat. Neapolis 1586. in 4.

Triplex scriptum ad Iacobū Andreæ 1. Falconis supplementum, de metonimia Sacramentali, de manducatione infidelium 2. Prodromi Vbiquitarii refutatio 3. Index aliquot grauissimorum certaminum & errorum D. Iacobi Andreæ, Neapoli. 1586. in 4.

Calumniarum & Sophismatum quibus Iacobus Andreæ postremum

Scriptum asinum auem compleuit. Elenchus coronidis vice cōcinnatus, Lugduni Batauorum 1588. in 4.

Ioannis Sturmij Antipappi tres, contra Ioannis Pappi charitatem & condemnationem Christianam 1579. in 4.

Tres partes prioris Antipappi. 1. Commonitio, 2. Antipræmium. 3. Antiosiander pro exteris Ecclesiis, & pro Synodo Neapoli 1580. in 4.

Epistola Apologetica contra Iacobum Andreæ, Neostadij 1581. in 4.

De Eucharistica Ambrosia contra Ioannem Pappum ibid. 1581. in 4.

Andreæ Poucherij Theses oppositæ blasphemæ disputationi tertiæ Clebitij Geneuæ 1583.

Lamberti Danæi Antiosiander siue Apologia Christiana simul & necessaria, in qua Helueticæ Ecclesiæ, & quæ cum iis in confessione consentiunt, tum etiam eorum de Cæna Domini sententia defenditur, aduersus iniustam Lucæ Osiandri condemnationem, Geneuæ 1580 in 8.

Necessaria Responsio ad scriptum, quod inscribitur, Pia & fidelis ad Gallicas & Belgicas Ecclesias admonitio, Geneuæ 1580. in 8.

Responsio triplex ad fratres Tubingenses, & triplex eorum scriptum de tribus grauissimis quæstionibus: de Cœna Domini, de Maiestate hominis Christi, & de non damnandis Ecclesiis Dei, nec auditis, nec vocatis, Geneuæ 1581. in 8.

Examen libri de duabus in Christo naturis, de vnione hypostatica & idiomatum, quæ illa sequuntur, communicatione, à Martino Chemnitio conscripti, Geneuæ 1581. 8.

Ludouici Lauatheri historia de origine & progressu controuersiæ Sacramentariæ de Cœna Domini ab an. 1524. vsque ad annum 1563. deducta Tiguri 1563. in 4.

Ioannis à Lasco Responsio ad virulentam, calumniis ac mendaciis consarcinatam Ioachimi Vvestphali Epistolam quandam, qua purgationem Ecclesiarum peregrinarum Francoforti conuellere conatur, Basileæ 1557.

Guilielmi Zepperi Dillembergensis Ecclesiæ Pastoris institutio de tribus religionis summis capitibus quæ inter Euangelicos in controuersiam vocantur, Hannoniæ 1596. in 8.

Hermanni Reineccheri Scriptum Dydascalicum & Apologeticum, quo æternæ Electionis Veritas demonstratur: eiusdem assertio solida Veritatis carnis Christi cum ementitæ Vbiquitatis refutatione, Hannoniæ 1597. in 8.

Hieronymi Zanchij Miscellanea Theologica. 1. Theses aliquot variis de rebus 2. Prælectiones quædam. 3. Responsio ad calumnias. 4. Prælectionis cuiusque summa certis Thesibus comprehensa. 5. Supplicatio ad Senatum Argentinensem, in qua loci quidam Augustanæ Confessionis, & articuli Concordiæ Argentinensis factæ anno 1563. explicātur. Epistola ad Landgrauium, in qua continetur historia de dissidij Argentinensis initio, progressu, exitu, compositione, deque iis quæ compositionem consecuta sunt, Argentorati 1566. in 4.

Ambrosij Vvolfii fundamenta Lutheranæ doctrinæ de vbiquitate, atque adeo de corporali præsentia corporis Christi in Eucharistia, ad Orthodoxæ fidei normam expensa, & sub veritatis censura reuocata, ex orthodoxo consensu, contra partes Bergensis, Geneuæ 1579. in 4.

De cõfessione Augustana quo sensu iampridem à sociis eius intellecta, accepta, & approbata fuerit: Et de concordia Lutheri cum Martino Bucero, & Helueticis Ecclesiis, Geneuæ 1579. in 4.

Anhaltinorum Theologorum repetitio breuis, simplex & perspicua Orthodoxæ confessionis de aliquot articulis controuersis: item de mysterio Incarnationis verbi, & vnionis hypostaticæ, contra vbiquitatem & realem communicationem idiomatum assertio, Neapoli 1581 in 4.

Defensio modesta & perspicua sex argumentorum: quibus inter alia Ecclesiarum Anhaltinarum Ministri realem, seu idiomatum communicationem falsitatis conuicerunt, opposita inani & friuolæ eorum D. Ioannis Matthæi Professoris Vvittenbergensis refutationi: cum Auctuario absurditatum & Antilogiarum eiusdem, Seruestæ 1583. in 8.

Antonii Arimathæensis Isagoge breuis & perspicua, monstrans vsum salutaris & immutatæ doctrinæ de inuocatione Dei, & Filij Dei D. N. I. C. scripta, ad Analysin Thesium Ægidij Hunnij de inuocatione Dei vera, & Sanctorum idolatria, vt sit Πρόδρομος censuræ confessionis, suo & aliorum nomine scriptæ. Refutantur simul Theses confessionis exhibit, Illustrif. Hassiæ Principibus, ab eodem Hunnio, Neapoli 1586. in 4.

Apologia ad omnes Germaniæ Ecclesias reformatas, quæ sub Zuingliani, & Caluiniani nominis inuidia vim & iniuriam patiuntur, Tiguri 1578. in 8.

Bremensis Ecclesiæ Ministrorum Elenchi paradoxorum, quibus Ecclesias Germanicas ab obitu Philippi Melancthonis, perturbarunt Vbiquitarij, mutato genere doctrinæ, & phrasibus de persona Christi, pars prima, ad refutandam audaciam Tubingensium Theologorum, Bremæ 1585. in 4.

Christiani Vvaldensis Refutatio noui dogmatis de vbiquitate corporis Christi, Basileæ 1586. in 8.

Christophori Pezelij Apologia veræ doctrinæ de definitione Euangelij, opposita Thrasonicis præstigiis Ioannis Vvigandi, Vvittenbergæ 1572. in 4.

Argumentorum & Obiectionum de præcipuis articulis doctrinæ Christianæ cum responsionibus quæ sunt collectæ ex scriptis Philippi Melancthonis, additis scholiis illustrantibus vsum singularum Responsionum, partes 7. Neapoli, ab anno 1578. vsq; ad annum 1589. in 8.

Demonstratio imposturarum & fraudum quibus Ægidius Hunnius in libro recens edito de Sacramentis veteris & noui Testamenti pro defensione dogmatis Vbiquitarij contra veritatem Orthodoxam pugnat, Bremæ 1591. in 8.

Demonstratio altera imposturarum ac fraudum, quibus Ægidius Hunnius Ecclesiæ orthodoxæ doctrinam petulanter corrumpere pergit, Bremæ 1592. in 8.

Colloquij Montisbelgartensis inter Iacobum Andreæ & Theodorum Bezam Acta, Tubingæ 1587. in 4.

Henrici Bullingeri Repetitio doctrinæ de inconfusis proprietatibus duarum Naturarum in Christo, vna persona, adeoque de veritate carnis Christi ed dextram Dei Patris in Cœlo sedentis, & non vbique præsentis, contra Ioannem Brentium, 1564 in 8.

Petri Vvarenburgi Responsio ad Scriptum Hermanni Hamelmanni, quo conatur probare Ambrosium Vvolfium, & alios Sacramentarios

falso pro se allegare B. Theodoreti testimonia. Item ad iudicium ab eodem Hamelmanno editum de libro Consensus Orthodoxi in causa Eucharistica, Neostadij 1581. in 4.

Hamelmannia, siue aries Theologizans, Dialogus oppositus duabus narrationibus Historicis Hermanni Hamelmanni, Neostadij 1582. in 4.

Gulielmi Clebitij respõsio ad Themata Morlini, Stosselij, Heshusij, &c. de Sacra Sinaxi, Bremę 1560. in 8.

Demonstratio Theologica, in qua ostenditur, 1. Non omnem quæstioformatã per aduerbium (quomodo) incredulitatis esse argumentum, 2. Modum ineffabilem quo Heshusius soluit omnem nodum, multorum hęreticorum esse antiquum effugium, Losannæ 1563. in 8.

Demonstratio erroris Heshusiani de præsentia Iudæ in Cœna Domini, ibid. 1563.

Eiusdem Victoria veritatis & ruina papatus Saxonici.

TERTIVS CATALOGVS LIBRORVM quos Lutherani contra Caluinistas in lucem emiserunt.

IOACHIMI Vvestphali farrago confusanearum, & inter se dissidẽtium Opinionum de Cœna Domini, ex Sacramentariorum libris congesta, anno 1552.

Aduersus cuiusdam Sacramentarij falsam criminationem iusta Defensio, in qua de Eucharistiæ causa agitur, 1555.

Epistola qua respõdetur conuitiis Caluini. Breuis item Responsio ad scriptum Ioannis à Lasco, in quo Augustanam Confessionem in Caluinismum transformat. 1557.

Iusta Defensio contra Ioannem à Lasco: Confutatio mendaciorum Caluini: Apologia ad vltimam admonitionem Caluini, 1558.

Danielis Hofmanni Apologia missa ad Theodorum Bezam, qua τὸ ῥητὸν, in verbis Cœnæ Dominicæ immotum, Bezæ autem demonstrationes falsissimæ demõstrantur, Helmstadij 1585. in 8.

Libellus Apologeticus respondens chartis Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, & horum Sacramentarios errores detegens atque refutans, Helmstadij 1585.

Tilmanni Heshusij assertio Sacrosancti Testamenti Christi contra blasphemam Caluinistarum Exegesim, sine nomine Auctoris editam, Erfordiæ 1582. in 4.

Pia defensio aduersus Ioannis Caluini, Petri Boquini, Theodori Bezæ, Vvilhelmi Clebitij & similium calumnias. Item refutatio Pelagiani seu Anabaptistici Caluinistarum erroris de Baptismo & peccato originis, Erfordiæ 1583. in 8. Adduntur Collectanea plurimorũ Caluini cõtra Deum, eius prouidentiam & prædestinationem.

Iacobi Andreæ breuis admonitio de crimine stellionatus Caluinianonorum, quo Iesuitas in suam societatem rapere, & doctrinam Lutheri de persona Christi, & sacra Cœna illo-

rum authoritate perfide opprimere conantur, Tubingæ 1582. in 4.

De Adoratione carnis Christi contra blasphemam Apologiam Lamberti Danæi Tubingæ 1583. in 4.

De vnitate personali & supernaturali duarum Naturarum in Christo, contra blasphemam disputationem Eusebij Cleberi Pastoris Sangalensis in Heluetia, Tubingæ 1586. in 4.

Oratio de incarnatione Filij Dei, contra impios & blasphemos errores Zuinglianorum & Caluinistarum, Tubingæ 1586. in 4.

Nicolai Selneceri aduersus Catechismum Heidelbergensem: aduersus Bezæ interpretationem huius loci, Oportet Christum cœlo capi, Lipsiæ.

Ad Theodori Bezæ calumnias responsio, 1571. in 8.

Caluinus Rediuiuus, hoc est Zuinglij, Caluini, Bezæ, Amelingi, Peuceri, Pezelij, &c. propriæ opiniones de quibusdam articulis controuersiis, Francoforti. 1589. in 4.

Confutatio accusationum quibus Sacramentarii Ecclesias puriores quæ Augustanæ Confessioni subscribunt, onerare solent, continens veram doctrinam de Cæna Domini, & duabus in Christo Naturis. Item refutatio exegesis Sacramentariæ, Lipsiæ 1579.

Guilhelmi Holderi Caluinianus Candor, hoc est, de eximia pietate, fide, doctrina, & modestia Theodori Bezæ, admonitio altera, Tubingæ 1582. in 4.

Cuculus Caluinisticus, siue de gratitudine, & modestia Caluinianorum, aduersus blasphemam Iacobi Grinæi Apologiam commonefactio, Tubingæ 1585. in 4.

Prodromus Labyrinthi Sacramentariæ ad Marcum quendam Beumlerum Nouitium Sacramentarium scriptus, Tubingæ 1587. in 4.

Responsio ad Hieronymi Zanchii Sacramentarii virulenta conuitia, quibus, vt ait, discessum ex hoc mundo meditatur Tubingæ 1587. in 4.

Asinus Auis ad Sacramentarios Heidelbergenses scripta, hoc est, Metamorphosis noua, qua Marcus Beumlerus, dum temere in auem falconem transire voluit, ridiculo errore in Asinum commutatus est, Tubingæ 1578. in 4.

Lucæ Osiandri, Anti-sturmius vnus Tubingæ 1579. in 4.

Anti-sturmius alter ibid. 1581. in 4.

Epistola Eucharistica ad Ioannem Sturmium Vespertilionem, gratitudinis ergô scripta, pro palinodia ironica, Tubingæ 1581. in 4.

Martini Chemnitij liber contra Catechismum Heidelbergensem: fundamenta sanæ doctrinę de vera & substantiali præsentia, exhibitione, & sumptione corporis & sanguinis Domini in Cœna, Ienæ 1570. in 8

Philippi Nicolai apud Herdecanos Ecclesiæ Ministri, fundamentorum Caluinianæ Sectæ cum veteribus Arianis & Nestorianis conuenientium detectio: qua demonstratur, neminem Christianorum Caluinianis adhærere posse, quin vna Arianismi & Nestorianismi suscipiat defensionem, Tubingę 1586. in 4.

Ioannis Modesti demonstratio ex sacris literis, quod Sacramentarij non sint Christiani, sed baptizati Iudæi, & Mahometani, Germanicè, Tubingę 1587. in 4.

Zacharię Riuandri Lupus excoriatus, quo Caluinistarum, qui vel manifestè, vel occultè sua dogmata spargunt, pellis Lupina declaratur & explicatur, super verba Christi Matthæi 7. Attendite à falsis Prophetis,

phetis, Germ. Vvittenberg. 1591. in 4.

Samuelis Huberini Antithesis Lutheranæ & Caluinisticæ doctrinæ in præcipuis fidei articulis, Germanicè Lauingæ 1591. in 4.

Demonstratio fallaciarum Ioannis Caluini, in doctrina de Cœna Domini, quibus vsus est in libro Institutionis Christianæ, Vvittẽbergæ 1595. in 4.

Iacobi Hailbruneri Synopsis doctrinæ Caluinianæ, hoc est, Summaria Narratio & refutatio Zuinglianorum & Caluinistarum doctrinæ de aliquibus fidei Christianæ articulis, Germ. Lauingæ 1591. in 4.

Hieremiæ Victoris vera & dilucida demonstratio, quod Zuingliani & Caluinistæ nunquam se subiecerunt Confessioni Augustanæ Carolo V. Anno 1530. exhibitæ, Germ. Franco forti. 1591. in 4.

Christiani Kittelmanni decem graues & pernitiosi errores Zuinglianorum in doctrina de peccatis & baptismo, ex propriis ipsorum libris collecti & refutati, German. Magdeburgi 1592. in 4.

Ioannis Mosellani præseruatiua contra venenum Zuinglianorum, Tubingæ 1586. in 4.

Conradi Sclhusselburgij Theologiæ Caluinisticæ libri tres, in quibus, seu in tabella quadam, quasi ad oculum, plusquam ex ducentis viginti tribus Sacramentariorum publicis scriptis pagellis, verbis propriis, & Authorum nominibus indicatis demonstratur, eos de nullo ferè Christianæ fidei articulo rectè sẽtire. Addita simul veræ sententiæ assertione, & contrariæ opinionis refutatione, Francoforti 1594. in 4.

Ægidij Hunnij Caluinus Iudaizans, hoc est, Iudaicæ glossæ & corruptelæ quibus Ioannes Caluinus Illustrissima Scripturę sacræ loca & testimonia de gloriosa Trinitate, Deitate Christi & Spiritus sancti, cum primis autem vaticinia Prophetarum de Aduentu Messiæ, Natiuitate eius, Passione, Resurrectione, Ascensione ad cœlos, & sessione ad dextram Dei, detestandum in modum corrumpere non abhorruit, Vvittenbergæ 1595. in 8.

Eiusdem Papismi Caluinianorum 25. dogmatici, & 20. practici, siue Disputationes duæ de reliquiis, trabibus & plumulis Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanę, quas Caluiniani supra annos iam septuaginta retinent, & adhuc venerantur, à Salomone Gesnero publicè in Academia Vvittenbergensi habitæ: nec non Theses Huberianismo oppositæ ab Ægidio Hunnio, Francofurti 1598. in 4.

Anti-pareus hoc est, Refutatio venenati scripti à Dauide Pareo editi in defẽsionem stropharum & corruptelarum, quibus Ioannes Caluinus Illustrissima Scripturę testimonia de mysterio Trinitatis, nec non oracula prophetarum de Christo, detestandum in modum corrupit, Francofurti 1598. in 8.

Theologorum Vvittenbergensium solida refutatio compilationis Zuinglianę & Caluinianæ, qua illi consensum orthodoxum sacræ Scripturæ & veteris Ecclesiæ de controuersia Sacramentaria appellarunt, in lucem ediderunt, & aliquoties recoxerunt, Tubingę 1584. in folio.

Abelis Vinarii Synopsis Theseon Iacobi Kimedoncii Caluinistę de redemptione & prædestinatione, quam aduersus Samuelem Huberinum instituit, Tubingæ 1594. in 8.

Friderici Petri Responsio pro libello Martini Chemnitii de vnione

hypostatica naturarum in Christo, & de communicatione idiomatum, ad eius examen à Lamberto Danęo conscriptum. Addita est admonitio, Num fides possit euolare supra cœlos, & illic ipsum carnem Christi apprehendere? Lipsię 1585. in 4.

Responsio ad Scriptum quod Theologi Bremenses aduersus collectores Apologiæ formulę concordię publicârunt, Lipsię 1585. in 8.

Ioannis Mathæi liber de cauendo Caluinistarum fermento, Vvittenbergæ.

Henrici Berndes Ecclesiastæ Vvismariensis doctrina de reali communicatione idiomatum in persona Iesu Christi, planis & perspicuis Thesibus orthodoxæ exposita, & verbali seu fictitię Caluinistarum communicationi opposita, Vvittenbergæ 1596. in 4.

Andreæ Schafmanni Ecclesiastæ Tremoniani Prodromus responsionis suę pro disputatione Tremoniana: contra refutationem Ioannis Piscatoris de distinctione Decalogi, &c. de Caluini profana de Christi merito sententia: deque Lutheranorum & Caluinianorum appellatione, libri tres controuersiarum de prædestinatione, in quibus definito controuersię statu, argumenta ex Scriptura, sana ratione, Patribus, Scholasticis, ipsisque Aduersariis substituuntur, & defenduntur: eodemque ordine Aduersariorum argumenta refutantur, Tremoniæ 1596. in 8.

Iacobi Hailbruneri Ecclesiastæ Aulæ-Neopergicę Suenckfeldio-Caluinismus, hoc est, Spiritus Suenkfeldiani & Caluiniani consensus in doctrina de Ministerio Verbi, Baptismo, & Cœna Dominica, eiusdemque solida confutatio certis capitibus distincta, Lauingæ 1597. in 8.

Alberti Grauueri Bellum Ioannis Caluini & Iesu Christi, hoc est, Antithesis doctrinę Caluinianorum in quatuor articulis, de persona Christi, Cœna Domini, Baptismo, & prædestinatione, ad oculum monstrantur, Braptę 1598. in 4.

Balthazaris Menzeri Allendorphensis Elenchus errorum Antonij Sadelis, in libello de Sacramentali manducatione carnis Christi, Vvittembergæ 1594. in 8.

Heizonis Buscheri Exercitationum Theologicarum & Logicarum, responsioni Ioannis Piscatoris oppositarum, pars prima, de doctrina troporum vsitata, de verbis cœna propriè non tropicè intelligendis, de præsentia corporis Christi in cœna ex verbis illis demonstranda pars altera, de prędicationibus inusitatis & pædobaptismo, Lemgouiæ 1594. in 8

Hermanni Hamelmanni Responsio ad dicta Patrum, quæ pro sua assertione, quod Christus homo sit in loco, Zuingliani afferunt. Item, quomodo Caluinistarum Lyturgia non sit conformis Lyturgiis, quæ fuerunt vsitatę in Primatiua Ecclesia, 1568. in 8.

De Gaudiis æternæ vitæ, & quomodo Sacramentarij nobis illa gaudia imminuant, Erfordiæ 1585. in 8.

De impostura Chrystophori Pezelij in citatis orthodoxorum Catholicæ Ecclesię Patrum testimoniis commissa, Tubingæ 1592. in 8.

Iacobi Schegkii responsum ad Symonis Symonii libellum, quo conatus est librum de vna persona & duabus naturis in Christo refellere: respõdetur etiã Erasto, & explicatur Schegkium non consentire cum Erasto, Tubingæ 1568.

Stephani Gerlakii Anti-Danæus, siue Responsio, qua Lamberti Danæi figmenta & calumniæ, quas contra

Anti-sturmium Osiandri in causa S. Cœnæ Dominicæ, & Maiestatis Christi hominis impotenter euomuit, deteguntur & confutantur, Tubingæ 1580. in 4.

Hyperaspistes Anti-danæi de condemnatione errorum de S. Cœna, & de Maiestate Christi hominis aduersus L. Danæum, Tubingæ 1581. in 4.

Decertatio cum L. Danæi profano milite, quem Clibanarium vocat, Tubingæ 1583. in 4.

QVARTVS CATALOGVS PLVRIMORVM Librorum quos Protestantes aduersus Protestantes scripserunt, in vnica solum quæstione de Eucharistia, ab anno Dom. 1574. vsque ad annum 1598. desumptus ex Hospiniani historia Sacramentaria parte secunda.

BVLLINGERI responsio ad septem pręcipua accusationis capita Lutheranorum 1574.

Vvittenbergensium Theologorum declaratio certaminis de Cœna Domini & persona Christi, inter Lutheranos & Caluinistas, Tubingæ Germanicè 1575.

Iacobi Andreę Responsio ad confutationem Henrici Bullingeri &c. 1575.

Schmidelini Suggestio ad Bullingeri libellum, de septem accusationis capitibus &c 1575.

Apologia Ministrorum Tigurinæ Ecclesiæ ad confutationem Iacobi Andreæ pro defensione Brentiani Testamenti editam 1575.

Bullingeri responsio ad Smidelinum 1575.

Antidotum aduersus Euthusiastarum, Methusiastarum, & Syunsuestarum cauillos & calumnias in causa Ecclesiastica, 1575.

Analogia fidei aduersus Antidotum 1575.

Aphorismi rectè secantes sermonem veritatis in controuersia Eucharistica 1575.

Apologia modesta ac Christiana ad Acta Conuentus quindecim Theologorum Torgæ in Saxoniæ nuper habita, Authore Beza, 1575.

Elię Paluigenij elenchus sanæ de Eucharistia doctrinæ, &c. Heidelbergæ 1575. & reprinted Heidelbergæ 1575.

Eusebij Cleberi vera doctrina de persona Christi, & duabus eius naturis, aduersus Iacobum Andræam, 1575. Heidelb. Germ.

Simleri Appendix qua absterguntur calumniæ Iacobi Andreæ, quibus Tigurinæ Ecclesiæ Ministros, & nominatim Bullingerum, aspersit, 1575.

Andreæ musculi disputatio tertia de Cœna Dominica opposita Caluinistarum corruptelis 1576.

Articuli de Cœna Dominica Ministris Ecclesiarum & scholarum Marchiticarum, mandato D. Ioannis Georgij Marchionis Brandeburgici Electoris propositi &c. 1576.

Ad eosdem articulos Responsio piorum & Orthodoxorum aliquot virorũ (autore Lãberto Danæo) 1576.

Lucæ Osiandri admonitio de errore Zuinglianorum &c. 1576.

Hermanni Hamelmanni disputatio cum aliquot concionatoribus Frisijs in causa Sacramẽtaria, eiusq; vita, 1577

Boquinus (his) Notatio breuis præcipuarum causarum diuturnitatis in controuersia de Cœna Domini, 1576.

Querela de secunda captiuitate Babylonica, & nouo Papatu, 1576.

Osiandri Homiliæ duæ de Cœna, Tubingæ Germ. 1577.

Anhaltinorum Theologorum Apologia, 1577.

Petri Glasseri libellus quæ fuerit Lutheri sententia de Cœna, vsque ad vitæ suæ finem, Lipsiæ Germ. 1577.

Victorini Strigelij commentarius de præsentia corporis Christi in Cœna &c. dictatus anno 1553. in Academia Ienensi 1577.

Iacobi Schegij Refutatio Thesium Theodorici Schnepfij de personali vnione, &c. 1577.

Iacobus Schegius contra Vbiquitatis dogma 1577.

Assertio veræ & orthodoxæ doctrinæ de vnitate personæ & distinctione duarum naturarum in Christo, ac refutatio dogmatis de vbiquitate, &c. Tiguri 1578.

Christophori Pezelij declaratio doctrinæ de sacra Cœna, 1578. Neostadij Germanicè.

Hermanni Pacifici expositio dilucida, qua ratione controuersia de sacra Cœna facile cognosci & componi possit, 1578.

Nicolai Selneceri confutatio accusationum quibus Sacramentarij Ecclesias puriores quæ Augustanæ Confessioni subscribunt, onerare solent 1579.

Nicolai Selneceri Necessaria & breuis Repetitio veræ & perspicuæ doctrinæ de Cœna Domini, &c. 1579.

Nicolai Cancerini defensio Augustanæ Confessionis contra Danielem Tossanum Heidelbergensem Theologũ &c. Tubingæ Germ. 1579.

Ioannis à Kitlis Baronis, de vera cõmunicatione corporis Christi 1579.

Lamberti Danæi Responsio ad Nicolai Selneceri librum qui inscribitur necessaria repetitio &c. 1579.

Benedicti Thalmanni tractatus, in quo &c. Syunsiastarum, seu Consubstantiatorum opinio de corporali præsentia & orali manducatione refellitur, 1579.

Ambrosius Vvolfius liber cui titulus Fundamenta Lutheranæ doctrinę &c. sub veritatis censuram reuocata, &c. 1579.

Consolatio eorum qui ob sanam doctrinam de Sacramentis, & præsertim de Cœna Domini hinc inde persecutionem patiuntur, 1580. Neostadij Germanicè, hic liber genuit tres alios, inquit Hospidianus pagina 368. respondit ad hunc libellum Lucas Osiander & Nicolaus Cancerinus: sed mox eorum calumniis oppositum fuit aliud scriptum excusum hoc ipso anno 1580. Neostadij Germanicè.

Ioannes Marbachius Lutheranus contra Danielem Tossanum (à Caluinist) 1580.

Ioachimi Giftheil Commonefactio in materiam de Cœna Dom. Argentorat. 1580.

Vvillelmi Holderi admonitio de Theodori Bezæ aduersus Ioannem

Ioan. Olearij explicatio quæſtionis Pappum libello.1580.

Heshuſij Concio Germanica de perſonali & in æternum inſeparabili vnione duarum naturam in Chriſto, Iſlebij 1580.

Ioannis Magiri refutatio hiſtoriæ Auguſtanæ confeſſionis ab Ambroſio Vvolſio conſcriptæ, Tubingæ Germ. 1580.

Nicolai Selueceri epiſtola, in qua reſpondet Lamberti Danæi defenſioni &c.1580.

Danielis Toſſani defenſio ſanæ doctrinæ de cœna aduerſus Ioannem Marbachium, Neoſtadij Germanicè 1580.

Beza contra Pappũ pro defenſione homiliarum duarum de cœna, 1580.

Pappus hunc librum confutat.

Beza de hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum vnione, &c. placida & Chriſtiana cum Ioanne Pappo diſceptatio.1585.

Bezæ reſponſio de cœna Dom. aduerſus Iacobi Harchii dogmata 1580.

Lucæ Oſiandri pia ac fidelis admonitio ad Gallicas & Belgicas Eccleſias, &c. 1580. Lambertus Danæus huic reſpondit.

Petri Vvarenburgi reſponſio ad nouum ſcriptum Hermanni Hamelmanni, &c. 1581.

Vvarenburgij reſponſio ad ſcriptum aliud Hamelmani, &c. 1581.

Theologorum Bremenſium Apologia in qua reſpõdẽt ad ſibi intẽtata crimina ac hæreſes ab Vbiquiſtis inferioris Saxoniæ, 1581.

Theodori Bezæ reſponſio aduerſus Vbiquitatis commentum, & Guilielmi Holderi conuitia, &c.1581.

Bezæ reſponſio ad putidas quaſdam à Iacobo Andrea confictas calumnias &c.1581.

Anhaltinorum Theologorum examen præfationis libri concordiæ, ac refutatio eiuſdem examinis ab Electoralibus Theologis cõſcripta, vnà cum Apologia Anhaltinorum refutationis illius, &c. Neoſtadii, Ger. 1581.

Pauli Schonhouij Reſponſio ad Selueceri librum contra Danæum, &c. 1581.

Chryſtophori Granmundi liber, &c. contra Schmidlinum, &c. 1581.

Lamberti Danæi Apologia aduerſus Iacobi Andreę admonitionem, ad Ioannem Sturmium.

Auguſtanę confeſſionis, eiuſque Apologiæ &c. verba & doctrina, &c. publicata, &c. Neoſtadii Germ. 1582.

Vrſinus his commonefactio cuiuſdã Theologi de ſacra cœna, & eiuſdem commonefactionis conſideratio, Neapoli Nementum, 1582.

Danęi Apologia orthodoxę Patrum ſententiæ, de adoratione carnis Chriſti, aduerſus blaſphemam & idolatricam Iacobi Schmidlini hæreſin, Lugduni Batauorum 1582.

Danæi Elenchus ſophiſmatum Stephani Gerlachii, &c. 1582.

Iacobi Andreę Breuis admonitio de crimine ſtellionatus Caluiniſtarũ, &c. Tubingæ 1582.

Propoſitiones de ſacra Domini Cœna, quas Præſide Kirchnero ſacræ Theologiæ Doctore & Profeſſore in Academia Heidelbergenſi, Petrus Patiens Eccleſiarum inferioris Palatinatus Electoralis Superintendens Generalis, reſpondendo defendit, 1582.

Ioannis Brentij F. reſponſio ad calumnias quibus Patris ſui authoritate & ſcriptis, errorem ſuum de Cœna Domini tueri & propagare conantur, 1582.

Iudicium de libro ab Ambroſio Vvolſio, titulo, Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis, &c. 1582.

An tempore necessitatis Sacrã cœnã à Pontificio vel Caluiniano Pastore quis bona conscientia possit accipere? 1582.

Tilmanni Heshusij adsertio, &c. contra Caluinistarum exegesin, &cæt. 1582. Erfordiæ.

Prouocatio cuiusdam studiosi, vt Nic. Seluecerus respondeat ad argumẽta de vero sensu verborum Christi in cœna Nestodij, Germ. 1582.

Contra Ministros Bremensis Ecclesię, quòd diuidant naturas in Christo, &c. 1582.

Responsio Bremensium ad eundem librum 1582.

Ioannis Matthæi Smalcaldensis tractatus de vnione personali, &c. 1583.

Iacobus Andreas contra Apologiam Lamberti Danęi de adoratione carnis Christi 1583.

Eusebij Cleberi disputationes tres: prima de natura: secunda de mixtione Physica: tertia de vnione personali duarum naturarũ in Christo 1583.

Palatini Keduaden à Straswick Dialogus de vnione personali, &c. Geneuæ, 1583.

Tilmanni Heshusij confessionis defensio aduersus Caluinum, &c. Erfordiæ, 1583.

Danielis Hofmanni quæstionum & responsionum in controu. de cœna pars prima, Helmstadij, 1583.

Nicolai Menij confessio de vera præsentia vtriusque in Christo naturæ apud Ecclesiam, opposita iis, qui eam sub odioso portentosę vbiquitatis titulo per Germaniam oppugnant, &c. 1583.

Vvittenbergensium Theologorum vera ac solida confutatio Apologiæ Ministrorum Ecclesiæ Bremensis, &c. Tubingæ Germanicè, 1583.

Responsio Bremensium Theologorum (ad librum prædictum) Germanicè Bremæ 1583.

Responsio ministrorum in Ecclesia Bremensi ad Iacobi Andreæ confutionẽ, &c. Bremæ Germanicè 1583.

Vvittembergensium Theologorum refutatio orthodoxi consensus, &c. Tubingæ, 1583.

Iacobi Andræe Theses de religiosa adoratione totius Christi, secundum diuinam & humanam naturam, Tubingæ, 1584.

Ioannes Iezlerus de diuturnitate belli Eucharistici, Tiguri 1584.

Marci Beumleri analysis disputationis Iacobi Andreæ, &c. Tiguri 1584.

Marci Beumleri duo Logici tractatus de coniunctione Sacramentali, &c. aduersus nouũm ac monstrosum Syunsiastarum figmentum, &c. Tiguri, 1584.

Stephani Szegedini graues aliquot quæstiones de vero sensu verborum Christi, &c. Tiguri, 1584.

Theodori Bezæ responsio ad patrem primam quæstionum & responsionum Danielis Hofmãni in controu. de cœna Dom. Geneuæ 1584.

Nicolai Seluecceri admonitio de Anhaltinorum Theologorum scripto, contra Kirchnerum, Chemnitium & Seluecerum, Lypsiæ Germ. 1584.

Ioannis Vvigandi exegesis colloquiorum aliquot cum Sacramentariis habitorum, Lypsiæ, 1584.

Admonitio Theologorum superioris Palinatus de Ioannis Matthæi fraudulento Scripto, &cæt. Neostadij Germanicè, 1584.

Analysis propositionum quas de negotio Eucharistiæ ad disputandum proposuit Iacobus Rungius, vnà cũ refutatione eorum quæ à veritate aliena propositionibus illis interspersa sunt: Neostadij, 1585.

Antonii Sadelis de veritate humanæ

naturæ Iesu Christi, &c. Lausannæ 1585.

Theodori Bezę responsionis pars altera contra Danielem Hofmannum &c, Geneuæ 1585.

Elenchi paradoxorum, quibus Ecclesias Germanicas ab obitu Melancthonis perturbarunt Vbiquitarii. &c. 1585.

Apologia Marci Beumleri, contra Iacobum Andream, Tiguri, 1585.

Marcus Beumlerus (his) Elenchus sophismatum Iacobi Andreæ &c. Tiguri 1585.

Commonitio & adhortatio ad Nicolaum Seluecerum, vt cum suis gregalibus Anhaltinos Theologos conuiciando lacessere desinat, & cætera. Seruestę Germanicè. 1585.

Antiqua fides de persona & officio Christi, &c. explicata à Daniele Tossano, Neostadii, Germanicè 1585.

Vvolfangi Amlingi victoria, &c. cōtra Mattheum Smalcaldensem, Seruestæ 1585.

Responsio pro libello Martini Chemnitii, &c. ad eius examen à Lamberto Danæo conscriptum, &c. Lypsiæ 1585.

Iacobi Andreæ Theses de dicto Christi Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquā &c. 1585.

Declaratio binorum librorum à Bremensis Ecclesiæ Ministris editorum anno 83. nomine Vvittembergicorum, &c. 1585.

Ægidii Hunnii libelli quatuor de persona Christi eiusque ad dexterā Dei sedentis diuina maiestate &c. Francofurti, 1585.

Augustanę confessionis historia, &c. opposita narrationibus, quas Ambrosius Vvolfius de his rebus disseminauit, &c. Lpsię 1585.

Responsio ad libellum cuius hic est titulus: Declaratio vera institutæ Reformationis in Palinatu, & cætera Tubingę Germanicè 1585.

Acta Heidelbergensis disputationis de Sacra cœna anno octogesimo quarto institutæ, inter eius loci Theologos & Ioannem Iacobum Gryneū Lypsię 1585.

Responsio ad Scriptum quod Bremenses Theologi aduersus collectores Apologiæ pro formula Concordiæ publicarunt, Lypsiæ 1585.

Danielis Hofmanni Apologia Missa ad Theodorum Bezam, &c. Helmstadij 1585.

Lamberti Danæi assertio, &c. contra postremum Schmidlini scriptum de adoratione carnis Christi. Geneuæ, 1585.

Acta colloquij Quedelburgensis de Vbiquitate corporis Christi &c. Neostadij Germanicè. 1585.

Querela ad iustum Iudicem Iesum Christum, de certamine Sacramentario Heidelbergæ Germanicè 1585.

Iacobus Andreas (his) cuculus contra Grinæi Apologiam, 1585.

Marcus Beumlerus (his) Falco pro Grinæo, ad deplumandum (istum) Cuculum 1585.

Colloquium Mompelgargense inter Iacobum Schmidlinum & Bezam 1586.

Et multi alii libri ea de re vtrinque in lucem editi quos habet Hospinianus in historia sacramentaria parte 2. fol. 383. a.

Isaiæ Sylberchlagij assertio de vera corporis Christi in Eucharistia præsentia, Erphordiæ, 1586.

Ioannis Matthæi Smalcaldensis respō-

ſum ad errorem ab Amlingo ſparſũ. &c. Vvittembergæ, 1586.

Baſilij Satleri reſpõſio ad quæſtionem de manducatione, &c. quæ fide tantũ ſit, &c. Helmſtadii, 1586.

Philippi Nicolai fundamentorum Caluiniſtarum cum veteribus Arianis & Neſtorianis communium detectio &c. Tubingæ, 1586.

I Heshuſii aſſertio veræ præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in cœna, cũ refutatione argumentorum caluiniſtarum, 1586.

Heshuſij tractatus alter quomodo examinandi qui de Caluiniſmo ſuſpecti ſunt, Germ. 1586.

Stephani Gerlachii Theſes de perſona Chriſti &c. Tubingæ 1586.

Chriſtiani Vvaldenſis refutatio noui dogmatis de Vbiquitate, &c. Baſileæ, 1586.

Theodori Bezæ conſpicillum ad Danielis Hofmanni demonſtrationes &c. Geneuæ, 1586.

Hieronymi Zanchii ad partem Prodromi Vvillielmi Holderi reſponſio, &c. 1586.

Beumleri ad Iacobi Andreę libellum triplex ſcriptum: primum falconis cõplementũ: 2. &c. tertium &c. 1586.

Georgii Lupichii ſolida declaratio, & cæt. contra libellum Nicolai Selneceri, &cæt. Hiedelbergæ, German. 1586.

Danielis Toſſani oratio de Aſcenſione Chriſti in cœlum, &cætera. 1586.

Georgii Sohnii de ſtatu filii Dei incarnati, &c. Theſes Theolog. Neoſtadii, 1586.

Dauidis Paræi methodus totius controuerſiæ vbiquitatis breuis, &cæt. 1586.

Errores ſexdecim Iacobi Andreæ craſſiores, detecti à Daniele Hofmanno, 1587.

Iacobi Andreæ oratio de incarnatione filii Dei, contra errores Zuinglianorum & Caluiniſtarum 1586.

Iacobi Andreæ libellus de vnione perſonali, & cætera, contra diſputationem Euſebii Cleberi, &c. Tubingæ, 1586.

Confeſſio Ægidii Hunnii cum eiuſdem confeſſionis cenſura, &c. Addita eſt & reſponſio Hunnii ad argumentum præcipuum contra Vbiquitatem &c. Neoſtadii, 1586.

Acta colloquii Mompelgardenſis edita à Tubingenſibus, 1587.

Refutatio errorũ & Sophiſticæ, qua Ægidius Hunnius contaminat ſalutarem doctrinam de perſona Chriſti, authore Ioſepho Grabio Bremẽſis ſcholæ Profeſſore, 1587.

Ægidii Hunnii commentarium in epiſtola Pauli ad Epheſios, in quo reſpondet ad Bremenſium Theologorum ſcriptum, &c. Francofurti, 1587.

Andreæ Oſiandri tractatus de omnipræſentia Chriſti, &c. contra Chriſtianum Vvaldenſem, Tubingæ 1587.

Franciſci Burkardi diſcrimen inter Lutheranorum & Caluiniſtarum diſcrimen, &cæt. Erfordiæ Germanicè, 1587.

Zazarias Vrſinus Volumen tractationum Theologicarum, & cæt. 1587.

Georgii Altrathii reſponſio ad Ioannis Schelbemeri narrationem de præcipuis Caluiniſtarum & Sacramentariorum erroribus, Herbornæ Germanicè, 1588.

Marci Beumleri calumniarum & ſophiſmatum Elenchus, quibus Iacobus Andreæ poſtremum Scriptum Aſinum-Auem compleuit, Lugduni Batauorum 1588.

Danielis

Danielis Toſſani orationes Euchariſticæ duæ,&c. Heidelbergæ,1588.

Breuis reſponſio ad decem fraudulentas & captioſas quæſtiones Heshuſii, quibus eos qui de Caluiniſmo ſuſpecti ſunt, examinandos cenſet,1588.

Hiſtorica narratio,&c.de toto certamine Sacramentario à Miniſtris Eccleſiæ Embdenſis certis capitibus comprehenſa,1589.

Dogmatũ Iacobi Andreæ de perſona Chriſti,&de cœna Dom. è principiis ſuis repetitorum cum Saxonica confeſſione comparatio,1589.

Quadraginta & quinque falſa dogmata Iacobi Andreæ, partim à Daniele Hofmanno, partim à Dauide Paræo detecta, Neoſtadii Germ. 1589.

Repetita ac vera narratio eorum, quæ cum Vvittẽbergenſibus Theologis anno 74. propter Torgenſes articulos geſta ſunt, &cæt. aduerſus Hofmanni conuitia, &cæt. Bremæ Germ.1589.

Adami Franciſci theſes de cœna Dom. Tubingæ,1589.

Theſes de Aſcenſione Chriſti in cœlum,&c.per Ægidium Hunnium Tubingæ,1589.

Ioannes Vvigandus de Vbiquitate ſeu omni-præſentia Chriſti Tubingæ 1589.

Danielis Hofmanni reſponſio ad rationes & ſigna Chryſtophori Pezelii, quibus docuit veros Sacramentarios agnoſcere, Helmſtadii, Germ.

Declaratio vbiquitatis,&c. Tubingæ Germ.1589.

Vvittembergenſium Theologorum iudicium de libello Danielis Hofmanni; de 17. erroribus craſſioribus Iacobi Andreæ, Tubingæ Germ.1589.

Vvittembergenſium Theolog. aſſertio de maieſtate hominis Chriſti &c. vna cum reſponſione ad librũ Danielis Hofmanni, &c. Tubingæ Germ.1589.

Nicolai Selueceri (his) Caluinus rediuiuus,&c. 1589.

Narratio de ſex capitibus ad certamen Sacramentarium pertinentibus, Bremæ Germ.1590.

Synopſis loci de Sacramentis in genere & ſpecie,&c. Ambroſii Reudentii, Ienæ, 1590.

Tilmannus Heshuſius de duabus naturis in Chriſto, eorumque vnione hypoſtatica, Magdeburgi,1590.

Icobi Hailbruneri compendium & confutatio Zuinglianæ & Caluinianę doctrinæ,&c. de cœna Germ. 1590.

Martini Chemnitii doctrina de vera pręſentia, &c. Frãcofurti Ger. 1590.

Ægidii Hunnii articulus, ſiue Locus, de Sacramentis veteris & noui Teſtamenti per quæſt. & reſponſ. per tractatus cõfutatis è contra pontificiorum & Caluiniſtarum argumentis,&c. 1590.

Selueceri confeſſio & Teſtamentum de cœna Domini, Germanicè 1590.

De quo ait Hoſpinianus præfatione, ſuos mandat & hortatur, vt Papiſtis ſeſe iungant,& concordiam cum èis teneant tantum,& Caluiniſtæ opprimantur. See Hoſpin. pag. 390. b.

Homiliæ duæ de ſacra Chriſti cœna, vera item & ſubſtantiali præſentia, &c. itèm Mompelgardi 1590.

Confutatio reſponſ. Danielis Hofmãni de ſignis quibus Sacramẽtarii agnoſcendi ſunt, Bremæ Germ.1591.

Tres homiliæ in quibus declaratur doctrina, &c. de perſonali &

Sacramentali vnione, de prædestinatione, Heidelbergæ Germ. 1591.

Autithesis Vbiquitatis & orthodoxæ doctrinæ de persona Christi, illam propugnante Georgio Horvvorth, hanc defendente Sebastiano Ambrosio, Seruestæ. 1591.

Casparis Pilcij responsio futilem Apologiã Martini Vvagneri, 1599.

Historia colloquij Chepregiensis de cœna Domini, inter Seuerinum Sculteti Bartphensis ciuitatis Pastorem, & Stephanum Bæyte, &c. Superintendentem, 1591.

Defensio contra calumnias quas Nicolaus Seluecerus euomuit in responsionem Chrystophori Pezelij confutationis, &c: Bremæ 1591.

Casparis Pelcii assertio &c. aduersus examẽ nomine Ecclesiæ & scholæ Bartphensis per Martinum Vvagnerum editum, 1591.

Epistola contra falsam declarationem Christiani Grundmanni de Caluini libello, &c. Getapoli Germ. 1591.

Demonstratio imposturarum Ægidii Hunii in libro de Sacramentis &c. Bremæ, 1591.

Causæ cur Vvittembergenses nolint consentire in cõdemnationem falso nominatorum Caluinistarum. Item causæ 12. ob quas Caluiniani sunt condẽnandi, Vrsellis, Ger. 1591.

Confutatio causarum ob quas Seluecerus putat populum à Caluiniani errore moneri deberi Germ. 1591.

Ioannis Piscatoris responsio ad dictata Hofmanni de tropo in verbis Domini, &cæ. Herbornæ, 1591.

Georgii Sohnii operum tomus secundus, continens exegesin articulorum Confess. Augustanæ, & de hodierna controuersia in reformatis Ecclesiis de præsentia in cœna &c. Herbornæ, 1591.

Declaratio quòd Lutherani non retineant veram cœnæ institutionem. Neostadii Germanicè 1591.

Declaratio de emendatis exemplaribus Augustanæ confessionis, & cætera, opposita Testamento Nicolai Selueceri, Bremę Germ. 1591.

Demonstratio veritatis in omnibus articulis Bremensium historicę narrationis de certamine Sacramentario quam Seluecerus oppugnare conatus est, 1591.

Commentarius in confessionem fidei anno 1530 in comitiis. Augustanis, & cæt. Francofurti, 1591.

Ioannis Modestini 1. tractatus Sacramentarios, Zuinglianos & Caluinistas, non Christianos, sed baptizatos Iudæos & Mahumetanos, esse 1591.

Valentini Schachzij declaratio verborum cœnæ Domini pro hominibus piis in simplice veritate confirmandis, Ienæ, 1591.

Tossanus contra articulos visitationis Saxonicæ 1591.

Colloquium Saxonicorum Theologorum cum Pierio, 1593.

Demonstratio imposturarum Ægidii Hunnii, &c. Bremæ, 1592.

Conquestio pia & seria ad iudicem Christum, super controuersia de cœna, Bremæ. 1592.

Ioannis Conradi chorus orthodoxus testium, &c. oppositus vbiquitariorum erroribus, Scaphusii Heluet. 1592.

Christiana concordia de omnibus controuersis articulis, & cætera. 1592.

Defensio orthodoxæ doctrinæ, &c.

corruptelis Gregorii Horvvorth opposita à Sebastiano Ambrosio, &c. 1592.

Admonitio de libello Vittembergensium quo Pierium de Caluinismo purgare conātur, Tubingę 1592.

Hunnii assertio doctrinæ de persona & maiestate Christi, contra Pezelium, Francofurti, 1592.

Conradi Schlusselburgii Theologię Caluinistarum libri tres, Francofurti, 1592.

Seluecceri repetitio doctrinæ de cœna, cum confutatione responsionis Pezelii, ad Caluinū rediuiuum, Islebii Germ. 1592.

Declaratio contra Marcum Zumlā Heidelbergensem, quòd non Lutherani, sed Caluiniani doctrinam de sacra cœna corrumpant, Tubingæ Germ. 1592.

Martinus Froschemerus (his) libellus, doctrinam viz Caluinistarum conuictam esse errorum, oppositus libello Grundmanni, Germanicè, 1592.

Responsionis Georgij Horvvoth pars prima ad Sebastiani Ambrosij antithesin, &c. 1592.

Disputatio Vvittembergensium quorundā, contra Valentini Schachzij Professoris Rostochiensis declarationem &c. 1593.

Theodori Bezæ disceptatio de controuersiis in cœna in Germania renouatis, 1593.

Zanchius de incarnatione filij &c. contra Anabaptistas, vbiquistas, Chemnitium, &c. 1593.

Modesta respōsio Pezelii ad Hofmanni libellū de moderatione Melanchthonis in certamine de cœna Domini Bremæ, 1593.

Ioannis Matthæi quæstiones duæ de Melanch. doctrina de cœna Dom. &c. Francofurti. 1593.

Marbachij Refutatio tractatus Chrystophori Pezelij de cœna Dom. Tubingæ, 1593.

Responsio Ioannis Piscatoris ad Elenchos Buscheri, &c. 1593.

Zepperi vera doctrina tribus capitibus quæ inter Lutheranos & Orthodoxos sunt in controuersia 1. De persona Christi 2. De cœna 3. De electione diuina, Herbornę Germ. 1593.

Responsio Marci Beumleri Tigurini ad libellum Iacobi Hailbruneri de Caluinistarum doctrina, Tiguri, 1593.

Confessio Saxonicarum Ecclesiarum de cœna Dom. ad Caluini librum ipsis dedicatum, Frācofurti ad Oderam, 1593.

Historia certaminis Sacramentarij &c. à Theodosio Fabritio, Magdeburgi Germ. 1593.

Disputatio de persona Christi sub præsidio Georgij Milij, 1593.

Ioannes Vvigandus de vbiquitate, &c. Ienæ 1593.

Ægidij Hunnij disputatio prima de augustana confessione, Vvittemberg. 1593.

Confutatio Libelli cuiusdam studiosi Heidelbergensis de persona Christi, batismo, & cœna Domini per Ioannem Magirum, Tubingæ, 1593.

Confutatio doctrinæ de cœna Domini anno sexagesimo quarto, vniuersitatis Heidelbergensis, per Iacobum Hailbrunerum, Lauingæ, 1593.

Elenchus errorum Antonij Sadelis in libello de veritate humanæ naturæ, authore Baltazaro Menzero, Vvittembergæ, 1593.

Demonstratio fallaciarū Ioannis

Caluini in doctrina de Cœna Dom. à Samuele H..bero, Vvittenbergæ, 1593.

Erotemata de communicatione idiomatum, &c. Authore Seuerino, Sculteti 1593.

Ioannes Schroderus de Nestorianismo & Eutichismo contra Iosephum Bremensem, Vvittēbergæ, 1594.

Conradi Schlusselburgii Theologiæ Caluinistarum libri tres, &c. Francoforti 1594.

Elenchus alter errorum Antonij Sadelis, Authore Balthazare Menzero, Vvittenbergæ 1594.

Synopsis variorum huius temporis errorum de Euchatistia Philippi Hailbruneri, Lauingæ 1594.

Buscheri exercitationum Theologicarum & Logicarum responsioni Ioannis Piscatoris oppositarum, pars prima &c. Lemgouiæ, 1594.

Responsum Philippi Nicolai ad duos Antonij Sadelis libellos, &cæt. Hallæ Saxonum 1594.

Iacobus Schopperus de Cœna Dominica &c. Vvittenbergæ 1594.

Demonstratio Ministrorum Ecclesiarum in Ducatu Anhaltino, demonstratio necessaria contra Vbiquistica somnia, &c. Seruestæ, 1594.

Demonstratio quod Heidelbergensium doctrina, neque verbo Dei, nec Augustanæ Confessioni, &c. conformis sit, &c. 1594. Germanicè.

Heidelbergensium libellus (oppositus præfato libello Vbiquistarum) Germanicè, 1594.

Antipodama Philippi Marbachij ad responsionem Christophori Pezelij, Francofurti, 1595.

Refutatio narrationis historicæ de certamine Sacramentario à Ministris Embdensis Ecclesiæ conscripta, &c. Vvittenbergæ 1595.

Declaratio opposita refutationi ab Heidelbergensibus editæ contra Vvittembergensium demonstrationē &c. Francofurti. 1595.

Synopsis primæ disputationis Caspari Pfafradii, de methodō Caluinismi, &c. pro Hofmanno, aduersus Piscatorem, &cæt. Lemgouiæ. 1595.

Responsio ad supplicationem Caluinistarum ad Protestantium ordines in Ratisbonensibus comitiis factam, &c. Vvittembergæ, 1595.

Assertio declarationis verborum cœnæ à Valentino Schastio, Vvittembergæ 1595

Methodus cōtrouersiæ de omnipręsentia Christi, & responsum breue ad Sadelis libros, de spirituali & Sacramentali manducatione authore Philippo Nicolai, Francofurti 1596.

Epistolæ contrariæ Chrystophori Pezelij, Num fides substantiam rei pręsentis apprehendat, an solum eius imaginem, &c. Vvittemb. 1596.

Responsio ad Heidelbergensium libellum, &c. Conradi Almanni, Lipsiæ, 1596.

Institutio de persona Christi, cœna Dom. & ęterna Dei prędestinatione Hannonię, 1596.

Tractatus historicus de Melancthonis sententia de cœna, &c. Ambergæ, 1596.

Catechismus vbiquisticus, &c. 1596.

Vvittembergensium liber pro cruce, imaginibus, &c. 1596.

Admonitio Theologorum Ambergicorum (contra pręfatum librum Vvittembergensium) 1596.

Vvittembergensium liber (contra præfatam admonitionem) 1596.

Apologia Ambergensium contra Vvittembergenses, 1596.

Vdalrici Christmanni responsio ad Iodoci Naum assertionem Testa-

menti Christi, Francoforti 1597.

Disputationes Anasceuasticæ duæ, contra Ioannem Naum, 1597.

Tractatus historicus de Melancthonis sententia de Cœna &c. 1597.

Hermanni Rhennecheri assertio veritatis carnis Christi, cum refutatione ementitæ vbiquitatis, Hannoniæ 1597.

Incisio capitalium neruorum Baltazaris Menzeri contra libellum Sadelis per Matthiam Martinium Sigenæ 1597.

Collectio spicarum spinarumque Baltazaris Menzeri per Matthiam Martinium, Sigenæ 1597.

Methodi de omnipræsentia carnis Christi concinnata à Philippo Nicolai examen, per Matthiam Martinium 1597.

Hermanni Hamelmanni de veritate corporis Christi in Cœna defensio contra Pezelium, per Gerhardum Giesehenium, Francoforti 1598.

AD LECTOREM.

PRopofuerat Author alios Protestantûm libros contra se inuicem editos ex Hospiniano collegisse, & quos in catalogo Francofurtiensi ob eo anno quo desinit Hospinianus atque alibi reperisset, alios prope ducentos prædictis addidisse: Statuerat etiam nostratium Anglorum libros contra se mutuo scriptos in his quæstionibus sequentibus enumerasse: *Primo de Episcopis, secundo de cæremoniis, tertio de descensu Christi ad inferos, quarto an mors Christi sufficiens fuerit humano generi redimendo, an vero eum etiam in anima dolores inferni pati eum oportuerit: quinto an in casu diuortij ob adulterium personæ innocenti liceat cum alia matrimonium contrahere: sexto de gratia, quæ per Christum est, vniuersalitate: septimo, an liceat pecunias dare ad vsuram*, & aliis nonnullis huiusmodi: Denique de hac tanta nouatorum inter se de fidei dogmatibus dissentione parænesin ad Lectorem coronidis loco adiecisse decreuerat. Cum tamen corpus suum nimio scribendi labore, qui in tot authoribus è voluendis & in hoc volumen digerendis exanthlandus fuit, iam fatiscere sentiret (quanquam ne plus æquo sibi arroget, pleraque eorum quę hic congessit, ab illustri quodam ac venerabili Sacerdote Anglico qui ea antequam sacris Ordinibus initiaretur, collegerat, se accepisse fatetur) coactus est cæteris studiis omissis animæ suæ saluti serius incumbere, atque ita Catholicorum precibus se quam humillime commendans orationis filum abrumpere.

INDEX CAPITVM ET SECTIONVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

TRACTATVS PRIMVS.

SECTIO PRIMA.

Sectio X.

TRACTATVS SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Sectio I.

Sectio II.

Sectio III.

Sectio IV.

Sectio V.

Sectio VI.

CAPVT SECVNDVM.

Sectio I.

Sectio II.

Sectio III.

Sectio V.

Sectio V.

INDEX ALPHABETICVS

PERSONARVM ET RERVM DE QVIBVS in hoc opere potissimum agitur.

A

B

E

F

G

H

Inducatio

I

S.

Cœlibatus

V.